PRIMVS TOMVS

COMMENTARIORVM IN CONSTITVTIONES, SEV ORDINATIONES REGIAS.

Non ſolùm Iuris ſtudioſis, verumetiam Pragmaticis vtiliſsimus, In quo facilis ad praxim Curiarum Franciæ via, & Iurium intellectus explicatur Domino

PETRO REBVFFO

authore:

Multis in locis reſtitutus, & hac editione aliquot additamentis, quæ his notis { } incluſimus, ex poſtrema authoris recognitione locupletatus, cura & diligentia D. Audomari Rebuffi Iurium Doct. eius nepotis.

Huius Tomi Tractatus pagina ſequens indicat.

IN VIRTVTE ET FORTVNA.

LVGDVNI,

APVD GVLIELMVM ROVILLIVM, SVB SCVTO VENETO.

M. D. LXXXI.

Cum priuilegio Cæſ. Maieſt. & Chriſtianiſſ. Galliarum & Polon. Regis.

NAPOLI

TRACTATVS QVI HOC
libro continentur.

In proœmio agitur de conſtitutionibus condendis, & quæ iura ſeruentur in curijs Franciæ, & quibus per praxim derogatum ſit.	*folio* 7.
De literis obligatorijs ſigillo Regio vel alio authentico ſignatis.	39.
De chirographorum, ſchedularum, & aliarum literarum recognitione.	111.
De ſententijs præiudicialibus ſeu prouiſionalibus.	136.
De ſententijs executorijs non obſtantibus oppoſitionibus, vel appellationibus.	184.
De euocationibus.	262.
De literis ciuilibus ſeu (vt practici dicunt) in forma ciuili impetratis.	286.
De ſupplicationibus ſeu errorum propoſitionibus.	300.

Summa Priuilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti publico edicto cautum eſt Gulielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunenſi, & ſancitum, ne quis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis, ſiue ſit calcographus, vel bibliopola, ſiue alius quilibet, quacunque ſacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hæc *D. Petri Rebuffi Montiſpeſſulani. Commentaria in Conſtitutiones ſeu ordinationes Regias, ex poſtrema authoris recognitione locupletata*, niſi ipſius Gulielmi Rouillij, aut heredum eius permiſſu, intra decennium eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudenda curet, vendat ipſe, aut cuiquam diuendenda mandet, aut denique excuſa ab aliis intra eiuſdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, ſeu quouis modo diſtrahat manifeſtè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui ſibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam ſciat, quarum dimidia fiſco Imperiali fraudis vindici, reſidua verò pars ipſi Gulielmo Rouillio, aut eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librorum amiſſionem, quos per ſe idem Rouillius, vel per ſuos, vbicunque locorum nactus fuerit, adiumento magiſtratus loci, vel citra, propria auctoritate ſibi vindicare, inq; ſuam poteſtatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipſi edicto manu ſubſcripſit, & ſigillum apponi iuſſit Cæſarea Maieſtas, vt latius patet in ipſo diplomate, dato Pragæ decimaquarta die menſis Iunij, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto.

Subſign. MAXIMILIANVS.

Ad mandatum ſacræ Cæſ. Maieſt. proprium.

A. Eſſenberger.

Extraict du Priuilege du Roy de France & de Pologne.

PAR grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer vne foys ou pluſieurs, ce preſent liure intitulé Commentaria in Conſtitutiones, ſeu ordinationes Regias, ex poſtrema authoris recognitione locupletata: *lequel liure il a recouuré auec grans frais, miſes & deſpenſes: & pource eſt faict defence de par ledict Seigneur, à tous autres Libraires. Imprimeurs & perſonnes quelconques, de non imprimer, vendre, ny diſtribuer en ſes pays, terres, & ſeigneuries, ledict liure, ſi ce n'eſt par le conſentement dudict Rouille: & ce iuſques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que ſera paracheuee la premiere impreſſion: ſur peine d'amende arbitraire, & de confiſcation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege, ledict Seigneur veut & entend que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement dudict liure, ſerue pour toute notification. Car tel eſt ſon plaiſir, nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques, comme plus à plain eſt contenu & declaré par leſdictes lettres de priuilege, ſur ce donnees à Lyon le vingt vniéme Ianuier, mil cinq cens ſeptantecinq, & de ſon regne le premier.*

Par le Roy à voſtre relation,

Signé, *MORE.*

Et ſeelé du grand ſeau en cire iaune à ſimple queuë.

AD ILLVSTRISSIMVM ET INTEGERRIMVM FRANCIAE CANCELLARIVM D. FRANCISCVM OLIVARIVM PETRVS REBVFFVS S.

MAGNA ſane habenda eſt gratia, Cancellarie Illuſtriſsime, tum his, qui artium, ſiue ad pacem, ſiue ad bellum pertinentium monumenta nobis reliquerunt, tum multò magis his, qui leges, iuráque compoſuerunt, & compoſita illuſtrarunt, deſcriptáque poſteris tradiderunt. Et tametſi & illorum, & horum magnum eſt in rempublicam beneficium, horum tamen eſt multò præſtantius. Etenim illi nouo ſuo artificij genere aliqua ex parte ſolùm ſocietatem humanam iuuerunt, iſti verò docuerunt vinculum illud, quo tota iſta ipſa hominum coniunctio artium, ſtudiorum, commerciorum ſocietas, communióve conſtat, atque quicquid eſt, quod rempublicam dicimus, colligatum conſeruatur. Quo ſublato, fruſtra quis nomen ſocietatis aut reipublicę requirat, adcò ſanctum hoc nomen legis, tam efficax, adeò colendum, atque obſeruandum, vt iure hominum ſocietatem ſine lege non hominum, ſed ferarum veteres dixerint: nec quidem ſocietatem, ſed pugnam, & malorum omnium ſentinam. Et quamquam natura legum, & iuris conſtituta ſint exordia, fit tamen, vt leges pro vſu rerum, locorum, temporúmve mutationibus alio atque alio modo mutationem ſubeant. Nec enim par, idemque ingenij acumen omnibus datum, vt pariter rebus accommodent a natura tributa, vel perinde vtantur. Sed factum eſt, vt quos videmus fœlicius rebus ſuis conſulere, eorum rationem vitæ, eorúmque deſideremus leges. Vnde Romani illi leges ſuas petierunt ab Athenienſibus, quos videbant multo antè tum rerum præclarè geſtarum gloria, tum optimo Reipublicæ ſtatu florere: a Romanis poſtea Galli noſtri. Atque ita cùm tota iuris cauſa, origo, & fons in paruum, & anguſtum naturæ locum initio concluderetur, tandem effectum eſt, vt interpretationum vtilitate, prudentumque diſputationibus, quæ controuerſa erant, eò proceſſerint, vt latiſsime pateret tota legum ratio, atque tractatio, adeo vt quæ initio ab anguſto illo loco, & fonte in latiorem campum ducenda erant, poſtea cùm eò defluxiſſent, vt nullis certis finibus continerentur, reuocanda intra priſtinos limites viſa ſint. Tantus enim erat progreſſus, vt quiſque quid iudicando eligeret, ignoraret, omnia penè controuerſa, omnia inuoluta, omnia argutijs quibuſdam impedita. Quibus rebus com-

motus Caligula Imperator dixiſſe fertur ſe effecturum, ne quid iureconſulti reſponderent præter æquum & bonum. Et tandem coactus eſt Iuſtinianus certis libris omnem ſanctionem Romanam concludere, cuius operam, & conſilium pleriq; meritò non probare videntur. Quia dum ſtuderet controuerſias ſedare, truncatas nobis legum partes tribuit: quibus conciſam ſententiam iureconſultorum relinquens eò poſteros duxit, vt dum deſiderarent legis ſententiam, deſiderarent ſimul integros autorum libros, & iuſta volumina. Et factum poſtea, vt legum interpretes in interpretanda lege ſomniarent de rebus, déque verbis diſputarent, & interdum nugas agerent. Nec ſuſtulit quidem Iuſtinianus vt putabat multitudinem, & verboſitatem interpretum, ſed mutauit tantùm interpretes alijs alios ſubſtituens χρυσίοις χαλκεῖα, vt in prouerbio eſt. Præclaris nominibus & libris Papiniani, Iuliani, Vlpiniani, Pauli, & cæterorum, ſucceſſerunt Bartolus, Baldus & alij interpretes, quorum non improbo induſtriam, laudo ingenium, ſed mallem illos. Deſunt qui meliora ſcribant quàm Bartolus, non deeſſent ſi ille non ſuſtuliſſet. Prudentius ſanè principes noſtri Galli, conſultius tu & Cancellarij anteceſſores tui. Nam ſi vſquam in iure partem aliquam magis neceſſariam in controuerſia poſitam vidiſtis, ſeparatas leges edidiſtis, conſtituiſtis quid ſequendum, quid obſeruandũ, & ſeparatum librum (quem conſtitutionũ dicimus) cõmpoſuiſtis. Propter quem non abrogaſtis leges Romanas, non memoriam interire voluiſtis, non interpretum volumina, vt ille, iuſsiſtis comburenda, ſed ſicut cætera artium ſcripta valere permittitis, ita hæc in ſcholis florent, hæc prima diſcuntur, adeò vt ſolum iudiciũ ſciat veſtras iſtas conſtitutiones, ſchola vt plurimùm ignoret. Quod vtinam in omnibus partibus iuris Romani à te fieret, vtinam Galli hanc laudem tuo beneficio, & opera cæteris præriperent, vt ex tot quæſtionibus, controuerſijs, & contentionibus ſcriptorum ſiue tranſalpinorum, ſiue ciſalpinorum haberetur verus delectus, præſcriberentur certa, conſtituerentur ex eis leges, vt iudices deinceps quod ſequerentur haberent: hinc præcipua litium occaſio oritur, dum in tanta opinionum varietate neſcit quiſque ius ſuum, vult iudicis alicuius aut omnium ſententiam. Habes in Gallia viros, quos dicam Scæuolas, Vlpianos, & Tribonianos, qui authoritate principis, & tua, cum tu negotio, & cura non vacas, id poſſunt, ſi vocaueris. Sed quorſum ego apud te de legibus tanta? quia alia de re tecum agendum non videtur: nam tua non ſolum eruditio, iuriſperitia, & integritas huius orationis genus poſtulare videtur, ſed etiam munus tuum illuſtriſsimum, dignitas, & reipublicæ cura quam ſuſtines. Tu enim legum cuſtos νομοφύλαξ appellaris, ex te maxime optimus reipublicæ ſtatus pendet, ſi ex lege pendeat, legum curam habes. Tu pars principis præcipua, qui lex eſt populi, vt rectè à veteribus dictus eſt magiſtratus lex viua. Illas igitur conſtitutiones ſeu leges Gallicas, quas tuas rectè appellarim (tu enim, & cæteri cancellarij autoritate regia eas tuliſtis) cùm in rationem titulorum digeſsiſſem, aliquid cœptis ſupereſſe arbitratus ſum, ſi annotationes & commentarios quoſdam non adderem, non infinitos quidẽ (vt interpretes iuris) ſed tribus duntaxat voluminibus hoc nõ maioribus comprehenſos: vt quæ iuri his conſtitutionibus derogata, aut confirmata viderentur, aut non deciſa, admonerem ſtudioſos, ſimulque adijcerem, quæ ad vſum forenſem pertinent, & quæ longo vſu, ac conſuetudine fori, & areſtorum præiudicijs didicimus: vt ſi quo modo poſsimus ſubciſiuis temporibus iu-

uemus eos, qui ad praxim, & reipub. gubernacula adſpirant. Quam rem cùm animo inſtituiſſem, eram me hercule iuſtis de cauſis ad peragendum paulò frigidior: quoniam multos videbam praclaros viros praſtantiores & doctrina, & eruditione, atque rerum vſu exercitatiſsimos, qui in re tam ſeria tacerent. Tamen tua authoritas, atque humanitas, qua me aliquando excepiſti, & id agendi conceſſa facultas, (quam ego iuſſum interpretor) adeò me commouit, vt non mihi recuſandum, ſed laudem à te, & à ſtudioſis gratiam ſperandam putarem. Itaque iure tuum hoc opus reddere, & offerre volui: vt ſi quid vtilitatis, fructúſve ſtudioſi capiant, tibi totum accepto feratur: ſi quid verò parum probandum videatur, tribuatur id mihi, qui tuam expectationem fefellerim. Interea hoc vnum omnium mihi maximum erit, ſi intelligam hanc primam in has conſtitutiones laboris mei partem tibi gratam eſſe, & ad reliquas duas purgandas, & publicandas lubentius accedam. Vale Gallia decus, & ornamentum. Lutetia anno à Chriſto nato quingenteſimo quinquageſimo ſupra milleſimum Calend. Auguſti.

CONSTITVTIONVM SEV ORDINATIONVM REGIARVM, CVM COMMENTARIIS D. PETRI REBVFFI, DE MONTEPESSVLANO,

iurium doctoris & comitis, & in Vniuerſitate Pariſienſi publicè profeſſoris, atque in ſuprema curia aduocati.

DEI Optimi Maximi fretus auxilio, multa hic iamdudum cùm vtilia, tum quotidiana, in forenſiq́; iudicio vſu venientia pertractare decreueram, benigne lector. Sed me ſemper dehortabatur ſumma quorundam, qui in foro verſantur, auctoritas atque ſpleudor, qui in his conſtitutionibus, etſi dudum verſati, nihil ſcribere tamen hactenus auſi fuerant. Imò me in dies magis atque magis elaborantem, ne aliquid in lucem producerem (quod faciles, apertasq́; ſibi, & communi, patrioq́; idiomate conſcriptas cernerent) tandiu impedierunt, quandiu viderim in nouiſſimas conſtitutiones commentaria quoſdam edidiſſe. Sed cum nos deterioris conditionis non eſſe, & fruſtra naturam produxiſſe interpretes, niſi leges reciperent interpretationem exiſtimaremus: noluimus quæ longo vſu quotidianaq́; exercitatiane adnotaueramus, ac contuleramus ceu in commentarium, vtilitati publicæ denegare. Et quamuis iudiciorum initia prius nobis attingenda viderentur: tamen quia hæc maturius ſe offerebant, ea nunc tibi quoque offerre non detrectaui, interim dum reliqua polire ſatago, iſta vſui tuo lector beneuole, cedere cupiens. Et ſi diu, multumq́; deterruit nos diui-
Eccleſiaſtici c.34. ni illius Eccleſiaſtici ſententia, qui non eſt expertus (inquientis) pauca recognoſcit, vir autem multa experientia edoctus cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Et idem alibi, in multis eſto quaſi in-
Eccleſiaſtici c.32. ſcius, & audi tacens, ſimul & quærens in medio magnatum loqui ne præſumas. Et vbi ſenes ſunt, non multùm loquaris. Maxime cum viderem hic tot in iſto genere forenſium cauſarum præſtantes viros, vſuq́; frequenti exercitatos, qui de his multa, & quidem præclara ſcribere, ſi propriæ vtilitatis aliquantulum obliuiſcerentur, & pulchrè & copioſè poſſent. Verumenimuero (cum ipſi operam ſuam gratis præſtare non ſint ſoliti, ſibi damnoſum putant fore) ſi nemo laboris immenſi huius ſalarium illis ſatis dignum præſtet. Ideo malui vtilitati publicæ his paucis (ſi quo modo poſſem) conſulere, quàm hanc κερδαλεόφρον rationem ſequi. Quocirca hæc animo perpendens, noſtras gallicas leges hactenus ſine iuſta elucidatione derelictas, ac veluti neglectas, interpretandas ſuſcepi: non ſubiectis quidem, nunc commentarijs cuique paſsim legi, aut conſtitutioni, ſed ſeorſum vnumquodque genus materiæ vtilius, ac vſitatius ſeligens, velut in tractatus rationem digeſsi: ſic enim commodius tradi poſſe interpretationem noſtram exiſtimaui. Vt non ſolum Gallis omnino hominibus, ſed exteris etiam aliqua ex parte prodeſſem, iuſtæ enim interpretationes omnibus conueniunt, quamuis materia non omnino congruat. Ob id, haſce conſtitutiones pro virili ad ius reduxi, & cum Romanorum legibus contuli, atque præcipuè vſu forenſi, vt tyronibus praxeos, Theorematũ tamen iuris non ignaris, ad forum non ſolùm aditum præbeam: ſed etiam quæ ipſi pragmatici quaſi arcana eſſe volunt, & ſibi ſolis cognita reſeram. Quod enim pluribus annis magno & labore, & vſu quis didicerit, id cum poſsit ſine detrimento ſuo, & honeſtè, nolle alijs impartiri, hominis eſt inuidentis & illiberalis, parumq́; in humana ſocietate officioſi, qui ſibi ipſi nauaſſe operam tantùm velit, & poſteris inuideat, aut negligat, vt labor eius proſit, & ſanè natura ita comparatum eſt, vt priora poſterioribus vtilia, & eorum gratia ſint, ex eoq́; rerum ordo ſatis intelligitur, & gratia dignum anteceſſorem non inutilem habuiſſe, hac tamen in re, eum modum tenebimus, vt quemadmodum neque leges, neque ſenatuſconſulta, ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoque acciderint, compre-
L.neque. ff. de legib. hendantur. Sed ſufficit ea, quæ plerunque accidunt, contineri. Vt Iulianus art. Sic mihi ſatis erit caſus in praxi & foro frequentiores, & vſitatiores perſcrutari, eosq́; breui & compendioſa ratione decidere, nec in vtramque partem dialecticorum more quæſtiones traham, ne calumniandi materiam ſycophantis quibuſdam pragmaticis, qui interdum ſurſum deorſumq́; miſcentes omnia conturbant, præbeam. Sed ſola ipſa veritate rerum contentus, & eam conciſa ratione tradens, argumenta ſcholis & gymnaſticis certaminibus relinquam. Tu interea lector beneuole, liberalem animum gratuitamq́; operam, quantulamcunque, boni æquiq́; conſules, quam ſi gratam tibi, acceptamq́; (vt ſpero) intellexero: alterum tomum primo quoque tempore lubentius offeram. In quo, quæ in hoc pretermiſſa fuerint, pertractabimus. Vt ſit colophon totius fere rationis pragmaticæ, ac noſtrarum conſtitutionum. Vale. Datum Lutetiæ, Calend. Auguſti, Anno 1549.

TEXT.

TEXT. *Ce ſont les Loix.*

GLOSSA PRIMA.

1 LEX eſt inuentio, & donum Dei.l.2.ff.de legib. vel eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria. Ibidem. Diffinitur etiam in cap. 7. Roma. vbi diuus Paulus inquit: Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, iuſtum, & bonum. Et in §.lex. de iure natural.in inſtitutis. Et Stoici dicunt legem eſſe orationem grauem,& rectam quæ facienda imperet, non facienda prohibeat. † Cùm lex ciuilis ſit,legitimus etiam ciuilis erit.Legi-
2 timum enim virum eſſe, qui legem & ſequatur, & quæ præcipiuntur ab ea faciat. Legiſperitum verò eum,qui legem interpretari calleat. nullum autem malum vel legitimum,vel legiſperitum eſſe.& Demoſth.ſic ait:λεγεται μὲν ἀναι πάντων βασιλεὺς ὁ νομ⊙,ὁ δ'ε αὐ-
3 τὸς δοκεῖ πρὸς τάττειν τ' ἀγαθὰ, καὶ τἀναντία ἀπαγορεύειν. † Hoc eſt,Lex dicitur eſſe omnium regina,eadem videtur bona præcipere,contraria prohibere.& paulò pòſt dicit:Eſt igitur lex commune bonum,ſine quo nihil vnquam boni fieri poſſet.{Et alibi inquit:tot tãtorumque bonorum, & munerum,quæ dij largiuntur,nullus eſt fructus,aut vſus rectus,ſine lege,iure, & principe: ius, finis eſt legis,principis opus lex,princeps autem imago dei cuncta adminiſtrantis.}Et Herodo.ait, Si quis omne genus legum proponeret hominibus,& optimas ſibi conſideratis omnibus deligere iuberet,ſinguli ſuas recepturi eſſent,ita quilibet omnium longè prę̃ſtantiſsimas ſuas eſſe leges exiſtimant.Itaque his etiam ego ineſcatus,noſtris legibus ſequentia duxi ſcribenda.

Quid ſit lex, legitimus, & legiſperitus.

Nullus malus iuriſperitus.

4 In primis Reges non recognoſcentes ſuperiorem poſſe condere leges in ſuo regno, non dubitat And.de Iſernia.in proœ conſtitu.Neapoli.in princi.nec ego.per tex.in c.conſtitutio.2.diſt. l.1.ff.de conſtit.princ.{Et ſcribit his verbis Auguſti.in lib.confeſsio. Si enim regi licet in ciuitate, cui regnat,iubere aliquid quod neque ante ipſum quiſquã nec ipſe vnquam iuſſerat & ſi non eſt contra ſocietatem ciuitatis eius, obtemperatur ei.c.quæ contra.8.diſt.} De ripa.in rubr.de conſti tut nu 7.quia dum ei regnum commiſſum eſt,omnia conceſſa cenſentur,ſine quibus regnum gu-
5 bernari non poſsit.l.2.ff.de iuriſ.omn.iud. † Imò fortius ſi quis præſcripſerit iuriſdictionem in loco,videtur pręſcripſiſſe poteſtatem condendi ſtatutum ibidem,vt ſcribit Ancha.in c.1.de con-
6 ſtitu.quem refert Barba.in rubr.de reb.eccleſ. non alienand.col. 17. nu.85. † Ipſe enim princeps eſt vicarius Dei in temporalibus.gloſ.ſing.in principio rub.de hæred.& falcid. quam not. d. Boer.in additio.ad Ioan.montaigne.in tracta.de authorit.magni conſilij:& Iacob. Bonaud. in panegyrico,in additio,ad Ioan.de terra rub.in tracta.contra rebelles regum.in fi.Et ſic in temporalibus in quibus poteſtatem & authoritatem habet, leges condere, & promulgare poterit.docto. in c.nouit.de Iud.Auguſti.de Ancho.in tracta.de eccl.poteſta.quæſt.44.{Ex quo infertur,Felin.in c. fraternitatis.in fin. de hæretic. perperam ſenſiſſe in eo, quòd imperatorem dicit poſſe condere, quod rex non poſſet,nam rex iura imperij in ſuo regno habens,ſi non recognoſcat ſuperiorem, ea poteſt, quæ imperator in ſuo imperio.} Ideo Rex prius in ſuo regno eſt in tẽporalibus adeundus,quàm Papa.quia proximus eſt adeundus.Bald.in c.ſignificantibus.in fi.de offic.delegat.Felin. in c.cum non liceat.col.4.& ſeq. de præſcriptio. Et hodie quidam dicebat ad Caligulæ tempus ventum eſſe,qui Iuriſcon. placita induxit.& præter ſe nullum de iure reſpondere voluiſſe. Sic nec
7 hodie aliqui extra principes iura promulgant. † Quamobrem in conſtitutionibus de iuſtis atque iniuſtis,deque ciuitatis ordine,& gubernandi ratione tractantibus,quodcunque rectum eſt, regia lex exiſtit:non rectum verò, nequaquam lex regia,quia ſcientia deeſſe videtur. quippe cùm illegitimum ſit.Plato in Minoe,& Cœlius in lib.antiqua.lectio.10.c.19.dixit legem eſſe, Prindari ſententia,Deorum hominumque reginam.{Sic Plato ait,Aequus futurus iudex reſpicere hęc omnia,atque operam dare debet, vt has legum conſtitutiones ante omnia diſcat, & mente firmiter teneat.nam ad faciendum eum virum,qui didicit, bonum, ſcripta legum præ cæteris doctrinis, ſi recte ſe habent,maxime conferunt.neque enim tenere miranda diuinaque lex nomen menti proximum poſsidet: νοῦς enim mentem, νομ⊙ verò legem ſignificat.}

Reges cõdere leges an poſsint & in quibus.

Princeps Dei uicarius in temporalibus.

Quando prius ſit rex adeundus quã papa.

Lex regia qualis.

8 Et quia dicitur,Scribam eis multiplices leges.Oſeæ 8.c.& c.ſcribam.de præſumptio.Ideo hoc conſiderans Rex,condidit iſtas conſtitutiones,& ordinationes:& quia alij ſunt boni,& hi virtutis amore non tranſgrediuntur:alij ſunt mali,& hi per præcepta legum & metu pœnæ ſunt coercendi.l.1.ff.de iuſti.& iure.vbi citantur hi duo verſus,

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Vnde hoc Rex cogitans,& quod habetur Prouerb.8.cap.Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, tulit has leges Gallis hominibus, quibus breuis in regno exerceatur iuſtitia.

9 Quæro cur leges fiant?Reſpon.factæ ſunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio nocendi facultas refrenetur.c.factæ.4.diſtin.Dicit enim Philoſ.1.Politic. Sicut homo, ſi eſt virtutibus præditus, eſt optimum animalium,ita ſi ſit ſeparatus à lege,& iuſtitia,eſt peſsimum omnium:vnde neceſſe fuit
10 ad pacem hominum,& virtutem acquirendam,vt hæ humanę leges inſtituerentur. † Quia

Quibus ex cauſis leges fiant.

Melius eſt

legem ferri, quàm arbitrio iudicũ relinqui.

dicit idem Philoſ.1.Rhetor.melius eſt omnia lege ordinari, quàm dimitti arbitrio iudicum. Et hoc propter tria,quia vnum,aut paucos prudentes,qui leges ferre aut iudicare poſsint, facilius eſt inuenire,quàm multos. Secundo qnoniam longi temporis conſideratione leges feruntur, iudicia breuiſsimè cooficiuntur. Difficile autem eſt, vt bene à iudicibus iuſtum & conducibile diſtribua-

Leges antequam ferantur, diu meditari debêt, & parlamenta cõſuli.

11 tur. † Vt dicitur in vita Alexandri Seueri,qui nunquam ſacrauit aliquam legem,quin prius conſuluiſſet vigioti ſaltem iuriſperitos:& quinquaginta diſertiſsimos:& ideo leges eius firmę fuerunt. Ob id bonum eſſet antequam promulgarentur leges,vt cooſulerentur ſupremæ Francię curiæ,& ipſæ vocarent magiſtratus ſuæ iuriſdictionis,doctos,& experientes doctores, & aduocatos, & cum his leges firmæ & vtiles dareotur,oon triduanę leges,ſicut ſolẽt in quibuſdam regionibus eſſe,vbi dicunt quatriduana eſt,iam fœtet,abiiciamus eam. Nam quæ momento conſtruuntur, co momento pereunt,Omnis eoim res per quaſcuoque cauſſas naſcitur,per eaſdem & diſſoluitur. c. 1.de reg.iuris. Nam lex quæ ingeniotum afflatu ſubinde locis, temporibuſque interpolata diſtinguitur,& Prothei modo ſormam euariat,oeutiquam lex dicenda eſt.teſte Cœlio lib.anti. lect. 10.

Leges conſulto ſenatu factæ ſacratæ.

12 c.19.ſed ſępius leges momẽto feruntur & iudicia ſunt perpetua. † Vode illæ quæ olim conſulto Senatu factæ leges fuére,ſacratæ à Ro.vocatæ ſunt : quibus etiam reges tenebantur : oeque enim erat fas pro lege recipi,quod vitio,& nou iuſto imperio editũ fuiſſet, aut promulgatum. Idq́ lege veteri cauebatur his verbis, Legum iuſta imperia ſunto, hiſque ciues modeſtè, & ſine recuſatione parento. ſi tamen lex noo trinuudino promulgaretur,aut Ioue tonante,vel per vim & minas,vel contra plebis tribunorum interceſsiones,ſi neque iurata per cooſules tribuuóſve eſſet,poterat baud dubie abrogari. Dictum eſt autem trinuudino leges ferri:quòd tribus nundinis proponi leges,demum promulgari debereot,teſte Alexan. lib.genial.6. cap. 23. Ideo leges ſic diu penſatæ, & concluſæ meliores ſunt, quàm iudicia, & ſeoteotiæ, quæ de ſingularibus factis, & caſibus emergentibus fiunt, ex cauſsis ſubitò ortis, facilius autem ex multis conſideratis poteſt homo videre quid rectum ſit,quàm ex vno ſolo, quod iudices cogitant. Ideo difficilius debent iudicare contra legem,quàm contra eorum iudicatum,quanuis quædam curiæ contrarium ſerueot.

In lege condenda non eſt affectio ſicut in iudicando.

13 Tertio quia legiſlatores iudicant de voiuerſalibus, & de futuris, oec affectionem potius habent ad ſiniſtram,quàm ad dextram partem,ſed iudices de pręſentibus,iam determinatiſque iudicant. vnde fit,vt cum & ament,& oderint,ſua quæque vtilitas connexa ſit, non queant veritatem ſemper perſpicere,ſed propria vel voluptas,vel dolor iudicia ſua obumbret.c.quatuor modis.11.q. 3.& quia flexibilis eſt homo, ideo neceſſarium fuit lege terminare quid, & qualiter iudicandum ſit,& paucisſima arbitrio hominum relinquere. vt not.Florent.in 1.parte ſummæ.tit.17.rubr. de lege canonica.§.2.& Traiecten.in q.6.art.3.verſic.propter quod percepit.

Cauſæ legũ promulgandarum.

14 Item fiunt leges propter houeſtatem tuendam.c.porrò.35.q.3.& propter vtilitatem habẽdam. c.tali.1 q.7.& cauſſa diligentiæ habendæ.c.perueoit.18.diſtinct.& negligentiæ remouendæ.c.volumus.89.diſtio.& cauſſa tollẽdæ neceſsitatis.c.quod pro.1.q.7.& ceſſante ea,lex ceſſare debet.vnde tot collectæ impoſitæ,tempore neceſsitatis belli,aut alterius cauſſæ, tempore pacis ceſſare debent. l.vna.in princ.C.de caduc.tollen. Fiunt etiam leges propter maius malum euitandum.c.1. & 2. in 13.diſt.vel cauſſa maioris boni adipiſcendi.cap.duæ ſunt.19.quæſt. 2. & cauſſa oppreſsioois vitandæ.cap. prædicator.16.quæſtione 1.& cauſſa ſubiectionis ſeruandæ.cap.eſto ſubiectus.95. diſtinct. Lucas de penna in l.vt agendi. C. de curſu public. lib. 12. Et vt appetitus noxius ſub regula limitetur. In proœ.decretal.verſic.ideóque. Et vt laboribus & expenſis partium occurratur.c.finem.de dolo.ac vt diſcordia euitetur.&fraudibus occurratur. c. nonnulli. de reſcript. c. quia propter. de

Contra inuẽtores nouarũ legũ.

15 electi.Hoſtieo.in ſumma de conſtitu.§.quæ eſt cauſſa conſtitutionem promulgandi. † Proditũ memorię fuit,malos mores optimis ſerendis legibus ſæpe cauſſam dediſſe.quia vbi perperam viuitur,multiplicibus edendis legibus magna datur occaſio. Vnde apud Aeginetas cautum eſt : vt qui nouæ condendæ legis cauſſam daret,inuiſus omnibus,& execrabilis fieret. Sic apud Indos ſi quis aliquid pernitioſi inueniſſet,niſi protinus remedio ſuccùrreret,morte plectebatur.teſte Alex. li.genial.6.c.14.vbi dicit leges,& cooſtitutiooes breues eſſe debere,velut monita oraculorum diuinitus miſſa,vt paucis iubeant,non pluribus diſputeot,ſuadeantq́ue magis quàm comminẽtur, aut pœnam imponant,quas Plato iuſsit eſſe, quampaucisſimas:nam ſi ſuo iure fungãtur magiſtratus, nihil opus eſſe multiplici lege putauit, vbi verò eorum improbitate aliò detorquentur ex legum multitudioe perniciem afferri dicebat. {Vode & Archeſilaus ait, Quemadmodum vbi pharmaca multa,multique medici ſuut,ibidem & morbi abundant,ſic etiam vbi plurimę leges fuerint,ibi & iniuſtitia viget maxima.}

Qualis debeat eſſe lex.

16 Qualis debeat eſſe lex,ſcribit tex.in c.erit autem lex.4.diſtinct. Sic dicens:erit autem lex honeſta,iuſta,poſsibilis,ſecundum naturam,& ſecundum couſuetudinem patriæ,loco, temporique conueniens,neceſſaria,& vtilis,manifeſta quoque,ne aliquid per obſcuritatem incautum captione contineat,nullo priuato commodo,ſed pro communi ciuiũ vtilitatè conſcripta. Ideo autem in ipſa conſtitutione coudeoda iſta cooſideranda ſunt.quia cùm leges ioſtitutæ fuerint, noo erit liberum iudicare de ipſis,ſed oportebit iudicare ſecundum ipſas.c.in iſtis.4.diſt. & vtinam iſta quando fertur lex,conſiderarent hi, dum illam promulgare volunt. ſed ipſi aliquando leues appetitus & motus probant,& lex ſic parum penſata,& ſenſata,ſioe pedibus ambulat, ſine anima viuit, ſine capite loquitur,ſioe ratiooe manet.

17 Primo

Honeſta lex.

17 Primo autem debet eſſe lex honeſta,id eſt ſtatum honoris cuiuſlibet ſeruans:quæ egregia virtus eſt,teſte Tullio de offic.& contraria turpitudini.ideo lex expellens turpitudinem, eſt honeſta. & quod ita noſtræ ſint leges,& ordinationes,patet in rubr.infra, *Que les ribaudes communes ſoyent boutees hors des bonnes villes*.vbi vult meretrices extra ciuitatem expellendas, ne bonas inficiant. & in rub. *Des iureurs & blaſpemateurs* vbi periuri & blaſphemi puniuntur.& aliæ leges reformant abuſus,quos committebant magiſtri hoſpitalium,& leproſariarum.Rub. *De la reformation des maladeries & hoſpitaulx*,& aliis in multis locis.ad hæc præcepta iuris ſunt,honeſtè viuere, alterum non lædere,ius ſuum vnicuique tribuere.l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iure.& in inſtitu.§.iuris præcepta, vnde ſolent in hoc regno iudices ſeculares cauſſa honeſtatis ſeruandæ in clericos ſaltem cōcubinarios iudicare,& contra eos decernere,vt ſcripſi in cōcord.Franciæ.§.ipſas autē.tit.de public. cōcubina.

Iuſta ſit lex & ex quibus.

18 Secundo debet eſſe iuſta.& dicitur tripliciter.Primo ex fine,quando eſt facta ad bonum commune,& publicum.d.c.erit autem lex.4.diſt.Alias dicitur Iſaiæ 10.væh,qui condunt leges iniquas. Not.Barba.in c.nam concupiſcentiam. col.3. de conſtitu. vnde lex quæ eſt contra bonum communitatis ſubditorum ſuorum,eſt iniqua.in c.quæ contra mores.& ibi Cardi.8.diſtinct.& ideo illi non debet obtemperari. vt de lege prohibente præſcriptionem. vt docto. not.in l. 1. ff. de vſucap. ideo princeps non poteſt facere vnam legem, quæ contineret vnum inhoneſtum vel iniuſtum, quia hoc eſſet contra legis ſubſtantiam:cum lex ſit ſanctio ſancta.l.2.ff.de legib.docet Bar.in l.fin. col.2.C.ſi contra ius vel vtilita.public.& contra illas debent reſiſtere Parlamenta, ne publicentur. & ſi publicatæ per importunitatem fuerint,non debent ſeruare ipſas.

Bona ſubditorum nō licet accipere, nec cogere ad laborandum ſine pretio.

19 Inde Thoſtatus ſuper c. 12. primi Regum.q. 4. exponendo illum text. vtrum bouem cuiuſquam tulerim,an aſinum,ſic dicit:Eſt autem iniquitas principatus in accipiēdo bona ſubditorum per manifeſtam violentiam,vel per calumniam,ideo de iſtis in ſpecie exprimit tex. ibi tollendo,vt faceret eum ſuum,vel tollendo quantum ad aliqua opera, ſcilicet vt cogeret Samuel iumenta Iſraelitarum laborare in opere ſuo ſine pretio. Nam & hoc iniuſtum eſt, & alibi etiam Moyſes ſe excuſat, quòd non acceperit aſellum, nec quenquam afflixerit Nu.16.c.quod facit cōtra tyrannos dominos locorum, qui dum eis placet, iumenta & equos ſubditorum accipiunt. ſed væ illis, neſciunt autem quid faciunt,ſunt enim prædones, imo latrones & tanquam graſſatores eſſent furca figendi.l. capitalium.§.fi.ff.de pœnis.{Iniquiſsimum enim eſſe dicit Papinia.auferre dominium.in l.nec vtilem.ff.ex quibus cauſis maio.}

Duras leges condere malum eſt.

20 Subiicitur in tex.Regum,allegato, Si quempiam calumniatus ſum,vbi.Thoſta.ſic ait,calumniari eſt bona alicuius tollere iniuſtè quæſito aliquo colore, ſicut interdum principes faciunt aliquas condendo leges,vel conſtitutiones duras,in quas neceſſe eſt incidere ſubditos,& hoc faciūt,
21 vt ab eis pœnas exigant.& eſt propriè calumnia.& ideo ſe excuſauit Samuel.d.c.12. † Et dicit Bal.in l.ſicut.C.de ſeruitutib.& aqua.quòd lex mala eſt diabolica,nec ligat ſubditos.Bald. in l. vna.C.de confeſſ.& in c.2.de probatio.& quod principi terreno placet,contra Dei placitum,non habet legis vigorem.ſed tyranniæ oſtentionem.teſte,Bal.in l.1.ff.de conſtitu.principum,vnde Bar. dicit in l.vectigalia.ff.de publica.& vectigal.non eſſe peccatū,fraudare vectigalia iniuſtè impoſita.

Lex mala diabolica.

Iniuſta lex dicitur, ſi excedat poteſtatem cōdentis

22 Item iuſta lex vocari poteſt ex authoritate condentis, vt quando lata non excedit poteſtatem ferentis, alioqui iniuſta dicitur in c.eccleſia. de conſtitu. Abunde ſcribit Adrianus de traiecto, ſummus olim pontifex excellentiſsimus,in q.6.in princ.vnde ſi ſuper rebus ſpiritualibus à principe ſeculari lata ſit,vel contra clericos,tunc iuſta non eſt,vt inferius dicetur.

Lex non eſt bona ſine Deo.

23 Adhæc iuſta eſt lex ex forma,quando ſecundum æqualitatem proportionis imponitur onus ſubditis ad bonum commune,quibus deficientibus non eſt lex:ſed violentia,& non obligat in foro conſcientiæ,niſi ad vitandum ſcandalum,vel ſeditionem.Feli.in c.nihil.col.3.verſic.35. de præſcriptio.quia ſicut bonus vir non eſt ſine Deo,ita non eſt lex bona ſine Deo.Bal.in l.in ambigua. ff.de legib.& hoc declarat diuus Thomas in 1.ſecundæ q.96. artic. 4. poſt diuum Auguſtinum in tracta.de libero arbitrio.c.9.Panor.Feli.& alij in c.1.de conſtitu.

Poſsibilis lex eſſe debet.

24 Tertio lex debet eſſe poſsibilis ſecundum naturam illorum,quibus imponitur. vnde in pueris minor pœna ſecundum naturam debet imponi, quàm viris. & maior debet imponi robuſtis, quàm delicatis,& alia ſeruis & vilibus perſonis,quàm nobilibus.l.in ſeruorum. ff. de pœnis. aliàs non eſſet poſsibilis ſecundum naturam. Arch.& docto.in d.c.erit autem lex,& lex non debet deuiare à natura.§.ſi vero effuſa.in auten.quibus mod.natural.efficiantur ſui.colla. 7. imò ipſi naturæ congruere debet.in auten.de triente & ſemiſſe.in princip.colla.3.& §.minorem.de adoptio. in inſtitu.Lucas in l.2.C.ne fiſcus rem quam. vendidit euincat.lib. 10. ideo ſi ex impoſsibilitate legis eam homo tranſgrederetur,non ei imputaretur.c.non eſt.q.15.q.1.& cap. Nabuchodonoſor. 23.q. vnde Chriſtus dicebat iugum ſuum ſuaue eſſe,& onus ſuum leue.

25 Vel debet eſſe poſsibilis ſecundum naturam, id eſt ſecundum naturalem rationem. Nam ſi ſit contraria rationi:nō eſt lex.vt late dico in repetitio.l.vnicę.not.11.C.de ſente.quæ pro eo quod intereſt. Vel debet eſſe poſsibilis ſecundum naturam,id eſt conuenientem perſonis.vt dixi.Vel ſecundum naturam negotiorum, de quibus agit Florent.in 1.parte ſummæ,tit.17.c.vno.§.3.vel ego dicerem legem ſecundum naturam poſsibilē eſſe debere, id eſt quod naturaliter poſsit adimpleri, quod in lege ſcriptum eſt.Nam ſi lex iuberet ieiunare quadraginta dies ſine aliquo cibo,non eſſet poſsibilis ſecundum naturam.vt in rub.& per totum tit.de obſeruatio.ieiunio.doct.not.ideo leges hæ Gallicæ videntur ſecundum naturam poſsibiles,vt inferius videre quilibet poterit.

26 Item

Contrarios mores in ſocietate quis non debet habere.

26 Item debet eſſe poſsibilis ſecundum conſuetudinem patriæ,quia non poteſt homo adſtringi lege,vt in ſocietate aliorum ſolus contrarios mores habeat,& ſic viuat. ideo lex contra conſuetudinem inhabitantium per contrariam conſuetudinem tollitur.c.3.§.leges.4.diſt.Nam conſuetudo legem interpretatur.cap.abbate.de verb.ſignifi.& eſt optima legum interpres.l.ſi de interpretatione.ff.de legib.

Conuenire loco lex debet.

27 Quarto conueniens eſſe debet loco.Nam in aliquibus locis aliqua ſtatuuntur,quæ alibi non reciperentur.c.aliter.31.diſt.vbi lex continentiæ impoſita ſacris ſacerdotibus, non ligat Græcos. c. cum olim.de cleric.coniuga.Vnde antequam lex publicetur,debet ad ſupremas mitti curias,vt ipſæ videant an locis quibus præfectæ ſunt,conueniant,& tunc poterit Regi denunciari,vt ſuperius dictum extitit.

Conueniens lex ſit tempori.

28 Quinto conuenire debet lex tempori,omnia enim ſuis temporibus congruere debent. vnde multa fuerunt ſtatuta tempore antiquo, quæ hodie non procedunt.c.fraternitatis.34.diſt.Nam variantibus temporibus,neceſſe eſt,vt iura varientur humana.c.1.de conſang. inde citius ingrediuntur conſiliarij parlamentum tempore æſtatis,quàm hyemis.vt in rubr.*de la cour de parlement*.patet. vbi etiam ſtatuitur in quadrageſima audienna,hora octaua:alio tempore ſeptima, vt lex tempori conueniat.

Neceſſaria ſit lex.

29 Sexto neceſſaria debet eſſe lex,quia non niſi inſtante neceſsitate, non leui momento ius ſtatui debet.c.regulæ.& per totum.29.diſt.vbi ſic ſcribitur , regulæ ſanctorum patrum pro tempore, loco,& perſona,& negotio,inſtante neceſsitate, traditæ ſunt. & debet eſſe neceſſaria ad malorum remotionem, vt lex quæ fit propter vſurarios remouendos, qui tot ſortè ſunt hodie, quot in orbe meretrices.vnde ex neceſsitate fit diuiſio claſsis & cameræ inquiſitionum. rubt. *de la cour de parlement*.etiam ibi propter neceſsitatem ſtatuitur,vt poſt prandium, conſiliarij adeant parlamentum, quamuis olim ex primæua fundatione,non tenerentur:quia malitia hominum in dies excreſcit,& proceſſus multiplicantur,& controuerſiæ reſtibiles,ſicut hydræ capita ſunt.

Vtilis lex eſſe debet.

30 Septimo debet eſſe vtilis,ad conſeruationem enim bonorum refertur:vt videntes malos puniri,& bonos præmiis affici, homines tendant , & perſeuerent in virtutibus. {Vnde Cicero ait lib. 2.de legib.Conſtat profectò ad ſalutem ciuium,ciuitatumque incolumitatem,vitamq; hominum quietam & beatam,conditas eſſe leges.} Et ſi omnibus vtilis non ſit: ſufficit tantum maiori parti. §.quamobrem.ibi,ea enim.in auten.de reſtitu.& ea quæ parit in vndecimo menſe.colla.4.

Tria in omni negotio attendenda.

31 † Tria communiter in omni negotio ſunt attendenda , quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem,quid expediat ſecundum vtilitatem.c. magnæ.de voto. debet ergo eſſe vtilis non ſolùm principi,ſed etiam ſubditis.Nam ordinatio debet fieri,vt afferat vtilitatem,& proſperitatem ſubditis in communi.l.2.ff.de conſtit principum.Bonifac.in proœ.cle.§.hæc ſane.col.2.non vni tantum, vel ad vnius odium.publicæ enim intereſt ſubiectos locupletes eſſe.§. fin. de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.Sed hodie hoc iure vtimur,vt ſolum principem ditare affectemus,poſtponentes ſubditos , & in legem non puto delinquere eum , qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facile reſponderit.ff.de iure fiſci.

Lex manifeſta ſit.

32 ·Octauo conſtitutio debet eſſe manifeſta,ne aliquis vitioſè eam poſsit interpretari, & ne cui paretur laqueus.glo.in d.c.erit autem lex.nihil enim tam proprium legi,quàm claritas.§.1.in auth. de teſta.imperfect.colla.8.§.quibus.in 1.conſtit.C.ſcripſi in repetit.l.vnicę.not.8.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt.Et illud non dicitur manifeſtum, quod obſcuritatem continet, ſed propter obſcuritatem verborum inducitur error.§.his ita.de iuſtic.& iure in inſti.& c.abbate.in fin.ibi , vt ambiguitas tolleretur.de verb.ſignifi.& Seneca ait legem oportere eſſe breuem,quo faciliùs ab imperitis teneatur,velut emiſſa diuinitus vox iubeat, non diſputet, nil mihi videtur frigidius, nil ineptius,quàm lex cum prolegomenis.Cœli.lib.10.c.19.

Rationabilis.

33 Nono rationabilis eſſe debet,cùm ratio ſit anima legis.l.cùm ratio. ff. de bonis damnato. l.1. C.de interd.c.ratio.de præbend.clemen.1.de electio.Scripſi in l.in lege cenſoria.ff.de verbo. ſigni. Nam extirpandum eſt,quod ratione caret.c.cor epiſcopi.68.diſt.& omne etiam irrationible eſt reſtringendum,teſte Bal.in l.quod verò.ff.de legib.& lex ſine ratione dicitur eſſe ſine anima.& corpus fœtidum.

34 Intellige valere legem & ordinationem,etiam ſi omnia iſta non interſint in ea,ſed requiritur quòd aliquæ rationes prædictæ,& requiſita adſint, quæ ſufficiant,teſte Archid.in d.cap.erit.quod poteſt etiam intelligi negatiuè,videlicet vt leges non ferantur contra honeſtatem,iuſtitiam, poſsibilitatem,&c.& ita intelligit Florent.in d.c.vno.tit.16.§.3.1.parte ſummæ.licet tex.in c.conſuetudo autem.1.diſt.tantùm videatur ponere tria requiſita:tamen expliciiè,& clariùs decernitur.in d. cap. erit.Iſta in his Galliæ legibus an inueniantur,inferiùs diſcutietur abundàtius. {Cautum etiam fuit lege Cecilia, vt de ſingulis rebus ſeparatim,non de pluribus cõiunctim ad populum ferretur, & vt leges trinundino rogarentur , de quo ſæpius Cicero. Et extat de his ſtatutum in hac vniuerſitate Pariſ.ne in vniuerſitate aliquid ſtatuatur,niſi prius docto.admoniti,& ſinguli gradus fuerint,& ne feſtis diebus aliqua lex promulgaretur ſtatutum erat lege Iulia & Licinia , de quo etiam apud Cicero in 4.epiſto.lib.& in ora.pro Seſtio.}

Quis ſit finis legum. Bonum commune ex tribus cõſiſtit.

35 FInis igitur legum eſt bonũ commune. Nam pro communi omnium vtilitate lex debet eſſe conſcripta. d.c.erit.Bonum autem commune conſtat ex tribus.Primo ex perſonis,ex tempore,& ſecundum negotia,vt lex reſpiciat ad perſonas,ad tempora, & ad negotia:vt declarat Floren.vbi

ren.vbi

ren.vbi ſuprà.§.4.& iſtæ leges iuſtæ glorioſum efficiunt regnũ.& duodecim quæ ſcribit Ioan. de turre cremata, in ſua ſumma de eccleſia.c.34.

Leges non debent approbare uitium nec omnia quidem punire.

36 Aduertendum eſt quòd legiſlator nunquam debet promulgare legem,per quam approbat aliquod virium:quia hoc eſſet incitare ad peccandum: quod lex non debet facere.l.conuenire.ff.de pact.dotal.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar. de pact.

37 Item legiſlaror nõ debet legẽ promulgate punientẽ omnia vitia, ſed quædã ſub ſilentio pertranſire,& homines cõmirtere ſuæ libertati:& hoc circa illa vitia,quæ vix euitari poſſunt. Scilicet fornicari ſimplicirer cũ meretrice peccatũ eſt,& tamẽ legiſlator nõ debet hoc tollere, nam ſi illud tollerer,induceret fortè magna ſcãdala ,& maiora peccara:nã dicit Beat. Auguſt. Tolle meretrices de ciuitate,& omnia libidini cõturbabis.Etiã loqui ocioſè peccatũ eſt,quia de omni verbo ocioſo reddituri ſumus rationẽ in die iudicij.Matthæi 12.tamẽ legiſlator hoc nõ vetat,nec punit.& malũ cogitare peccatũ eſt.glo.&doct.in c.cogitationis.de pœn.diſt.1.& tamen lex ciuilis non imponir cogitanti pœnam.l.cogitationis.ff.de pœn.& ſic de ſimilibus.

38 Ratio eſt,quia euirare omnia vitia ad vnguẽ eſt opus ſupra hominẽ purũ,nec poteſt fieri ſine graria adiuuanre. Ideo illa ſola lex, quæ dat gratiã,debet tollere,& punire omnia vitia & adiuuamen ad fugiendũ illa.Lex autẽ humana non dat aliquã gratiã,quia eſt à puro homine data, qui gratiã dare non poteſt. ergo &c. Itẽ legiſlaror ponit leges propter vtilitatẽ politiæ. Ideo quãdo p legẽ impeditur,aut rollitur vtilitas,aut turbatur bonus ſtatus,& pacificus eius, lex non eſt bona,nec tenenda:ſed tale accideret,ſi legifer omnia vitia punire vellet,& vitare.

39. Ideo hoc non pertinet ad legiſlatorem,imo non eſſet legiſlator,ſed vrbis euerſor. † Sola igitur lex Chriſti omnia vitia vetat,& puniẽda docet:vt dicit Toſtatus in 2.parte defenſor.ca. 57.& ſeq. Imò in c.16. dicit quòd executores legũ, & iuſtitiæ in fauorẽ legis Euangelicæ non poſſunt punire omnia vitia.& ſi hoc conarentur peccarẽt. Tum quia nõ habent poteſtatem, cum iuriſdictionẽ à legibus ſecularibus habeãt.Ideo iuriſdictio illorũ nõ ſe extendit vltra leges,quæ nõ puniũr omnia vitia,vt ſuprà dixi,ergo nec earũ miniſtri,ſed tãquã priuati habentur cui poſſet reſiſti.l.defenſionis facultas.& l.prohibitũ.C.de iure fiſci.lib.10.etiã ſi fuerit Papa,vel epiſcopus ſecundũ eum,& Auguſt.de ancha.in tracta.de eccleſiaſt. poteſta.q.44.verſi. ad quartum,allegans diuum Auguſtinum in tracta.de liber.arbitrio. {Poſſet fortè dici finem legum eſſe iudicare,poſtulare,conſulere,& interpretari,& in his pendent leges.}

Leges an in foro conſcientiæ obligant.

40 Inſuper videndũ eſt,an leges Imperatoris vel Regis,ligent etiã in foro cõſcientiæ : adeo quòd peccet ſubditus cõtra legem ſcienter veniens.Reſpon. quando lex eſt iuſta,peccat,qui legi nõ obedit,per illud quod diuus ſcribit Paul.qui reſiſtit poteſtati,ordinationi Dei reſiſtit. c.qui reſiſtit. 11. q. 3. Bal.in c.in omni. de teſtib. maxime propter inobedientiæ etiã in ſtaturis præceptũ. Dicit glo.in verb.ſententiis.in c.fi.de cõſtit.in 6.probat.d. Adria.traiecta. ſummus olim pontifex.in ſua q.6.& Barba.in conſil.43. præclare.col.12.nu. 20.& ſeq. vol.1.

41 Sed ſi legiſlator excedat poteſtatem, non ligat.l.fi.ff.de iuriſd.omnium iudicum.c. fi.de conſtitu.in 6.vt ſi laicus ſtatuat ſuper ſpiritualibus,vel eccleſiaſticis rebus,vt inferius dicetur c.nouit.de iudi.arg.l.diligenter.ff.mandat.

42 Secundo ſi contra Dei mandata lex promulgetur,non valet,nec contra legem naturalẽ, vel moralem c.nõ licet.10. diſt.c.lege.vbi gl. ibid.vel contra bonos mores, non enim eſt obligatoriũ contra bonos mores præſtitum iuramentũ. reg.non eſt obligatorium.de reg.iur.in 6. ideo non valebat lex Regis Nabuchodonozor,vt omnes adorarent aureã ſtatuam,quam ipſe conſtruxerat. de qua Daniel. 3. c.& ſic ſcribit Petr. de Ancha.in ſuo tracta.de eccleſiaſtic.poteſt. q.44.& docto.in c. nam concupiſcentiã.de conſtitu. Iaſ.in l.ſi pœnæ.ff.de condic.indeb. & ſuperius dictum extitit.

43 Tertio ſi is,qui contrauenit legi, habet iuſtã cauſſam,fortè veletudinis aduerſæ,vel aliã, vt dicit Panor.& Dec.in dicto c. Nam concupiſcentiam.col.3.de conſtitu.Panor.in c.licet ex quadam.de teſtib. & in c.quoniam.vlr.nor.de probatio.

Ante reſciſionem contractus res iuſtè retinentur.

44 Ex quo infertut quòd licet cõtractus ſit nullus,tamẽ rectè poteſt retineri res in cõſcientia: donec declaretur nullus.teſte Panor.in c.quia pleriq;.de immunita.eccleſi.& multi cõtractus in ſe irritari poſſunt per reſtitutionẽ principis,vt quando minor eſt læſus ſui facilitate,tamẽ cõtrahẽs iuſtè rem ante reſtitutionẽ tener,donec ab eo petatur,niſi ipſe aliũ circunuenerit.teſte Innoc.in c.quod ſicut.de electio.& ideo lucratur fructus anre litem conteſtatã,l.cum fundus.ff.ſi cert.pet.ſcripſi in repetitio,l.diuus.in glo.ff.de ſenatuſconſ.Sylla.& in tracta.meo de reſciſio.contrac in præfa. circa finem in ſecundo tomo ordi.

45 Item ſi filiusfa.ſine fraude receperit mutuum,in conſcientia non poteſt iuuari Macedoniani exceptione. Bar.in extrauag. ad reprimendum.in verb.per denunciationem. ego fuſius ſcripſi in interpreta.l.ſi quis pro.eo.ff.de fideiuſſorib.

46 Imò omnes leges inducentes pœnam dupli & quadrupli ceſſant in conſcientia.tex.cum glo.in c.fraternitas.12.q. 2.& inferius dicetur fuſius.

Mulctam quando aliquis ſoluere non tenetur.

47 Infertur etiam quòd nemo pœnã vel mulctã ſoluere in conſcientia tenetur antequã ad illã fuerit cõdẽnatus,vel ea fuerit declarata. Hoc firmat Adria.vbi ſuprà.q. 6.quia pœnę infliguntur & exacerbãtur,cùm multis graſſantibus opus eſt exẽplo.l.aut facta.ff.de pœn.vbi ergo peccatum occultũ fuerit,ratio nõ habet locum.d.c.fraternitas.12.q.2.vbi.glo.c.ſuam.de pœn.

Ideo friuolè appellans nõ tenetur ſoluere emendã ſexaginta librarũ;ſi ab eo nõ fuerit petita, etiam poſt condemnarionẽ, niſi lex pœnã ipſo facto imponeret,vt cùm bona cadunt in commiſſum.c.2.vbi doct.de præſcript.in 6.c.cum ſecundũ leges de hætetic.codẽ.lib.Panor.& alij in c.1.de cnnſtit.ſed eo caſu etiã ſi dominus ſciat,& nõ petat, videtur cõmiſſum remittere, & ſic in foro cõſcienriæ dicerẽ adhuc retineri poſſe : quia debitor putare poteſt dominũ eo iure vti nolle : ſicut dicitur de hærede, qui poteſt legatũ præſcribere per triginta annos, arbitratur enim, quòd legatarius illud nolit, eo quòd non petat, teſte Anchar. in regul. ſine poſſeſſione.de regul.iur.in 6. Plenè ſcripſi in interpretatione legis vnicæ not.1.num.54.C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur.

48 Item ſi quis detineat rem meã, & ſit potens, & ego anthoritate iudiciali non valcã eam recuperare, poſſum iure poli aliã æquiualentẽ furari, vel authoritate propria aliã apprehendere citra ſcandalũ & perturbationem.gl.in c.ius gentiũ. prima diſt.Hippoly.ſing.53.malitiis. text.& gl.in l.ſicut.C.de paga.Alex.conſil.13.in 1.vol Feli.in c.2.col.fi.de ſponſal.quę ſunt notanda. Alia poſſunt ſuper hoc videri,in c.1.& 2.& c.ne innitaris.de conſtitu.imo dicit text.de conſtitutionib.apoſtnlicis in c.nulli fas eſt vel velle,vel poſſe tranſgredi apoſtolicæ ſedis pręcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſteriũ : quòd veſtrã ſequi oportet charitatẽ. ſit ergo tuinæ ſuæ dolore proſtratus,quiſquis apoſtolicis voluerit cõtraire decretis.19.diſt.vide alia quæ ſcripſi.in repetit.l.diuus.in 1.glo.ff.de ſenatuſconſult.ſylla.

An omnes Regis ordinationes ſeruare debeant.

Subiectus Regi quis duabus ex cauſis non eſt.

49 Quęritur an omnes teneãtur ſeruare has ordinationes,& eis ſubiiciãtur? Reſpõ. dupliciter quis dicitur legi ſubditus,vno modo vt doctor.dicũt, ſicut regulatũ regulæ, & ſic omnes,
50 qui ſubdũtur Regi,ſubiiciũtur regulis,legibus,& ordinationibus,quas ipſe fecit. † Quod autẽ quis non ſubiiciatur Regi noſtro,poteſt cõtingere dupliciter.Primo quia eſt ſimpliciter ab eius ſubiectione abſolutus. vt pote, quia in terris imperij degit, ibi natus eſt,vel in altero regno Hiſpaniæ videlicet,vel Angliæ.& tunc ſicut dominus iſtius exteri non eſt ſubditus his ordinationibus, ita nec illius ſubditi Regis Hiſpaniæ,vel Angliæ, aut alterius regni, niſi quatenus delinqunnt in regno, aut negotiantur,& tunc quibuſdã legibus ſubiiciuntur. c.fin.vbi docto.de conſtit.in 6.dicetur inferius.

51 Alio modo quis non ſubiicitur principi,videlicet,quia alia regitur lege ſuperiori.puta,ſi quis ſit ſubiect⁹ procõſuli,debet eius Regi mãdatis,niſi in his,quę abſoluũtur ab Imperatorę, quantũ enim ad illa nõ adſtringitur mãdato inferioris,cum ſuperiori mãdato dirigatur.& ita declaratur in c.quæ cõtra mores.8.diſt.vbi ſcribitur in fi.ſicut in poteſtatibus humanæ ſocietatis,maior poteſtas minori ad obediẽdũ rectè ꝑponitur,ita Deus omnib.ſic dicimus ceſſaſſe legẽ Moyſi quãdo data eſt lex Chriſti Dei. c.gaudemus. de diuort.c.ſi dominus. & ſeq.11.q.3.

52 Alio modo dicitur quis ſubiici legi, ſicut coactũ cogenti,& hoc modo homines virtutibus præditi nõ ſubiiciuntur legi, ſed tantũ mali. quod enim coactũ eſt,& violentũ,contrariũ voluntati eſt, vt ſcripſi in 14. not.l.vnicæ.C. de ſente.quæ pro eo quod intereſt profer.voluntas autẽ bonorũ hominũ conſonat legi,à qua diſcordat voluntas malorũ.& ſic boni non ſunt ſub lege,ſed mali,vt dicitur 1.ad Timotheũ 1.lex iuſto poſita nõ eſt, ſed iniuſtis,& nòn ſubditis impiis. Iuſti non ſunt ſubditi legi coactæ, quia voluntariè obediunt : & faciunt quod lex præcipit. Alber. in l.princeps.ff. de legib.

Spiritales uiri an & quando ſint legi ſubditi.

53 Nec refragatur cap.duæ ſunt leges.19. q.2.vbi qui lege priuata videlicet Spirituſſancti ducitur nõ eſt ſub lege.& Apoſt.ait,qui ſpiritu Dei aguntur,nõ ſunt ſub lege.Nam lex Spirituſſancti eſt ſuper omni lege humanitus poſita.Ideo intellige quòd ſpiritales viri in eo quòd ducuntur lege Spirituſſancti,nõ ſubduntur legi humanæ : quantũ verò ad ea,quæ ſunt cõtraria ductioni ſancti Spiritus, & in aliis, quæ nõ ſunt de ductu Spirituſſancti, aſtringuntur legibus humanis.vt 1.Petri 2.c. Subiecti eſtote omni creaturæ propter Deum.c.qui reſiſtit.11.q.3.

Solutus legibus quomodo intelligatur.

54 Hinc D. Ambr.in c.magnum.11.q.1.ſic ait, magnũ quidẽ eſt,& ſpeciale documentũ quo Chriſtiani viri poteſtatib.ſublimiorib.docẽtur deberę eſſe ſubiecti,ne quis terreni Regis cõſtitutionẽ putet eſſe ſoluẽdã.& Paul.ait.Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. c.omnis, de cẽſib.& qđ dicitur princeps eſt ſolutus legibus.l. princeps.ff.de legib.intelligitur quoad vim coactiuã,quia non cogitur à ſeipſo ad obſeruandũ legẽ,nec ab alio quidẽ,cũ non habeat ſuperiorẽ, ſecundũ Hiero.in illo Pſal. Tibi ſoli peccaui. & c.rotã. de pœnit. diſt.3. Auguſt.de Anchona in ſumma de eccleſiaſt.poteſt.q.44.in fi. Sed in quantũ lex habet vim directiuã,princeps eſt ſuę legi ſubditus : qa pater legũ eſt princeps. In authe. de inceſt.nupt.§.vlt. colla.2.ideo ꝓpria volũtate eas debet ſeruare.c.cũ omnes.de cõſtit.Quod quiſq; iuris in aliũ ſtatuerit,ipſe eodẽ iure vtatur.& ſapiẽs ait, Patere legẽ quã ipſe tuleris.c.iuſtũ.9.diſt.iuſtũ eſt principẽ legibus optẽperare ſuis:tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodiẽda,& ſeruanda exiſtimet, quãdo & ipſe illis reuerentiã præbet. Principes legibus teneri ſuis, nec in ſe poſſe dãnare iura, quæ in ſubiectis cõſtituunt,æquũ eſt. iuſta eſt enim vocis authoritas eorũ, ſi quod populis prohibent,ſibi licere nõ patiãtur.& Matthæi. 23.c.Ieſus reprehẽdit eos,qui imponũt aliis onera grauia,& ea nolunt digito ſuo mouere.& Simõ de Caſſia in tract.de iuſto iure dominij.c.33.ſic ait : Non autẽ iuſtus Rex inter homines erit, ſi iuſtã nõ ſequitur poſitã, aut non poſuerit legẽ iuſtã,ſed quomodo ſequeretur iuſtã, edicta diuina cõtẽnens? Princeps etiã dicitur ſupra leges,quia poteſt eas mutare,& pro loco & tẽpore diſpẽſare,cũ iuſtũ fuerit.c.non

Princeps tenetur ſuis legibus.

oportet.

oportet.de conſang.Albet.in l.princeps.ff.de legib.Sed iuſtar Zaleuci Locren. Regis, ſuas debet ſeruare leges,ſi eas ab aliis ſeruari cupit.de quo loquitur Val.li.1.de iuſtitia.& ſcripſi in procemio concorda.in 1.glo.

55 Quæro an ſtatuta laicorum, vel conſtitutiones comprehendant & adſtringant clericos , & eccleſias.videtur quod ſic:quia Papa per leges decidit cauſſas eccleſiaſticas, ergo & alius hoc debebit.probatur in c. 1.ibi,legali prouiſione decretū eſt.c.2.ibi,cùm ſit in iure ciuili expreſsū,quod licitè fieri poſsit.& in c.3.& per totū.de cauſſa poſſeſsio.& proprie.& ſi in adiutoriū veſtrū terreni imperij leges aſſumēdas putatis,non reprehendimus.Nam fecit hoc Paul.cùm aduerſus iniurioſos Romanū ciuem ſe eſſe teſtatur.Auguſt.in dialogo contra Petilia.& eſt in c.ſi in adiutoriū.10.diſtin.&Leo in c.de capitulis.ibidem ſic ait:De capitulis,vel præceptis imperialibus veſtris,veſtróque etiā pontificum prædeceſſorū irrefragabiliter cuſtodiēdis , & cōſeruandis, quanto valuimus,& valemus,Chriſto propitio & nunc & in æuum nos cōſeruatores modis omnibus profitemur, & ſi fortaſſe quilibet vobis aliter dixerit,vel dicturus fuerit, faciatis eum pro certo meodacem. & in c.quis autem leges principum,aut regulas patrū,aut admonitiones paternas, dicat debere cōtemni,niſi qui impunitū tantū exiſtimet tranſire cōmiſſum?& ſicut leges non dedignantur ſacros canones imitari:ita & ſacrorum ſtatuta canonum principum conſtitutionibus adiuuantur.c.1.de no.oper.nuntiat.& iura humana per Imperatores & rectores ſeculi Deus diſtribuit humano generi.Auguſt.ſuper Ioan.in c.quo iure.8.diſt.

Ordinationes an ligēt clericos & in quibus.

56 Item leges ſunt diuinitus per ora principum promulgatæ.c.fin.16.q.3.l.fina.C. de præſcript. 30.vel 40.anno.Etiam eccleſia legum ſecularium non reſpuit famulatum.c.ſuper ſpecula.de priuile.& dicitur lex quaſi ſanctiſsimum templū à ſummi numinis liberalitate collatum.l.1. §. cumque.C.de vetere iure enucleand.& ideo ab omnibus adoranda , & ſeruanda eſt. l.2.§. hæc igitur omnia.illo titu.l.leges ſacratiſsimæ.C.de legib.& legumlatores à Deo licentiam acceperunt:vt in auten. vt hi qui obliga. ſe habere perhibent res mino. in princ.colla.6.probarem etiam aliis ſexcentis iuribus,ſed breuitatem amplectens nunc alia miſſa facio.

Leges diuinitus promulgatæ.

57 Contrarium verius eſſe cenſeo.per text.in c.certum.10.diſt.vbi ſic deſcribitur,certum eſt hoc rebus veſtris eſſe ſalutare. vt cùm de cauſsis agitur, iuxta ipſius conſtitutionem regiam voluntatem ſacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere:non præferre,& ſacroſancta per eorū præſules potius diſcere,quàm docere eccleſiaſticam formam ſequi,non huic humanitus obſequendo iura præfigere:neque in eius ſanctionibus velle dominari,cuius clementiæ Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla ſubmittere : ne dum menſura cœleſtis diſpenſationis exceditur, eatur in contumeliam diſponentis.& in c.Suſcipitis ne libertatē verbi?libenter accipitis,quòd lex Chriſti ſacerdotali vos ſubiicit poteſtati,atque iſtis tribunalibus ſubditi, dedit enim & nobis poteſtatem, dedit & principatum multo perfectiorem principatibus veſtris , aut nunquid iuſtum vobis videtur , ſi cedat ſpiritus carni,ſi à terrenis cœleſtia ſuperentur,& ſi diuinis præferantur humana? ibi.& ſancta Dei eccleſia mundanis nunquam conſtringitur legibus.c.inter hęc.33.q.2.

Eccleſia nō ſubiicitur legibus humanis.

58 Præterea laicis etiam religioſis,id eſt honeſtis,& catholicis, ſuper eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis nulla eſt attributa facultas,quos obſequendi manet neceſsitas,non authoritas imperandi, à quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit,quod eccleſiarum etiam reſpiciat commodum,& fauorem,nullius firmitatis exiſtat, niſi ab eccleſia fuerit approbatum.text. in c.eccleſia.de conſtit. Plenè hoc probat Barba.in repetit.rub. de reb.eccleſ.non alienand.col.16.nu.18.cum ſeq.

Laici poteſtatem ſtatuendi in clericos non habent.

59 Inſuper nulla lex vel ordinatio poteſt comprehendere non ſubditum.c.1.de cōſtitu. iuncta ibi glo.& c.2.illo titul.lib.6.in c. à nobis,de ſenten. excommunica. vbi excommunicatio ad excommunicatoris tantum ſubditos refertur. Facit l. cum quædam.ff.de iuriſdict.omnium iudic. ſed clerici non ſunt laicis ſubditi.d.c.eccleſia.ergo leges humanæ ad eos non extenduntur.

60 Adhęc maior non poteſt lege minoris conſtringi.c.cum inferior.de maior.Nā omnes principes & cæteros homines epiſcopis obedire beatus Petrus præcipiebat.c.omnes.ibid.Sed legumlatores laici ſunt inferiores clericis.& eccleſia.c.ſolitę.de maiorit,& obedi.c.nouit.de iudic.c. per venerabilem. Qui filij ſint legit.ergo clerici legibus laicorum non tenentur.

61 Nec obſtat quod leges ſint diuinitus promulgatæ,ſed diuinis cōſtitutionibus omnes ſubiiciuntur:ergo & legibus humanis. Reſpon. leges eſſe diuinitus promulgatas ſecundum tamen imperiū promulgantis.& ſic non conſtringunt, niſi eos quos eadē prouidentia ſibi ſubiecit. & hoc eſt quod in lege dicitur neceſſe eſſe imperium.d.c.2.de conſtitut.& dicit beatus Thomas, requiri tria vt lex adſtringat:primum finem boni communis,ſecundum authoritatem,videlicet quòd lex lata non excedat poteſtatem ferētis.Tertium, æqualitatem oneris impoſiti ſecundum proportionem ad bonum commune,vt ſuperius dixi. quod probat Fortuni. in tract. de vltimo fine.nu.160. Nec debet Rex in meſſem alienam falcem mittere.c.nouit. de iud. cum ipſe Deus diſtinxerit ſecularem poteſtatem ab eccleſiaſtica. d.c.ſolitę.de maiorit.c.quoniam.10.diſt.alia verò iura conciliantur,& contraria eliduntur ex ſubſequētibus modificationib.Et ſic eſt firma regula ꝙ cōſtitutiones,vel ſtatuta laicorū nō cōprehendunt clericos,nec eccleſias,vel alias eccleſiaſticas perſonas.

Leges diuinitus promulgatæ quomodo intelligantur.

Regula.

62 [1] Primo regula perdit officium ſuum,quando leges, vel ordinationes eſſent à canonibus approbatę.nempe tunc non illis legibus adſtringuntur clerici:nec tenētur imperio legum,ſed quia canones volunt leges tanquam iuſtas ab omnibus obſeruari,tunc illę clericos ligant. & quando leges non ſunt contra naturalem rationē,aut diuinam,nec contra eccleſię cōſtitutiones,tunc ſo-

Leges à canonibus approbatæ ſeruandæ ſunt.

lent ab eccleſia approbari, & imperio, & approbatione eccleſiæ clerici eas ſeruare tenentur.c. vt inquiſitionis negotium.de hæreti.in 6.ea enim noſtra facimus,quibus authoritatem impartimur. l.1.§.omnia.C. de veter.iur.enucleād.c.ſi appoſtolicæ ſedis.de pręben.iñ 6.Igitur authoritate canonum habent locum,leges in foro eccleſiaſtico,& in clericos, & ita intelliguntur iura ſuperius allegata,vbi dicitur leges debere obſeruari ab omnibus,nō vi propria,ſed ratione approbationis, & eas debet Rom.pōt.approbare propter iuſtitiam eis inſitam , & quia ſunt diuino ſpiritu promulgatæ, & optimè humanis prouident negotiis, ad conſeruationem generis humani.ca. quo iure. 8. diſt. vnde decet, vt Papa eas accommodet negotiis eccleſ.c.ex antiquis.ibi cuſtodito legum tenore.54.diſt. c. accuſatores.§. cuius in agendo.3.q.8.ibi.quia leges ſeculi idipſum fieri præcipiunt.cap. cum deuotiſsimam. 12.q.2. non tamen ſic Papa ſolet approbare ſtatuta, & conſuetudines regnorum,vel ordinationes, ſicut leges imperatorum, quæ ſunt communes.docto.in ca. eccleſia.de conſtitut.

Ordo procedendi cunctarum ſecularium ſeruari etiam inter clericos debet.

63 Secundo derogatur regulæ quoad vim comprehenſiuam, ideo hæ ordinationes,quæ reſpiciunt ordinem procedendi etiam contra clericos ſeruari debent.gl.eſt no.in c. quod clericis.de foro compet.& eſt regula generalis : Quòd in his,quæ recipiunt ordinationem litis, attenditur conſuetudo, vel ſtatutum, vbi cauſſa agitur,etiam ſi ſit ſtatutum laicorum.l.3.§.fi.ff. de teſtib.Bar. in l.1.col.6.verſic.ſexto quæro. C. de ſumma trinita. Nam cum iudicium naſcatur, vbi agitatur, legibus(& ſtatutis) illius loci,& curiæ ſubiicitur. teſte Cuma.conſi.139.P.laicus.col.2. & hoc caſu clerici non ligantur ordinationibus laicorum, ſed arctantur ad obſeruationem iudiciorum, quæ ſubeunt,vt docet Calder.conſi.11.an clerici.rub.de conſt.& Cardin.conſil.144.ſtatuit ciuitas.nu. 9.Panor.conſil.33.præſidio.col.2.lib.2.

64 Quia cum lex canonica conſentiat in quibuſdam caſibus, quod cauſſa agitetur coram ſecularibus, vt ſecundum regulam actor ſequatur forum rei. c. cum ſit generale. de foro competenti.videtur etiam velle, quod ſecūdum leges illius iudicij cauſſa tractetur.vt docet Io. And. in additio.ad Specul. in tit.de conſtitu.in rub.& Anchar.in regula,ea quæ.col.penult.de reg.iur.lib. 6.Cuma. d.conſil.138.

Interrumpitur proceſſus clericorum in curia ſeculari.

65 Ex quo infertur,quod inter clericos litigantes in foro ſeculari ſeruabitur inſtantia iuris ciuilis. vt docet Petr.Anchar.in d.regula.Ea quæ,& ſtatutū laicorū limitās tēpus inſtantiæ ſeruabitur, etiam contra clericum litigantem in curia ſeculari, & ſic proceſſus etiam clericorum interrumpetur per annum, ſicut laicorum. Anth.in c.cum clericus.col.8.de foro compet.& ibi Imol. col.1.& Salicet.in auth.caſſa.q.1.C.de ſacroſanct.eccl.

Clericus temere appellans quādo ad mulctam teneatur.

66 Secundo ſi clericus temere appellet coram ſeculari ad ſenatum,incidet in mulctam,ad quam ſolet condemnari laicus.l.2.C.de epiſc.audient. & ſic ad ſexaginta libras, ſicut dicit ordinatio.in rubr.*des appellations*.artic.9.

Ante ſentētiam appellare quando quis poſsit.

67 Tertio infertur quod clericus in curia ſeculari litigans, non poterit ante ſententiā appellare,ſicut diſpouit ius ciuile.in l.2.ff.de appellat.recipien.Archi.in c. nō ita.2.q.6.Pano.in d.c.quod clericis. Anth.in c.qualiter.in 2.not.de iudi. Nec admittetur clerici appellatio ab interlocutoria, quæ in definitiua reparari poteſt, vt habetur in rubr. de ſenten. executo. artic.8. Nam appellari poſſe,vel non poſſe ab interlocutoria reſpicit modum procedendi, ſecus ſi tolleretur appellatio à diffinitiua, quia tunc reſpiceret deciſionem cauſſæ:ideo non præiudicaret clerico.Alex. in l.1. circa finem.ff.de legat.2.& conſil.166.viſo.in fi.lib.2.Aret.in d.c.quod clericis.

Clericus cautionem præſtat.

68 Quarto quòd ſicut laicus cautionem præſtat poſt recredentiam, & ſententiam,prouiſionalem etiam in prophanis,vt plenè ſcripſi in tracta.vt de ſenten.executor.infrà artic.1. & in tracta. de ſenten.prouiſio.ita & clericus,quia ordinem & ſtilum procedendi reſpiciunt, qui etiam inter clericos ſeruatur.

Clericus per prouiſionem condemnatur.

69 Quinto ſicut fauore alimentorum per ordinationes laicus condemnatur per prouiſionem. artic.1.dicto tracta.de ſenten.prouiſio.ita clericus condemnari debet non ſimpliciter,ſed per prouiſionem,quæ ſententia ſapit ordinem procedendi, non deciſionem, & eſt quoddam præiudicium non deciſio totius cauſſæ.

Sententiæ executoriæ ſunt etiam contra clericos.

70 Sexto ſicut ſententiæ per ordinationes executoriæ poſſunt cōtra laicos exequi,ita contra clericos in bonis eorum patrimonialibus,exceptis tamen mobilibus,in quibus non fit executio: vt plenè ſcripſi in tracta.de liter.obligat.artic.2.

Immobilia clericorum iudicantur ſecundum Regis ordinationes.

71 Tertio flectitur regula in bonis clericorum immobilibus,& in actionibus realibus,quia cùm res ſint de territorio Regis,iudicantur ſecundum conſtitutiones Regis, vt aſſerit Bal. in c.cum veniſſent.col.2.de eo qui mittitur in poſſeſsio.cauſſa rei ſeruandæ.facit c.ſi ad verum.96.diſt.ibi, & pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur. Petr. Veluge,in ſpecul.princip.rub.de admortiſa.§.nunc videamus. in fi. & Barba.in rub .de rebus eccle.nō alienad.col.21.nu.3.& 112.Chaſſa.in cōſuet.Burgund.in rubr. *des iuſtices.§.4.glo.de droit d'in dire*.in fi. quod etiam repetit in rub. *des ſucceſsions.§.3. in glo.chacun.* & in §.fi. in conſil.ibi poſito. nu.54.rub.*des ſucceſsions des baſtards*.& in §.2.in fin.rubr.*des mains mortes.*

Rationabilis lex an ligat & quæ dicatur fauorabilis.

72 Quarto limita quando ordinatio eſſet rationabilis, & generaliter loquens, & fauorabilis, nec canonibus contradiceret. Et fauorabilis poteſt dici,ſicut de legibus ſcribitur, quæ commodum aut incōmodum afferre poteſt:vt in omnibus legibus de cōtractibus loquētibus. Nā dicūtur fauorabiles,quia principaliter in fauorem hominū factæ ſunt.vt in contractu emptionis, & venditionis

venditioois.nam io faoorem emptoris ſtatutum eſt, quòd habeat actiooem, vt rem venditam conſequatur.& hoc etiam habebit locum in clericis,item in fauorē venditoris,vt habeat pretiū, licet in reis conuentis ſit odioſum, tamen illud eſt io cooſequens, quod non habet attendi l. ſi quis nec cauſſam.ff.ſi cert.pet.Bald.conſil.156.Punctus.col.2.in 6.vol. & in l.1.col.8.nu.10. C. de ſumma trioita.& ſic tenendum eſt omnes ordinationes fauorabiles clericis, & canooibus non cootradicentes,ſeruari debere,etiam quoad eccleſias & clericos.c.1.de oper.no.nunciatio.c.1.& 2. in 10.diſt.1.oot.2.per illum tex.de iuram.calum.Antho.Panor.& alij io dicto c.eccleſia.Bald.conſil.30.præſuppoſitio.volo.1.Alexan.cooſil.121.viſo themate.in fi.lib.2.& conſil.122.viſo.col.pcoul. nu.6.& ſeq.in 5.vol.vbi dicit leges imperiales non afferentes damnum clericis, vel eccleſiis, ſeruandas eſſe,ſecus in cooſtitutionibus inferiorum.Sed leges noſtræ Galliæ non ſunt editæ ab inferiori:ergo ſic erunt ſeruandæ.Bal.conſili.135.articulus.in fin.vol.3.& 397.col.2.volumi.3.& 4.

73 Ex quo infertur quòd leges de tutoribus loquentes, habent etiam locum in clericis, & qui ſunt infames de iure ciuili,regulariter,& de iure canonico erunt.teſte Angel.in l.1.in fi.prin.ff.de bis qui nota.infa.oiſi lex canooica illam tolleret infamiam, vt in ſecundo nubentibus. in c.fin.de ſecund.oupt.

Leges loquentes de infamia ſeruantur in clericis.

74 Item leges & ordinationes imponentes pœnas contumaciæ,ſeruari debent etiam à clericis, & quoad temeritatē appellationum vt decidit Panor.in c.dilecti.col.3.nu.12.de arbitr.per l.vnam. ff.ſi quis ius dicen.noo obtempera.& c.1.de homicid.in 6.l.2.de epiſco.audient.probatur io rub. *des congés & defaultz & contumaces*. in ordina.reg.inferius.

Pœna cōtumaciæ & conſuetudinaria an exigi poſſit.

75 Imo plus firmat Paoor.ibi,ſcilicet pœnam conſuetudinariam poſſe exigi etiam à religioſis, vt in c.dilectus.de offic.ordina.c.2.de delict.puero. dummodò conſuetudo,vel ordinatio, aliâs fuerit rationabilis.per c.fi.de conſuetu.

76 Quioto noo procedit, quando hæ ordinationes afficerent rem.vt ſi res noo poſſit vendi extraneo,tunc& clerici etiā prohibētur, licet res veoiāt ad ipſos,& ideo ſicut exteri laici acquirere prohibiti ſuot in regoo, ita & clerici exteri,& indigent literis naturalitatis,teſte Bal.conſi.174. præſupponendum.col.2.io 5.vol. & Soci.conſi.45.ſupponitur.in 3.volu.per l.placet.& l.iubemus oullam.C.de ſacroſanct.eccleſ.quia poſtquam res eſt affecta, ſic tranſit in clericum, ſicut in laicum,vnde conſuluit Areti.conſil.25.viſo themate.col.1.Quod ſi ordinationes loquantur in rem valebunt,ſecus ſi io perſonam,vt ſi dicant non valeat teſtamentum, vel ooo alienetur res extraneo.ſic pulchrè de Ripa conſuluit pro Cardinali Galeazio in libr. reſponſ.c.ſecundo,dicens oon comprehendi maximè Cardinales.

Ordinationes loquentes in rem à clericis etiā ſeruandæ ſunt.

77 Sexto viðatur regula,quando ante clericatum ordinatio cœpit in eo habere vires.Ioā.And. io mercurialib.in reg.ſine culpa de reg.iur.in 6.Albert.Bru.in tracta.de ſtatut.exclud.fœmi.artic. 6.verſi.nunc & ſecundo. & q.11.art.12. vbi dicunt quòd ſtatutum excludens ſecundo genitum à ſucceſſione regni exiſtente primogenito,excludet ſecundo genitum, etiam factum clericum, eo quòd ante clericatum ſtatutum habuit vires.Iaſ.in l.placet. C.de ſacroſ.eccleſi.& alia multa adducit Albertus,vbi ſuprà quæ videri potrunt.tameo intelligi debet in rebus immobilibus,ſed non in perſonis clericorum.

Ordinatio quæ locum habet ante clericatum.

78 Septimo quando clerici,vel eccleſia vult vti legibus,vel ordioationibus,ſeu ſtatutis laicorū, in fauorem illorum,debent etiam vti eo modo,quo lex,vel ordinatio,ſeu ſtatutum loquitur, & eum illo onere recipere tenentur.Bal.in l.1.vlt.q.de contrah.empt.C.& in l.de quibus.in 6.q.ff.de legib.& l.contra.§.fi.de pact.Panor.C.onſil.6.caſus.vol.1.Dec.in c.nouit.nu.16.in gloſ.quicunque. de iudic.Aufter.in 2.reg.in fi.de poteſta.ſecula.ſuper eccleſiaſt.perſo.

Clericus uti debet lege quatenus ei prodeſt & nocet.

. . Vltimo leges & ordinationes etiam deuiantes à iure canonico, ſi noo contineant peccatum, erunt ſeruādæ in foro ſeculari.c.cū eſſes.de teſta.gl.in c.2. in verbo lex ciuilis.de arbit.io 6.& in reg.poſſeſſor.de reg.iu.ibid.clemeot.diſpendioſam.de iud.Bar.in l.priuilegia. C. de ſacroſ.eccleſ. Panor.& alij in c.clerici.de iudic.not.in d.c.1.Calder.conſil.18.de conſtitu.Fallit in 7.caſibus traditis per Paoor. & alios in c.eccleſia.vbi abundantius iſta tractantur.de conſtitu.his nunc contentus ero.

Ordinationes etiam à iure pontificio deuiantes ſunt ſeruandæ.

Conſtitutions.

GLOSSA SECVNDA.

COnſtitutio,vel edictum eſt, quod tantum Rex, vel Imperator cooſtituit,vel edidit. c. conſtitutio.2.diſt.Quodcunque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit,vel edicto præcepit,legē eſſe cooſtat:hæ ſunt quę conſtitutiones appellantur.l.1.ff.de conſtitu.prin.§. ſed & quod principi placuit. de iure nat. in inſtitu. abuodantius declaro io rub.de conſtitu.in concordat.& quid ſit edictum io l.illa verba optimus.ff. de verborum ſignifi.

Quid ſit cōſtitutio.

Notandum eſt tamen, quod princeps tribus potiſsimè modis conſtituere, & ius promulgare dicitur,per legem primam.ff.de conſtit.prin.Primo per epiſtolam, quæ eſt reſcriptum priocipis, ad relationē magiſtratus,de re dubia,emiſſum.l.verum.§.ex facto.ff.de mioor. ſic ſunt factæ fere omnes leges codicis,vbi imperator ad petitionem alicuius reſpōdet,& ius conſtituit.vt ibi patet. Etiam decretalis epiſtola dicitur Papæ cooſtitutio, ad alicuius conſultationē facta,vt eſt in decretal.Grego.& gloſ.in ſumma.3.diſt.& ſæpius per reſcriptiones Imperator ius cōſtituit.l.ſępe.ff. de

Princeps tribus modis ius conſtituere poteſt.

off.præſi.& multa iura ſic ſunt conſtituta, in quibus dicitur, Imperator reſcripſit.l. Imperator.ff. de ſtatu.ho.l.in integrũ.ff.de minorib.multa allegaui iura in tract.{de reſcript.in 11.q.2.tomi.commenta.in conſt.reg.Gallicas.}Secundo iura conſtituit per decretum. Eſt enim decretum ſententia principis inter partes,de quarum ipſe cauſſa cognouit, & ſententiam dixit.l.minor autem.§.1.de minor.ff.vel interlocutus eſt.d.l.1.{l.extat decretum Diui Marci.ff.quod metus cauſa.l.peu.ad legem Iuliam de vi priuata.}

Per edictum quoque ius conſtituit princeps,quãdo vltro ex natura ſua motus ad honeſtatem, & ſubditorum vtilitatem decreuit, & vt futuris obuiet periculis. vt docet Theophil.in §. ſed & quod principi placuit.de iure nat.in inſtitu.atque prætores & alij magiſtratus per edicta tantum ius conſtituebant,ob doni,odij,amicitiæúe ſuſpitiones, quæ à principe abſunt. Theophil.in §. prætorum quoque edicta.ibid.{Et veteres antequam literas ſcirent,leges cantabant, ne eas obliuioni mandarent,quod temporibus ſuis in more Agathyrſis fuiſſe ait Ariſtotel.& Cel.lib.antiq. lectionum 5.c.27.& leges non cellis incluſas eſſe oportet, ſed hominum animis & moribus, ex ſententia Hippoda.Pythago.vt refert Stobæus.}

Et ordonances.

GLOSSA TERTIA.

Ordinationes quæ ſint.

ORdinationes hîc pro cõſtitutionibus accipimus.Ordinatũ enim dicitur τεταγμένον, id eſt rectè, atque ordinatè conſtitutum. & ſic hæ conſtitutiones iure ordinationes vocari poſſunt,quòd recte factę, & nunc in ordinem mea opera redactæ ſunt. erant autem antea ordinationes,quaſi ordini aptę, ſed nunc ſunt cõſtitutiones rectè factę, & in ordinem redactæ.c.per hoc.de hæretic. in 6. & eſt terminus generalis c.1.de ſchiſmat.c.ad abolendam de hæretic.

Ordinare quid.

Ordinare etiam eſt aliquem ad honorem,& magiſtratum promouere,& vt Cicero ait,ornare honoribusque augere.l. honores. vbi Budæ.ff. de decurio. dicens, eſt enim ordinare, quaſi in ordines adaptare, vel in ordinem municipalẽ prouehere.hoc probat per Cicero. & alios,vt quilibet videre poterit, ſeu ius pontificiũ ordinare dicit,ideſt,ad ordines promouere, inde ordinatũ eum,qui ordines ſuſcepit:vt in rub.de ordi.à non ſuo epiſcopo.& in rub.de tempo. ordi.c. ſanctorum.70.diſ.& alibi frequenter alia huic rei accommoda hîc non dicam:quia ſatis oneratum video hoc prooemium. ſed de hoc verbo,& de ordine & extra ordinem, ſcripſi in l.pecuniæ.2.§. perſecutionis.& in l.pupillus.§.munus publicum.ff.de ver. ſigni.& in §.1.in ver. ordinamus. denomi.reg.in concorda.

Gardées.

GLOSSA QVARTA.

SIcut leges ſacratiſsimæ ab omnibus ſeruari debent.l.leges.1. C.de legi.ſic & iſtæ ordinationes à Gallis hominibus, quibus impoſitæ ſunt.ideo dicit *Gardées &c.*

Quanta ſit iuris authoritas.

Sed fui interrogatus an reſponſa iuriſcon. ligent?arbitror iuriſcon. reſponſa inſtar legis tenere homines.§.reſponſa.de iure natur.in inſtitutio.non reſponſa illorum, qui triduo iuriſconſ.nomen ſurripiunt,ſed illorum,quorum authoritas in iure inſerta ſit,dicet quis, authoritas quorum præualeat.Reſpon.legi in Theodoſi.C.legẽ ſic deſcriptam.in rub.de reſpon. prudent. Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani, atque Modeſtini ſcripta firmamus. Ita vt Caium,atque Paulum, Vlpianum,& cæteros comitetur authoritas lectionis, quæ ex omni eius corpore recitetur, eorum quoque ſcientiam, quorum tractatus, atque ſcientias prædicti omnes ſuis operibus miſcuerunt, ratam eſſe cenſuimus, vt Sceuolæ, Sabini, Iuliani, atque Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt. Si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potens numerus vincat authorum: vel ſi numerus æqualis ſit, eius parti accedat authoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui vt ſingulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli, atque Vlpiani, in Papiniani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, præcipimus infirmari. vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur, quorum par cenſetur authoritas, quod ſequi debeat eligat moderatio iudicantis. Datum &c. { Vide titulum in l. fi. C. de ſenten. paſsis. vbi Pauli & Vlpiani notas in Papinianum improbat,& Papiniani ipſius ſententiam probat, & l.1.§. ſed neque.de veteri iure enuclean.}

Et obſeruées au Royaume de France,& redigées.&c.

GLOSSA QVINTA.

Obſeruare quid.

ET ſic oſtendit iſtas eſſe leges, quæ in regno Franciæ cuſtodiuntur & ſeruantur. Ideo dicit,*gardées & obſeruées.*Obſeruatio eſt quid facti,& reſpicit vſum, ſiue vnius iudicis, ſiue tribunalis, ſiue ſermonum interpretationem, aut aliud citra actum ſcribendi.l. obſeruare.ff.de offic.proconſ.l.obſeruandum. de offic. præſid. & l. obſeruandum. de iud.c.cupientes.§.denique.de electio.lib.6.de hoc verbo obſeruare. ſcripſi in l.cum biſſextus. ff. de verbor.ſignifica.

Obſeruatio ius declarat.

2 Habetque vnum effectum, videlicet declaratiuum iuris dubij, vt pote, quando lex multipliciter

ſpleiter intelligitur,eius veritas communiter ignoratur. Bal.in l.ſcire leges.ff.de legib.& Soci.in rub.ff.de reb.dub.& l.in ambiguo.ibid.Hippol.in rub.de fal.col.penult.

3 Ideo lex plures habens intellectus,ad quæſtionis deciſionem non poteſt allegari.gl.vlti.in c.1. de conſt.li.6.cle.ſicut.in verb.à die.in fin.de appel.& in ver.ſi quid petere. in cle.ſæpe. de verb.ſigni.Iaſ.in l.1.in fi.ff.de tranſact.& in l.admonendi.in lectura.col.10.nu.67.de iureiur.

Lex plures habens intellectus ad deciſionem allegari nõ poteſt.

Tamen id tenebitur,quod erit in obſeruatione.per l.Atriani.C.de hæretic.iuxta id,quod pluriẽs ſeruatum erit,& ex conſuetudine cuiuſque loci,lex dicit ſtatuẽdas ferias.l.præſides.ff.de ſer.l.1.& per totũ.C.illo.tit.non declarat lex tempus, ſed obſeruatio hoc declarat,cui ſtabitur, ſecundum Speculatorem in titu.de feriis.§.1.verſic.indictæ.cum ſeq.per legem minimè mutanda ſunt, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt.ff. de legib.l.quod ſi nolit. §. quia aſsidua. de ædili.edict.cap.cùm dilectus.de conſuetud.

4 Item obſeruatio declarat locorũ dubitationes.l.1.ibi,modus ex more religionis vbi cõtractũ eſt,conſtituatur.ff.de vſur.vbi in vſuris pendendis,attendi debet,quod fuit obſeruatum in illo loco.facit l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.1.vbi ſi dubitatur,de quibus aureis ſenſerit teſtator,hoc declarabit loci conſuetudo.& obſeruatio.l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.

Obſeruatio declarat locorũ dubitationes.

5 Adhæc iuris obſeruantia patere aditum iniuriis interdicit. c.nonnulli.in prin. de reſcript.

6 †.Et lex dicit cautionem præſtandam,non determinat vſque ad quam diem ſtabitur loci obſeruationi.l.ſi finita.in prin.ibi,die,in quem aliquando caueri ſolet.ff.de damno inſect.

7 Et conſuetudo,ac obſeruatio elucidat,qualis ſit præſtanda cautio.l.ſi quis reum.ff.de cuſtod. reor.Soci.conſil.6.prædicta conſultatio.col.3.in 1.vol.

Cautio qualis ſit præſtanda declarat obſeruatio.

8 Præterea declarat verba loci dubia.l.Labeo.ibi,nec mirum eſt moribus ciuitatis, & vſus rerũ appellationem eius mutatã eſſe.ff. de ſupellect.lega. tam à teſtatore prolata.l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legat.1.l.librorum.§.quod tamẽ Caſsius.de legat.3.ibi. Nam & in vſu plerique libros chartas appellant.quàm à contrahentibus prolata.l.ſi fundus venierit ex cõſuetudine eius regionis,in qua negotium geſtum eſt,pro euictione caueri oportet.ff.de euict.hoc probat Guido Papę in deciſio. Delphinal.q.262.conſuetudo. Panor. Præpoſit.& alij in c.1.de ſponſal.

Obſeruatio verba loci dubia elucidat.

9 Supplet etiam verba omiſſa à contrahentibus,vel à notario.l.quod ſi nolit.§.quia aſsidua.ff. de ædilit.edict.ibi,ea enim quæ ſunt moris & conſuetudinis in bonæfidei iudiciis debent venire.

Obſeruatio verba ſupplet omiſſa.

10 Et in iſtis ſufficit dicere hoc vſitatum,& obſeruatum eſt.l.ſi quis donaturus.ff.de vſufr. vbi addidi,vel quotidie fit.l.certi conditio.§.ſi nummos.& ibi late Iaſ.& moder. Si cert. peta.vel hoc ſolet fieri.l.ſi filius qui patri.in fi.ff.de vulga.& hoc ſæpius dicam in his ordina.quia in hoc forẽſi iudicio multa vidi obſeruari, quæ non reperi ſcripta.

Sufficit dicere hoc ſeruatum uel uſitatum.

11 Notandum eſt,quod ſi obſeruatio ſit plurium,vel publicæ perſonæ:tunc declarat actus etiã aliorum,vt ſuprà probaui per dict.l.Labeo.de ſupellect. legat. ſi verò ſit obſeruatio vnius perſonæ : tunc ſolum determinat illius actus,& declarat.l.ſi ſeruus plurium.ff.de lega.1.l.vel vniuerſorum,de pigno.actio.l.qui ſemiſſes.§.fi.de vſur.ibi,ex conſuetudine mandantis feciſſet.

Obſeruatio an aliorum actus declaret.

12 Nec requiritur quod dictum obſeruatum,præſcriptum ſit:ſed ſufficit ita quandoq; fuiſſe obſeruatum,ad hoc vt vim declarationis habeat.teſte Alex.conſil.107.pro inueſtigatione.col.penul. n.21.in 2.volu.& Areti.conſil.11.procedendum.col.penul.vbi plus addit, quod ſi princeps cõcedit officiũ alicui, cum ſalario cõſueto:intelligitur de ſalario vltimo, & de obſeruato.Plene Roch. Curt.in prefa.ad c.fi.de conſuetud.in fi.vnde ſi Rex conciliariis diuerſa erat ſolitus dare ſtipendia,concedendo officium vni,videtur eidem ſtipendia nouiſsime conſueta præſtari velle.

Conſiliariis quæ ſtipendia dentur.

13 Conſuetudo verò præſcripta eſſe debet.per tex.in c.non eſt. dum tamen aliás ſit præſcripta canonicè,conſuetudo reprobanda.de conſuetud.lib.6.tex in c. pręſenti.ibi,niſi de ſpeciali priuilegio,vel de conſuetudine iam præſcripta.de off.ordina.ibidem,c.cumana.ibi. vel ex conſuetudine iam pręſcripta.gl.& doct.in c.cum eccleſia.de cauſſa poſſeſsio.glo.in c.Romana.§.debet.de appella.in 6.Alex.conſil.156.in cauſſa.nu.16.in 2.vol.

Conſuetudo an debeat eſſe præſcripta.

14 Quod limitatur in conſuetudine interpretatiua.vt probat plene Antho.Butr.in c.fi.de conſuetud.& ibi Roch.Curt.in gl.vlt.in 2.requiſito.vbi dicit præſcriptam dici conſuetudinem. id eſt inductam,nam antequam inducta ſit,non eſt conſuetudo.gl.& docto.in c.fin.de conſuetud.in 6. ſcripſi in rubr.de conſuetudine in ordi.reg.in 2.tomo.

15 Notant tamen omnes,legem non obſeruatam nullas habere vires.gl.in c.1.de conſtitu.quam not.ibi docto.&.Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in rubr. *des iuſtices*. §.4.nu.34. quia leges & conſtitutiones non tenent nos ex alia cauſſa, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt.l.de quibus. ff.de legib.c.i.diſt.16. {Ideo non recepta conſtitutio non ligat.c.in iſtis.4.diſ.Card.in procem.cle. in verb.vniuerſitatis.q.2.

Lex non obſeruata nullas habet uires.

16 Item in proclamationibus monetæ,vel aliis quibuſuis non receptis edictis,quæ non ligant. vt docet Albert.Brunus in conſil. poſito in tracta.de augment.monetæ, quod incipit,Caſus ſic in facto.col.fi.Maleret.in tracta.de electio.3.q.principali.fol.42. verſi ſecunda ratio. & pro his eſt tex.notab.in d.l.de quibus.ff.de legib.

Proclamata non ſeruata non ligant.

17 Quod ſapiẽter cognoſcẽs Licurgus,cùm leges aliquot Lacedęmoniis dediſſet,eosq; difficiles ad eas recipiendas, & acceptandas cognouiſſet, finxit ſe Deum Apollinem, ſuper earum iuſtitia, vel iniuſtitia,conſulturum,dũmodo ſubditi eas, donec reuerſus fuerit, ſeruare iurarent:prout fecerunt:quo facto,vt leges perpetuas faceret,in patriam nunquam regreſſus eſt,iuſsitque oſſa ſua

De Licurgo ut leges ſuas faceret perpetuas factũ egregiu.

poſt mortem in mare proiici,ne ad patriá reportarentur:& ſic vt ſuæ leges perpetuò ſeruarẽtur.
18 † Idem fere Numa Pompi.finxit. Cum efferatos Romanorũ animos ad religionem vix inducere poſſet ad recipiendas leges,videlicet ſibi cum Egeria congreſſus nocturnos eſſe , ſi Liuio lib.1.ab vrbe cond. credi fas eſt.

Dei & populi conſenſus in lege condenda requiritur.

19 Et ſic cùm prinſcipes leges condere volunt ſtabiles, oportet quòd Dei conſenſum habeant, non ficte,vt Numa, ſed interpretatiue:conſenſum Dei tunc habere videntur,ſi lex ſit iuſta,& habeat ea quæ ſuperius cripſi, requirãt etiã populi cõſenſum de ſingulis regni ciuitatibus,& locis, proceresque,& primotes congregent,&conuocent,quorũ conſilio leges faciant,& promulgent. ſecundũ Benedict.in repetit.c. Raynutius.in verb.& vxorẽ.n.229.cum ſeq.de teſta.ſaltẽ ſenatus in lege condenda eſt conſulendus. per tex.in §.conſtat.& §.Senatuſconſultum. ibi, ſenatum vice populi conſuli.de iure natur.in inſtitu. quia quod fit cum conſilio ad beatitudinem regni, in gloriam,&augmentum redundat.l.humanum.C.de legib.Quoniam quod vir bonus,atque legitimus,&excellens paſtor populi fuerit,leges eius argumento ſunt,quæ immutabiles perſeuerant, vt pote vera ciuitatis gubernatione reperta.Plato in Minoe.in fine.

Princeps ex ſuis legibus cognoſcitur.

Leges imperatorum non ſeruantur in Franciæ regno.

20 Vnde cum leges Imperatorũ non fuerint receptæ in hoc Franciæ regno non ligãt regnicolas tanquam legibus ſubditos,licet ipſi ſeruent rationes legum:non eo quod leges hoc dicãt, nec quia Imperator hoc ſtatuerit, ſed quia ratio ſic vult:à qua nemo ſubduci poteſt. Ita egregiè dicit Bald.in l.nemo. C. de ſenten. & interlocut. omnium iudic. & in §. iniuria. col.iij.de pace iuramẽt.firman. Iaſ.in.l.illam. col.3. C.de collatio {Nec obeſt c. volumus.11.q.1. quod loquitur de quibuſdam legibus Theodoſij,non de omnibus legibus imperatorum.} & ſic iudices in hoc regno in officij inſtitutione non iurant ſeruaturos ſe leges Imperatorum,ſed ordinationes,& conſuetudines Gallicas,& ſi contra leges iudicent,non puniuntur pœnis legum,ſed arbitrio ſuperioris qui pro delicti qualitate,quandoq; plus,quàm lex dicat,punit.quia is iudicauit cõtra rationẽ.

Monaſteriũ non ſuccedit religioſo.

21 Sunt tamen quædã leges,quæ non obſeruantur,etiã quoad rationes illarum in hoc regno. {& dicit iuriſconſ.hodie nõ vtimur,& minus frequẽtãtur,in deſſuetudinemq; abierũt.l.1.ff. de interrog.actio. vnde hic leges} quaſdã generales deſcribã, vt iuuenibus praxim efflagitãtibus ſubueniã. Et primo nõ obſeruatur auth.ingreſsi.& authen.ſeq. C.de ſacroſan.eccl. quia hodie per ingreſſum religionis non fit tacita bonorum dedicatio monaſterio , nec ſuccedit religioſo monaſterium , ſed proximiores ab inteſtato , & iſta eſt conſuetudo generalis regni obſeruata, teſte Maſuer.in ſua pract.rubr.de ſucceſsio.in verſi.item per conſuetudinem.& in rubr. de locat. verſicu.item per ingreſſum.Benedict.in repet.c. Raynutius, in verb.& vxorem.nu.295.& nu.732.de teſta.& de iſta nullus in regno hodie dubitat,quia obſeruatur ad vnguem,tam in maſculis, quàm in fœminis monialibus,& tam in patria iuris ſcripti, quàm conſuetudina.adeo quod monaſteria nulla profeſsio bona habent,ſi non ante profeſsionem donata illis fuerint.

Religioſus non ſuccedit ſuis cõſanguineis.

22 Item nullus religioſus profeſſus,quamuis filius, vel proximior cognatus ſit:ex conſuetudine regni Franciæ poteſt ſuis ſuccedere parentibus, vel conſanguineis,nec monaſteriũ pro eo,cõtra l.Deo nobis. C. de epiſc.& cler.& auten.niſi rogati.ad Trebel.& ita diſponitur in magno cõſuet. rubr.de ſucceſsio.teſtamen.& executio.verſic.Item *religieux*. & in conſuetud.Bleſiæ.rubr.de ſucceſsion.arti.147.Maſuet.in rub.de ſucceſsio.§.item per cõſuetudinem,& in conſuet.Pictauen.eo.tit.arti.219.& hæc conſuetudo pluribus confirmata fuit areſtis.vt eſt in ſtilo parlament.areſto 56.

Areſtum.

& hoc aſſerit Boer.in §.fi.de teſta.in conſue. Bitur. & hanc conſuetudinem multis probat argumentis eſſe iuridicam, Bened. in repeti.c.Raynutius.in verb.& vxorem.nu.220.cum ſeq.de teſta. & Chaſſa.in conſue.Burgund.in rubr.*des ſucceßions*.§.fina.Sed docto.hoc diſputant : videlicet,an valeat conſuetudo,in l.fin. C.de pact.& in c.præſentia.de proba.verùm quia hoc eſt per tempus immemoriale in hoc ſeruatum regno,ob id nunc fruſtra diſputaretur.

Religioſus factus ſecularis an ſuccedere poſſit.

23 Nec poſſet etiam religioſus ſucceſsionem recuperare , ſi dimitteret habitum de facto poſt profeſsionem factã,vt aſſerit Benedict.in d.repetit. c. Raynutius. in verb. in eodem teſtamento. in 1.nu.224.de teſta.allegat Roma.conſil.268.in caſu propoſito.& conſil.351.circa primum. Nam quod ſemel amiſſum eſt , non poteſt ſine aliorum facto recuperari.argum.l. quod noſtrum eſt.ff. de reg.iur.quod eſt hodie notandum contra multos apoſtatas per phas & nephas,& mendacia Papę dicta ſeculares factos. {facit text.in d.l.Deo nobis.§.huius autem. Vbi dicit,ad monaſterium pertinere,quod non procederet in Regno Franciæ:ſed conſanguinei proximiores ſuccedent,ac ſi ille perſeueraret in religione.Bened.in verb.in eodem teſtamento,1.nu.125.de teſtam.Felin.in c. Eccleſia.nu.79.de conſtitut.}

Religioſis legitima nõ relinquitur.

24 Ratio huius conſuetudinis eſſe poteſt,quia religioſi pro mortuis habentur.d.l.Deo nobis. §.1.& ſunt mortui mundo,viuunt autem Deo.c.ſunt nõnulli.16.q.1.ideo non tenetur pater in hoc regno de conſuetudine obſeruata filium ſuum religioſum hæredem inſtituere:vel aliquam legitimam ei ficto mortuo relinquere : & illud teſtamentum non reiicitur ſic factum,ſecundum Benedict.vbi ſupra.num.226. quod eſt notandum,quia mortuo nihil dandum eſt:& fictio pro veritate habetur.l.ſi filius.ff.de liber. & poſth.& hæc conſuetudo poteſt probari per id , quod habetur Deuteron.18.c.Non habebunt Sacerdotes & Leuitę, & omnes, qui de eadem tribu ſunt hæreditatẽ,cum reliquo populo:quia ſacrificia Domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de poſſeſsione fratrum ſuorum. Dominus enim ipſe eſt hæreditas illorum, vt abunde ſcripſi in tract.de decimis.quęſt.prima.{Vnde in pronũtiatione publica Natiuitatis Domini fuit

reiectus

reiectus procurator monaſterij Sancti Spiritus,qui volebat ſuccedere cuidam puellę,quę erat intra monaſterium mortua,pro Maſſot & Bochin, ac aliis petentibus illius ceſsionem.}

25 Solennitas deſcripta in auten.hoc ius porrectum.C. de ſacroſanct.eccleſ.non eſt neceſſaria in alienatione rerum eccleſiaſticarum.vt firmant D.de rota.deciſ. 135. nota quod vbi eſt conſuetum.in antiq.nec ſeruatur in Francia: vt fuſius ſcripſi in compend.aliena.rerum eccleſ.vbi licet videre,quæ ſolennitas neceſſaria hodie ſit in alienatione rerum eccleſiaſticarum in hoc Franciæ regno. {Imo anno 1538. arreſtum Mercurij ante Paſcha in ſolita & publica pronuntiatione protulit D. Præſes à S.Andrea oblatum monaſterio, licet expreſſe non feciſſet profeſsionem, non eſſe habilem ad ſuccedendum,nec monaſterium pro eo.quod eſt notandū.Quid in eo qui poſtea reliquit habitum,dixi in conſil.}

In alienationibus rerum eccleſiæ quæ ſolẽnitas obſeruetur.

26 Abrogata eſt auten.ſed neque.C.de epiſcop. & cler. prohibens curiales ordinari, & hodie prohibitio non tenet,imo vidi duos cancellarios ſacerdotes factos tempore ſui officij, & ſi vellent curiales ingredi religionem de ſua ſubſtantia diſponere poſſent, de conſuetudine Regni. vide Petrum de bella pertica.quęſt.238.

Curiales ordinari poſſunt.

27 Non vidi ſeruari l.nec honore.nec auten.ſed iudex.ſeq.C. de epiſcop. & cleric. ſed hodie tam epiſcopi quàm clerici veritatem dicere,& teſtimoniū ferre,ſicut laici coguntur,ſed illis defertur: quia non iurant tactis Euangeliis,ſed poſita manu ad pectùs,vt religioſi,& ita vidi obſeruari in curiis Franciæ,ſed ſi veritatem non dicant,ſunt ita periuri,ac ſi tetigiſſent Euangelia,vel aliam rem ſacram,quia os, quod mentitur,occidit animam,etiam ſine tactura.c.iuramenti.22.quęſt.5.

Sacerdotes & alij clerici dicere teſtimonium coguntur.

28 Nō obſeruatur ex conſuetudine generali l.ſi quis non dicam rapere.ibidem. C.de epiſcop. & cleric.nec alię leges punientes conatum,& ſic non ſeruatur l. is qui cum telo. C. de ſicar.diſponens,vt is,qui voluerit interficere, puniatur lege cornelia, de ſicar.vt docet Ioan.Fab. in d.l. is qui.& Bal.conſil.443.Cęcus confecit. col.2.in 3.volumi.Paul.& Iaſ.in l.1.§.fi.ff.quod quiſque iur. Maſuer. in rubr. de pœnis.§.item per conſuetudinem,ſequitur Ioan.Berber.in viator. iuris. in 1. parte rubr.de homicid. ac Petr.Iacob. in ſua practica. rubr. de actione legis aquiliæ. verſi. nunc reſtat notandum. Iacob.Bolenc.olim huius Pariſ.Senatus conſiliarius egregius, in repet. §.famoſos.l.capitalium.verſic.extendo vt procedat.fol.27. ff.de pœn. Dec.& ibi in additio.ad eum. in l. nō vult hæres eſſe,de re.iur.D.& conciuis Boer.in trac.de ſedi.ti.fol.36.Hippol.l.1.num.118.ff.ad legem Corn. de ſicar.& l.eiuſdem. circa finem, princip. illo titulo.& conſil .7.ſummi cœli.num. 50.& conſi.105. Cord.& c.circa. Corne.conſi.202.licet in hac conſultatione.col.1.vol.1.& conſilio 249. licet videatur.col.1. in eo volum. † quia primi motus non ſunt in poteſtate hominis ſecundum philoſophum, quem refert glo. in d. l. ſi quis non dicam rapere. Sed vtinam illa iura obſeruarentur, quia multi ab homicidiis retraherentur. teſte Cepol.conſil. 29.viſo proceſſu. Sed in crimine læſę maieſtatis, & patriæ prodendæ obſeruarētur leges punientes conatum, vt teſtātur Paul.& Iaſ.in d.l.1.§.fi.& in atrociſsimis, vt aſſerit Prępoſit.& alij in c. propoſuit. de appellatio.Feli.in cap.1.de præſumptio. & in ſuo tractatu, quando conatus puniatur.& Soci.in tracta. Fallen.reg.31.attentatio.

29

Leges punientes conatum non ſeruāturni ſi in atrociſsimis.

30 Et ita eſt generalis conſuetudo mundi, vt non puniatur conatus. teſte Auf. in ſtylo parlamenti.1.patte rubr.De alta, media, & baſſa iuriſdictio. §.1. & Barbat. conſil. 23.ſapientiſsimus. col.6.nu.18.in 2.volu.& conſil. 48.clementiſsimum. col.fi.in 4.vol.vide Bald.conſil.294. ad euidentiam.vol.1.

31 Punietur tamen is, qui voluit aliquem interficere, & conatum fecit, in emenda ſaltem pecuniaria. vt fuit areſto declaratum Pariſ.in quæſtio. per areſta.quęſt. 163.Præpoſitus, in fi. Vidi etiam in Montepeſſulano Manellum locumtenentem præpoſiti condemnaſſe quendam, qui attentauerat cognoſcere filiam cuiuſdā ſeruientis boni latronis nuncupati ad furcas,& fuit ſuſpenſus: ſed iam peruenerat ad actum quantum ad eum,licet non potuiſſet eam cognoſcere,ſed per eum non ſteterat. &quando proceſſum eſt ad aliquem actum,tunc punitur is, qui illum actum fecit.teſte Boer.in deciſ.Burdeg.q.316.ſi quis volens,quia non eſt ſolus conatus.

Areſtum. Volēs interficere in emenda punitur.

32 Inſuper non obſeruatur auten.presbyterum.ibidem. C. de epiſco.& cleric. ſed hodie poteſt quis ad ſubdiaconatum admitti in decimo octauo anno, ad diaconatum verò in vigeſimo, & ſacerdos fieri, ſi vigeſimum quintum attigerit annum.c.le.vlt.de æta.& qualita.& epiſcopus fieri in hoc regno poteſt conſtitutus in vigeſimoſeptimo ætatis ſuæ anno.§.1. de nominatio. reg. vbi ſcripſi in concorda. Franciæ. & in tracta.de pacific.poſſeſſorib.limita.4.

Diaconus, presbyter et epiſcopus in qua ætate eſſe debeát.

33 Vtinam ſeruaretur auten. ſtatuimus ibidem. vbi iudices ſeculares iudicantes perſonas eccleſiaſticas tàm in ciuili, quàm in criminali, ſunt priuati officio iudicandi, ſed omnes ferè iudices eſſent priuati:quia paſsim in perniciem animarum ſuarum contra clericos decernere vſurparunt, quæ malùm,tanta corruptela!

34 Item non obſeruatur l.raptores. ibidem. vt liceat parentibus, vel conſanguineis interficere raptores,ſed eos prehendere poſſunt,& ad iudices ducere.nec §.ſi autem. vidi ſeruari.ibidem ſtatuentem bona rapientis monialem applicari illi monaſterio,in quo reſidet,vt vſumfructum,monialis quandiu viuet,conſequatur: eccleſia verò proprietatem: quamuis diſponatur idem prope in c. ſi quis rapuerit.27.q.1.& in ca.excommunicamus.in 1.de hæretic.§.1.Felin. in c.irrefragabili.in fi. de offic. ordina.glo.in c.quia diuerſitatem.in fi.de conceſsio. præbend.& Benedict. in repetit.c. Raynutius. hæc aſſerit,in verb.& vxorem.nu. 242. de teſta. Sed bona rapientis applican-

Raptores interficere cōſanguineis puellæ non licet.

tur fiſco, reſeruatis monaſterio quibuſdam emendis, arbitrio iudicum Franciæ imponendis. ſic vidi ſeruari.

Bona clerici condemnatione applicentur.

35 Itẽ hodie ex conſuetudine generali regni Franciç, bona mobilia clerici condemnati ad perpetuos carceres, vel ad degradationem, pertinent ad epiſcopum, immobilia verò ſpectant ad Regem, vel ad alium dominum temporalem, imperium inibi habentem, & hæc conſuetudo fundatur in c.fœlicis.in princip.de pœnis.libr.6.& l.fi.iuncta glo. vt nemo priuatus titulos prędiis ſuis imponat.c.cum ſecũdum.de hæretic.iſtius conſuetud.meminit Maſuer.in rubr.de pœnis.§.item condẽnatio facta ad carceres.& Oldra.conſi.27.thema tale.col.2.ac Ioan.Andr.in additi.ad Specul.in titul.de feud.§.penul.verſic.40.quæritur.& Aufrer.in deciſ.capel.Tholoſ. q.150. Quidam accuſatus prouinciale.fol.44. & ita ſeruatur de vſu, & ſtylo curiarum, qui licet lex deficeret, eſt ſeruandus. teſte Iacob. de Bello viſu, in ſua practica de fuga reorum.verſi.& ſic patet ex prædictis fol.51.& Benedict.ſequitur in repetit.c.Raynutius. in verbo,& vxorem.nu.240.cum ſeq.& in verb.mortuo.in 1.nu.132.cum ſeq.de teſta.conciuis D.Boer.in conſuetud.Biturig.in §.11.de iuriſdict.omnium iudic.Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in rubr.*des confiſcations*.§.3.

Bona mobilia clericorum conditionem perſonæ clerici ſequuntur.

36 Et hæc cõſuetudo fuit confirmata areſto magni conſilij, vt licet videre in tract.areſto. in ſtylo parlamenti. areſto 50. item fuit dictum. & in quæſtio. per areſta. q. 85. fuit dictum. quamuis glo.& docto.contrarium dicant in cap.quia diuerſitatem.de conceſsio.præbend.vbi addidi. Ratio eſt, quia bona mobilia ſequuntur conditionem,& priuilegium perſonæ. c.fi.de vita,& honeſta.clerico.Ioan.de platea.in l.2.in fi.C.de priuileg. eorum, qui in ſacro palatio militant.lib.12.& ſicut perſona debet eſſe ſub epiſcopo.c.ſi diligenti.c.ſignificaſti. de foro competent.ita & mobilia clericorum, quæ non capiuntur etiam pro ſententiæ executione, vt plenè ſcripſi inferius in tracta.de liter.obligato.artic.2.

Cautio de lite proſequẽda hodie an ſit danda.

37 Hodie etiam auditur actor proſequens litem, licet non caueat de ea proſequenda vſque ad finem, nec de ſoluendis expenſis, nec decimam litis actor ſuccumbens pręſtat, niſi in curia parui ſigilli Montiſpeſſulani, licet in auten.generaliter.1. C. de epiſcop. & cleric. contrarium ſtatutum ſit,& in auten.qui ſemel. Quomodo & quando iudex de hoc ſcripſi in tracta. de decimis quæſt. tertia.{& Theobaldus de Ceſon non potuit obtinere contra ſuũ aduerſarium, qui erat ex Lombardia, vt daret cautionem iudicatum ſolui. vt Auſtr. docet in arreſto 19. Item nota in ſtylo Parla. quia de conſuetudine hoc non ſeruari docet Bartol. in l.3. §. ſi quis. ff. de minor. Ideo hæ ſatiſdationes non exercentur, quamobrem multæ fiunt calumniæ: vnde bonum eſſet eas obſeruari.} Bonum eſſet vt cautio daretur, quia multæ fraudes fiunt, maximè in beneficiis, in quibus aliquando ſupponitur chimera, quæ non inuenitur poſtea,& omnes expenſæ extinguntur ſic ideo iudices hoc ſeruare deberent, vt nullus reciperetur niſi qui præſtaret cautionem: & qui non poſſet præſtare, quòd iudex habito conſilio interloqueretur illum ſub obligatione bonorum & perſonæ recipiendum, ſi apparentem oſtendiſſet titulum, non aliàs, & tunc multæ ceſſarent ſuper his beneficiis lites. Proh dolor, vbi quis ſpiritus ſancti gratia præfici debet, hodie plurimi diabolico aſtu recipiuntur,& infinitis calumniis. {Et anno 1534. die 15. martij cenſuit Senatus quendam Mediolanen. teneri ad cautionem dandam antequam eidem comprobarentur literę,& antequam ipſe eas exequeretur in Francia contra aliquem incolam regni, poſtulante D. Minando aduocato, qui poſtea effectus fuit pręſes in d.curia Pariſ.& iuxta ea quę hîc ſcribo Henricus Francorũ rex edidit conſtitutionem anno 1557. in menſe Ianuarij: qua conſtituit, eos qui iure deuoluto beneficia impetrant teneri cauere, vt licet videre in rub. *de la reformation des benefices*.in ordina.regiis.}

Abuſus in beneficijs quomodo tollendus.

Auten.ſi captiui & liberi, quomodo obſeruetur.

38 Auten.ſi captiui.C.de epiſcop.& cler.diſponens, quod in bonis captiui non poteſt ſuccedere is, qui neglexit illum carcere, vel captiuitate liberare, ſed ſucceſsio eius applicatur eccleſiæ, non ſeruatur, ſed ille captus eligit, cui dare ſua voluerit bona, & ſi non dederit, proximus ei ſuccedit: quia ipſe ingratitudinem videtur remiſiſſe, ſi non eſt in vita conqueſtus.l.fi.C.de reuocand. donatio.quod eſt verum, ſi fuerit liberatus,& ad bona ſua reuerſus. diuerſum eſt, ſi mortuus fuerit in captiuitate. Nam tũc poſſet d.auten.ſeruari,& bona fiſco applicari.& auten.liberi.C.de epiſcop.audient.in forenſi iudicio ſeruari debet contra liberos furioſi, qui patris curam neglexerãt: vt ſucceſsionem adipiſci non poſsint.

Omnis tutor & curator ſatiſdare deberet.

39 Lex de creationibus.C.de epiſcop.audient.non ſeruatur in hoc regno quæ dicit datum curatorem furioſo in teſtamento, non teneri ſatiſdare, quia ſufficit paternum teſtimonium pro ſatiſdatione, hodie bonum eſſet vt omnes ſatiſdarent etiã teſtamentarij, tum quòd ſæpius ſuadetur teſtantibus valetudinariis, vt aliquos dent tutores vel curatores inutiles,& quia iura fauent pupillis, ne eorum bona conſumantur, ob id cautio ſemper danda eſſet, & hoc bonum & ſalubre illis eſſet, ideo ſeruandum, ſed iuratoria tantum cautio recipitur, nec vidi aliam dari à conſanguineis tutoribus in hac patria,& illa conſuetudo inualuit, vt tutores & curatores promittant cũ obligatione bonorum ſuorum ea, quæ ſcripſi artic.3.gl.2. de ſenten.prouiſio. {Nec ſeruatur l. Nemo. ibidem.de epiſcop.audientia, quæ vult, vt die Paſchatis carcer nullum teneat incluſum. Nam omnes paſsim illo die ſic cuſtodiuntur ſicut antea: alioqui daretur materia euadendi.}

Immunitas an eccleſijs detur.

40 Hodie nõ ſeruatur rubr.de his qui ad eccle.confugiunt, ſed ſolent delinquentes in eccleſiis, & locis ſacris, capi, ſaluo iure ſi reintegrari debeãt, nempe cognoſcetur cõtra illum captũ, an immunitate debeat eccleſiæ gaudere, & ſi concludatur, & pronuncietur illum gauiſurum, ad eccleſiam

eccleſiam

cleſiam remittetur.ſi verò non debeat gaudere,hoc per ſententiam declarabitur, & fiet ei poſtea proceſſus.ita vidi ſeruari,vt dixi in tracta immunita.eccleſ.in ordina.reg.{in 2. Tomo.commentar.in conſtitu.reg.};

41 Præterea derogatum eſt auten.quę ſupplicatio.C.de precib.imper. offerend.in qua ſupplicationem impetrare ſufficit intra biennium, ſed in Francia oportet quòd intra annum impetretur,vt dico inferius in tracta.de ſupplicatio.

42 Impetrans reſcriptum anni,vel biennij,ſeu quinquennij, dilationem concedens, non dat fideiuſſores de ſoluendo in termino,quanuis contrarium ſtatutum ſit.in l.vniuerſa.C.de precib. imper.offerend. quæ non ſeruatur in regno, vt dixi in tract.de dilatio.annalib.& quinquennali.in {2.Tomo commenta. in conſt.reg. quia aliàs reſcripta eſſent ſemper fere nulla impetrantibus,& inutilia, ob defectum cautionis,quam vix inuenirent.}

Impetrans quinquennales & annales literas non dat cautionem.

43 Item pendente ſupplicatione, quam propoſitionem erroris noſtri vocant, fit executio areſti,id eſt ſententiæ ſupremæ curiæ, nulla data fideiuſsione,nec cautione:vt vidi ſeruari, & abūde ſcripſi in repetitio.l.quod iuſsit.in 2. nota.ff.de re. iud.& in tracta.de ſupplica. {in hoc Tomo.}

Areſti executio pendēte erroris propoſitione fit.

44 Derogatum eſt de totius regni conſuetudine l.falſo.C.de diuerſ. reſcript. & ſeruatur iuris canonici diſpoſitio c.ſi autem. & cap. plerunque. de reſcrip. vt reſcripta iuſticiæ anno pereant, vulgo dicimus *ſuranne*, ſi ſuper illis executio aliqua facta non fuerit. & hoc etiam ſcribit Guido Papę,in deciſio.Delphinal.q.135.An autem in fi.ſed elapſo anno impetratur aliud reſcriptum,vt non obſtante lapſu anni,primum executioni detur, de quo loquitur Berber. in viator.iur. in 4. parte rubr. de iudic. literæ tamen prehenſionis non tolluntur anno, vnde vulgò dicimus,*prinſe de corps ne ſe ſuranne iamais*,& hæc ex conſuetudine & vſu forenſi didici.

Reſcriptum iuſtitiæ anno perit.

45 Non vidi ſeruari l. fi. C.vt lite pendent.quoad infamiam, vt impetrans reſcriptum contra rem iudicatam,etiam ſi ſuccubuerit,ſit infamis, & quamuis infamia fuerit contra vnum oppoſita,tamen fuit in teſtimonium admiſſus,vt ſcripſi in tracta. de liter.ciuilib.artic.vno.glo.6.nu.6.

Impetrans literas contra rem iudicatā an ſit infamis.

46 Dicunt quidam non ſeruari in Francia l.per omnes.C.de defenſor.ciuitat.in hoc,quod diſponit ob delictum horrendū denegandum delinquēti aduocatum, quem tex.ſing.clamat Barba. in tracta.de pręſtan. Cardinal.in 9.q.primæ partis col.3.nu.11.& in cle.2.col.51.de electio.& cōſi. 47.ſcribitur.col.14.in 1.vol.& conſi.vlt.col.9.in 2.volu. Amanel.ſing.4. Hippol. in ſua practica. in §.diligenter.num.164.& in repet.l.vnicè.nu. 102. de raptorib. virg. licet poſsit coroborari per tex.in c.mulier.15.q.1.vbi ipſa beſtia,alioqui irrationalis,punitur & probatur Exodi 21.c.& Leuitic.20. Sequitur Guido Papæ in deciſi.Delphinal.quęſt.238.ſi animal. dicens ſe vidiſſe ſuſpēſum porcum,quia puerum comederat.probatur etiam per glo.in l.2.ff.arbo. furt. cęſar. Item propter horrendum carnis crimen debent & animatum & inanimatum comburi, vt citius tale ſcelus à mentibus hominum deleatur.vt fuit factum Tholoſę de ancilla *du petit Nicolas* pharmacopolæ. & Benedict. ita tenet in repetit. c. Raynutius. in verb.mortuo.in 1.num.138.de teſta.vide Rom. in repetit.l.ſi verò.§.de viro.col. 44. fallent. 46.ff. ſolut.matrimo. Sed plus eſt in hoc regno, in quo in omni crimine, in quo extraordinarie agitur, delinquenti non ſolet dari aduocatus, ſed accuſatus ore proprio loqui debet.

Aduocatus an delinquēti dādus ſit.

Ob crimen horrendum animal etiā eſt puniendum.

47 Etiam hodie filiifamilias contra ſuos agunt patres impetrata ab ipſis iudicibus citatione, & nullam vidi aliam impetrari veniam,licet quidam à patre concedendam arbitrentur,quod non eſt verum,ſed à prætore & iudice. per text.in §. final.de pœna temer.litigan.in inſtitution.l.4. de in ius vocand. ff.§. prætor ait, ſine permiſſu meo ne quis vocet parētem.{Quia pater fortè non concederet,debet tamē filius, quando à patre,vel matre quicquam petit, honeſtis vti verbis,aliàs grauiter puniri debet,tanquam ingratus,& iura paternitatis violans. Nam pulchrè ait Imperator in l.ſi manumiſſori.C.de obſeq.ſi qua pecunia debetur, ſiue de rebus aduerſus patronum diſceptatio ſit, non protinus ad litigandum currere debes: maxime autem ſi hoc facere auderes, ſiue authoritate verborum æquitatem petitionis tuæ commendare iudici potuiſti, omni honore patrono debito reſeruato,multo fortius patri. non vidi ſeruari l. ſi quis minor.C.de tranſac.nam ſi quis impetret literas,vt tranſactio reſcindatur, ſi aliquam habeat cauſam,quamuis non obtineat, non eſt infamis, nec aliæ pœnæ ibidem conſcriptæ ſolent contra impetrantem declarari, ſed in expenſis ei ad mulctam pro modo culpæ, ſolet condemnari, & ſic in forenſi iudicio ſeruari vidi, quicquid ibi iactent doct.& audiui obiectionem factam de infamia contra eum qui ita ſuccubuerat,fuiſſe reiectam.}

Filius an veniā à patre impetrare debeat.

48 Inter non obſeruatas poteſt collocari l.ſi nemo.C.de in integrum reſtitutione.& l.cùm ſcimus.C.vbi & apud quem cognitio in integrum reſtituit. agenda ſit.inquantum dicunt pæſidem poſſe reſtituere minorem,& aliæ leges hoc dicētes.Nam hodie in hoc regno ſolus Rex reſtituit, & literas reſtitutionis concedit:ideo minor non recipitur ſine literis regiis petens in integrum reſtitutionem.per l.diui.ibi.ſed id duntaxat à principibus fieri poteſt.ff.de pœnis,quę licet loquatur in reſtitutione à ſententia ſuper crimine, tamen idem obſeruatur in aliis reſtitutionibus,ſiue à minore impetrentur,ſiue à furioſo,ſiue à prodigo,ſiue à quocunque alio præſente,vel abſente, etiam per rubricam. C. ſi ex falſ.inſtrument. iudicat. fuerit. {Itaque hoc caſu princeps adeundus eſt.ff.de fideicom.liberta.} ita ſcripſi in repetit.l.quod iuſsit. in 2.not. numero 128.ff. de re iudic.

Reſtitutiones omnes à principe impetrātur.

49 † Curia tamen ſuprema ſine literis Regiis interdum ex æquitate reſtituit. vt dixi in glo. ſummas.in proœ.concorda.& literas releuamenti concedit, etiam ſi cancellarius recuſauerit, vt

Curia ſuprema reſtituit.

in re

in regiſtris curiæ parlament. Pariſ.ſcribitur.& anno 1401. die 28. Ianuarij recuſante cancellario literas in cauſſa appellationis curia conceſsit.& olim curiæ ſupremæ regebant etiam ipſos principes,ſed hodie multis agitantur procellis,& principes etiam:quia illis non obediunt,& conſiliis earum non reguntur. {In vno tamen caſu ſing. iudices regni reſtituunt, vtpote ſi poſt prolatam contumaciam in reum abſentem ipſe iudice ſedente pro tribunali compareat. text.in l.diuus. ff. de in integ.reſti.ſcripſi in tract.de contumac.art.3.in 3.Tomo conſti.regia.imò etiam hodie non ſeruatur l.vna. C. in integrum reſtitui poſtula.ne quid noui fiat. nam ſi petatur reſtitutio contra areſtum, & ſententiam curiæ ſupremæ, pendente illius reſtitutionis cognitione,arreſti fiet executio propter eius curiæ auctoritatem.l.ſeruo.§.cum prætor.ff.ad Trebel..Guido Papę. in deciſ. Delfi.q.50.quia.ſed nil à partibus ſine curiæ permiſſu innouandum erit.}

Auten. ſacramẽta puberũ.an obſeruetur.

50 Inſuper non ſeruant Galli auten.ſacramenta puberum inuiolabiliter cuſtodiantur.C. ſi aduerſ.vend.ſed ſi minor læſus ſit,quanuis iuramentum interpoſitum fuerit in illo contractu, reſtituitur. & impetratis literis à Rege, vel eius cancellaria, diſpenſationem iuramenti petit minor ab epiſcopo, vel eius vicario,quæ non ſolet denegari. & ita vidi obſeruari ſemper in curiis,& ita ſeruatur in omnibus ferè reſtitutionibus etiam maiorum,vt habita iuramenti diſpenſatione, releuetur lęſus,vt plenè ſcripſi in tracta.de reſtitu.& releua.in 2.Tomo commenta.ad conſti.reg.

Iuramẽtum calũniæ non præſtatur.

Item in curiis ſecularibus.regni non iuratur de calumnia,& ſic parum ſeruit rubr.de iura.propter calumniam dand.quanuis iura dicant non poſſe hoc iuramentum expreſſe remitti. l. 2. ibidem nec valere conſuetudinem c.cæterum.de iurament.calum.& c.1.§.1.illo titul. in 6. quia non ſolent Galli vti calumnia, ideo vſus illud iuramentum non recepit, vel fortè quia paſsim partes calumniam exercebant nonobſtante iuramento, ideo noluerunt eas adigere iuramento, ne plus peccarent.{ Statuit tamẽ Philip. Pulcher vt procuratores regij iurent de calumnia in cauſis,quas regio nomine exercent.vt patet in ordi. Philip.in ſtilo Parla.conſcriptis.}

Lex properandum. an obſeruetur.

51 Non ſeruatur l.properandum.C.de iud. vt cauſſæ decidantur intra triennium, quia in hoc regno protrahuntur ſæpius vſque ad triginta annos, & quandoque vſque ad mortem, & ad viduam & hæredes,vt dicitur:adeò quod inſtantia in hoc regno vocari iure poteſt,quia inſtat pars tanquam in agone exiſtens,vt cauſſa finiatur,& adeò inſtat,& vrget,vt ſæpe in perſecutione moriatur:vnde dicitur per varios caſus per tot diſcrimina rerum tendimus ad ſententiam.Quod ſic non fieret,ſi Senatuſcon.ſeruarentur,quo fuit dictum & procuratoribus præceptum,vt ſtatim habito conſilio, & deliberatione ſecundum illam procuratores placita & apunctamenta partibus concedere debeant,ſed recuſant vulpini procuratores,qui ad magnam mulctam eſſent condemnandi,vt cẽſuit Senatus ad ſupplicationem procuratoris regij anno 1544.die 13.Februar. Tamen etiam in hoc regno permittitur inſtantia per triennium, computandum à die vltimi termini, & vt dicunt, *de la derniere procedure*,& non proſequetur quis illum proceſſum poſt ſine literis regiis,vt non obſtante peremptione liceat proſequi proceſſum, ita ſeruatur in hoc regno.{Imò etiam nõ ſeruatur titulus vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur, vbi vult intra biennium à conteſtatione litis cauſa criminales finiri debere,maxime in l.fi.hodie quandoque durant etiam proceſſus criminales ad decem annos,quæ malum.}

Cautela abbreuiandi lites.

Areſtum.

Dilationes iuris nõ ſeruantur.

52 De ſtylo communi & conſuetudine curiarum non ſeruantur dilationes iuris:ſed ſtylus & quælibet curia ſuas arbitratur dilationes,& eas concedit.glo.in ver.prorogetur.in titul.de author. general.concilior.in pragmat.

Plus petens an condemnari, & ad quid debeat.

53 L.vna.C.de plus petitio.& aliæ ſimiles conſtitutiones non obſeruantur in hoc regno, quia ſemper debitor,qui nõn obtulit partem debiti,ad quam ſolum tenebatur, condemnatur ad omnes expenſas,etiam ſi actor plus petierit.nam poſtquam erat debitor,offerre tenebatur illud quod debebat,& non offerendo eſt in mala fide,ob id ſemper ad expenſas cõdemnatur, etiam quãdo plus petebatur.§.plus.cum ſeq.de actio.in inſtitu.ergo ſemper offeras,ſi expenſas vitare velis. facit l.quidam.ff.ſi cert.peta. & ideo in praxi non ſeruatur,quòd poſſum negare totum, ſi debeam partem,quicquid dicat glo.& docto.in c.fi.de confeſsis in 6.

Si verò plus petatur loco,abſoluitur reus ſaluo iure actori de conueniendo debitorem in loco debito,& ſoluit actor expenſas illius inſtantiæ iuxta l.properandum.§.1.C.de iud.

Idem ſi conueniatur ante diem,vel conditionem, & quando id quod eſt debitum alternatiuè petitur ſimpliciter,ſolet etiam ab obſeruatione iudicij iudex abſoluere cum expenſis,ſalua facultate actori conueniendi reum tempore debito,id eſt dum euenerit dies, vel conditio vel petendi alternatiuè,quod ſimpliciter petitum fuerat.iſta eſt praxis.

Authen.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi oporteat. nõ vidi ſeruari in hoc regno quoad hoc, vt quis ſortiatur forum ratione delicti: nam ſi iudex loci,in quo delictum eſt commiſſum, requiſitus ſit à delinquente,vt remittatur ad iudicem domicilij, denegari hoc non debet, niſi in duobus caſibus.Primus in vagabundo,vt patet in rubr.*des vagabons*.in ordina.reg. & ibi dixi. Secundus caſus, eſt quoad inquirendum, & decernendum prehenſionem contra delinquentem. Nam poterit iudex delicti informare,& poſtea decretum concedere, ſed ſi poſtea captus petat ſe remitti ad iudicem domicilij,hoc cõcedi debet ſub fida cuſtodia. imò ſi iudex delicti abſolueret, vel condemnaret reum,non valeret ſententia,nec impediret iudicem domicilij:vt docet Ioa.Fab. in d.auten.qua in prouincia.per c.p.& g. de offic.deleg. cùm in Francia iuriſdictiones ſint patrimoniales,vt ſcripſi plenè in titul.de cauſsis in concorda.

54 Seruant Galli delinquentis cadauer non poſſe tradi ſepulturæ inconſulto principe, ſeu curia ſuprema.glo.in l.1.ff.de cadauer.punito.& ſic debet intelligi l.obnoxios.C.de religio.& ſumpti.funer.ſequitur D.Chaſſa.in conſuetud.Burgun.in rubr.*des confiſcations*.§.1.glo.*il confiſque*.num.6.ſed ex conſuetudine in patibulis dimittuntur ad terrorem,& exemplum,vt alij à criminibus arceantur.l.1.ff. de iuſtit. & iur.l.1.C.ad legem Iul.repetund. nec putarem iudices ſeruantes hanc conſuetudinem peccare, cùm ſit iuſta & rationabilis : vt terreantur delinquentes, licet Chaſſa.vbi ſuprà teneat contrà.

Cadauer delinquētis ſine principis permiſſu nō traditur.

55 Imo ratione vtilitatis publicæ ſeruatur in regno , vt etiam iudices Regij poſsint cadauer delinquentis dare medicis ad anatomiam faciendam , quamuis Chaſſa. dicat non poſſe dari, niſi per principem,tamen contrarium vidi ſępius ſeruari in Montepeſſulano.Sed tempore æſtiuo non debet concedi propter fœtorem, vel ſtatim fieri anatomia debet : vt aſſerit D.de Ripa. in tracta.de peſte.in 3.parte.q.6.in fi.fol.69.quamuis Bar.cogitandum reliquerit.in l.fi.ff. de cadauer.punito.

Anatomia an poſſit ex ſuſpēſo fieri.

56 Delectabilis illa, paucis tamen auten.alearum vſus.C.de reli.& ſumpt.funer.diſponens pecuniam in ludo perditam poſſe repeti vſque ad quinquaginta annos , ex conſuetudine generali totius regni Franciæ.imò verius dicam mundi,non obſeruatur.& illam conſuetudinem valere aſſerit Ioan.Andr.in c.pen.de vita & honeſta.clerico.quamuis Panor. ibi contra. & quòd conſuetudo excuſet luſorem , vt non teneatur ad reſtitutionem pecuniæ lucratæ , dummodo fraus nō interuenerit,& luſerit ſolacij cauſſa:& cum eo,qui eſt dominus pecuniæ,abūdè ſcribit Roch. Curtius,in repetit.c.fi.col.12.in 3.nota.& 3.limita.de conſuetud.tum quia ceſſat fraus, tum etiam quia dubium eſt apud docto.vt Imol.in d.c.penul.ſcribit.ergo in tali dubio conſuetudo excuſat. c.cum venerabilis.vbi Panor.de conſuet.quod ſeruire poteſt epiſcopis, & abbatibus, commendatariis quibuſdam iuuenibus,qui hodie,proh dolor, plus his deſeruiunt, & aliis deterioribus voluptatibus,quàm diuinis rebus,aut ludis literariis. {Non ſeruant Galli l.quiſquis.C.ſi certum peta. vbi nulli licet iudici mutuare , hodie non prohibentur , ſed tamen caue , quia ſi vis facere inimicum mutua ei tuum. dicit Lucas de Penna in l.1.col.3. C.de agricol.& cenſit.lib.11.experto cridi debet mihi.}

Ludētes an teneātur ad reſtitutionē pecuniæ lucratæ.

57 Conſuetudo ſuſtulit rubr. de compenſat. in hac patria conſuetudinaria , in qua non ſolet recipi per iudices ſine literis regiis , vt vidi ſæpius in forenſi iudicio ſeruari , tamen cum literis regiis recipitur,in patria verò iuris ſcripti ſine literis admittitur,quod eſt melius,quia fruſtra impetratur,quod iure communi conceditur.l.vna.C.de theſaur.lib.10.ſed ignari procuratores hūc introduxerunt literarum vſum,& bonum eſſet,quod iudex prouideret,prout de iure,& reſtitueret ſicut adhuc fit in curiis eccleſiaſticis,ſed lucrum ſigilli ceſſaret,& vtilitas publica augeretur.

Compēſatio ſine literis regijs non fit.

58 Non ſeruatur etiam in hac patria conſuetudinaria.l.admonendi.ff.de iureiur.nec l.in bonę fidei.C. illo tit. quia vix defertur iuramentum in ſupplementum probationum in contractibus ſtricti iuris,etiam ſi ſemiplenè probatum fuerit : ſed reum iudex abſoluit,niſi hoc à Rege per reſcriptum concedatur,& vidi impetrari literas regias iudicibus directas, coram quibus proceſſus pendebat , vt ſi appareret probatum ſemiplenè, deferret iuramentum in ſupplementum probationis,ſed ſeruantur illæ leges in patria iuris ſcripti , in qua ſine literis iudex defert , ſi expediat iuramentum,etiam in contractibus ſtricti iuris.{Etiam non ſeruant conſuetudinarij l.3.§.iurare oportet.vt delatum eſt ff.de iureiur. Nam nullus tenetur iurare niſi pro more ſolito,etiam inſtāte parte.Sic cenſuit Senatus Pariſ.anno 1524.die 11.Martij,contra iudicem De la Val , qui iudicauerat iurandum eſſe ſuper reliquias,ſicut pars requiſiuerat.Vnde Vlpianus ait,ſi quid tale inciderit circa varietatem,officio iudicis conceptio huiuſmodi iuriſiurandi terminetur.l.iuſiurandum & ad pecunias.l.pen.ff.de iureiurand.}

Iuramētum in ſupplemētum quando deferatur.

Areſtum.

59 Etiam l.in contractibus.C.de non num.pecu.ceſſat, vbi poſt biennium non admittitur de iure exceptio non numeratæ pecuniæ opponente debitore, & poſt triginta dies opponente creditore,ſed in Francia ſemper recipitur opponens non numeratam : ſed is, qui opponit non numeratam,oportet, quod ſemper probet,ſiue ante biennium , ſiue poſt.& iſta ſeruant regnicolæ. vt plenè ſcripſi in tracta. de chirographo & cedula recognit. ſaltem in hac conſuetudinaria Francia.

Exceptio nō numeratæ pecuniæ quando opponatur.

60 Per non vſum,imò per contrarium vſum eſt abrogata auten.cōtra qui propriam.C.de non num.pecu. Nam qui negat propriam ſcripturam,ſi conuincatur, non condemnatur præciſe ad duplum : ſed ad mulctam pro qualitate delicti imponendam , quæ interdum excedit duplum, quandoque non & frequentius,vt notum eſt pragmaticis.

Negās propriam ſcripturā quomodo puniatur.

61 Regni conſuetudo generalis non obſeruat l. dudum. C.de contrahen. emptio.ſed conſanguinei rem per conſanguineum venditam pro eodem pretio retrahunt,vt plenè diſcutit D.Tiraquel.in ſuo tractat.de vtroque retractu.

Retrahere rem venditā conſanguinei poſſunt.

62 Credo non obſeruari in hoc regno l. 2. C.de patrib. qui fil. diſtraxe. vbi pater ob cauſſam famis poteſt vendere filium,ſed contrarium obſeruat conſuetudo,quia cùm Galli habeant filios prorſus abſolutos.gloſſ.in §.fina.inſtitu.de patr.poteſta.ſeruituſq; inter Chriſtianos nō ſit. Bart. in l.hoſtes.ff.de captiuis. maximè inter Gallos,vt plenè docet conciuis meus D. Boer. in §. 1. de conſuetud.iuris ſtatus perſonarum : ideo patres non ſuos vendunt filios,ſic nec auus,nec mater, quia hi non habent eos in poteſtate.vt ibi Bal.inquit.Et puto in tex.d.l.2.ibidem legendum ſanguinarius,

Pater non vendit filios ſuos.

Sanguinarius quis.

guinarius,id eſt ſæuus & crudelis,non ſanguinolentus,vel ſanguineus,niſi exponas ſanguineus id eſt crudelis,vt Apule.immani ac ſanguinea voce perterruit.

Intra decem annos agere debet deceptus vltra dimidiam.

63 Ordinatio regia corrigit opinionem glo.& doct. poſitam in l.2.C.de reſcindend. vendit.vt ratione deceptionis vltra dimidiam agi poſsit vſque ad triginta annos.ſed ordinatio ludo ſeruata in curiis vult,vt intra decem annos agatur,poſtea non auditur quis volens reſcindere contractum ratione deceptionis,& in aliis caſibus ibi expreſsis.vt in tracta. de reſciſio.contract.abunde ſcripſi(in 2.Tomo conſti.regia.etiam nunquam vidi ſeruari penam l.cõductores.C.loca.vt conductor teneatur dare æſtimationem rei locatæ, ſi illam non reſtituerit ante ſententiam, ſed in praxi ſolet condemnari ad aliquam mulctam,vel ad id quod intereſt.)

Propria authoritate nõ expellitur emphiteota, vaſallus nec conductor.

64 Stilus & conſuetudo Franciæ non obſeruat l.2.& ibi not. C. de iure emphite. in eo, quod ibi dicitur,quòd emphiteota poteſt propria authoritate expelli, ſi non ſoluat cenſum per totum triennium : quia in hoc regno non expellitur, niſi prius facta commiſsi declaratione per iudicem competentem. alioqui non poſſet purgare moram, quod eſſet iuri contrarium. cap. potuit. de locat.& idem in feudo ſeruatur,& iudicatur.teſte Guido.in ſuis deci.q.107.licet glo. &c. vide in conſuetud.Picta.art.64.rubt.1. & idem in conductore Galli ſeruant:vt non liceat propria authoritate illum expellere, ſed tantum per iudicem,(quando reſiſtit. etiam maritus licet ſit dominus rei dotalis.l.doce. C. de rei vend. tamen non poteſt vaſſallos vxoris ad fidem & hommagium recipere, ſine expreſſo vxoris conſenſu. vt cenſuit Senatus pro do. Charlota vxore do.de Preci,anno 1515.die 4 Iunij.)

Inceſtas contrahens nuptias poſt Papæ diſpẽſationẽ non perdit bona.

65 Contrahentium inceſtas nuptias pœna eſt confiſcatio bonorum,tam cæterorum,quàm dotis,exilium etiam auten. inceſtas nuptias. C.de inceſtis nupt.quæ elicitur ex auten. de inceſtis nuptiis.col.2.Sed poſt illas cum illis nuptias ſic contractas : ſi Papa diſpenſet, bona poſtea à Rege non vendicantur,quia ante declarationem factam ab epiſcopo, vel alio iudice eccleſiaſtico, hæc bona non capiuntur. c. cum ſecundum leges.de hæret.in 6. de quo fui ſępius interrogatus, nec poteſt fiſcus bona petere poſt Papæ diſpenſationem,quia poſtquam principale poteſt Papa probare,& acceſſoria.argum.l.cũ principalis.ff.de reg.iuris.& ſic valebunt dotes,& donationes propter nuptias:vt per doct.in c.per venerabilem.qui fil.ſint legit.

Pœnæ ſecũdò nubentiũ non ſeruantur.

66 Item fruſtra diſputatur de pœnis ſecundò nubentium,quia nullæ vel raræ ſeruantur in hac patria conſuetudinaria, ſed amplectuntur dictum apoſt. primæ ad Corinth.6.c.mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt à lege viri ſui,ideo in Domino nubat,cui voluerit. & hæc eſt etiam diſpoſitio iuris canonici in c.penult.& fi.de ſecund.nup. aliquæ tamen quæ reſpiciunt filios & illorum fauorem,ſeruantur in patria iuris ſcripti.per gl.& doct. in l.1.C.de ſecund.nup. & abundè explicat hanc materiam Io.de garronib.docto.Auenio.in ſuo tract.de ſecund. nuptiis.vbi etiam cumulat pœnas ſecundò nubentium.

Naturales hodie per oblationẽ curiæ nõ legitimantur.

67 Abiit in deſuetudinem l.ſiquis. C.de naturalib. liber.& §.quibus.inſtitu.de hæredita.quę ab inteſta.deferunt.in quibus ſtatuitur naturales legitimari,quando curiales efficiuntur.ſed cum in hoc regno ſit magnus curialium numerus,præcipuè apparitorum,non legitimabuntur per oblationem curiæ:quia ceſſante cauſa effectus ceſſabit.c.cum ceſſante.de appella. Chaſſa. in conſuetud. Burgund.in rubr.*des ſucceſsions des baſtards*.§.3.in gloſſ.ab inteſtat.num.11.quia olim vix inueniebantur,qui curiis ſeruire vellent propter modicum lucrum, hodie cum rapinæ eorum non puniãtur,ditari iſti curiales ſolent. & omnia hi apparitores temerare conſueuerunt.l. defenſionis. in fi.C.de iure fiſc.lib.10. Nam quidam iudices magni fures paruos tuentur:adeo quòd ſunt ſicut medici, quod impunè etiam interficiunt hunc, ſimul illum, impunéque putant ſe quoque ferre Deo,at arcum ſuum tetendit,& parauit illum,vt iſtos tàm impudentes rapinres,& fures, in profundum mittat,quia conceperunt dolorem,& pepererunt iniquitatem.

Naturales non ſuccedunt ſuis parentibus nec conſanguineis.

68 Naturales,quos vulgò baſtardos dicimus,de conſuetudine generali regni Francię non ſuccedunt ab inteſtato patri,nec matri,vel collateralibus,quæ eſt iuri diuino conſona. Geneſ. 21. ca. Eiice ancillam & filium eius,non erit hæres filius ancillæ,cum filio liberæ, ſed poteſt habere alimenta ex æquitate canonica.per tex.in c. cùm haberet.in fi. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adult.vbi Panor.& præpoſit.

69 Et ſic non obſeruatur auten.licet.C.de naturalib.liber.Nec auten.ſi qua illuſtris.§. nouiſsime.C.de Senatuſconſult.Orficia.Nec alij tex.ſimiles.teſte Ioan.maſuer.in rub.de ſucceſsio. in §. item Baſtardus.& §.item Naturales.& Benedict.in repetit.c.Raynutius.in verb.& vxorẽ.nu.709.

Baſtardi nõ ſuccedunt nec ab inteſtato nec ex teſtamento.

70 cum ſeq.de teſta.Et iſta eſt conſuetudo vniuerſalis in toto regno, quod baſtardus nec ab inteſtato ſuccedat patri nec matri nec ex teſtamento,teſte Chaſſa.in conſuetud.Burgund. in rubr. *des ſucceſsions des baſtards*.§.1.in princi.& glo.ab inteſta.

Baſtardis fiſcus ſuccedit.

71 Imò etiam illis baſtardis fiſcus ſuccedit, etiam ſi aliũde bona quàm à patre quæſierint,etiam filius naturalis baſtardi non ſuccedit ei:niſi legitimatus vel literas naturalitatis habeat in hoc Regno.etiam ſi fuerit legitimatus à Papa adhuc non ſuccedet:quia Papa in terris non ſibi ſubiectis quoad iuriſdictionem temporalem legitimare non ſolet quoad bona temporalia.c. per venerabilem.qui filij ſint legit.ſcripſi in ſcholaſtico priuile. 98. ſi tamen pater aliquid eis donet, ſolet illis præſtari. ſed ſi ſint legitimi filij & naturales baſtardorum, ſuccedunt parentibus, & conſanguineis,vt abundè ſcripſi in tract.de liter.naturalita.in 2.Tomo ordi. reg. vbi idem dixi in filiis exterorum legitimis & naturalibus,quamuis Bened.& alij contra.ſed ibi allego Areſtum.(Non ſuccedit etiam

dit etiam in hac patria conſuetudinaria vxor marito ab inteſtato, nec econtra, forte, quia habet dimidiam conqueſtuum partem, ſecus eſt in patria iuris ſcripti, vbi deficiente legitima ſucceſsione ſuccedit per titul. C. vnde vir & vxor.}

Curator quando minori non detur.

72 L. Clarum. C. de author. præſtand. non ſeruatur, nec l. fi. §. neceſsitate. C. de bonis quæ liber; in parlamentis, vbi non curatur de patria poteſtate: ideo proceſſus non erit nullus ob defectum patris, aut curatoris conſenſum: tàm in ciuilibus quàm in criminalibus, vt docet Guido papæ in deciſio delphinal. & q. 35. ſi adultus. & q. 50. quia hęc curia, & q. 410. de iure. Bened. in repe. c. Raynutius. in ver. ſi abſque, in 2. de fideicommiſſa ſubſtitut. n. 50. de teſta. vix conſentio in ciuilibus, ſed in criminalibus ſic, in quibus hodie non datur curator minoribus, in his quæ facti ſunt, quia in his reſpondere iudicibus per ſe habent, ſecus in his quæ iuris ſunt, vt ad dilationes, ad teſtes quęrendos: & ad alia, vt ſuperius dixi. Imò per edictum Carbo. differebatur quæſtio ſtatus vſque ad tempus pubertatis, & olim fuit cõſuetudo, vt in realibus cauſa minoris differretur vſque ad pubertatem, ſed Philippus Valeſius ſuper hoc ordinationem edidit, reuocans hanc conſuetudinem anno 1330. volens vt minores proſequãtur proceſſus, ſicut maiores, & contra ipſos ſic quoque procedatur, vt eſt in li. arreſto. Imò hodie princeps concedit, vt quis extra tutelam & curam ſit in decimooctauo anno, vel ante vigeſimumquintũ, vt olim fuit conceſſum do. de la Val. anno 1540. die 2. Decembris, & fuit dictum in Senatu, quòd curatores illius redderent ei computum, & reliquã: videlicet magiſter militum, & Conneſtabilis, & D. de Chaſteau Briãt, licet cura de iure duret vſque ad vigintiquinque annos. §. fin. de curato. in inſti. niſi beneficio principis aliud conceſſum fuerit, & idem quando veniam ætatis cõcedit, vt in l. 2. C. de his qui veniam ætatis impet. de qua dixi in tract. reſt. art. 2. gl. 7. in 2. tomo.}

Minor non citatur ſed tutor.

Item etiam hodie in hoc regno ſeruatur, vt non valeat citatio minoris habentis tutorem: ſed tutor erit citandus, iuxta doctrinam Alex. in l. neque. ff. de in ius vocand. quamuis Bart. contrarium teneat in l. j. §. ſufficit. ff. de adminiſtra. tutor. vnde cùm minor fuiſſet citatus ad aſsiſtendum receptioni teſtium productorum ad futuram rei memoriam, citatio & omnia alia fuerunt per curiam annullata anno 1544. die 8. Iulij.

Alienatio minoris quãdo rata haberi poſſit & quomodo.

73 Si maior factus alienationem ſine decreto factam ratam habuerit, non poterit contra eam venire, vt patet in hac rub. C. ratum tamen habere non cenſetur, ſi rem tradiderit tempore, quo erat maior, licet minor vendiderit, vt plenè Barba. docet in c. literis, de reſcript. imò requiritur ſpecialis confirmatio, vt in l. 2. ibidem, requiritur etiã quòd ſpecialis cõfirmatio fiat inſpectis cognitisq; verbis prioris contractus, alioqui ſiquis ratificaret contractum tali anno & menſe conſtante inſtrumẽto ſumpto per talem notarium factum, hoc non ſufficeret, nec ratificatio probaretur, per l. vnam. C. ſi in communi eademq; cauſa in integrum reſtitutio poſtuletur, & ita iudicatum fuit in magno Regis conſilio anno 1543. die 5. nouemb. ſeu circa, item in l. fi. in illa rubr. C. ſi maior factus, dicitur quod ſi factus maior per quinque annos continuos poſt impletam ætatem, id eſt poſt viginti quinque annumerandos nihil conqueſtus eſt, minimè retractari poſteà alienatio {occaſione omiſsionis decreti} poterit, & deciſio illius legis confirmata fuit arreſto Senatus prolato pro do. Archambaudo de morel, egregio in Senatu aduocato, quamuis hodie ex lege regia nouiſsima, poſsit minor in integrum reſtitutionem ratione minoris ætatis petere vſque ad triginta quinque annos iu aliis: vt patet in rubr. de reſtitu. & releua. in ordi. reg. artic. 2. {in 2. tomo harum cõſt. Notandum eſt d. l. fi. habere locum in alienatione rei immobilis, & quando ex cauſa alienatur omiſſo decreto, ſecus ſi cauſa nõ interceſſerit, vtpote quia non erat æs alienũ, & tamẽ ſine decreto alienatur, tunc non confirmabitur per quinquennium, ſed poterit agi vi ordinationis vſque ad 35. annos, & fructus percepti ante litem conteſtatã imputabuntur pro impẽſis in re factis. per l. 2. C. ſiquis igno. rem min. facit l. emptor. & l. ſumptus. ff. de rei ven. l. 3. §. ſcio. de minor. idem ſolet interrogari minor ſi pretium verſum ſit in ſuam vtilitatem, quòd ſi confeſſus fuerit verſum, ad totum pretium reſtituendum condemnabitur, vt cenſuit Senatus Pariſ. anno 1548. in vigilia ſancti Thomæ pro Charolo Dudrac contra Menicier in 2. inquiſitionum claſſe.}

Bona naufragorum dominis territoriorum applicãtur.

74 Authen. Naugia. C. de furt. licet reprobet conſuetudinem in cõtrarium, tamen de cõſuetudine generali non ſeruatur. Sed quando fit naufragium, dominus territorij occupat illa bona, tanquam obetrantia, quæ vocant eſpaues ſecundum Benedict. in repetit. c. Raynutius, in verb. & vxorem. n. 935. de teſta. vide Chaſſa. in conſuetu. Burgund. in rubr. *des inſtices* in §. 1. & iſtud ſæpius vidi ſeruari in patria mea dulciſsima Montepeſſulani, maximè *du galion du rango*, qui in Monſpeſſulano poſt ſibi occupata bona, pro dolore mortuus fuit. Et illa conſuetudo eſt peſsima, quę afflictionem afflicto tribuit contra l. illicitas. de offic. præſid. ff. & in foro conſcientiæ domini illa bona rapientes non ſunt tuti. Ego plus timerem in hoc Dei iudicium, quàm ſcandalum, licet Bulga. contrarium in ſimili dixerit in l. in laqueum ff. de acquiren. rer. dom.

Teſtamentorum ſolennitas an ſeruetur & quæ.

75 Cõſuetudo {vnius patriæ} Franciæ non ſeruat iuris ciuilis ſolennitatem quoad teſtamenta, vt adhiberi debeant ſeptem teſtes, iuxta l. hac conſultiſsima. C. de teſta. Sed hodie ſeruatur. c. cùm eſſes. eo. tit. vt teſtamentum valeat corãm duobus, vel tribus teſtibus cum parochiali curato, ſiue vicario illius, ſecus ſi coram alio ſimplici presbytero & duobus teſtibus. c. cùm eſſes. de teſta. imò etiam in hac ciuitate ſuſtinetur teſtamentum factum coram duobus notariis, & pauca fiunt in hac patria conſuetudinaria teſtamenta, ſed tantum codicilli, quia bona ex conſuetudine con-

ſanguineis deferuntur. Ideo qui facit teſtamentum ibi hæredis inſtitutione non facit, ergo non eſt teſtamenitum proprie, per §. ante hæredis inſtitutionem, de legat. in inſtitu. ſed codicilli in quib. fiunt legata pia, & alia diſponuntur, & ita viuitur in hac conſuetudinaria patria.

Inuaſores & propria autoritate rapientes bona quomodo puniantur.

76 Benedictus in repetit. c. Raynutius. in verb. ſi abſque. in 2. de legat. nu. 147. cum ſeq. de teſta. nunquam vidit ſeruari leges punientes inuaſores priuatione iuris, vt quis priuetur re ſua, vel vt ad duplum puniatur. ideo. l. non dubium. C. de legat. nec l. Paulus. in 1. ff. ad Trebel. nec l. extat. ff. quod met. cauſſa. Nec ſeruatur l. meminerint. C. vnde vi. Nec in hoc regno de conſuetudine obſeruantur leges punientes ad duplum, triplum, vel quadruplum, vt ſuperius dixi: ſed inuaſores, vel propria autoritate rem accipientes, vel aliter per vim delinquentes, puniuntur pœna arbitraria, ſeu mulcta Regi & parti applicanda, quæ eſt aliquando quadruplo maior, interdum & minor pro delicti modo, & hæc conſuetudo eſt conſcientiæ conformis, quæ vult pœnas dupli, tripli, vel quadrupli in conſcientia non deberi, capitulo fraternitas. 12. q. 2. & ibi. gloſſ. & docto. in capitulo ſuam, de pœnis.

Quadrupli pœna in theſaurarios ſeruatur.

77 † Tamen pœnam quadrupli vidi in camera computorum Pariſ. obſeruari contra theſaurarios, quæ probatur in l. 1. & 2. C. de his qui ex public. ratio pecuniam mutuã receperunt, lib. 10. ſic docet Franciſ. marc. in deciſio. delphinal. q. 201. & ſeq. in 2. parte, & ſcribitur in ordina. reg. rubr. *des theſauriers*, ord. 9. art. 8. & in rub. *des ſeneschaux*, arti. 16. {Imo nec ſeruatur authen. hoc amplius. C. de fideicom. vbi non implens voluntatem defuncti intra annum, lucro priuatur hæreditario, ſed ad mulctam ſolet condemnari, ſi ſcire cauſam diſtulit, quæ mulcta pauperibus erogari & aſsignari, non autem Regi ſolet iuxta l. 2. C. de epiſco. audien.}

Reſtitutio per trebellianum fieri non ſolet.

78 Seruatur minime titulus ff. & C. ad Trebel. diſponens hæredem teneri ad reſtitutionem hæreditatis faciendam fideicommiſſario, quia in hoc regno de cõſuetudine nulla petitur reſtitutio. cùm mortuus ſayſiat viuum ex conſuetudine generali regni, & in poſſeſsionem ponat etiam fideicommiſſarium, teſte Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verb. ſi abſque. in 2. de fideicom. ſubſtit. numero 50. in fi. & ſecundum hoc iudicatur in hoc regno ſecundum eum, ibi. num. 85. & in verb. mortuo. in 2. numero 74. de teſtam. vbi dicit pluries fuiſſe confirmatum areſto parlamenti, & hanc practicam Nemauſi dicit obſeruari, & vbique in curiis linguæ occitanæ Ioan. Berber. in viator. iur. in quarta parte rubr. quando petitur hæreditas, in vim ſubſtitutionis.

Ordinaria agendi remedia pro hæreditatibus ceſſant & dantur interdicta.

79 † Plus dicens, quòd omnes viæ ordinariæ agendi & experiendi pro hæreditatibus, & ſubſtitutionibus, ac fideicommiſsis, hîc quieſcunt, & pro illis intentantur remedia poſſeſſoria: ac ſi hęreditates eſſent aditæ, tranſmiſſę, aut reſtitutæ, & eſt multum vtile: quia pauper aſſequetur decem diebus, quod olim via ordinaria non aſſequebatur 10. annis: & ſic parum obſeruatur l. vna. C. de his qui ante apertas tabulas. Cum mortuus ſayſiat viuum, ibidem, numero 188. Et ego in hac patria ſemper via poſſeſſoria agi vidi, etiam à fideicomiſſario ſine aliqua reſtitutione, & hoc eſt conforme æquitati canonicæ, de qua Bald. in capit. in præſentia. columna quinta. numero 31. de probatio. quòd recta via poteſt agi, licet non ſit facta reſtitutio de æquitate canonica, vt circuitus euitetur. l. dominus. ff. de condictione indebiti, clementina auditor. de reſcriptis. quam curiæ Franciæ amplexę ſunt. etiam in ſucceſsionibus ab inteſtato agitur poſſeſſorio iudicio. { Quemadmodum ipſe copioſe ſcripſi in tract. de mater. poſſe. articulo nono, in tertio tomo commentariorum ad conſtitutiones regias.}

Hæres ſub beneficio inuentarij quando eſſe quis poſsit.

80 De iure, cuilibet dubitanti an bona ſoluendo ſint, necne, licet inuentarium intra triginta dies ab eo tempore numerandos conficere: ex quo ſcit delatam ſibi hæreditatem, & poſtea intra ſexaginta dies illud inuentarium perficere debet, ne vltra vires hæreditatis teneatur. l. finali. C. de iure deliberand. §. fiat, in authen. de hæredibus & falcidia. collatione prima, & iſta praxis ſeruatur in patria iuris ſcripti, in hac verò patria conſuetudinaria nullus recipitur hæres ſub beneficio inuentarij, ſi inueniatur alius hæres ſimpliciter adiens hæreditatem. Imò ſolet per literas regias concedi, vt vidi ſemper obſeruari in his regionibus, vt ſi non ſit alius, qui velit ſimpliciter eſſe hæres: quod hic poſsit eſſe hæres ſub beneficio inuentarij. alibi abundantius dicam in tra. cta. de ſenten. prouiſio. inferius art. 3.

Examen ad futuram memoriam non fit ſine literis.

{ Oportet tamen quòd quis hoc petat intra annum. §. illud. in authent. de hæredibus & falcidia. collatione prima. etiam ſi fuerit miles. §. fin. ibidem, & ſic fuit reiectus dominus Iacobus de Gallon miles, à literis ſuis impetratis anno 1518. & die duodecima menſis Iunij. non requiritur literarum impetratio, licet aliqua bona ſint in patria conſuetudinaria, & maior pars in patria iuris ſcripta, vt notant doctores in l. 1. C. de ſumma trinitatę.} Etiam non fit ſine literis examen ad futuram rei memoriam, licet de iure contra. l. In lege aquilia ſi deletum. ff. ad legem aquil. c. ſi. vt lite non conteſta.

Filij duorũ fratrum an in capita an in ſtirpes ſuccedant.

81 Filij duorum fratrum inuicem ſuccedunt hodie in capita. per textum in l. 2. ff. de ſuis, & in l. lege. C. de legiti. hæredib. & ſequendo opinionem Azonis in auten. ceſſante. C. de legit. hæred. quia quilibet venit ex ſuo capite, non ex capite patrũ, & ſic nõ conſideratur ſtirps, ſed cuiuſlibet caput. hanc opinionem probat Zazius in lib. 1. reſpon. ca. 7. Et pro hac ſententia iudicauit Senatus delphinalis. vt citat Guido Papę in deciſio. delphinal. q. 134. ſed qualiter, & poſtea à Pariſ. Senatũ confirmata anno 1522. die 13. Martij in cauſſa Ioannis de camiſal. & eius vxoris, cõtra Nicholá

Areſtum.

viduam Gaucheri de faz. Quod eſt verum quãdo ſuccedunt cum ſuis conſobrinis, ſecus ſi cum

patruis

patruis:quia tunc in ſtirpes,per §.cum filius de hæredita. quę ab inteſta. deferun.in inſtitu. & ita conciliantur opiniones contrariæ doctorum per d.l.2.ff.de ſuis & leg. hæred.& §.huiuſmodi in auten.de hæred.ab inteſta. venient.colla.9.ſic etiam fuit iudicatum Pariſ.anno 1547.die vlti. Iunij, Relatore inclyto viro D.Anto. Seneton.in ſupremo ſenatu conſiliario egregio,inter Hilarium paſtoreau appellantem à Bailliuo Carnot.& Petrum le ſeç & eius vxorem.

Bona peregrinorum cui applicari debeant.

82 Peregrini ſi moriantur ſine hærede & conſanguineis, bona debent tradi de iure epiſcopo diſtribuenda inter pauperes,auten.omnes peregrini. C.communia de ſucceſsio, quæ non ſeruatur in hoc regno. Nam quando alienigena in eo moritur,ſiue habeat heredem,ſiue non,Rex occupat illa bona iure Albinagij. teſte D.Boer.in §.fi.de teſta.in conſuetu.Bitur.& Benedict.in repeti.c.Raynuntius.in ver.& vxorem.nu.1042. cum ſeq.de teſta. & Chaſſa.in conſuetud. Burgund. in rub. *des confiſcations.* §.1.nu.38.latius alibi dicam. quod non procedit in ſcholaſticis, vt dico in ſcholaſtico.priuileg. quia bona non acquiſierunt in regno,ideo illis,qui non acquiſierunt in regno bona,Rex non debet ſuccedere,à ceſſante ratione: & ita vidi ſeruari in quibuſdam ſcholaſticis mortuis Pariſ.quare peregrinis ſuccedere Rex non debet:ſed eius conſanguinei,& fiet inuentarium ex illis bonis, & reſeruabuntur conſanguineis,imo vt ſcribo in tract. de literis naturalita.filij legitimi ſuccedunt exteris etiam ſine literis naturalitatis,{in 2.tomo conſt. reg.in commentariis.

Iura in ſeruis loquentia ad filios & monachos trahuntur.

83 Titulus de vindicta & libertate non ſeruatur in hoc regno, nec omnes leges loquentes de ſeruis in hoc:quia non habemus in hoc Franco,regno ſeruos.Bar.in l.hoſtes.de capt.ff. Boer.in §.1.de conſuetud.iuris ſtatus perſonarũ.Tamen trahi poſſunt illa iura ad filiosfa.cum illis æquiparentur.l.cum filiofam. de lega.1.ff.Bart.in l.1.ff.de vulgari.Bauer.in d.l.cum filiofa.ſcripſi in l.3. in fi.de verb.ſigni.{& ad homines manus mortuę,de quibus Chaſſa.in conſuet.Burgund.in titu. *des mainsmortes.* ſcripſi in l.manumiſsiones.ff.de iuſtit. & iure.}

84 Item ad monachos extendi poſſunt,cùm ſeruis æquiparentur, gloſſ.in l. Pedius, in fi.ff.de recept.arbi.Bar.in l.cum fundus.§.ſeruum.de reb.cred. Patruus meus Iacob.Rebuff.in l.cum profeſsio.C. de munerib.patrimo.lib.10.Innoc,in c.cum olim.de cenſib. Intellige in caſibus in quibus poſſunt conuenire,& eadem ratio eſt, & caſus in quibus æquiparentur ſerui,monachi, & filiifa.& differant, latè tradit Marc.Anto.in repetit.ad l.cum filiofa.ff.de lega.1.

Areſtis quando iudicandũ ſit.

85 Legibus non exemplis iudicare iubentur iudices,in l.nemo iudex.C.de ſenten.vnde Plato ſic dicebat, ἐπιςήμῃ γὰρ οἶμαι δεῖ κρίνεςαι, ἀλλ' ὀ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κριθήσεςαι. hoc eſt,iudicandum eſt ſecundum ſcientiam,non multitudinem, quicquid recte iudicari debet,imò areſta lata in vna cauſſa,producta in alia cauſſa,nõ inducũt neceſsitatẽ ſic iudicandi,vt ait Boer.in addit. ad Benedic.Plombi.in l.an apud.ff.de manu. vindict.quia facta & caſus nõ ſolẽt omnino eſſe ſimiles,ideo conſiliarij,qui vident arreſta lata à prædeceſſoribus,ſi ritè lata eſſe videant, & ad deciſionem iuris,ea ſequi debent,per c.in cauſis de re iudic. alioqui ſi cauſſa nõ ſit ſimilis, non debet iudicari ſecundũ primum areſtũ,vt d.l.nemo.{l.an in totũ ibi,præſes probatis his,quę in oppido frequenter in eodem genere controuerſiatum ſunt. C.de ędific.priua.& l.fi.de legib.& l.1.quæ ſit longa conſuet.l.non putabam.ff.de conditio.& demonſt.}ſcripſi in glo.concordat. in verb.ſummas.in princip.ego tamen ſæpius admirari ſoleo illorum placita tanquam diuina.nam integrum eſt iudicium,quod plurimorum ſententiis confirmatur.c.prudentiam.de offic.delegat.

In modicis quomodo ſit procedendum.

Item l.fi.cum auten.ſita ibidem,in hoc ſeruatur regno,vt in cauſsis modicis & vilibus iudices non debeant ſcripta partium requirere, nec recipere,ſed ſi quis petat decem ſolidos,in 1.termino reus confitebitur,aut negabit.ſi confiteatur, condemnabitur, ſi neget actor in prima dilatione & modica producet teſtes,qui etiam à iudice ſedente interrogabuntur,& ſi dicant illud eſſe debitũ, iudex condemnabit ſine alio proceſſu,aliàs abſoluet reum.Et anno 1544. die 27.Maij fuit prolatum arreſtum contra iudicem Nyorti,qui pro quinque ſolidis partes ad ordinarium proceſſum receperat:vt ipſe perſonaliter compareret reſponſurus procuratori regio:& proceſſus irritus factus fuit:& omnia acta annullata:præceptumq; omnibus iudicibus factum, vt de cætero in modicis cauſis proceſſus non facerent, nec reciperent. Imò reſeruata fuit eodem areſto partibus actio contra aduocatos,& procuratores, qui iſtos proceſſus facerent, iuſſęq; ſunt partes à lite diſcedere ſine mulcta & expenſis,quod dicimus *les parties ſont miſes hors de cour & de proces*,& puto modicam in hoc rem dici,quando in proceſſu & ſcriptis plus partes exponerent,quàm res principalis valeret,per l.mediterraneæ,vbi Bar.C.de anno,&tribut.lib.10.& alias arbitrio iudicis,per c.ſtatutum.§.ſuper.vbi gloſ.de reſcrip.in 6.facit l.diuus ff.de bonis damna.

Areſtum.

Intereſſe ſingulare vix exigitur.

86 Intereſſe ſingulare vix exigitur in hoc regno:ſed hodie contenti ſumus intereſſe cõmuni,vel conuento,vt plenè ſcripſi in repet.l.vnicę.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt {in glo ſubtilitatem}vbi in nouis additio.adduxi areſtum, & legem regiam,per quam apparet intereſſe commune fructus,& alia exigenda eſſe,non quanti plurimi fuerunt:ſed quanti communiter valuerũt in illis annis,vt anno 1536.frumenti ſextarius fuit venditus duodecim libris communiter,ſed 15. aut 17.quanti plurimi condemnabitur debitor ad duodecim libras.& ſic fuit iudicatum in hoc ſenatu anno 1520.die 4.decembris, { & idem in rub.*des fruictz* 3.tomo.artic.6. quamuis Aufre.in ſtylo Parla. areſto 23. Item nota quòd condemnatio, dicit poſſe fieri hanc condemnationem à tempore petitionis,& non ante.l.vinum.ff.ſi cert.pet.}

Areſtum.

Per appellationem etiã contractum nullum nobis prouidemus.

87 Hodie ſi contra abſentem non contumacem feratur ſententia,oportet ab ea in hoc regno Franciç appellare à die notitiæ,alioqui per viam nullitatis non acciperetur quis agendo,quamuis l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex contrarium ſtatuerit, & regulariter in hac patria ſemper nobis prouidemus per appellationem,etiam ſi ſententia,vel actus ſit nullus,licet contrarium ſit de iure,ſed ita ſeruamus,vt {non agatur regulariter ſuper nullitate nec in extraiudicialibus,, niſi per appellationem. Et quamuis lex dicat ſuperuacaneam fuiſſe appellationem à nullitate. l. ex conſenſu.ff.de appella.tamen hoc ſeruamus, vt appellare debeamus, vt habetur in rub. des ſentenſes artic.4.}

Ordo poſitus à iure in cauſis decidendis non ſeruatur.

88 Ordo poſitus in glo.l. prolatam.C. de ſenten.non obſeruatur in parlamentis huius regni, teſte Guido. Papç,in deciſio.delphinal.q.58.de ſtylo.& q.369. quæ ſunt cauſſæ, nec in curiis ſecularibus regni, quia quælibet curia ſuum habet ſtylum,teſte Boer. in §.11.de iuriſd.om.iudic.in conſuetud.Bitur.Imo ordo exercendorum publicorum iudiciorum capitalium,in vſu eſſe deſiit. l.ordo.ff.de publi.iud.quæ lex bene ſeruatur in hoc regno, in quo omnia fere crimina extra ordinem promouentur, vt aſſerit Benedict. in repe.cap. Raynutius, in verb. mortuo.1.num .202. cum ſeq.de teſta.{facit tex.in c.dilecti.de iudic.}

Sentētiæ & alij actus verbis conſcribi debēt Gallicis.

89 Hodie iudices in hoc regno Franciæ,debent verbis Gallicis ſuas proferre ſententias,non latinè nec græcè,vt ait l.iudices.C.de ſenten.& hoc cauetur lege regia.rub.*que contractz, teſtamentz, ſentences, & touts autres actes ſeront faictz en françoys.* { Vbi ſcripſi in 2.tomo, commentar.ad conſtitu.reg.} ſi tamen in ſententia eſſent aliqua verba latina, non ob hoc vitiaretur ſententia, arg.l. Imperator.ff.de ſtatu hominum.{Nec ſeruatur l. Paulus.1.ff.de re iudi. vt iudex poſsit poſt latam ſententiam definitiuam ſupplere,nam ea lata eſt functus officio.l.iudex, ibid.Ideo in hoc regno nil addet,nec diminuet poſt prolatam ſententiam, & partibus publicatam,vt dixi in interpret.l. quòd iuſsit.ff.de re iud.}

Solennitates iuris in executionibus non ſeruantur.

90 In executione rei iudicatæ non ſeruantur iuris ſolennitates ſcriptæ in l. à Diuo Pio.ff. de re iudic.vt primo mobilia capiantur,poſtea immobilia,demum nomina:ſed liberum eſt etiam,ab immobilibus inchoare:vt plenè ſcripſi in tract.de liter.obligato.artic.11.nec qui diſtulit vltra quatuor menſes pecuniam ad quam fuit condemnatus ſoluere,ad vſuras centeſimas, vel alias condemnatur,ſed ad mulctam condemnari ſolet debitor, qui per cauillationes diluit, vt eſt in ordina.videre.Nec ſeruatur l.eos. C. de vſur.rei iudic.vt iudices quatuor menſes præſtituant con demnato in actione perſonali:ſed pro rei qualitate, quantitate,& perſonarum obſequio tempus arbitrantur,vt ſcripſi in interpreta.l.ſi debitori.ff.de iudic. { Quam inter tranſeundum Tholoſæ ſum interpretatus anno 1538.in menſe Auguſti,illique nouum dedi intellectum,vt patebit in meis nouis interpretationibus ad ius ciuile.}

Miles ſocius & aliæ perſonæ an teneantur vltra quàm facere poſſunt.

91 Nunquam vidi ſeruari quod miles,patronus, ſocius,& aliæ perſonæ deſcriptæ in l.ſunt qui. cum ſeq.ff.de re iudic.non damnarentur in totum:non deducto egeat vel non:ſed inſolidum executionem vidi fieri contra illas perſonas,extra tamen parentem.

Populares actiones procurator regis proſequitur.

92 Item non ſeruatur rubr.de popular.actio.in hoc regno,quia nullus priuatus in hoc regno populares proſequitur actiones, quoad intereſſe publicum, ſed tantum procurator regius, verum intereſſe priuatum pars proſequi poteſt,vt alibi abundantius ſcripſi, in d.l.vnica.C. de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.

Appellatio recipitur à die notitiæ.

93 Auten.hodie.C.de appel.ſtatuens decem dies ad appellandum, & alia ſimilia iura,non ſeruantur:quia auditur quis appellans aliquando poſt decem annos,& viginti,vt vidi ſeruari in hac patria,& ſolet inſeri quòd à tempore quo peruenit ad notitiam,vel quo fuit conſultus ſe appellare debere,appellauit, per c.concertationi.de appella.in 6. vbi tempus tantum currit à die notitiæ,nec vidi admitti partem volentem probare ipſum ſciuiſſe, quia in literis appellationis ſolet concedi,vt valeat appellatio, licet illico non appellauerit:nec intra decem dies, & ſic releuatur de illico (vt dicunt practici)in literis appellationis.

Appellare licet ob condemnationem expenſarum omiſſam.

94 Itē non ſeruatur l.fina.C.quando prouoca.non eſt neceſſe.vbi non debet quis appellare ob omiſſam condemnationem expenſarum, quia hodie in regno Franciæ contrarium ſeruatur, vt vidi in Forenſi iudicio quotidie fieri,probatur in c.ſignificauerunt,vbi Panor.de exceptio,{Aufrer,q.358.ſcripſi in tract.de expenſis in 3.tomo commenta.ad conſtit.regias.}

95 Quamuis in l.per hanc.C.de tempor.appel.permittatur nō allegatum in cauſſa principali, in appellationis cauſſa allegare,& probare,& facta noua adducere. Tamen in hac patria non licet ſine literis regiis,vt vidi in Forenſi iudicio,& ſi illa adducta nil ſeruiant propoſito,ſed calumniç cauſſa forte differendi fuerint propoſita:tunc ad mulctam ſexaginta librarum Pariſ. condemnabitur impetrans literas, vt noua facta proponat, vt patet in rubric. de liter.reg. in ordinat.reg. Solet tamen per ſenatum moderari.

96 Rubr.C.quomodo prouocare non eſt neceſſe, non ſeruatur in hoc regno, quia neceſſaria eſt appellatio etiam in caſibus vbi ſententia eſt ipſo iure nulla,& poteſt quis appellare ab eo tempore, quo per concilium ſciuit ſententiam nullam eſſe, vt ſuperius dixi, { & ſcribam in tract. de appel.in 3.tomo.ad conſti.regias.}

Appellans tenetur he

97 Si appellans moriatur, tenentur ſucceſſores proſequi cauſſam appellationis, vt in l.1. & per totum.C.ſi penden. appellatio.mors interuener. ſed non tenentur rei citare iſtos ſucceſſores

ad

ad reaſſumendum proceſſum, ſed quando appellatus ſeu intimatus moritur, tenetur appellans hæredes citare ad reaſſumendum armamenta cauſſæ:& proceſſum,vt in ſtylo parlament.rubr.de adiornand. hæredib. mortuo. poſt interruptionem tamen non tenetur hæres reaſſumere proceſſum, vt cenſuit Senatus anno 1537. die 4. Iunij. contra quendam qui citauerat hæredes ſine literis regiis iterruptionis,& hoc vocabulum arramenta cauſſæ, puto eſſe corruptum ab ignaris, quia debent dici armamenta cauſſæ, id eſt munimenta,de quo iuriſconſ.in l. Marcellus.§.1.ff.de rei vendica.vel poteſt dici rementa cauſſæ,id eſt remanentia. Citatur autem hæres,vt cauſſam in eo ſtatu,in quo remanſit,ſuſcipiat,& vulgò dici ſoler,*à prendre ou delaiſſer les armemens,reemens ou eſremens de la cauſe*,id eſt, *prendre la cauſe es remanens, ou prendre les armamens*,id eſt,*munimens de la cauſe*:vel per ſyncopen, *armens de la cauſe*.

...redes appellati citare, ſed non è contrario. Areſtum. Armamenta cauſſæ non arramenta.

98 Item non obſeruatur rubr.C.ſi vnus ex plurib.appel.vbi, in l.fi.appellatio vnius prodeſt alteri,quod non ſeruat praxis Franciæ,ideo oportet in hoc regno, quòd quilibet appeller, alioqui non poterit iuuari appellatione alterius:etiam quoad expenſas voluntariè factas, quas non poterit is, qui nō appellauit, petere,vel alio medio appellationis alterius,vt cēſuit Senatus 15.die Maij. anno 1544. contra quendam petentem expenſas voluntariè factas ratione appellationis emiſſæ à procuratore regio,tanquam ab abuſu.Si tamen appellans obtinuerit,& in eadem cauſſa ego eram coram inferiote condemnatus, poſtea per ſupplicationem porrectam parlamento petam areſtum declarari executoriū quo ad me,& mihi prodeſſe:& reſpōdebitur vt citetur pars quæ poſtea citata interrogabitur, an alias defenſiones habeat contra me,quas ſi non allegauerit, & probauerit,declatabitur executorium areſtum ad meam etiam vtilitatem,licet non appellauerim,ita vidi in praxi ſeruari, contra c.ex parte S.de reſcript.& alia iura huic ſimilia. {Vide quæ ſcribam in tract.de liter.obliga.artic.5.glo.7.quando plures vnum procuratorem conſtituere teneantur.}

Appellatio unius non prodeſt alteri.

Areſtum.

99 Parū in hoc regno ſeruatur titu.Quorū appellatio. non recipiant. cum in eo omni appellationi deferatur ob ſuperioris reuerentiam,niſi ſententia ſit per ordinationem executoria.gloſ.in §.1.in verſic.iniuſta.de friuol. appella. in prag.& in ſtylò parlamen.in prima parte,rubr.Quorum appel.non recip.dicam forte infra late in rub.de ſenten.executor.{Et quamuis de iure confeſſus non audietur appellans.Clem.vna. vbi gloſſ.de dolo, tamen de conſuetudine regni appellatio illorum recipitur teſte Aufre.in deciſ.Tho.9.176.& hoc vidi ſæpius in iudiciis ſeruari.}

Omni appellationi deferri ſolet.

100 Imo non recipitur in hoc regno renunciatio appellationis in criminalibus, quia non auditur petire volens.l.non tantum. ff. de appel.Feli.in c.ſi diligenti.de foro compet. ſcripſi in tracta.de ſenten.execut.in præfa.

Renuntiatio appellationis non recipitur in criminalibus.

101 Non ſeruamus l.vnam.C.ſi de moment.poſſeſ.fuer.appel.prout eam intelligunt docto.ſed ſententia ſuper poſſeſsione, quam recredentiam vocamus, ſortitur effectum, & exequitur non obſtante appellatione:vt ſcripſi in tracta.de ſenten.executo.artic.5.glo.3.nec Franciæ practici noſcunt rubr.vtrobi.cùm vſus illius longè abſit à curiis Galliæ.

Sētētia poſſeſſoria executioni mittitur.

Non mittuntur actores propter reorum contumaciam in poſſeſsionem bonorum,ſed praxim docebo in rub.*des defaultz & contumaces*,& ſic in ſua ſpecie non ſeruatur titulus ff. quib.ex cauſis in poſſeſ.eatur,nec titulus de bonis autorita.iudi.poſsideri.Maximè in beneficialibus non fit miſſio.cap.vnic.de eo qui mittitur in poſſeſsio.c.olim.de reſcrip.vbi doct.

Miſſio in poſſeſſionē ob contumaciā non fit.

102 Seneſcit in hoc regno titulus,de reuocand. his quæ per fraudem alienata ſunt: ſed per literas regias nos impetrare ſolemus, vt nobis liceat reuocare alienata in fraudem, & ita vidi ſeruari, & idem quando vis reuocare donationem per titul. de reuocand.donatio. quamuis de iurè ſine literis hoc fieret.{ Item l. Meniana. C. de ædific priuat. non ſeruatur de conſuetudine generali vt teſtatur ibi.gloſſ. & Bal.conſil.348.ad euidentiam.col.vlt.in 2.vol.}

Alienata reuocare per literas licet

103 Pignorum materiam aliter etiam ſeruamus,nam aut is qui pignus dedit eſt præſens,& præſtituto die non ſoluit:& tunc conuenitur coram iudice,& concluditur contra eum, vt debitum ſoluere habeat:aliâs permittatur parti vendere pignus:qui debitor ſi non ſoluat, iudex permittit pignus vendi:licet non ſit facta alia denunciatio,iuxta l.ſi conuenerit.ff.de pig.actio.

Pignoris uenditio quomodo fiat.

Si verò ſit abſens longa abſentia,& domiciliū habeat,etiam ſic citabitur, & procedetur in eius contumaciam:ſi verò domicilium non habeat,& longa abſentia ſit, tunc iudex permittet vendi pignus cautione indemnitatis à creditore recepta, nec ſeruatur ſolennitas poſita in l.fi.C.de iure domini.impetrando.{Non debet quis rem litigioſam vendere, alioqui punitur, vt in toto titul. ff.& C.de litigioſ.Ideo praxis regni eſt,vt ſi quis velit rem litigioſam alienare, vt impetret literas à Rege,vel eius cancellaria,quòd non obſtante lite eam alienare rem poſsit, & quòd non incurrat vitium litigioſi, etiam recipiens, & tunc nec puniri nec re priuari poterit.}

Non ſcribam hic de exceptionibus dilatoriis,in quibus practici ad fines non procedendi concludere ſolent:quia abundè docui in tracta.meo excep. in quo dixi iudices extempore iudicare debere ſuper his exceptio. niſi probatio requireretur propoſiti forte priuilegij,vel facti,allegaui arreſtum in hoc Senatu prolatum anno 1544.die 1.Decembr.

Super dilatorijs exceptionibus extempore iudicādum. Areſtum.

104 Licet de iure donatio vltra quingentes ſolidos non valeat ſine inſinuatione.l. ſancimus. & l.fi.C.de donatio.Tamen hodie de conſuetudine non fit inſinuatio.D.Boer.in §.fi.de donatio.in conſuetud.Bitur.tum quia communis inoleuit practica, quòd iuramentum apponatur in omnibus inſtrumentis.Berber.in viato.iur.rub.de donatio.verſi.quod autem,ibi ceſſat.Et iuramentum facit ceſſare inſinuationem.D.de petrucia,in ſuo ſolēni tracta.de virib.iura.in 12.effectu,ſed

Inſinuatio hodie in omnibus fit donationibus.

Iuramenta in inſtrumētis deſcribi non debent.

per areſtum ſenatus Pariſ. fuit prohibitum, ne notarij iuramenta in inſtrumentis deſcriberent hodie per legē regum nouiſsimam omnes donationes in hoc regiā inſinuari debent: vt eſt rub. *que toutes donations ſeront inſinuées*,& hæc inſinuatio oportet, quod celebretur coram iudice laico. l.conſulta.C.de teſta.& Benedi.in repetit.c.Raynutius.in verb.& vxorem.nu.421.de teſta.& in verb.teſtamentum,in 3.nu.37.& in d.ordi.ſcripſi coram quo iudice.

Accuſare quo ad pœnam criminalem non poteſt pars ſed regius procurator.

105 Regnicolæ non obſeruant titulum de accuſatio.quia nullus accuſat extra procuratorē regium ad pœnam publicam,& criminalem,niſi pro ſuo tantum intereſſe,& ſic nec ſeruatur titulus ad Turpil.cùm non deſiſtat,qui non incipit.& ille titulus punit deſiſtentes,& l.deſtitiſſe.ff.de iudic.nec tit.de abolitione generali præbēs abolitionē accuſanti:quia non eſt neceſſe impetrare, vt poſsit deſiſtere,cùm nō poſsit accuſare,& hoc eſſe inſtitutū aſſerit,tū ne potētiores opprimāt, & vexent tenuiores,& innocentes:quod ſæpe faciunt.l.1.C.ne liceat potentioribus,tum ne inuidia & rancor inter regnicolas oriatur. Benedict. in repetitio.c.Raynutius.in ver.mortuo.in primo nu.200.cum ſeq.de teſta.{Tamen hodie etiam extraordinē punirentur calumniatores,præuaricatores,& tergiuerſatores,& ſic pœna arbitraria,quę vſque ad mortem interdum extenditur, vt docet glo.in §.in ſumma.de iniur.in Inſtit.}

Ideo non audiretur pars volens concludere ad pœnam capitis,contra alium,vel ad aliam corporalem, puta fuſtigationis: quia hoc reſeruatur procuratori regio, qui in Francia magnus eſt magiſter,vtor verbis Ioan.Fab.in §.fi.de exceptio.in inſtitu.

Filius in crimine læſæ maieſtatis reſeruatur legitima & ſucceſsio.

106 Filij delinquentiū in crimine læſæ maieſtatis non puniūtur in hoc regno pœna cōſtituta, in l.quiſquis.§.filij verò.C.ad legē.Iul.maieſta. Sed eis reſeruatur legitima in bonis patris, ſuccedūtq; alijs conſanguineis,&extraneis,nec efficiūtur infames,ſed ſuos quiſq; patitur manes.verbis vtar Verg.li.6.hoc probat D.Boer.in tract. de ſeditio. in ſexta præſup. in fi. Ego tamen vidi curiā ad alimēta portionē reliquiſſe ipſis:& nō aliud,ſed in reliquis nō puniūtur,imò datur etiā gratia,& remiſsio in hoc crimine ex plenitudine poteſtatis Regis:vt quādoq; vidi,licet de iure ſecus.

Arma an liceat domi habere.

107 Apud Gallos non ſeruatur in hoc titulus ad legem Iuliā de vi publica.diſponens non eſſe licitum arma domi habere, quia Galli reputant magnum honorem, ſi aulam diuerſis armorum generibus ornatam habeant,teſte Petro Iacob.in ſua practica.in rub.de actio.legis Aquil.in q.vlt. plus addens,quod licet quis in Francia reperiatur cum armis,non punitur illa lege Iul. ſed auferētur ei arma,niſi ſit nobilis,vel apparitor:vt etiam docet Ioan.Fab.in §.illud.inſtitu.mandat.& ita vidi obſeruari,& Guido papæ.q.422.in Deciſ.delphinal.Ioan.Berber.in viato.iur.in rubr.de lege Iulia.Sed Itali poſt prohibitiones,arma portantes ſæpe condemnant *à l'eſtrapada*.De his armis vide quæ ſcripſi in l.armorum.ff.de verbo.ſigni.

Adulteri quomodo puniantur.

108 Nunquam auditum fuit, quòd adulteri in hoc regno punirentur pœna iuris:& ideo non ſeruatur totus titulus ff.&C.ad legem Iuli.de adult.teſte Ioan.Fabr.in §.ex non ſcripto.col.5.verſi.ſed quæritur an conſuetudo,inſtitu.de iure natur.& l.1.col.penul.C.quę ſit longa conſuet.imò de facto reputatur induſtria,ſecundum Fabr.in §.item lex Iulia.inſtitu. de publi.iudi.ſed aduocatus qui hoc in curia allegauerat ad mulctam fuit cōdemnatus, vt eſt in areſtis Aufre. deſcriptum, & Berber.in viator.iur.rub.ad legem Iul.de adulter.dicit ſe ignorare vnde hic abuſus proceſſerit: vt adulteria non puniantur,niſi vt Clodius nolit accuſare mœchos,&Pet.Iaco.in ſua practica in libello de iuriſdictione,verſic.de baſſa iuriſdict. D. Boer.in conſuetudi.Bitur.in §.24.rubr.de iuriſdict.omnium iudic.& benedict.in repetit.cap.Raynutius,in verb.cuidam Petro.nu.63.de teſta. plus dicēs fuiſſe prolatū Areſtū Pariſ.quod non poſsit procedi contra adulterum, niſi vxor,vel maritus conqueratur ceſſante violentia,quia tot eſſent forte puniēdi,qui ab aliis, qui rari eſſent, puniri non poſſent,gl.in pragmat.ſanctio.in tit.de public.concubinar. in fi. imò in quibuſdā Siciliæ partib.vltimus qui ſponſam cognoſcebat,erat verus maritus:vt narrat Diodor.Siculus li.6. de antiquo.geſt.& erat conſuetū olim in quibuſdam Aruerniæ locis:quòd dominus loci prima nocte dormiret cum ſponſa:& poſtea maritus,qui nō tātum laborabat ad aperiendum ſeras iam apertas.Andreas Tiraquel.in tractatu de legib.connubialib.fol.141. vbi multa citat,vide & Chaſſan. in conſuet.Burgund.in rub.*des iuſtices*.in verb. *& droict d icelles*.nu.46. & ego de hoc in tracta.de exceptio.vbi etiam de areſto *des ribaudx mariez*, ſic vulgo nuncupato, & in curia prolato abundè ſcripſi,vbi oſtendo hanc maledictam corruptelam contra ius diuinum non valere,& iudices nolentes adulteros punire litem ſuam facere:& quòd coniunx per adulterium perdat communitatem,ſcribo in artic.3.gl.1.de ſenten.prouiſio inferius.

Parricida quomodo puniatur.

109 Pœnam præſtitutā in l.vna.C.de his qui parentes vel liberos occiderunt, non ſeruant iudices Galliæ,cùm ſit difficile reperire viperam. Igitur parricidam vltimo ſupplicio afficiunt: & ſufficit pœnam mortis imponere, cum qualitate tamen maiori, quàm pro homicidio ſimplici, teſte Berber.in viator.iur.in rub.de parricid.verſic.hodie,& ſic vidi ſeruari.

Pœna falſi quæ ſit.

110 Itē cùm pœna legis cornel.de falſis,ſit in libero homine deportatio.§.item lex cornel.inſtit. de public.iud.Tamen de conſuetudine generali non imponitur,ſed iudicis arbitrio relinquitur. Albert.de Gādino in tract. de malefic.in rub.de falſar.verſi.ſed hodie,& lex regni vult falſarium iudicialem pœna mortis damnandum,in rub. *des faux tabellions, notaires & teſmoings*,alium arbitrio iudicum dimittunt puniendum:vt ibi ſcripſi. { Et hodie hæc deportationis pœna in Francia non eſt in vſu,nec pœna dānationis in metallum,de qua in l.Si quis aliquid.§.qui viui.ff.de pœnis. ſed in locum eius ſucceſsit damnatio ad triremem,quam aux galeres vocamus Gallicè,vt notat Anto.Capy.in deciſ.Neapol.qu.153.col.2.ff.de public.iudic.}

Natu

111 Naturales tantum æquis auribus audiant.l.vnam.C. de mulierib. quæ ſeruis propriis ſe iniunxerunt,dicentem baſtardos eſſe infames,quod trahunt doctor.ad omnes. Lanfranc. maximè in repetit.l.admonendi.col.21.ff.de iureiur.Sed ego dicerem eos tantum infames, qui naſcuntur ex domina & ſeruo,& ſic loquitur rub.& l.ſi qua cum ſeruo.ibidem,dum dicit ibi filij etiã quos ex hac conuentione habuit, licet hactenus forte fuerit illa lex perperam intellecta de omnibus baſtardis.& hoc probat conſuetudo Franciæ,ſecundum Guido.Papæ in deciſ. delphinal. q.580. an baſtardus.vbi dicit illos ſeruare nobilitatem generis:& portare nomen, & arma domus, barra tamen tranſuerſa incipiente à ſiniſtra parte altitudinis,& deſcẽdente ad dextram:vt refert Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in rubr.*des ſucceſſions des baſtardz*.§.3.num.21.& in rub.*des retraictz*. §.1. gloſſ.*le plus prochain*.num.7.in addit.& in cata.glor. mundi, in prima parte concluſ. 24. & in 15. conſiderat.11. partis.Benedict. latè in repetit.c.Raynutius in primo verbo. de cler. & ibi dixi aliquando legendo Tholoſæ illud c.de teſta. ne filius portet iniquitatẽ patris, & ne filius pro patre teneatur.contra rub.C.ne filius pro patre.Nec refragatur c.ſi gens Anglorum.56. diſt. quia non probat illos eſſe infames,ſed non eſſe honorabiles,ſicut ſunt legitimi,& eos ignobiles dicit:tamẽ Franciæ conſuetudo eos facit nobiles:ſed non quoad ſucceſsionem : vt ſuperius dictum extitit. {Vide Alciatum lib.10.Parerg.c.8.}

Naturales qui ſint infames & nouus intellectus ad d. l.unam.

112 Rubr.de ſepulchro violat.& eius pœna deſuetudine eſt aboleta,de qua in l.1.C. de ſepulch. violat.& l.3.per totum.ff.illo tit.cùm habeamus hodie cœmiteria,& nullus poteſt ſibi eligere ſepulturam in loco prophano.c.fraternitatem.de ſepult.& ſic non ſeruatur. §. religioſum. inſtitu. de rerum diuiſio.Berber.in viato.iur.in prima parte.rub.de ſepulchto violat.vide D.de Ripa.in tracta.de peſte.fol.67.vbi concludit interdum quem poſſe cogi ad ſepeliendum mortuum peſte. {Tamen ſi aliquis violaret ſepulchum meum,non pœna mortis, ſed tanquam ſacrilegus punietur,& ad intereſſe partis,& ad mulctam pro delicti qualitate.not.in d.l.1.licet non habeat locum d.authen.idem.vt creditores conuenientes hæredes ante nouem dies perdant ius crediti,ſed alia mulcta punientur cum expenſis.& ita vidi ſeruari,vt ſcripſi in l.ſi cum.ff.de verb.ſign.}

Sepultura in loco prophano fieri non debet.

113 Ad legem Viſcelliam titulus non obſeruatur in hoc regno,cùm non habeamus ſeruos,nec libertos:igitur aduocatus illum oculo toruo reſpicit.lex enim Viſcellia libertinę conditionis homines perſequitur:ſi ea quæ ingenuorum ſunt,circa honores,& dignitates,auſi fuerint attentare, vel decurionatum arripere,niſi iure aureorum annulorum impetrato à principe ſuſtententur : in curiam autem ſe immiſcentes,damno quidem cum infamia afficiuntur.d.l.vna.

Lex Viſcellia correcta

114 L.vna.C.de Nili aggeribus non rumpend.eſt localis,& non ſeruatur in hoc regno. teſte Iacob.in ſua practica.rub.de condict.ex lege.inſti.de actio.§.quadrupli.fol. 121.{ Tamen qui Rhodani vel Liſaræ ripas rumperet, pœna mortis pro qualitate criminis, puniretur : quod fieri ſolet ob magnum inde proueniens reipublicæ detrimentum.}

L.una de Nili agger. nõ ſeruatur.

115 Inualuit conſuetudo contra l.milites agrum.& l.diuo Marco.C.de quæſtio.& l. omnes iudices.de decurio.libr.10.dicentes Comites,Barones,doctores,ac milites non ſubiici torturę:hodie in hoc regno moribus receptum eſt, vt omnes caſu exigente torqueantur. ita fuit prolatum areſtum Pariſ.anno 1385. quo fuit prohibitum magiſtro Clementi de Ruillac aduocato, & aliis, ne de cætero illa iura allegarent,tanquam in hoc regno non recepta,ita habetur in ſtylo parlamẽt. in 4.parte areſto 16.item in parlamento.& in quæſtio.per areſta.q. 41. primo fuit facta. & Benedict.in repetit.c.Raynutius.in verb.teſtamentum.in primo,num.48.in additio. & in verb. mortuo.in primo,nume.222.de teſta.quia reatus omnem honorem excludit. l. 1. C. vbi Senator. vel clariſſ.& maliciis hominum eſt obuiandum.l.in fundo.ff. de rei vendi.c.ſedes de reſcri. Etiã mea memoria fuit prolatum areſtum Tholoſæ contra filium capitularij : qui cum præfecto vigilum Guiſot multa nephanda commiſerat:ſi bene recordor, vt torturæ ſubiiceretur, nonobſtante priuilegio,quod allegabat,eo quod capitularij filius:ſed defertur his dignitatibus decoratis, in hoc, quia maiora exiguntur iudicia,quàm in aliis antequam torqueantur.

Omnes, torturæ in hoc regno ſubijciuntur delinquentes.

Areſtum.

116 Non ſeruatur l.1.C.de falſa monet. in Francia : in eo quod dicit condemnatum falſæ monetæ non poſſe appellare.Nam regulariter in Francia condemnatus etiam maieſtatis appellat.& recipitur eius appellatio , vt vidi in curiis ſeruari. dummodo non ſit à Rege , vel à ſuprema eius curia,vel à latrunculatore , quem præpoſitum mareſcalium vocant , condemnatus, vel ordinatio appellationem prohibeat,vel niſi ſit condemnatus à iudicibus à Rege ad hoc datis,vt ſæpius fit. {Item in l.fi.C.de crimine ſacrileg.dicitur ſine crimine ſacrilegij nõ eſſe deſiderandum officium in ſua patria,niſi vltro à principe conferatur,tamen in hoc regno non ſeruatur:nam ſiue petatur officium ſiue motu proprio concedatur, valet conceſsio officij, & hoc videtur dicere Bertrand. conſil.50.recordor.col.1.in 1.vol.ex 2. editio.quia princeps officium concedendo videtur illi legi derogare. Nec ſeruatur l.vna.C.ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat cõfiſcare. vide ibid. & Boët.in deciſ.Burdeg.q.264.an ſoror.}

Condẽnatus maieſtatis et falſæ monetæ appellat.

117 Nemo laicus delinquens cum clerico in hoc regno ſibi blandiatur,vt remitti debeat ad iudicem eccleſiaſticum propter clericum ratione coniunctionis,& abſurditatis vitandæ,quia vnus iudex vno modo iudicaret,alter aliter:vt ſcribitur in rubr.ff.de quibus rebus ad eũdem iudicem eatur.per totum.vt fieri debere firmant docto.maximè Iaſ.in l.nulli.C.de iudic.& deciſio.Neapo. 354.& Chaſſa.dicit ſe vidiſſe hoc ſeruari Mediolani.in §.quinto.gloſſ.*s'il n'a grace*. nume.70. Tamen ego ſemper vidi in Francia ſeruari , vt ſi clericus & laicus committant aliquod maleficium

Laicus cum clerico delinquens à iudice laico punitur.

ſimul,vt laicus ad iudicem laicum remittatur,clericus ad ſuum iudicem eccleſiaſticum,& nuper hoc ſeruauit Senatus in ſacrilegio facto in templo diui Honorati Pariſ.Nam laici qui adfuerunt illi furto ſuſpenſi fuerunt, clerici verò ad officialem remiſsi. ſed in ciuilibus ſeruari poteſt rubr. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur.& l.cognitio.ff.de liberal.cauſſ.& d. l. nulli. vt plures de vno negotio ad eundem iudicem ire debeant:ſed non in criminalibus,quia crimen non debet alicui priuilegium dare,ſed potius excludere per l.primam.C.vbi Senato.vel clariſsimi.{Dicit tamen Anto.Capy.in deciſ.Neapol.q.173.his verbis,Nos in ſacro concilio ſeruamus,quòd quando cauſa eſt diuidua,retinemus laicos,& remittimus clericos & alias perſonas priuilegiatas.}

Abſolutoria iudicia rarò fiunt, in criminalibus.

118 Item in criminalibus rarò fiunt iudicia abſolutoria, in hoc Senatu Pariſ. ſecus in Senatu Tholoſano, ſed hic Pariſ. ſi quiſpiam informationibus præcedentibus captus fuerit, ſi crimen plenè probatum non fuerit,& indicia ſint ad torturam ſufficientia:torquebitur. & ſi nihil dicat, non abſoluetur.ſed ſolet adhuc in carceribus longo tempore detineri,& expectari, an aliqui teſtes veniant contra eum,& an informationes aliæ deferãtur.{Et hæc praxis probatur in l.Diuus. ff.de offi. præſid.ibi, potes de modo pœnæ eius diſsimulare. Et ibi Alber. not. & Boer. in deciſ. Burdeg.q.163.an per torturam.num.15.Hodie autent.bona damnatorum.C.de ſentent.paſsis.non ſeruatur in regno,ſed ventum eſt ad ius Codicis, per quod bona condemnatorum ad mortem ſunt confiſcata:quamuis de iure autent.ad parentes deferrentur, & conſanguineos, ſed vt reprimatur audacia volentium delinquere,de conſuetudine regni,poſtquam corpus eſt confiſcatum, & bona,vt docet Benedictus in repet.cap.Rainutius,in verb.mortuo primo.nu.48. de teſta. Niſi conſuetudo ſit in contrarium,vt apud Bituriges.Etiam non ſeruatur lex 2.C.qui teſta.fac.poſſunt.Nec titulus De bonis eor. qui ſibi mortem conſciuerunt. vbi bona ſe interficientis ſine accuſatione criminis, perueniunt ad conſanguineos. Sed in Francia quomodocunq; quis ſe interficiat,ſiue metu pœnæ,ſeu tædio vitæ, ſiue ante accuſationem,ſiue poſt,ſemper bona applicantur fiſco de conſuetudine regni,quæ ſcripta eſt in magno conſuetud.libr.4. titu. *des peines*. verſi.*ſi vn hõme priſonnier*.& in q.per arreſta.q.56.arreſto 4.& q.138.} Quod ſi nihil aliud contra illũ captum probatum fuerit, ſolet ſimpliciter elargiri vel cautione data, de ſe repræſentando quoties fuerit requiſitus,ſub pœna conuicti & cõfeſsi,& aliàs nõ abſoluitur. alioqui ſi ſimpliciter abſolueretur, condemnandus eſſet procurator regius:qui eum malè prehendit,etiam fieret forte poſtea probatio:& illa abſolutoria faceret ius ideo non poſſet poſtea puniri reus abſolutus, quia reus exceptione rei iudicatæ ſe iuuare vellet:vt per totum titul. ff. de exceptio.rei iud. ideo hæc ſuperior praxis eſt in hoc ſenatu vſitata:& interdum multos opprimit innocẽtes ſqualor carceris,nec poſſet dicere iudex laicus poſt abſolutionem ſe deceptum: ſicut iudex eccleſiaſticus in cauſſa matrimonij, & aliis cauſsis priuilegiatis.c.tenor.& c.lator.de re iudic. & ita dicitur in ſumma Ioan. Borelier. in ſecunda parte, quanuis in criminalibus ſententia non tranſeat in rem iudicatã quoad procuratorem regium probationibus aduenientibus, ſecus in parte ciuili vt cenſuit Senatus anno 1540.die 8. Iannuarij.Item obedientia Gallorum non ſeruat l.prohibitum.& l.defenſionis. C.de iure fiſci.lib.10.ſed ſi magriſtratus grauat, vel apparitor, pars appellat, imò ſi pars reſiſteret puniretur.{vt ſcribit Boer.in deciſ.Burdeg.q.215.incarceratus.nu.20.}

Areſtum.

Creditores præferendi ſunt fiſco.

119 Inſuper voluerunt quidam regales fauentes Regibus,& principibus. rubr. C. de pœnis fiſcal.creditores præferendos dicere non habere locum:ſed Regi potius ſoluendum eſſe, quàm creditoribus.contra l.non puto.ff. de iure fiſci:& contra id quod cenſuit Senatus anno 1306. die 5.Martij.vbi fuit condemnatus Colinus Gangam ad vnam mulctam parti,& Regi alteram:tamẽ fuit dictum quod prius ſolueretur mulctã parti,quàm Regi,& hoc pro Petro Dauuet cõſiliario, & Ioan.*du val.*eius famulo.quod non facerent nunc quidam iudices timidi, plus principibus fauentes {quàm Deo. Item in hoc regno ſunt iudices ciuiles, & criminales: & iuriſditiones iſtæ ſunt diſtinctæ: tamen ſi quæſtioni ciuili incidat criminalis, iudex ciuilis cognoſcet de criminali. per tex.in l.pen.& vlt.C.de ord.iudicio.& l.vna.quando ciuilis actio.l.quotiens.de iud.Et ita cenſuit Senatus anno 1527.die 18.Iunij,poſtulantibus Aligrero & Laboneau aduocatis,in cauſa nouitatis,in qua partes exceſſerant,& fuit dictum,eas à iudice ciuili, qui de cauſa ciuili cognoſcebat, puniendos.} Alia autem multa hic deſcriberem egregie lector, quæ ne faſtidium tibi pariam, reiiciam ad alia ſcripta mea,tàm ſuper aliis ordinatio.quàm etiam ſuper titu. de verbo. ſignifica. Iſta interim ſi lubet boni conſules:& quia ad intellectum harum conſtitutionum, quædam axiomata,ſeu regulæ ſe offerunt,ob id non erit tibi moleſtum, ſi illas nunc adiiciam ad probandum multa,quæ in ordina.erunt neceſſaria, {poſtquam dixero illum non eſſe tranſgreſſorem ordinationum,qui non receptas,nec vſitatas,non ſeruat.per gl.ſing. vbi addidi in c.1.de treuga & pace.}

Areſtum.

Lex & ordinatio cùm agitur de peccato canoni cedit.

120 Prima eſt,Vbicunque in ſtatutis,ordinationibus,& conſtitutionibus,agitur de peccato,ſeu vertitur periculum animæ:ſtamus iuri canonico,etiam in foro ciuili:& tunc lex,vel ordinatio,& conſuetudo, atque ſtatutum, cedit canoni.c.final.de præſcriptio.gloſ.not.in c.poſſeſſor. de regul. iur.lib.6.Bartol.& alij in l.priuilegia.C.de ſacroſanct.eccleſiis.Panor.in c.non ſine.col.2.& Imol. in c.ex parte.col.ſecũda.De arbitr.c.ad noſtram col.prima de probationi.c.cùm eſſes.in princip. de teſta.c.peruenit.de adulter.cap.1.de oper.no.nunciatio. Alexand. conſil.59. viſo inſtrumento. col.3.in primo volumi.

Ordinatio quomodo reformanda.

121 Imò vbicunque ex rigore iuris ciuilis,vel conſuetudinis,ſeu ordinationis, reſultat manifeſta iniquitas,vel euidens læſio partis, non debet ſtari illi deciſioni,ſeu ordinationi, ſed debet per

eccleſia

eccleſiaſticum iudicem etiam in foro ciuili emendari.gloſſ.& archid.in ca.à iudicibus.2.q.6.Ioa. And.& alij in c.2.& c.expoſita.de arbitr.Bald.in l.ſi ſeruus plurium.§.fina.ff.de legat.1. ſic conſuluit Ioan.de Ana.conſi.80.viſis.col.vlt.ſcripſi in rub.de conſtit.in concordat.

122 Ratio eſt quia omnis anima eſt Papæ ſubiecta.cap.nouit.de iud.ca.ſi Imperator.96.diſtinct. & tanto enim altiores ſunt canones legibus in hoc, quanto cœli gubernacula diſtant à mortalibus.& tantum diſtant ſacri canones à legibus mundi, quantum perpetuum diſtat à corruptibili. Bald.conſil.464.quædam ſcriptura.in fi.in primo vol.

123 Leges in hoc non dedignantur ſacros canones imitari.c.clerici. de iudi.ca.fin. de ſecund. nupt.& tunc poteſt iudex ſecularis compelli, vt canones ſeruet.c. licet mulieres. de iureiurand. lib.6.licet hodie luna ſit ſupra ſolem,quod valde turbat & aſtrologos & alios penè omnes.

124 Item leges ſeu ordinationes iuri diuino obuiantes,non ſunt leges,ſed peſtes, & fęces. Panor.in d.c.ad noſtram.& ideo aliqui caſus, qui de iure ciuili ſtatuti ſunt, à iure diuino abrogati ſunt:& peccaret qui eos ſeruaret,quos ſcribit Florent.in prima parte ſuæ ſummæ.titul.18.§.4.de lege ciuili.Et de Vtino.in ſermo.quadrageſimal.44.in fin.Alber.in dictio.iu verb.leges dicũtur. Et humanæ leges eatenus valent,quatenus non diſcrepant à diuinis.c.1.& per totum.10. diſtinct. Lucas in l.2.col.3.C.de quib.munerib.lib.10.& ſuperius ſcripſi.

Leges obuiantes iuri diuino non ſunt leges ſed peſtes.

125 Secunda regula,quando lex fundatur ſuper præſumptione, ceſſat quoad Deum,cùm omnia ſciat.cap.primo & cap.quæ in eccleſiarum.de conſtitutio.vbi gloſſ.& docto.latè dixi in repetit.cap.poſtulaſtis.in gloſſ.1.de clerico excommunicat.miniſtrante,hic non repetã.facit ordi.reg. rubr.*des theſauriers*.ord.10.

Lex fundãſe ſuper præſumptione non ligat in forocõſcientiæ.

126 Tertia regula quando deciſio eſt dubia in iure ciuili, & eſt planè deciſa de iure canonico, ſtari debet iuri canonico,& econtrario.c.Raynutius.& c.Rainaldus.vbi etaim doct.not.de teſta. idẽ ſi per ordinationem ſit planè quęſtio deciſa.tex.in c.1.de no.oper.nuncia.Panor.in c.cũ tempore. in fi.de arbitr.&in cap.licet.in 14.caſu de foro cõpetent.Adria.in quęſt.6.reſpõſurus.Barbat. in repetit.l.cùm acutiſsimi.col.36.cum ſeq.C.de fideicommiſſ.vide doct.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitutionib.& plenè Bald.conſil.174.municipale.in 4.volumi.Et ſic aduocatus vel cõſulens, debet vtrumque ius ſcire, alioqui quomodo conſulere poſſet?quod facit cõtra quoſdam iuuenes ius pontificium negligentes,& tantum ciuile proſequentes,ſed ipſi non guſtabunt dulcedinem iuris,niſi vtrumque habeant:vt ſcripſi in tracta.nomina.q.quinta,nec lucra palatiorum, quæ frequentia ſunt ex iure pontificio.

Quæſtio dubia ſi planè deciſa fuerit in uno iure decidetur per illud ius

127 Quarta regula.niſi in caſibus ſuprà exceptis,& aliis in iure expreſsis, vtrumque ius debet ſeruari in ſuo foro.cap.primo de no.oper.nunciatio.not.in cap.2.de arbitr.lib.6. nec Papa intendit tollere,nec poteſt leges tollere,niſi quoad ſuum forum.cap.conſtitutiones.& ibi.gloſſ. 10. diſtinct.gloſſ.in verb.vſuris.in cle.diſpendioſam de iudic. imò vtriuſque iuris argumenta docent interdum Papam ad decidendum quæſtionem.c.ſecundo requiris.de appellatio.Nam lex eſt lux & via vitæ.prouerb.6.cap.Feli.plenè in c.in cauſis. not.2.de teſtib.ideo iſtę ordinationes in iudiciis ſeruabuntur ſecularibus huius regni.

Leges et ordinationes in ſuo debẽt ſeruari foro.

128 Quinta regula:quando duo articuli in hoc libro, vel in conſuetudinibus, vel ſtatutis ſunt contrarij,tunc generali per ſpecialem derogatur.Regul.generi.de regu.iur.libr. 6. cap. primo,& cap.paſtoralis.in §.fina.de reſcriptis.& aliàs tollitur contrarietas:vt ſcribunt docto.in l. in ambiguo.ff.de reb. dub.& in l.vbi repugnantia. de regul. iur. hoc videri poteſt in rub. de ſenten. executor.

Generalis articulus p ſpecialẽ tollitur.

129 Sexta regula eſt,quando vnus articulus, vel vnum ſtatutum loquitur diſtinctè, aliud indiſtinctè. Secundum indiſtinctè loquens, non tollit diſtinctionem primi. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & hoc ſæpius ſeruit ad intellectum harum legum regiarum. vnde ſi conſuetudo, vel ſtatutum velit, quod nonobſtante aliqua lege, defenſor teneatur ſatiſdare, nihilominus ſeruabitur diſtinctio.l.ſciendum.ff. qui ſatiſdare cogant. videlicet quòd poſsidens immobilia non ſatiſdabit,quod eſt verum quoad iudicij ſiſtendi cauſſa ſtipulationem,diuerſum eſt quando quis idoneè cauere tenetur:vt ſcripſi in artic.primo de ſenten.executor.inferius.

Diſtinctio unius articuli non tollitur per alium articulum.

130 Septima regula, vltimus articulus conſuetudinis vel ordinationis tollit primum contrarium.c.primo de conſtitu.lib.6.l.pacta nouiſsima.C.de pact.quod probatur artic.11. cum multis ſeq.in rubr.de ſenten executor.in ordinatio.reg.niſi poſsit aliqua diuiſione,aut diſtinctione cõcordari,tunc expedit iura iuribus conciliare,& articulos articulis.cap.cùm expediat.de electio. in 6.l.vna.C.de inoff.dotib.ſic docet Petr.Ancha.in c.primo.quæſt.24.de conſtitutio.& Corne. conſil.89.viſis actis.col.4.volumi.primo.{Et ſtatutum,ſeu ordinatio debet intelligi, vt non deroget alteri.Bart.in l.fin.§.vlt.ff.de condic.indebit.Barba. in rubr.de reb.eccleſ.non alienand.col. 4.Albertus Brun.de ſtatu exclu.fœminas.artic.5.q.11.}

Vltimus articulus tollit primum.

131 Octaua regula, iura loquentia de ſtatutis,& quæſtiones deciſæ in ſtatutis, habent locum in conſuetudinibus:quando ſunt in eiſdem terminis,& eſt eadẽ ratio:cùm bonum ſit argumẽtum de ſtatutis ad conſuetudines.l.de quibus.ff. de legib.vbi ſtatutum & conſuetudo non differunt: niſi ſicut expreſſum & tacitum,hoc dico pro Gallis, qui conſuetudinibus reguntur: Itali vero ſtatutis. vnde dubium ortum ſuper conſuetudinibus decidetur ex deciſionibus ſtatutorum, & ſic prodeſt habere conſuetudines,vel ſtatuta aliorum locorum.

Quæſtiones deciſæ in ſtatutis decident quæſtiones conſuetudinum.

132 Nona,quando ſtatutum, vel ordinatio habet aliquam interpretationẽ, obſeruari ſolitam,

Interpretatio ſeruari

tunc ab

ſolita teneri debet.

tunc ab ea ſine magna cauſſa recedi non debet. Nam minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legibus. Barba. conſil. 34. illud. col. 6. in 4. vol. Scribam in rubr. de conſuetud. in ordina. reg. & ſic oportet verſari in curiis, vt ſciamus quid obſeruetur: nam multa interpretantur in ſcholis iura, quæ parui ſunt emolumenti, & difficilia maximè.

Sententia lata contra cõſuetudinem vel ordinationem non valet.

133 Decima regula, Sicut ſententia lata contra legem non valet. l. 2. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. c. primo, de re iudic. ita nec contra conſuetudinem notoriam, & in ſcripturam redactam, & approbatam: vel contra ordinationem publicatam. not. in l. de quibus. ff. de legib. Panor. Felin. & alij in c. paſtoralis. de fide inſtrumento. & in d. c. primo de ſenten. & re iudic. quia conſuetudines generales non licet ignorare, ſicut leges. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legib. Bald. in rub. de conſuetud. Facit enim iudex litem ſuam, ſi iudicet contra conſuetudinem notoriam, ſicut ſi iudicaret contra legem: vt ſi in hoc regno iudicaret, quod mortuus non ſayſit viuum. Bald. in auten. iubemus. col. 4. C. de iud. & ſicut iudex poteſt ſupplere in iure, ita in conſuetudine notoria, & ordinatione quæ ſeruatur in foro. Bald. in l. vna. in fi. & ibi Alex. C. vt quę deſunt aduocatis partium iudex ſuppleat: ideo iudices in hoc regno iurant ſe iudicaturos ſecundum ordinationes & leges regias Gallicas, ac conſuetudines approbatas, & ſecundum illas iudicare debent: vt patet in rubr. de conſuetud. artic. 2.

134 Limitatur quando eſſet extrauagans, & non inſerta in volumine conſuetudinis, cùm poſsit de ea probabiliter dubitari l. cum prolatis. & ibi Bart. & alij. ff. de re iud. Panor. & cæteri in c. paſtoralis. de fide inſtru. & ſemper appellandum eſt etiam ab illa ſententia lata contra ordinationes in hoc regno: quanuis ſit nulla: quia ordinationes pro iure ciuili habentur: & non ſicut ſtatuta epiſcoporum, ducum, comitum, & baronum: & ideo quæ contra eas fiunt, ſunt nulla. teſte Iaſ. in l. non dubium. 8. no. C. de legib. vt ſuperius dictum fuit ſed appellatione opus eſt.

Reſcriptum cõtra cõſuetudinem nõ valet.

135 Vndecima regula. Reſcriptum contra conſuetudinem impetratum non valet: quia obreptitium eſt, niſi in illo reſcripto fiat mentio conſuetudinis, vel ſtili: quia cùm tales conſuetudines ſint facti, & in facto conſiſtant, princeps præſumitur eas ignorare cap. primo de conſtitu. libr. 6. & ideo noluiſſe derogare illi iuri, quod ignorauit. l. mater. ff. de inoff. teſta. hoc abundè elucidabitur. in rubr. *des lettres Royaulx.* ac in rub. de conſuetud. in ord. reg. Sufficit tamen ſi dicatur nonobſtante conſuetudine in contrarium diſponente, licet capitulum vel articulus non allegetur, & ſatis dicitur ſpecialis mentio, quando facta eſt ab eo, qui poteſt tali conſuetudini derogare. l. 3. §. diuus. ff. de ſepulch. violat. Bal. in l. fi. col. vlt. C. ſi contra ius. Bart. in extra. ad reprimendum. in verb. non obſtantibus.

Per quæ iura decidi quæſtiones debeant.

136 Duodecima regula, quando diſpoſitio ſtatuti ſeu conſuetudinis poteſt decidi ſecundum iura loquentia de vltimis voluntatibus, vel de contractibus, potius decidetur iuribus de vltimis voluntatibus loquentibus, quàm aliis: quia ſtatutum accedit vltimæ voluntati. glo. & ibi Barto. in l. prima. C. de his quib. vt indig. refert Dec. in l. ea demum. col. 2. C. de collatio. Allegando Alexãd. conſi. 185. viſo titulo. col. 2. libr. 2. & Roma. conſi. 65. viſo themate. col. fi. & conſi. 123. circa primum. col. 2. Areti. conſil. 22. diligenter & conſil. 45. viſis circa fin. Barba. conſil. 61. ſcribitur. col. antepenult. lib. 1. vbi idem dicit in conſuetudine, reſcripto, & priuilegio. & ſic facit cõtra quoſdam ſcholaſticos Gallos, qui in ſtudiis iura inforciati, & alia tangentia vltimas voluntates audire negligunt: quòd in Gallia illis non vtantur, ſed conſuetudines & ordinationes intelligere non poterũt, nec quęſtiones decidere.

Ordinationes iuſtæ in conſcientia ſeruari debent.

137 Decima tertia regula eſt. Quòd iſtæ ordinationes etiam in foro conſcientiæ ſunt ſeruandæ, ſicut leges, quando fundantur ſuper certo, & ſunt iuſtę. glo. & docto. in c. quæ in eccleſiarum. & c. nam concupiſcentiam. de conſtitu. Barba. in repetit. c. Raynaldus. col. 42. cum ſeq. de teſta. & in cap. 1. de ſolutio. Bald. & Feli. in c. in omni. de teſti. Iaſ. in repetit. l. nemo. nume. 103. in 2. lectura. ff. de legat. primo. vbi loquitur in ſtatuto, ſed multo fortius in ordinationibus intellige, vt ſuperius ſcripſi ſcilicet à ſubditis. {Et conſcientia legis vincit conſcientiam hominis, quę dicitur abuſiuè, quando non habet per ſe leges. vt pulchè docet Bal. in cap. clerici. de vita & honeſta. clerico.}

Inter duas ordinationes contrarias magis æqua ſeruetur.

138 Decimaquarta regula. Quando ſunt duæ ordinationes contrariæ, illa quæ eſt magis æqua & iuſta, debet ſeruari. Iaſ. in l. 1. nume. 10. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat: quia ius eſt ars boni & æqui. l. 1. ff. de iuſtit. & iure.

Ordinationes ſecundũ ius recipiũt interpretationem.

139 Decimaquinta. Ordinationes interpretationem recipiunt ſecundum ius commune. Stepha. de feder. in tracta. de interpreta. legum. in vlti. parte verſic. vltimo reſtat. igitur iura prius noſce oportet, & poſtea ordinationes, conſuetudines, & ſtatuta, paruo negotio intelligentur: quare non oportet prius praxin diſcere, quàm leges.

Ordinationes iuri cõmuni repugnãtes ſunt reſtringendæ.

140 Decimaſexta regula. Statuta, ordinationes, & conſuetudines iuri communi repugnantes, ſunt reſtringendæ. reg. quæ à iure. de regu. iur. in 6. de hoc alibi dicam.

Cauſſa naturalis præfertur accidentali.

141 Decimaſeptima regula. Quando in vna perſona concurrunt duæ cauſſæ, vna naturalis, altera accidentalis, præfertur naturalis. l. qui habet. in princip. vbi Bar. & ibi addidi. ff. de tutel. Iaſ. in l. ſi arrogator. num. 45. ff. de adoption. vnde ſi ſcholaſticus in ſtudio læſus reſtitui cupit, naturalis cauſſa tanquam minor præferetur. & ſic potius minor ætas inſpicietur, quàm ſtudium: quæ eſt cauſſa accidentalis, quamuis vtrunque ſoleamus cumulare ad obtinendum.

Ordinationes aut ſecundum ius,

142 Decimaoctaua regula. Ordinationes omnes, aut ſunt ſecundum ius commune, præter, vel contra ius. per not. per Bar. & Iaſ. in l. non dubium. C. de legib. & ideo ſi ſint ſecundum ius com-

mune, am

mune,ampliandæ erunt,ſicut ius,ſi præter,interpretandę ſecundum ius. Si verò iuri ſint contrariæ,reſtringentur,ad ſuum caſum,& non extendentur:vt inferius latius deſcribam.

aut præter, aut contra.

43 Decimanona. Ordinatio vbi venit correctiuè,vel derogatiuè ad ius commune, nunquam debet interpretari ſecundum ius commune.teſte Bald.in l.maximum vitium.col.penult.C.de liber.præterit.vnde ſi ſtatutum dicat, quod pater tenetur filiis relinquere quintam partem bonorum ſuorum,non intelligetur quod iure inſtitutionis,licet de iure communi ſecus.§. aliud quoque capitulum.in auten.vt cum de appella.cognoſ.col.8.Alex.conſil.35. viſo themate. col.3. in 6. vol.alibi de hoc dicam ſuſius quomodo intelligatur.

Ordinationes corrigētes ius non interpretantur ſecundū ius.

144 Vigeſima regula.Quando lex damnat conſuetudinem, referendo ſe ad tempus, quo conſuetudo erat ante legem, non intelligitur reprobata conſuetudo, quæ ſequitur illam legem.cle. dudum.§.nos etenim. de ſepult.text.in auten. habita. verſicu.hac igitur.ibi. quod aliquando ex peruerſa conſuetudine factum inuenimus.C.ne filius pro patre.gloſſ.in cle. final. de reb. eccleſ. non alienand.§.præterea.in 2.de prohibita feud.alienatio.per Federic. ideo ex noua cauſſa poterit induci noua conſuetudo.gloſſ.ſingu.in cle.ſtatutum.de electio.ſecundum Panor. in c.fin. de conſuetudi.& Barba.in c.cum venerabilis.col.4.illo titul.Philipp.peruſ.in cap.primo. col.vlti. de conſtitut.per c.non debet. de conſanguinita. Si verò lex reprobat futuras conſuetudines, tunc non valent conſuetudines,vel ſtyli contra illam legem introducti.c.vl.de conſuetud.li.6.Petr. de peruſ.in tracta.de vnione eccleſia.c.quinto.col.5.& ſeq.Innoc.in c.pen.de conſuetud.

An valeat conſuetudo ſi lex cā reprobet.

145 Aliquando lex damnat conſuetudines ſimpliciter,& tunc etiam non valebit noua conſuetudo poſt legem introducta: quia cenſetur reprobata.l. ſi ſeruitus.ff. de ſeruitutib. vrba. prædio. Bart.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de legat.primo.facit quod not. Alex.conſi.193. ex themate.
146 col.3.in 2.volumi. † Niſi de expreſſo conſenſu principis.Ioan.Andr.in additio.ad Speculato.in titul.de inſtru.editio.§.compendioſe.verſic.ſed nunquid de conſuetudine.glo.in c.in iſtis. & c.leges.4.diſtinct.Hoſtien.per illum tex.in ca.quod ſuper his.de conſang. Rauen. in allega. in mater.conſuetud.fol.161.& ſeq.in alphabet.iuris.

147 Quia poteſt princeps legem abrogare,ergo & conſuetudinem contra legem approbare. in dubio tamen præſumitur ignorantia per l.verius.ff.de probatio.c.primo de conſtitu.libr.6.c. ex parte.1.de off.delegat.Albert. Brunus.conſil.66.ex themate.col.2. in materia feud. & vidi probari hanc conſuetudinem authoritate principis inductam per reſcripta,in quibus mandabat iudicibus procedere ſecundum illam conſuetudinem: quod nota perpetuò. & ideo approbantur & homologantur à principe, vt poſtea ſecundum eas iudicetur, & aliæ contrariæ non allegentur conſuetudines,de his abundè dicam in rubric.de conſuetudin. & poſtea iſtæ generales conſuetudines non ſunt probandæ,teſte Dec.conſilio 547.

Quomodo probetur cōſuetudo inducta authoritate principis.

148 Nota etiam quod per leges,vel Regis ordinationes, quæ in hoc regno leges ſunt, non tolluntur conſuetudines illis contrariæ:niſi in ordinationibus ponantur hęc verba,vel ſimilia, nonobſtantibus conſuetudinibus. cap. primo de conſtitutio.libr.6.cle.in pleriſque.& cle.ſtatutum.& ibi not.Bonifa.de vital.col.2.de electio.& ſcribitur in rub.*des criées & ſubhaſtations.*artic.2.ibi,*nonobſtant les couſtumes contraires.* {Quia princeps ea videtur ignorare, cum ſint facti, & in facto conſiſtant.c.1.de conſt.in 6.ideo ea tollere non videtur.l.mater.ff.de inoffic.teſta.}

Conſuetudines an per ordinationes contrarias tollantur.

149 Poſtremò antequam ingrediar tex.harum ordinatio. debent volentes litigare tres cautelas notare.Prima eſt vtilitatis.Secunda neceſsitatis. Tertia vrbanitatis. vtile enim prius eſt, vt actor conſideret, antequam vocet reum in ius,an ipſe habeat perſonam legitimam ſtandi in iudicio, vt pote quia non eſt excommunicatus,alioqui abſoluendus eſſet antequam ageret. per c. intelleximus de iud.vel ſi ſit in poteſtate patris,de conſenſu illius agat.vt in l.n.§.neceſsitate,C.de bonis quæ liberis.Nam imprimis perſona eſt habilitanda.per.l.ſi quæramus.ff.de teſta.Barba.in repetit. rubr.C.qui admitti.in princip.& melius actor ſic faciet,quàm ſi ſe ſumptibus inanibus vexet.l.1. ff.de inof.teſta.ob id videat ne aliqua exceptione repelli poſsit,antequam agat.

Tres cautelæ litigare volentium.

Perſona imprimis eſt habilitāda.

150 Item debet perſonam rei intueri,an habeat declinatoriam fori,& tunc conueniat eum coram ſuo iudice:aliàs in expenſis condemnaretur,reus ad ſuum iudicem remitteretur.c.exceptionem.& c.paſtoralis.de exceptio.vt ſcripſi abundè in tracta.de exceptio.

151 Pręterea vtiliſsimum eſt antequam ſorti litium quis ſe committat, vt aduocatos, & doctores cōſulat peritiores, & expertos.l.ſi auiam.ibi ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes,facilè cognoſceres.C.de inge.& manumi.quam ad hoc ſingu.dicit Barba.in conſil.1.col.9. nume. 8. in 1. vol.& in repet.rub. Qui admitti.col.12.nu.15.in fi.Nec opinioni vnius fidat,ſed plurimorū ſententias habeat.per l.ſi idem cum eodem.ibi Sabin.Caſsio & Proculo placuit.ff.de iur.omnium iud.l. cum filio.§.filio.de vulga.& ſic parabit ſibi iudicium, & iuſtitiam.eccleſi. 18. cap. Ante iudicium para iuſtitiam,tibi, & antequam loquaris diſce. & poſtea dicitur ante iudicium interroga teipſum, & ante orationem præpara animam tuam.not.in cap.cupientes, de elect.libr.6. & cap.1.de dolo, & contumac.eo.lib.

Conſilium à pluribus eſt habendum antequam quis litiget.

152 Vtilitas etiam maxima eſt, quia ſi habeat conſilia aliquorum experientium doctorum coſulentium non ſuccumbet, & ſi fortè victus fuerit, quia iuſtam litigandi habuit cauſſam, non debebit condemnari in expenſis. ſingulare eſt dictum Angel. in l.terminato, C.de fructib. & litium expenſis.ſequitur Lanfranc.in repeti.c.quoniam contra.in fi.de expen.in 3. q.de probatio. glo.in verb.expenſarum.de friuol. appella.in pragmat.& ita vidit ſæpius obſeruari Guido Papæ in deciſio.

Iuſtam litigandi cauſſam habens non debet in expenſis cōdemnari.

in deciſio.delphinal.q.277.opinio.docto.per l.qui ſolidum.§.etiam.ff.de legat.2.ſequitur Henric. Boic.in c.ſacro.§.verum.de ſent.excommunica.vbi aſsignat rationem, eo quia doctor habet authoritatem iura interpretandi.l.vna.C.de profeſſorib.qui in vrb.Conſtantino.comiti-merue. lib. 12.ergo excuſatur pars,ſi illi crediderit.l.in bonorum.& ibi Barto.ff.de bonorum poſſeſsionibus. Secundo expenſę litis veniunt ob temeritatem.l.eum quem temere.ff.de iudic.§.final.inſtitut. de pœna temere litigant.ſed non eſt temerarius,qui conſulit peritos,ſed ſapiens:ergo non ſic debet condemnari. dico alios effectus conſilij in auten. habita. C. ne fil. pro patre.huius eſt ſententiæ Imol.in clement.ne Romani.primo not.de electio. Alexander conſil.76.in cauſſa. col.vlti. in 7. volumi.& D.Boër.in regula cum quis in additio.ad Dynum.de regu.iur.lib.6.Iaſ.in l. properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iud.

Condēnatio expēſarum quando fieri debeat.

153 Item cùm omnis agens habeat obtinendi voluntatem.l.in ratione 1.§.cùm quidam.in fi. ff. ad legem falcid.Bal.in c.conſtitutus.col.3.de reſcri.ſi ſuccumbat erit ei dedecori:præter expenſas in quibus eſt condemnatus. amplectatur ergo conſilium prædictum , & in hoc laudo noſtrates, qui nunquam litigant,quin habeant conſilia ſubſcripta,& allegationibus plena. hîc verò habent conſilia verbis ſatis colorata,ſed iuribus nuda,& multotiens bonis rationibus:ideo multi conſilii illis conſiliis deſtruuntur,& in paupertatem rediguntur.vnde ex Flandria fuit aliquando miſſum ad me conſilium,ſic vt dicebant mortuum,vt animam viuam illi infunderem, nam omne conſilium cenſetur ſine illis iuribus mortuum.

Iudices tamen huius patriæ,etiam habentem docto.conſilia vix ab expēſis excuſant,tum quia lex regia pręcipit, vt victum victori in expenſis condemnent.quæ debet intelligi ſecundum ius: tum etiam quia vtraque pars habet.ob id in caſu dubio ſolent condemnare, niſi iuſtiſsimam inueniant cauſam:vt ſuperius dixi.

Facile non eſſe litigandum & pro modico.

154 In dubiis non debet eſſe quis promptus ad litigandum,tum propter expenſas,tum propter mala infinita , quæ patietur in litigando. { Vnde dicit Alex. Imperator in l. ſi manumiſſor. C. de obſeq. ſi qua pecunia tibi debetur, non protinus ad litigandum currere dabueras.} Nam per varios caſus,per tot diſcrimina rerum,vix ad ſententiam perueniet : ideo ſequatur conſilium Chriſti.Matthe.5.c.ſi quis voluerit tunicam tuam tollere,& in iudicio contendere, da ei & pallium.& in ſumma.14.q.1.Floria.in l.ſi.in fin.ff.familiæ herciſc. ſaltem procliuior eſſe ad componendum, quàm ad litigandum debet.per c.primum.& per totum.90.diſtinct. Neuiſa. in ſilua nuptiali. 10. limita.nam cum pari contendere, anceps eſt,cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum. Seneca,quem allegat Bald.in conſil.218.petita venia.col.2.in 3.vol.ſaltem pro modico non contendat.vt dicit gloſ.in c.requiſiſti.in verb.decens.de teſta.per l.ſi merces.§.vis maior.ff.locat.facit l.2.C.de reſcind.vēditio.Vndę pulchrè dicebat beatiſsimus Yuo aduocatorum optimus,In con-

Mala quæ ex litibus oriuntur.

trouerſiis cauſſarum corporales inimicitiæ oriuntur:fit amiſsio expenſarum:labor animi exercetur:corpus quotidie fatigatur Multa & inhoneſta crimina inde conſequuntur. Bona & vtilia opera poſtponuntur.& qui ſæpe credunt obtinere,frequenter ſuccumbunt.& ſi obtinent,computatis laboribus & expenſis nihil acquirunt. citat Ioan. Neuiſa in ſua ſilua nupti.{Plato quoque lib.3.de legib.ait,Qui ſanè amici nunquam erunt,ſi mutuis iniuriis vexati,plurimis litigando vti cogantur iudiciis , ſed ſi quàm minima hæc ſunt,& pauciſsima.} & Heſiodus in opuſculo quod ἔργα καὶ ἡμέραι inſcribitur, ait,

Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.
Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι,
Νείκε' ὀπιπεύοντ' ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
Ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε,
Ὧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται
Ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν,
Τοῦ κε κορεσσάμενος, νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις
Κτήμασ' ἐπ' ἀλλοτρίοις. σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον ἔσται
Ὧδ' ἔρδειν, ἀλλ' αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος,
Ἰθείῃσι δίκαις, αἵ τ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.
Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ', ἄλλά τε πολλὰ
Ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσαι,
Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Aſt inimicitiæ tuis hæc Perſe cordibus imis.
Ne mala ſic placeat,nulla vi ſit cura laborum,
Lis tibi,clamoſas,rixáſque forúmque ſequenti.
Ille enim lites fugere & contemnere debet,
Cui non plena domus,cui non ſunt horrea plena:
Maturi fructus,Cereris quem terra dat alma.
Huius ſi ſat habes,age,iurgia dira moueto
Ob res alterius:mecum facere amplius iſtud
Haud licet:at potius rurſum cauſſam experiamur

Iudicijs

Iudicus rectis, quæ vel Deus optima dicat.
Cum fieret noſtra ſortis diuiſio, rapta
Plurima iudicibus ſic corrumpendo dediſti.
Dominoris: hanc qui cupiunt diſcernere litem,
Stulti, quos latet vt toto ſit dimidium plus. &c.

Ex quibus patet periculoſum eſſe adire iudicia, vt ſcripſi in procœ. concorda. Franciæ: in glo. ſumptibus.

155 Item cogitet actor, an valeat probare, quod intendit, cum actori incumbat onus probandi, & eo non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edend. l. actor. de probatio. ideo interroget teſtes, qui ſciant, & an memores ſint illius facti: & ſcribat illud quod teſtes dicturi ſunt, & reuoluat inſtrumenta, ſi quæ habeat, & ſuper illis conſulat doctos & experientes.

Actor prævidere debet, an quod petit probare, & quomodo poſſit.

Caueat ne teſtium aut aduocatorum promiſsione decipiatur, vt beatus Gregorius ſcribit in cap. paulum. 2. q. 3. interdum aduocati maximè ignari parabolani inſtar ſunt. l. parabolani. C. de epiſcop. & cleri. quia promittunt victoriam cauſſa, ſicut medici ſanitatem. Lucas in l. ſi tempora. col. penult. C. de fide inſtrumentor. & ignari maximè, cum non intelligant iuſtitiam cauſſæ, his frequenter meditatis cauſſam ſi componere non poſsit inuitus aggrediatur.

156 Secunda cautela eſt neceſſaria, quia his maturè diſcuſsis, actor ſi velit experiri ſuper contractus reſciſsione, debet procurare vt literas reſciſsionis contractus habeat, & vt ſuper illis aduerſarius citetur, quia contra partem inauditam nihil ſtatuendum eſt. c. 1. de cauſſa poſſeſsio. & in vnoquoque negotio is cuius intereſt, vocandus eſt. l. de vno. ff. de re iudic. vt ſuperius ſcripſi, & ſuper omnibus alijs cauſsis ſemper aduerſarius citari debet.

Literæ reſciſionis impetrari, & citari reus antequam agat debet.

157 Tertia eſt cautela vrbanitatis, vt actor antequam in iudicium vocet aduerſarium, illum extra iudicium interpellet. per l. quidam Hiberus. ff. de ſeruituti. vrba. prædio. ibi, volo vt cum Hibero loquaris, & §. ſic itaque, & ibi Iaſ. inſtitu. de actio. not. in l. creditores. C. de pignorib.

Actor reũ extra iudicium interpellet antequam eum in ius vocet.

158 Alioqui ſi in primo termino reus cõfiteretur non interpellatus extra iudicium, non deberet condemnari ad expenſas, teſte Iaſ. in d. §. ſic itaque, & in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iud. & in l. certi cond. in prin. ff. ſi cer. pet. Iacobi. in rub. C. de iudic. col. 2. ideo antequam cõueniatur pars, ad ea peti debet, alioqui non poterit actor expenſas recuperare inſtrumenti, vel alias antea factas, poſtquam reus cognoſcit bonam fidem, debitum cõfitendo: quia veriſimile eſt, quòd ſi extra iudicium ſumma petita ab illa parte fuiſſet, pecuniam ipſam ſoluiſſet, vt docet Feli. in c. accedens, in 1. col. 1. in 4. concluſio. vt lite non conteſta. & in c. licet Heli. de ſymo. Et iſti confitenti ſolet fieri præceptum de ſoluendo, non intra decem dies, vt dicunt doct. in l. ſi debitori. vbi reprobaui. ff. de iudic. ſed debet ei arbitrari tempus competens ad ſoluendum. per l. debitoribus. ff. de re iudic. l. ſi domus. §. qui confitetur. ff. de legat. 1. alia dixi in d. l. ſi debitori. Et ſic hoc principium erit ſolenniter ornatum, & tunc manibus lotis poterimus amplecti materiam ſequentem, vt in ſimili dicit tex. in l. 1. ff. de orig. iur. vide tamen ſeruanda ante citationem, in citatione, poſt citationem, in præſentatione, in exceptionibus, in litis conteſtatione, in tempore probationum, in tempore diſputationum, & in tempore probationis ſententiæ, per archiepiſcopum Florent. in 3. parte ſummæ titul. 9. c. 16. rubr. de decem ſeruand. ſucceſsiuè in iudiciis, & quomodo per lites quis pauper efficiatur: & alia multa ſcripſi in procœmio concordato. Et cum his huic procœmio finem adiiciam, leges nunc regias proſequi cupiens. De his gratias Deo agens.

FINIS.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO HIERONYMO BVRGENSI, CATHALAVNIENSI Epiſcopo Petrus Rebuffus S. P. D.

OCtauius Auguſtus Antiſtes præſtantiſſime,cùm æs alienum ſenatoris cuiuſdam,quem charum habebat, non rogatus exoluiſſet , & eius nomine quadragies mille nummum creditoribus numeraſſet,pro gratiarum tamē actione hoc tantùm ille Cæſari reſpondit, mihi nihil , tanquam ab eo aliquid aliud tacitè efflagitans,quaſi Cæſar poſtquam eius creditoribus ſatisfeciſſet, eum quoque grato aliquo munere donare deberet:cuius hominis inſignem impudentiam, & ingratitudinem adeò grauiter, iniquoq́ animo princeps ille(qui alioqui mitiſſimus, & ſereniſſimus erat) pertuliſſe dicitur,vt pluribus admirationi fuerit,ſed mea quidem ſententia non immeritò ita fuit affectus.Cum enim nihil ſit beneficentia aut maius,aut laudabilius,nihilq́ quod homines magis ſimiles efficiat diuino numini, tum ſanè(vt cum Cicerone loquar)nihil eſt tàm inhumanum,tam immane,tam ferum,quàm committere,vt beneficio non dicam indigni,ſed victi eſſe videamur: & tametſi gratia à nobis referri non poteſt, quanta debetur, habenda tamen eſt,quantam maximam animi noſtri capere poſſunt,cum maximè humanus animus abhorreat de nobis benemeritis gratiam non referre,aut, cùm non poſſumus,animum ſaltem non ingratum aliquo argumento non ſignificare,quod qui prætermittunt, beneficentiam non ſolùm iure ſuo ſpoliant, ſed totam funditus,vt deleant tentare videntur:qua extincta,nihil eſt penitus,quod relinquatur inter Deum & homines,nullumq́ vinculum,quo res humanæ & inter ſe & cum diuinis colligatæ teneantur, atque tales homines non ſolum τοὺς μισανθρώπους qui iure appellauerit, ſed omnis diuini humaniq́ officij & naturæ expertes , hoſtesq́ acerrimos. Quare non ſine cauſſa veteres illi priſcis temporibus tantum tribuebant beneficentiæ,vt eos qui ingenio,ſingularíue aliqua induſtria, & beneficio ſocietatem humanam iuuiſſent,templis,faníſue,& ſacrificiis illuſtrarent,tanquam diuinæ naturæ proximos,cùm de humano genere benemeriti eſſent,ſicut cōtrario quoque iure Perſarum legibus ingratitudinis vitio notati grauiſſimis afficiebantur pœnis. Proinde tantus ille princeps aduerſus contemptorem beneficij non immeritò tantopere commotus videbatur. Sciebat enim ἀχαριστίαν iniuſtitiæ ſpeciem peſſimam , & humanæ ſocietatis (cuius ipſe præcipuam curam gerebat) pernitioſiſſimam.Itaque ne ego eorum in numero habear,qui animum ita comparatum habent,vt niſi nouis quotidie beneficiis afficiantur,facilè vetera & præterita obliuiſcuntur,cum eodem Cicerone dicere ſoleo,me omnibus affectum percupere,cum nihil ſit,quod malim,quàm me gratum eſſe & videri. Quam ob rem cùm iamdudum cogitarem quibus modis pro tantis tuis in me meritis gratiam referrem,res (me hercle)difficilis mihi viſa eſt,meisq́ viribus impar, cùm tot & tanta ſint, vt ſigillatim commemorare ſingula vix queam:ideo tacendum mihi magis quàm loquendum video, cùm omnia liberalitatis genera in me exercueris.Ingratus tamen,dum non poſſum parem gratiam referre,videri nolui;ſed placuit hoc qualicunque munere te ſalutare , non vlla quidem compenſationis cauſſa , ea enim eſſet commutatio,quæ Glauci & Diomedis fertur,χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων,ſed vt animi candorem confirmem,quem iampridem cognoſcere potuiſti, dum ſæpiſſime pro tua humanitate & beneuolentia tecum fui,quo tempore factum eſt,vt me tua eximia virtus, eruditio, cæteraq́ animi tui dotes ſingulares magis tibi conciliarint,nempe totum ad te colendum,obſeruandumq́ addixerint, quàm cætera quæ ſunt externa accepta à te (etſi ſumma) beneficia. Nam licet munificentiæ nomine nulli cedas , cæteris tamen animi ornamentis paucos video,quos nō ſuperes, vt iure ſummus pontifex,Rexq́ Chriſtianiſſimus te prælaturæ ſenatoriisq́ muneribus ornarint,vt omnibus eſſes exemplum,quo virtus & doctrina ſua habent præmia,quæ iure huiuſmodi viris tribuenda ſunt. Quam fœlicitatem tuam & tibi, & reip.eo nomine congratulari ſoleo,ſimulq́ optare , vt quemadmodum pater tuus vir egregius doctrinaq́ præſtantiſſimus à principis latere non diſcedere ſolet,ita tu ad ſummorum curam & conſilia accedas,vt tua fert eruditio,& vitæ integritas. Interea rogo,vt eo quo ſemper fuiſti animo erga me,eaq́ humanitate munus hoc noſtrum quamuis exiguum libellum,ſcilicet de literis obligatoriis accipias, quem idcirco tibi dicare,& offerre volui:quia me tibi iamdudum obligatum tuis beneficiis agnoſco , & vt te ἑρμαίῳ iter cœptum perficiatur , tuoq́ auxilio cæteris , quæ multo maiora ſunt,colophonem imponere , tibiq́ offerre poſſimus,atque tuo nomine ſtudioſis prodeſſe, vt tibi accepta omnia ferant. Vale.

TRACTATVS

TRACTATVS

DE LITERIS OBLIGATORIIS REGIO SIGILLO, VEL ALIO AVTHENTICO SIGNATIS INITIVM.

Præmittendum eſſe ad totius materiæ intellectum cenſeo, Quòd literarum appellatio generalis eſt, quaſlibet comprehendens literas per l.ſed & ſi.§. præſcribere.ff. de inſtito. actio. l. ſeruus ſi hæredi. §.Imperator.verſ.Sed ſi hæres.de ſtatuliber.ca. inter. de fide inſtru. Tàm publicas, quàm priuatas. Vnde ad declarandum addi debet, de quibus intelligatur literis,vt de literis Papæ,vel cardinalium : de quibus in c.quod ſuper.de fide inſtru.vel de literis Imperatoriis,in l.vna.C.de manda.princip.vel debet exprimi de literis regiis, vt in ordinationibus regiis patet.& in tractatu meo,de reſcriptis & literis regiis:vnde hìc additur obligatoriis, quia hìc tractabitur maximè de literis obligatoriis, nõ de aliis priuatis,de quibus in tract.de chirographo,& cedula recognitio.abundè ſcribo inferius.

Literarum generalis eſt appellatio, & in multiplici ſunt differẽtia.

2 Literæ enim obligatoriç ſunt,quæ continent obligationem,& in quibus debitor eſt obligatus.Et iſtarũ quædam ſunt publicæ,& authenticç,& de his propriè in hoc loquimur tractatu.aliç verò ſunt priuatæ,de quibus patet in inſti. de literarum obligat. & de his dicetur in dicto tract. de chirographo recogni.

Literæ obligatoriæ quæ ſint.

3 Nota tamen quòd quando lex facit mentionem de inſtrumẽto,vel de literis,per inſtrumentum intelligit publicum,& per literas ſcripturam priuatam.tex.in cle.1.de procurat.l.literæ.de iu-
4 re codicil.ff.pulchrè Specul.in titu.de inſtru. editio.§. 1.† Et gallico vſu loquendi *inſtrument.* dicimus publicum inſtrumentum & authenticum,literas verò priuatas gallico idiomate *letres*.Si verò non ſeparatim loquamur de inſtrumento , ſed ſimpliciter *letres*, tunc omnes & publicæ, & priuatæ venient,quod eſt notandum pro communi Franciæ vſu:ex quo arguere licebit inferius, & quod poſſimus à communi vſu arguere,probant doct. in procemio decretal.& ff. noui. per l. Labeo.ff. de ſupellect. legat. tamen iuriſcon. interdum chirographum vocat inſtrumentum chirographi in l.fideiuſſor.2.§.1.ff.de pigno.

Inſtrumenti nomine quid contineatur, & literarum.

5 Ex prædictis infertur,quod ſi prohibeãtur literæ produci,omnes tàm publicæ quàm priuatæ comprehendentur, niſi materia ſubiecta repugnaret : vt inferius plenius probabitur. Nempe prohibito genere,& omnes eius ſpecies prohibitç cenſentur.l.2.in prin.ff.ſi cert.pet.l.ſi quid earum.§.inter.de leg.3.

Literarum nomine tàm publicæ quàm priuatæ comprehenduntur.

6 Secundò infertur quòd ſi literis tantùm probandus eſſet contractus,iuxta l.contractus.C.de fide inſtr.poterit tàm per publicas , quàm per priuatas probari literas vt hìc , ſecundum ea quæ ſcripſi.in §.fi.de nomi.reg.in concorda.Franciæ.

7 Tertiò quòd ſicut eſt excõmunicatus,qui loquitur cum excõmunicato, ita qui mittit literas, tàm priuatas,quàm publicas.cle.fi.de ſenten.excom.c.conſtitutionem,vbi glo.illo titul.c.vbi periculum.§.nulli.de elect.in 6.plenè ſcripſi in repe.c.poſtulaſtis.de cleric.excom.miniſtrante.

8 Quartò vacante epiſcopatu princeps non debet electoribus mittere literas pro eo, qui hoc procurauerit.intellige neque publicas neque priuatas. §.ad tollendum.de elect.in prag.

9 Quintò ſi detur dilatio ad producendum literas , tàm publicç quàm priuatç produci poterunt per prædicta.Doct.in c.quoniam de proba.

10 Sextò condemnatus ad reſtitutionem literarum , tàm publicas , quàm priuatas reſtituet. Et ideo etiam literas cambij reſtituere tenebitur,quæ ſunt priuatæ, prout conſuluit Bertrand.conſi. 261.vidi poſſeſſum.in 3.vol.ex noua editione,alibi de illis ſcripſi.

Condemnatus ad reſtitutionem literarum quas reſtituere debeat.

11 Vltimò idem in illo,qui inuentarium tenetur conficere literarum , vt vidi ſuper hoc agi, vt generaliter omnes literas deſcribere teneatur, ſiue latinè , ſiue gallicè , grçcéue confectæ ſint.d. l. ſed & ſi.§.literis.ff.de inſtit.actio.idem in aliis caſibus,quos ex his decidere poteritis.

12 Secundò prçmittendum eſt,quòd inſtrumenta ſunt in multiplici differentia , quædam enim ſunt inſtrumenta ſimpliciter debitum continentia,& iſta de iure non habent executionem paratam.text.in l.minor annis 25.§.cui fideicommiſſum.ibi ad initium alterius petitionis redegerat.ff. de minori.& inferius dicetur fuſius artic.6.in glo.3.

Multiplex eſt inſtrumentum.

13 Quædam ſunt inſtrumenta confeſſionata, ſeu garentigiata,ab Italis ſic dicta.teſte Bald.in l. etiam.col.1.C.de executio.rei iud. Et ſunt illa,quæ cõtinent prçceptum à notario parti debitum confitenti,factum,probatur in l.vna.C.de confeſſis,vbi Cyn.& Bart.& in l.non fatetur.in fi.ff.illo tit.& in l.1.col.1.C.de eden.& Bald.in l.iuriſgentium.§.quòd ferè.ff.de pact.de petrucia.in tract.
14 de virib.iura.in 22.effectu.† Et dicitur garentigia ſecundum quoſdam : id eſt firmum,quòd inſtrumentum garentigiatum firmum ſit,quod vocabulum Italis perfamiliare & tritum eſt.

Quæ ſunt inſtrumenta garentigiata.

Garentigia unde.

Carthularius iudex qui ſit.

15 Requiritur tamen ſecundum eos, quòd notarius in ſui officij creatione ſit factus iudex or-
dinarius,& ſic habebit iuriſdictionẽ in volentes,& tũc dicetur iudex chartulatius,ideſt, ad char-
tas factus.gl.in l.1.ff.de iud.glo.in verb.non habent.C.vbi & apud quem cognit.in integ.reſtitu.
& in l.rem non nouam.in verb.facultatem,de iud.Innoc. in c.cùm à nobis, de teſt.Bald.in rubr.
C.de fide inſtru.col.2.verſi.modo circa,& conſ.105.factũ tale.in 3.vol.Ioã.de plat.in l.vniuerſos.
de decurio.C.lib.10.Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.col.2.ff.ſolu.matr.Barba.in cle.
2.col.17.de reſcript.Soc.conſil.51.præſtantiſsime.vol.1.Iaſ.in l.error.col.penult.C.de iuris & facti
ignoran.& in l.legitima.col.2.ff.de pact.aliâs ſi in officij creatione Imperator vel Rex nõ creaue-
rit illum notarium iudicem ordinarium:non habebit hanc iuriſdictionem, etiam ſi factus fuerit
notarius,quando conſuetudo hoc non haberet.teſte Benedicti. de Barzis.in tracta.de garẽtigia.

Notarius non ſolet eſſe iudex in hoc Regno.

16 q.1.partis primæ poſt Bald.in c. dudum.2. col.4. de elect. † Hæc tamen verba in regno Fran-
17 ciæ per Regem non ſolent apponi. †Quamuis de conſuetudine in reſſortu Tholoſano no-
tarij in contractibus ſoleant hoc facere præceptum parti,vt ſoluat intra decem dies : vel aliud tẽ-
pus,& poſteà ſcribunt in inſtrumentis,Talis N. monitus & condemnatus fuit ad ſoluendum ta
lem ſummam intra decem dies,vel aliud tempus conuentum inter partes, quòd ſi non ſoluerit
die in inſtrumento ſtatuto,tale inſtrumentum ſicut iudicis præceptum habet executionem. l. ſi
debitori.ff.de iudic.ita vt excommunicari poſsit is,qui habuit præceptum à notario,&ita vidi in
forenſi iudicio ſeruari. Caturci & Itali hac etiam vtuntur praxi.teſte Corneo conſil.95.viſo pro
ceſſu in priuc.vol.4.& Panor.conſi.72.videtur in 2.vol.& Curt.in l.1.ff.de iudi.

Praxis in parlamenti Tholoſani iuriſdictione ſeruata & in Italia.

18 Iſtud etiam ſeruatur in Hiſpania:teſte Petro Belluge in ſpeculo principum.fol.186. rubr. de materia cenſuali:vbi etiam in Delphinatu ſeruari dicit.& probat Ioan.Campeſi.in tracta.de dote in vltima parte.q.111.Et Corneus conſil.256.Primus in 4.volumi.Soc.conſi. 51. præſtantiſsime. in 1.vol.& conſil.120.cùm in præſenti.col.5.eodem volu.& conſil.240.circa.col.1.in 2. volu. & conſil.79.eſſ:mus.col.pe.in 4.vol.

An ſit contra ius executio inſtrumentorum.

19 Iſta tamen practica,videlicet quòd inſtrumenta habeant executionem paratam,eſt cõtra ius commune,ſed de conſuetudine eſt introducta,& ab hominum vſu:teſte Ioan.Fabr.in §.ſed cùm aliquis.col.3.de teſta.in inſti.cui aſſentit Bar.in l.3.§.in hac.ff.commoda.&Bald.in l.qui pecuniam. ff.ſi cert.petatur.Iaſ.in d.l.legitima.de pact.& in d.l.error.Guido Papæ in deciſionib. delphina.q. 117.fideiuſſor.& Ioan.de ſelua.in tracta.de benefi.in 3.parte.q.14.nu.6.ob id , conſuetudines & ſtatuta concedentia executionem inſtrumentis, ſunt contra ius commune:vt docet Angel.& alij in l.ait prætor.§.ſi iudex.ff.de re iud.& Soc.conſil.120. cùm in pręſenti.col.5.verſic.circa quartam,in 1.volu.& ſic reſtringenda:vt dicetur inferius.

Practica inſtrumentorum patriæ iuris ſcripti.

20 Alia etiam vtuntur practica Occitani,Romani,& Prouinciales : videlicet,ſi aliquis mihi mutuet centum , ego promittam eidem reddere intra menſem , alioqui in inſtrumento conſtituam Titium , & alios practicantes in curia ſeneſchali , vel alterius iudicis ordinarij procuratores ad confitendum dictum debitum , & ad capiendum præceptum iudiciale nomine conſtituentis.

Conſtituti procuratores in contractu an reuocari poſſunt.

21 † Et iurauit in dicto inſtrumento non reuocare dictos procuratores , tamen ſine iuramento putarem quòd non poſſent reuocare:quia ſunt conſtituti in contractu,ideo conſtitutio eſt pars contractus,ob id reuocari non poterunt:vt firmat Bald.in l.fundi.ff.de cõtrah.empt.& huius eſt ſententiæ Paul.in l.poſt rem.in fi.de re iud.Guido ſing.273.Alexan.in addit.ad Bart.in l.fi.C.de pact.pig.& l.ſi eam dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolut.matrimonio. Vincen.in d.§.ſi iudex. vide Bald.in rub.de ſumma trinit.& fide catho.col.3.in decretal.verſic.ſed incidit quęſtio.& Ripa.in l. obligatione.ff.de pigno.& iſta eſt communis praxis in patria iuris ſcripti.

Procuratori notificatio à quo fieri debeat.

22 Iſta prædicta eſt bona & vtilis,quando debitor conſtituens procuratores notificat illis, vel eorum alteri,vt pro eo confiteantur,vt ſoluendi præceptum capiant:aliâs ſi creditor,vel alius notificauerit,non poterit,nec debebit procurator confiteri, nec præceptum capere, antequam certiorem faciat debitorem,tum quia is fortè non recepit pecuniam,vel ſi receperit, eam ſoluit, vel debitor fecit ei pactũ de non petendo.hoc probatur per glo.in l.1.in fi.ff.de contrahen.empt.vbi per illum text.dicit,quòd ſpecialis nuncius venditoris,vel epiſtola requiratur,idem tenuit gl. in l.nomen.C.quę res pigno.oblig.poſſunt.& Bald.in c.1.col.4.de milite vaſallo,qui contumax eſt. Quando denunciatio eſt neceſſaria,& de ſubſtantia,nec ſufficit à quolibet fieri, ſed debet ab illo fieri,qui denunciandi authoritatẽ habet:idem tenuit Hippolyt.in l.ſi quis ne.n.64. cum ſeq.ff.de quæſtio.vide Barto.in conſil.73.quæritur,& Areti.conſil.68.excellentiſsime.col.1.& ſeq.ſcripſi in l.ſubſignatum.§.atteſtari.ff.de verb.ſignifi.

A quo ſit denunciatum an interſit & quando.

23 Nec refragatur quòd non refert à quo ſit denuntiatum.l.item veniunt. §. petitam.ff.de petit.hæred.Et l.cum ſeruus.ff.de verb.obliga.& l.fin.C.ſi quis alteri vel ſibi.Roma. conſil.295. donatio.Quia illa procedunt,quando ſpecialis nuncius,vel epiſtola non requirebatur,tunc tantum valet quælibet denunciatio,ſicut ſpecialis per nuncium,vel epiſtolam. Secus quando poſſet eſſe detrimento,vt hîc.Nam ſi procurator caperet præceptum poſt domini ſolutionem,domino poſſet eſſe præiudicio:ergo ſpecialis denunciatio illius quem tangit,eſt procuratori facienda:quod eſt bene notandum.Quia multi aduocati ad requiſitionem creditoris hoc præceptum capiunt, quod non deberent facere non facta certioratione,niſi in inſtrumento diceretur,quod ad requiſitionem portitoris inſtrumenti hoc fieri poſsit,vel ad cuiuſlibet requiſitionem,vt in aliquibus inſtrumentis vidi adſcribi.

24 Alia etiam vti practica homines Montiſpeſſulani, & linguę occitanæ vidi, vt poſſe, debitores obligãt omnia bona viribus & rigoribus curiarum parui ſigilli vel conuentionum Nemauſi, vel vtriuſque ſeu rigoribus magni ſigilli Tholoſæ, ſeu Carcaſſonę, & tunc ſi debitor non ſoluat tempore præſtituto, creditor exponit clamorem, id eſt literas executorias (quas clamores vocant) impetrat, contra debitorem: & eo fortè vocantur illæ literæ clamores: quòd inducunt debitores ad clamorem, quando executioni mittuntur, his ergo impetratis literis ab illis curiis rigoroſis, vel ab vna illarum, capientur debitoris bona, & diſtrahentur, & in illis curiis non admittũtur niſi
25 tres exceptiones, vt inferius dicetur. † In Aquitania tamẽ eſt quidam rigor executionis caſtri *de Lombrieres*, & Burdegalæ exercetur maximè, cuius executionis rigoribus, ſi quis obligatus fuerit, capietur, & in carceres coniicietur, etiam ſi ad hoc obligatus non fuerit: nec extra carceres ducetur, antè quàm pecuniam conſignauerit. Caue lector, obligari illi rigori, ſi non vis ſqualores carceris ſcire de ſtilo curiæ ſancti Marcellini delphinalis ſimilimo ſtilo parui ſigilli, & conuentionum, ſcribit Guido Papę in deciſi. delphinal. quæſt. 15. Secundum.

De rigoribus parui ſigilli conuentionum Nemauſi & caſtri de Lombrieres.

Tres exceptiones in quibuſdam curiis admittuntur.

26. Alia ſunt inſtrumenta ſigillo regio, vel alio authentico ſigillata, & hæc habent executionem de conſuetudine: vt firmat Ioan. Fab. in l. certum. C. famil. erciſcun. Et Boer. in conſuetudinib. Bituricen. in §. 27. de iuriſdict. omnium iud. Hodie iſta inſtrumenta de iure Franciæ id eſt, per ordinationes Galliæ habent executionem: vt patet per totum iſtum titulum: & maximè in artic. 1. & 2. infra eodem.

Inſtrumenta ſigillata an executionem de iure habeant.

27 Et hæc inſtrumenta ſigillata dicuntur eſſe talis roboris, & maioris, quàm inſtrumẽta garentigiata, quia per ſigilli appoſitionem dicuntur inſinuata: vt Pyrrhus docet in conſuetud. Aurelia. rub. de exec. inſtr. arti. 1. & 3. Chaſſa. in cõſuet. Burg. in rub. *des vẽtes vẽdues à reachats*. §. vlt. gloſſ. vlt. ideo quę in illis dicuntur, ad iſta trahemus, quia à Rege approbata cenſentur per ſigilli appoſitionem: vt firmat gloſ. in c. penult. §. quando. 2. q. 1. & Ioan. de Ana. cõſil. 50. in q. 9. col. 3. nam ſigillum facit indubitatam ſcripturam. Bald. in l. in bonæ fidei. col. 3. num. 5. C. de reb. credit.

Maioris roboris ſunt inſtrumenta ſigillata quam garẽtigiata.

28 Item appoſitio ſigilli eſt ſignum ratificationis: & confirmationis, teſte Bald. in l. in fraudem, ff. de teſta. milit. Scripſi de hoc ſigillo in tractatu nominationum. q. 10. num. 21. cum multis ſequentibus poſt concorda. Franciæ ſito. & infra art. primo. & ideo apponitur in inſtrumentis.

Sigilli appoſitio quid operetur.

Etiam dicunt quidam, vt aliquid lucretur, & ne inutile ſit in contractibus, & in inſtrumentis apponi ſolere in Francia.

29 Vide aliam practicam in ſtylo Pictonum. rubr. *des cauſes ſur execution*. Sed quia ordinationes regię prębent nobis iter ad iſtam praxim: ideo eas hîc duxi inſerendas, quibus gloſſemata addidi.
30 Scio enim vos excellentes aduocati & pragmatici iſtam frequentem materiam melius fortè pertractare, & abundantius poſſe: verùm quia propria commoda, & familiam negligere, veſtrũ non eſt, ſicut hactenus feci: ideo hæc qualiacunque ſcripta noſtra ad iuuenes practicantes, interim dum maiora, & meliora parabitis, accedere non erit vobis moleſtum, vt nonnihil ex his vtilitatis decerpant: iſta omnia correctioni ſubiiciens. Non me latet autem multos nunc ſcribere in forenſi, & frequenti materia, quibus vtilius fortè eſſet prius à practicãtibus diſcere, & poſtea rem multò vtilius, ac breuius pertractarent, nempe Demades rogatus, quo præceptore vſus fuiſſet, reſpondit, tribunali Athenienſium: inſinuans, quòd in ipſis negotiis experientia quauis inſtitutione ſophiſtarum melior ſit. (de his hactenus.)

Authoris excuſatio.

Experiẽtia optima.

Charles VIII. Artic. LIIII. *Vitam huius conditoris recenſere parum vtile pragmaticis eſſet, ob id reiicio ad Gaguinum, & Aemilium, Galliæ hiſtoriographos, ſi quis illam ſcire cupiat, vt tantùm Forenſia hîc pertractem, & vtilia.*

ITEM, que toutes executions, qui ſe feront par vertu d'obligations faictes ſoubz séel Royal, ou autre séel authentique, dedans les fins & limites, où il eſt authentiqué, que nonobſtant oppoſitions ou appellations quelzconques, & ſans preiudice d'icelles, la main ſoit garnie Reaulment & de faict, & que par quelques inhibitions generales (ſi elles ne ſont au cas particulier) que l'on ne differe de paſſer oultre.

Articulus primus.

Toutes executions.

CLOSSA PRIMA.

GEneraliter loquitur hoc principium (*toutes*) licet poſtea reſtringatur per relatiuum *que ſe feront &c.* Nam relatiuũ quì multoties reſtringit vt in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & l. Cunctos populos. C. de ſumma trinita. & fide catho. vult igitur hic textus dicere, quod in omnibus executionibus, *la main ſoit garnie*, id eſt, *remplie des biens du debteur, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelzconques.* Sed hoc reſtringitur ad illas, quę fient per literas obligatorias ſigillo regio, vel autentico ſigillatas, vt inferius declaratur. & hîc *par vertu d'obligations &c.* Ergo aliæ executiones non ſic fient, ſaltem de his non loquitur iſte articulus.

Relatiuum quì reſtringit.

2 Et quamuis dictio omnis, vniuerſalis ſit ex pluribus verificanda, tota verò integralis ad vnam rem tantùm referenda. Bart. & alij in proœmio ff. veter. Et ſic ad executiones tantùm referetur:

Omnis & tota differũt.

non ad alia,tamen vna dictio ſæpius pro alia ponitur:vt habetur in d.procemio & in l.1.§.ſi pecunia.2.in verb.omne,id eſt totum exponit gloſſ.ff.depoſi. & idem gloſſ. in l.res hypothecæ.de pign.& ſic gallico ſermone omnes dicimus *toutes*.Adcò quod in communi vſu gallico non facimus differentiam inter omne, & totum, & vtrobique dicimus *toutes* omnia mea bona , *tous mes biẽs*.dixi in l.nominis,de ver.ſigni.ff.{& totũ pro omni exponit Accurſ.in l.fi.C. de teſta.man.}
3 Et qui totum dicit,nihil excludit.l.Iulianus ff.de leg.3.l.a procuratore.C.manda.multas tamen recipit reſtrictiones,& modificationes,vt inferius dicetur,hæc cõſtitutio:vt in ſimili ſcribit Ioan. de plat.in l.negotiantes. C. de excuſa. muner.libr.10. & idem in ordinationibus ita loquentibus *toutes* omnes : poterunt etiam penè omnes aliæ ſic reſtringi, prout in nouiſsimis eſt videre.artic. 16.*que tous adiournemens*.& aliæ ſimiles,& ſic limitationes ſequentes illis ferè conuenient.

Verba generalia reſtringenda.

4 Primò ratione abſurditatis,pro vitanda enim abſurditate reſtringenda eſt generalis diſpoſitio.l.2.C.de noxa actio.l.vt gradatim.§.1.de muneri. & honor. etiam in ſtatutis procedere videtur,vt reſtringantur ex abſurditate,prout concludit.Bart.in l. omnes populi.in 6 q.princip.ff.de iuſt.& iure.Panor.in c.Soliræ.col.1.de maioritа & obed.refert Euerard.in tract.de locis legalib.in loco ab abſurdo:abſurdum enim eſſet,vt is qui ſoluit,iterum ſoluere teneretur:vt inferius dicam.
5 Secundò reſtringũtur verba generalia,ex rationis diuerſitate,diuerſa enim ratio diuerſum ius conſtituit,ſicut eadem ratio idem ius.l.illud.ff.ad legem Aquiliam.Sic conſuluit Alex. conſil. 75. videtur in pręſenti. col.1.in 5.vol. vt in inſtrumento falſo ſcribo:inferius , quod dico non habere executionem:quia in eo eſt diuerſa ratio à vero,& à legitimo.
6 Tertiò limitat Iaſon in l.fideiuſſor.§.prætor.ff.qui ſatiſda.cogant.propter inhabilitatem, vt ſi pupillus, & furioſus ſint obligati:vt inferius ſcripſi & in interpretatione authen.habita. in verb. omnium.C.ne filius pro patre { Quartò ſimiles caſus non excluduntur.l. ob æs. C.de præd.minor.l.contractus.ff.de regul.iuris.l.cognitio. vbi. Iaſon , & alij,de offic. eius. } Aliis etiam modis limitari poteſt,quos poteritis elicere ex Lanfran.in tracta. de interpreta.ſtatuto. & ex his quæ ibi addidi,& quæ pulcrè ſcribit Stepha.de feder.in tracta.de interpreta.legum,& Ludo.Roma.in repetitio.l.ſi verò.§ de viro.ff.ſolut.mat.adduco tantùm caſus praxi magis conuenientes, vide Barba.in rubr.de reſcrip.col.9.num.66.

Par vertu.

GLOSSA SECVNDA.

Quodlibet verbum ponderari debet.

PAt vertu.id eſt ratione , vel in vim obligationis id eſt,inſtrumenti obligatorij, nam ſi alia ratione fieret executio,non comprehenderetur hic,nempe qui de vno concedit,de alio negat.l.cùm prætor.ff.de iudic.c.nónne,de præſumpt.& ideo dicit Bald.in rub.de contrah.empt.C.q.9. quodlibet verbum deſcriptum non eſſe ſine miniſterio operandi,quod facit contra illos,qui ſuper conſuetudinibus,vel ſtatutis Bart.ſcripta tranſcribunt : non ponderando verba ordina.vel conſuetudinis,quam elucidant.Et hodie ſunt plurimi lectores qui plura extrauagantia dicunt,ſed non declarant text.& gl.vt moris eſt fieri, & ita eſt vtilitas, ſed ex ignorantia & ſuperbia hoc procedit quandoque.

D'obligations.

GLOSSA TERTIA.

Obligatio quomodo capiatur.

1 OBligatio eſt iuris vinculum, quo neceſsitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ gratia,ſecundum noſtræ ciuitatis iura.§.1.de obliga.in inſtitu.Sed hîc accipitur obligatio pro inſtrumẽto obligatorio:vt in l.falſi.2. ibi pecuniã acceperunt,obligationẽ actionemúe fecerunt.ff. de falſis. vbi prohibitus accipere pecuniam , cenſetur prohibitus accipere obligationem : nempe ad id, quod quis debet , non poteſt, antequam ſit facta obligatio, fieri executio : ſed bene poſtquam eſt obligatus inſtrumento ſigillo regio ſigillato vt hic.
2 †Quippe obligationum ſubſtantia non in eo conſiſtit,vt aliquod corpus noſtrum, aut ſeruitutem noſtram faciat. Sed vt alium nobis obſtringat ad dandum aliquid, vel faciendum,vel præſtandum.l.obligationum ſubſtantia.ff.de action. & obliga. Et omnium obligationum fideiuſſorem accipi poſſe nemini dubium eſt.l.1.& l.generaliter.§. & poſt litem, in fin. ff.de fideiuſſo.

Obligatio uel obligẽ quid dicatur.

3 † Et hodie ex cõmuni loquendi vſu *obligé* vocamus, vel *obligation* inſtrumẽtum publicum,vt inferius patebit.facit l.1.ibi qui promiſit ſine cauſſa,condicere quantitatem nõ poteſt,quam non dedit, ſed ipſam obligationem.ff.de condict.ſine cauſſa,& l.3.ibidem.l.nomen.de legat.3.cap.2.de confeſsis.& ſic requiritur obligatio,antequam exequi poſsit,& ſufficit vna,licet tex.loquatur in
4 plurali *d'obligations*. † Quia pluralitas reſolui poteſt in ſingularitates.c.vt priuilegia. in fin. de priuileg.l.talſa.§.fi.ff.de cõditio.& demonſt. ſcripſi in §.præfat.in 2.in verbo de literis,de colla.in concorda.videlicet in omni executione, quæ fiet ratione cuiuſlibet obligationis, manus repleta eſſe debet,non obſtantibus oppoſitionibus.
5 Aliquando iuriſconſultus emptionem,venditionem,locationem,& conductionem ceteraſq; ſimiles obligationes vocat.in l.ab emptione.ff.de pact.quia in illis vltro citróque oritur obligatio.l.Labeo.§.contractum.ff.de verb.ſignifi.& principes bona concedendo videtur obligationes

Per literas

6 concedere.l.princeps.ff.de verbor.ſignifica.† Notandum eſt quòd literas regias (de debitis)

vocatas

vocatas etiam fit executio de eo, quod debetur, & in illis literis ita ſolet apparitori ſcribi : *Nous* *de debitis*
te mandons & commettons par ces præſentes, que toutes les debtes bonnes & loyales, congneuës ou prouuées *an fiat exe-*
ſuffiſamment par lettres, teſmoings, inſtrumens, confeßions de partie, ou aultres loyaux enſeignemens, qui te *cutio.*
apperront eſtre deus à tel N. Tu luy faces payer tantoſt incontinent & ſans delay, en contraignãt à ce les deb-
teurs, & chaſcun d'eux par la prinſe, leuée, vendue, & exploiƈtation de leurs biens meubles & heritages, de-
tention, arreſt & empriſonnement de leurs corps, ſi meſtier eſt, & à ce ſont obligés.
7 Item inhibitũ eſt, ne generales literæ in ſorma de debitis per Senechallos & iudices regios
de cætero concedantur, ſed à Rege vel eius cancellaria (vt eſt in verb. *des Seneſchaulx*. artic. 11. & *Areſta.*
ord. 27. artic. 15. & ſic) ſuit pronunciatum in hoc ſenatu anno 1533. die 15. Iulij. archiepiſcopus ta- *Oppoſitio*
men Remen. generales cõcedit has literas, vt fuit in ſenatu dictum anno 1418. die 6. Aprilis, pro- *ad quos per*
pter eius ſupremam dignitatem. Item (in iſtis literis à rege conceſsis) iudicibus ad quos cauſſæ *tinet.*
cognitio pertinet, opoſitio dirigi debet: vt inuenio ſtatutum prr Charolum 8. anno 1409. prout
9 eſt in ſtilo parlamenri videre, in rubr. de reſcriptis verſ. inhibitum. † Er ideo dictæ literæ non *Areſtum.*
attribuunt nouam iuriſdictionem, ſed opponentes etiam coram ſuis iudicibus aſsignari debent,
vt fuit etiam iudicarum in hoc Senatu pro illuſtri domina Claudia matre Regis, anno 1530. die
1. Decembris, quia omnes cauſſæ in Regno debent terminari, & finiri apud illos iudices in parti-
bus, qui de iure, aut conſuetudine, vel priuilegio, illarum cognitionem habent. §. 1. rubr. de cauſ-
ſis. vbi ſcripſi in concorda. Appellatio tamen veniet directò ad parlamentum ratione harum li-
terarum, etiam ſi emittatur à præpoſito, vel alio mediato: vt fuit pulchrè pronunciatũ anno 1526. *Areſtum.*
die decima Maij, & videatur aliud areſtum latum anno 1522. die 17. Iulij.
10 Item ſolent concedi dominis directis quædã literæ regiæ in forma quæ *de papier terrier* vo- *Literæ re-*
cantur, vbi mandatur omnibus habentibus poſſeſsiones ſub cenſu iſtius domini, vt veniant ad *giæ, du pa-*
ſe ſcribendum in libro cenſuali domini, & illi ſoluendum redditus, & cenſus preteritos, & reco- *pier terrier*
gnoſcendum, & in caſu oppoſitionis partes drbent curam ſuis iudicibus etiam conueniri, & ibi *quæ ſint.*
audiri, licet aliis iudicibus directæ ſint iſtæ literæ: vt fuir in Senatu Pariſienſ. deciſum contra ſe-
neſchallum Lugdunen. cui fuerant directæ literæ, & ipſe noluit ad iudicem ordinariũ remitte-
re, à qua ſententia ſuir appellatum, & male iudicatum pronuntiauit ſuprema Pariſienſ. curia.
11 anno 1535. die 16. Martij. † Et hæ literæ fundantur in l. 2. & ſeq. C. de iure emphiteo. & ibi no- *Areſtum.*
tatur, quòd emphiteutæ tenentur dominis recognitionem facere, vt etiam concludit Guido
Papæ in deciſ. Delphina. q. 417. Dominus.
12 † Et illi libri cenſuales an probent, quòd non ſoli, niſi per decem annos fuerit facta ſolutio, *Cẽſuales li-*
vel alia concurrant: vt docet Bal. in l. vlt. in fi. C. ſine cenſu vel reliquis. & in l. dataopera. in fin. C. *bri an pro-*
qui accuſa. non poſſunt. Maſuer. in tirulo, de literis nouis. verſ. Item etiam. & verſiculo, item apo *bent.*
cha. & in ti. de locat. verſicul. item terrarius. Iacobi. in l. cenſus. ff. de probationibus. plenè Boer. in
deciſ. Burdega. queſt. 105. an poſſeſsio.

Faictes.

GLOSSA QVARTA.

ET ſic requiritur obligationem factam eſſe, & inſtrumentum obligatorium expedi- *Breue exe-*
tum, aliàs ſi eſſet adhuc in ſcheda, vel protocollo, ſeu vt vulgò dicunt, *en breuet*, quoad *qui non po-*
executionem non cenſeretur eſſe factum, & ſi non ſit ſigillatum non exequeretur : vt *teſt.*
doct. not. in l. contractus. C. de fide inſtrumen. Et quia hic tex. vtitur verbo præteriti
temporis *faictes*, quod perfectionem requirit. l. verbum oportebit. vbi ſcripſi. ff. de verb. ſigni. & in
authent. de tabellio. colla. 4.

Soubz ſéel.

GLOSSA QVINTA.

1 REquiritur ergo, quòd ſigillum ſit ſub inſtrumento, & ita ſeruat conſuetudo : & pro *Vbi ſigil-*
hoc facit tex. in l. hac conſultiſsima. ibi finem autem teſtamenti ſubſcriptiones, & ſi- *lũ poni de-*
gnacula. C. de teſtamen. & l. hac cõſultiſsima. Qui teſta. face poſſunt. ibi, & in fine ſub- *beat.*
ſcriptio. &c. idem tamen dicerem vbicunq; fuerit, ſed poteſt tex. intelligi, quòd obli-
gatio ſit facta ſub ſigillo, id eſt, inſtrumentum ſigillatum eſſe debet, ſed an in latere, in fine, vel an
pendens eſſe debeat, vel an inſtrumento adhærere, in hoc ſequi oportet conſuetudinem patriæ,
& ſecundum eam regi, ſed quo ſigillo muniri debeat inſtrumentum, declarat text. ſequens.
2 † Requiruntur ergo in hoc textu ſequentia. Primum, quòd obligatio præcedat executionem,
ibi, *obligations*. vbi dixi in gloſſ. 3. Secundo, quòd inſtrumentum factum ſit, & vt vulgus dicit *groſ-* *Requiſita in*
3 *ſoyé, ibi, faictes*. † Tertio, requiritur, quòd illud inſtrumentum ſit ſigillatum. ibi, *ſoubz ſéel*. Ante *hoc tex.*
ergo quàm ſigillum fuerit appoſitum inſtrumento, ſeruiens non debet exequi, vt in glo. ſeq. dice-
4 tur. † Quarto, quod ſit ſigillatum regio ſigillo, vel alio authentico. non ſufficeret ergo ſigil-
5 lum quodlibet, vt inferius dicetur in glo. *Royal*. † Quinto, quòd executio fiat. Nam ſi per ci-
tationem procederet pars, nõ haberet locum iſte tex. vt dixi ſuprà in præfa. per l. minor 25. annis
cui. ff. de minori. Nam tunc inſtrumentum probaret tantum debitum, vt ſcribitur inferius art. 6.

D 4

6 † Sexto,quod illa executio fiat intra limites,vbi inſtrumentum eſt authenticum. Nam extra fieri non poſſet.ibi,*dedans les fins & limites &c.* vbi dico,ſi verò fiat executio in vim inſtrumenti
7 ſigillati regio ſigillo poterit fieri per totum regnum,vt patet att.ſeq. † Septimo,quod executio fiat in vim inſtrumenti obligatorij.Secus ſi in vim promiſsionis,vel ſententiæ non ſigillatæ:vt dicit hic tex.*par vertu d'obligations séellées.* vide tex.ſeq.quo ſigillo ſignari debeat.

Royal.

GLOSSA SEXTA.

Multiplex regium ſigillum.

1 Notandum quòd multiplex eſt regium ſigillum.Primo, Quoddam eſt magnum, quo ſigillantur ferè literæ regiorum officialium,& gratiæ delinquentibus conceſſæ, & plura alia.& hoc ſigillo vtitur cancellarius,de quo loquitur tex.in cle. vna.in fin.de iureiur. ibi, eius regio magno ſigillo &c.in quo eſt Regis imago,corona,& ſceptro ornati, ac ſuis ſtigmatibus antè & retrò.

2 Et ſi quis in hoc ſigillo committebat olim falſum, cognitio ſpectabat ad cancellarium tā ex priuilegio,quàm ex conſuetudine,& etiam falſi cognitio commiſſa in ſigillis cancellariæ Franciæ. teſte Boer.in tract.de cuſto.clauiū portarum ciuitatis.fol.3.col.4.& ita tenebat ſenatus, & iudicabat,vt refert Aufrer.in ſtilo parlament.in 4.parte areſto 115.

Cognitio falſi in literis regijs cōmiſsi ad cancellariū nō ſpectat. Clericus in ſigillo falſum cōmittens quomodo puniatur, & an priuilegio clericali gaudere debeat. Areſta.

3 Hodie tamen alio iure vtimur, quippè cancellarius ex edicto regio illam falſi cognitionem non habet,nec bona falſum committentis acquiruntur eidem, vt fuit hoc anno 1542. ſtatutum
4 per Regem. † Et falſum committens in hoc ſigillo clericus deponitur,& in ſignum maleficij character floris lilij in hoc regno fronti eius imprimitur,& in exilium poſteà mitti ſolet.tex.in c. ad audientiam de crimine falſi.

5 Debet tamen gaudere priuilegio clericali poſt falſum commiſſum in hoc ſigillo,vt fuit deciſum in magno Regis conſilio,inſequendo illum text.qui dirigitur epiſcopo,anno 1536.in menſe Februario in vno,qui in ſigno ſecretarij falſum commiſerat.idem fuit dictum in hoc ſenat.1385. die 6.Aprilis,& fuit clericus ad mille libras ea cauſſa condemnatus, ſed contrarium fuit deciſum vt fertur,in hoc ſenatu,hoc anno 1543.in menſe April.& condemnari ad illius cap.pœnam ſolent clerici per iudices ſeculares:vt vidi ex conſuetudine,licet text.loquatur de epiſcopo.in d.cap.ad audientiam.dum dicit,infligi facias,& ibi imprimi facias.vide Boer.in deci.Burdegal.q. 82. falſificans.Et ſi clericus fuerit condemnatus ad mulctam à iudice ſeculari in caſu permiſſo, & nil habeat,commutari poteſt à ſuo tamē iudice in corporalem,vocato procuratore regio.probat Boer. in q.349.quæritur an ciuiliter nu.11.

7 Aliud eſt ſigillum commune,quo ſigillantur literæ iuſtitiæ, non ita magnū ſicut alterum,de quo vide Guido.Papæ in deciſ.Delphina.q.455.quomodo puniatur huius falſarius,& iſto vtuntur cancellariæ Franciæ.

8 Aliud eſt ſigillum minimum,vt parui ſigilli,& quamuis ſit minimum in ſe, eſt tamen ſimile
9 grano ſinapis,vt patet in rubr. *du petit séel de Montpelier* in ord. regiis. † Aliud eſt quod Rex habet in pluribus locis ſui regni ad ſigillandum contractus, & de hoc loquitur iſte text. & Ioan.
10 Fabri in l.2.C.de rebus alie.non alienand. † Nota tria eſſe ſigilla, quæ attrahunt ad ſe iuriſdictionem, videlicet ſigillum præpoſiti Pariſien. ſigillum parui ſigilli Montiſpeſſulani, iunctum obligationi præcedenti.

Tria ſigilla trahunt ad ſe iuriſdictionem.

11 Tertium eſt ſigillum nundinarum Campaniæ, & Briæ. ideo ſi quis in aliquo inſtrumento ſigillato parui regij ſigillo,fuerit obligatus rigoribus parui ſigilli Montiſpeſſulani,iudex parui ſigilli cognoſcet virtute priuilegij:vt vidi ſeruari,quod eſt verum ratione obligationis principalis, non acceſſoriæ.arg.l.ſi quis nec cauſſam.ff.ſi cer. pet.vnde ſi mihi inſtrumento ſic ſigillato fuerit obligatus fundus,quem poſsides,& illius nomine debes redditum,ſi ad illum ratione ſigilli conueniaris, ad tuum iudicem remitti poteris vt cenſuit ſenatus die 6. Martij 1542. poſt prandium. {Et ſtatuit rex Carolus anno 1356.in menſe Martio,quòd nullus iudex poſſet cognoſcere de oppoſitionibus factis contra literas ſigillatas in Caſtelleto,niſi ſolus Præpoſitus,ſi creditori placuerit.Quod eſt verum,ſi agatur contra obligatum, ſecus contra tertium, vt iudicauit Senatus Pariſienſis anno 1510.die 5.Iulij.Imò ſi Senonenſis tranſegerit in hac ciuitate conſtante inſtrumento ſigillato per Præpoſitum Pariſien.ſi agatur de reſciſsione tranſactionis,agetur vbi res ſitæ ſunt,& non coram Præpoſito Pariſienſi, vt cenſuit idem Senatus anno 1519. die 13.Decembris, pro D. Franciſco Clerico milite,contra mag.Priorem.Item in ciuilibus cognoſcit Præpoſitus de ſuo ſigillo,ſed non in criminalibus.Vnde cum D.*d'Aigreuille* feciſſet incidere ligna contra tranſactionem ſigillatam Præpoſiti, vt pars dicebat, qui veniens volebat ratione ſigilli idem cognoſcere criminaliter contra eos qui ligna inciderant, ſed perperam pronuntiauit Senatus anno 1527. die 22.Nouembris,in claſſe criminali,quam Tornellam vocamus.}

Areſtum.

12 Plura alia ſunt Regis ſigilla, quorum iura mihi cognitionem non dederunt, ob id ea miſſa nunc facio. {Et ſic contractus factus ſub ſigillo regis non mutat forū, ideo ſic contrahens poteſt petere ſe ad ſuum iudicem remitti. 1550 *le 9. Feurier.* niſi in tribus ſigillis quę ſuprà ſcripſi. vide Cepol.multas quęſt.de ſigillo adducentem in l.ſignatorius.ff.de verbo.ſignific.}

Cautela bona ſigilli amiſsi.

13 Nota tamen, quòd ſi regium ſigillum, vel aliud authenticum amittatur, ſolet fieri aliud

nounm cum aliqua addirione, & proclamari, quod ſi de cætero iuueniantur literę ſigillatæ illo
priore ſigillo, non valeant, & ſint irritæ. ita fuit pronunciatum Patiſ. pro ſigillis ciuitatis perditis
anno 1417. die 10. Decemb. idem fieri debet quando clanis amittitur, vt quando noua fit, debet illi
quicquam addi, ne prima poſteà aperiat, ad euitandum furta quæ fieri poſſent.

Authentique.

GLOSSA SEPTIMA.

Authenticũ ſigillũ quid ſit.

1 ERgo non omne ſigillum hic approbat, ſed authenticum. Authenticum enim ſigillum
illud dicitur, quòd authoritatem iuſtam, & certam habeat, ſicut inſtrumentũ authenti-
cum. in cap. 2. de fide iuſtru. & in l. 2. ff. illo tit. authenticum enim diducitur à græco
nomine αὐθεντικὸς, quaſi authoratus, vel ἀυτεντικῶς dicitur non ſine authore, teſte
Budæo in ſuis cõmentariis linguę gręcę. & ἀυτεντέα dicitur authoritas. vnde Theophilus in in-
ſtit. rub. de authorita. tuto. dicit περὶ ἀυτεντέας ἐπιτρόπων. Alciat, tamen in primo pareg. li. 2. c. 9. ab
agendo, authorem diducit, ſed quis iuſtius induerit arma, dicam in tit. de verbor. ſignifica. in l.
verbis legis. in fi. ff.

2 Et vocatur authenticum ſigillum alterius principis, quàm Regis, vt pote ducis, comitis, baro-
niſúe, aut alterius domini temporalis in loco iuriſdictionem habentis, vt ſigillum præpoſiti Pa-
riſienſis. Prout ſcribit dominus Ioan. de Cyriet in tracta. de iure primogenit. libro 1. quæſtio. 24.
verſic. 1. hoc eſt.

3 Idem ſi conſuetudo faceret aliud ſigillum authenticum, vt pote ſigillum alicuius curiæ ſecu-
laris. argumen. c. cùm dilectus. de fide inſtru. vide gl. Barba. & alios in clc. cauſſam. in verb. authen-
tica. de electio.

Sigilla epiſcoporũ & archiepiſcoporũ an ſint authentica. Sigillũ vniuerſitatum. an ſit authẽticum.

4 Et quãuis de Iure ſigillum archiepiſcopi, epiſcopi, vel alterius cuiuſlibet prælati ordinariam
iuriſdictionem habentis, dicatur authenticum quoad probationem. gloſſ. & docto. in ca. 2. de fide
inſtru. & ita eſt curia Romana interpretata: teſte Archidiaco. in cap. curę. 11. q. 3. doct. in cap. tertio
5 loco de probat. † Et ſigillum vniuerſitatum ſcholarium Franciæ authenticum eſt, vt ſcripſi
per illum text. in §. pręſatique graduati. De colla. in concorda. tamen non quoad iſtam executio-
nem, nec de his ſigillis intelligitur hîc tex. ne falcem in alienam meſſem mittat. iuxta cap. nouit de
iud. tum etiam quia executio non ſolet fieri per inſtrumenta ſigillata ſigillo epiſcoporum, vel al-
terius domini ſpiritualis, teſte Maſuet. in eo. titulo. de executio. §. item virtute. Sed ab agendo in-
6 cipiendum eſt. Bald. conſil. 508. in 5. volu. facit text. in ca. cùm in eccleſiis. de maiorit. † Niſi
epiſcopus, vel alius prælatus haberet iuriſdictionem temporalem in illo loco, tunc etiam de illius
ſigillo, quo vtitur in illa iuriſdictione temporali, poſſet hic text. intelligi, & ſuper hoc attendi de-
7 bet conſuetudo illius loci. † Requiritur tamen quòd conſtet eſſe ſigillum talis domini, &

Conſtare debet inſtrumẽtum eſſe authenticũ. Areſtum. Cautela ad probandum ſigillum authenticum.

authenticum in tali loco, argu. §. planè. de teſta. milit. in inſtitu. & per hoc fuit cõdemnatus mer-
cator Venetus ad expenſas, damna, & intereſſe alicuius ciuis Pariſien. quem capi fecerat in vim
inſtrumenti facti Venetiis, de quo non conſtabat, an eſſet authenticum in illo loco, vel non. anno
8 1534. die 13. menſis Auguſti. † Cautela ergo eſt, vt quando habes inſtrumentum ſic authenti-
cum, quòd petas à iudice vbi confectum eſt, vt velit videre an ſit authenticum, & ſecundum loci
conſuetudinem confectum, & hoc declarari, & de his tibi petas aliud inſtrumentum dari, quod
facilè fiet in loco, vbi confectum eſt, & poſtea vbique probabis eſſe authenticum, & iuriſconſul.
in l. Põpo. & l. cæteræ. in fi. ff. familię erciſcund. dicit hęredem in maiori parte inſtitutum debere
ſeruare tabulas teſtamenti authenticas, exemplum verò aliis tradere debere, quod loco originalis
valeat, & in eius defectũ recurretur ad originale. l. procurator. C. de edend. {Etiam hoc anno 1552.
die 23. Martij ante Paſcha fuit probata executio contra Noion. epiſcopum conſtante inſtrumen-
to Romę facto, ſed de hoc conſtabat eſſe authenticum, ideo prouiſio fuit conceſſa. quod eſt no-
tandum}

Sigillum priuatũ an habeat executionem.

9 Item per iſtum textum excluditur ſigillum proprium, & priuatum, quia non eſt authẽticum:
nempe ſi literæ fuerint ſigillatæ meo ſigillo priuato, non habebunt executionem, antequàm ſigil-
10 lum ſit recognitum, ſicut de cedula dico in tract. de chirographo. recognitio infra. † Nec de
conſuetudine curiarum Francię datur exemplum priuatę cedulę, vel chirographi, ſed legi in cu-
ria illi debet, qui eam conſcripſit. ita vidi ſeruari in Forenſi iudicio, nec ſolet dari dilatio petenti
ad veniendum ſuper prouiſione dictæ ſcripturæ priuatæ, vt deciſum fuit in hoc Senatu anno 1533.
die 12. Maij, quia certus amplius non eſt certiorandus. per regul. eum qui. de regu. iur. in 6. l. 1. in fi.
ff. de dot. pręlegat. {Item hîc non dicit de iudice, ideo ſiue executio fiat à iudice regio, ſiue non,
dummodo ſigillum ſit authenticum, ſufficiet, vt hîc: quia text. dicit, *toutes executions*. etiam dicit
ſigillum authenticum. Et poteſt iudex non regius habere ſigillum authenticum, ergo illius exe-
cutio fieri poterit vt hîc, nec reſtringam vbi lex generaliter loquatur. l. de pretio. ff. de publ. in rem
actio. Et ita dicunt quidam interueniſſe areſtum ſed illud non vidi.}

Dedans

Dedans les fins & limites où il eſt authentique.

GLOSSA OCTAVA.

1 NOn ergo fit executio inſtrumenti ſigillum habentis authenticum vbique, ſed in illo
loco, vbi eſt authenticum, quia alibi ignoratur, an ſit authenticum, de quo prius appa-
rere debet. l. ſi non ignorat. C. qui accuſa. non poſſ. niſi vt in proxima gl. dixi, & in ar. 3.
infr. eo. Et vult dicere tex. quòd inſtrumẽtum auhenticũ exequendũ eſt in eo loco, vbi
eſt authenticuum: extra verò locum non, ſi ibi non appareat eſſe authẽticum, vtatur ergo practi-
Areſtum.
ca proximè deſcripta, qui vult habere inſtrumentum vbique authenticum. {Vnde cenſuit Sena-
Praxis notabilis.
tus, regium ſigillum non habere executionem apud ſanctum Maxentium, vbi abbas ſuum habet
2 ſigillum, vt docet Aufre. in ſtillo parlam. arreſto 320. cum dominus rex. &c.} † Si verò me
obligauero coram tabellione Aureliæ, vbi fortè inſtrumentum non eſt authenticum, ſi tamẽ pars
aduerſa impetret literas executorias à iudice Pariſien. contra me ratione huius inſtrumenti, ego
appellare potero à conceſsione, & ab inde ſecutis: quia iudex grauauit me concedendo commiſ-
ſionem & executionem vbi hoc facere non poterat: ita vidi ſeruari in iudicio forenſi.
3 Si tamen in vno loco fuerit authenticum, videlicet vbi factum eſt, licet in loco vbi exequi de-
beat, non ſit authenticum, tamen ibi exequetur. vt concludit Ioa. Fab. in l. 1. col. 9. verſic. Sed quid
Authenticũ eſſe quis probare debeat.
4 ſi non debetur. & ſeq. C. de ſumma trinita. † Sed ſi debitor neget eſſe authenticum, creditor
tenebitur illud probare eſſe authenticum: antequàm executio perficiatur, & poterit hoc probari,
vt ſuperius ſcripſi in gloſ. *authentique.*

Oppoſitions.

GLOSSA NONA.

1 QVæ oppoſitiones poſſunt opponi? Reſpondeo, hîc prohibet aliquam recipi ante ma-
Practica exequendi.
nus munitionem & (vt practici dicunt) *Auant que garnir la main de iuſtice, nõ main plaine,*
2 id eſt pro modo debiti, ſed ſufficienter. † Vnde apparitor in primis præcipit de-
bitori vt ſoluat ſummam contentam in inſtrumento obligatorio, & quòd interpella-
tio requiratur, docet Barto. in l. eum qui. §. ſi iurauero. ff. de iureiur. & Iaſ. in l. quod te. col. 2. ſi cert.
pet. & ſi pars non ſoluat, vel ſe opponat, ſeruiens aures habet obtuſas, donec habeat pignora: &
bona creditoris, quę poſtquàm habuerit, diem dicit certam opponenti coram iudice competente,
ad quem cognitio oppoſitionis pertinebit {Non verò ad iudicem ſigilli, niſi in tribus ſigillis ſu-
prà expreſsis, vt viſum fuit Senatui anno 1529. die 25. Februarij, contra iudicem de Gerberiet, &
hic iudex competens ſtatuet tempus.} ad dicendum cauſſas oppoſitionis, quas ſi allegauerit, &
breui decidi non poſſunt, requirit creditor, vt debitor interim pendente proceſſu ſoluat per mo-
dum prouiſionis, ſiue garniat, præſtita cautione de reſtituendo, ſi dictum fuerit in fine, ſi debitor
tunc non alleget iuſtam cauſſam in contrarium, condemnabitur *à garnir par maniere de prouiſion,*
ita vt requiſitum à creditore fuerit, & demum executio fiet non obſtante partis appellatione.
3 † Vel concluditur quòd pignora pro executione capta vendantur, & pecunię illorum pigno-
rum vſque ad concurrentiam debiti decernantur creditori cautione præſtita: vt inferius artic. 5.
Inualidũ inſtrumentum non exequetur.
4 patet, quod iudex ſtatuet, ſi cauſſæ oppoſitionis debitoris legitimę non ſint. † Itaque viden-
dum eſt quæ ſint legitimæ oppoſitionis cauſſę, & quę poſsint opponi? Reſpon. Poterit opponi
quòd inſtrumentum eſt inualidum, & nullum, & ſic non debet exequi. l. 4. §. condemnatum. ff. de
re iud. l. 2. §. quemad. teſta. aper. l. non putauit. §. non quæuis. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Et ſic
expreſsè conſuluit Roma. conſil. 42. viſis. Et Hippol. conſi. 38. quoniam. & conſi. 49. dominus. nu.
46. & in rubr. ff. de fideiuſſ. num. 104. ac in l. 1. §. præterea. nu. 19. de ſica. quia nihil & inutile æqui-
parantur. l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogantur. gloſ. in l. ſi plagij. C. ad leg. Flauiam de plagia. & vbi nõ
valet principale inſtrumẽtum, nec acceſſorium: id eſt executio valebit. l. cùm principalis. ff. de reg.
Cauſa nullitatis exprimi debet.
5 iur. † Quomodo debeat opponi. Reſpon. Cauſſam cur ſit inualidum exprimendam, nec
ſufficeret ſimpliciter opponere, quòd inſtrumẽtũ eſt inualidũ, ſed dicã eſſe nullũ, eo quòd in illo
requiſitę ſolẽnitates deficiunt, de quibus in l. generali. C. de tab. lib. 10. & in rub. de fide inſtr. in De-
cretal. per Decium poſt Barba. vel debet dici, quod talis nullitas interuenit, & tunc non exequetur
l. fi. de conſtit. pecu. Bald. in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. & conſil. 293. factũ ſic proponitur. col. 4. in 3.
vol. l. ſcire. §. penu. ff. de excuſa. tut. l. 1. col. 2. C. de iuris & facti ignor. l. 2. col. 2. de execu. rei iudica.
Nico. milius in verb. exceptio nullitatis. Anto. de Tremol. in addit. ad Vbertũ de Bonacurſo. rub.
de except. & benefic. verſi. Item dico. in verb. annullari. & in rub. de impedimentis executio. q. vlt.
Alexand. conſi. 181. in cauſſa. col. 1. in 6. vol. & Corne. conſi. 241. videtur. in 3. vol. Ioa. de Ana. conſi.
83. & Barba. conſi. 52. viſum. col. 3. vol. 4. Hippoly. conſil. 16. inclina &c.
Imperfectũ inſtrumentũ non eſt exequendum.
6 Intellige quòd ſi inſtrumentum non ſit ſignatum, nec perfectum, apparitor non exeque-
tur: alioqui ſecùs, vt ſuperius dictum extitit. per l. ſi quis legatum. ff. de fal. vide quæ ſcripſi infrà
artic. quinto.
Liquidũ inſtrumentum debet eſſe
7 Secundò opponi poteſt quòd contentum in inſtrumento non eſt liquidum. l. 1. ff. de trãſact.
Bald. in additio. ad Spec. in titu. de appel. verſ. ſed nunquid ex pręcepto. col. 2. & l. 2. col. 2. verſic.
Pone dicit ſtatutum. C. de execut. rei iudi. l. fin. §. in cõputatione. col. fi. de iure deliber. & conſi. 99.

præmiſsis.

præmiſsis in 5.vol.Iacob.in l.item quia.ff.de pact. per text.in l.ita ſtipulatus ſum te ſiſti. de verb. oblig.&.l.tutores à patruo.de confirman.tutor.Bart. in l.1.numer.8.ff.de edend. liquere enim debet hòc prætori.l.hoc autem.§.1.ff.quib.ex cauſſ.in poſſeſ.eat.Vincent.in l.ait prætor. §. ſi iudex. col.3.ff.de re iud.Bar.in l.1.in fi.iudicatum ſolui.& l.vlt. C.de ſenten.quæ ſine certa quantita.proferunt.de Ripa.in l.4.§.ait prætor.col.2.ff.de re iudi.quia de his quæ non ſunt, & non apparent, idem eſt iudicium.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.ob id cùm non appareat planè de debito,non fiet executio. *ante execu-tionem.*

8 Et quanuis id dicatur liquidũ,quod ſine moroſa dilatione probari poteſt.l.qui de inofficioſo.ff.de de inoffi.teſta.in l.is à quo vt in poſſeſ.lega.Bal.in l.poſt rem.col.2.quæſt.6.ff.de tranſact. Tamen vt inſtrumentum executionem habeat,oportet,quòd omnino ſit liquidum, & certum ex inſpectione inſtrumenti,ſine aliqua dilatione: vt pone quòd aliquis inſtrumento regio ſigillo ſignato promiſit mihi ſarcire damna,quæ in tali re patiar.paſſus ſum damna,tamen ex illo inſtrumento non habebò executionem, antequàm de damno appareat liquidò, & ante quàm iudex declaret, quid, quale, quantúmue ſit, per ſententiam Bart. in l. proinde.2.§.fin.ff.ad legem Aquiliam.Angel.in §.curare.col.6.inſtitu.de actio.Bal. in l.ſi cauſſam. C. de executio. rei iud. & conſil.163.ſtatutum. in 4. volu. & conſil. 383. primo tria. ibidem.ac conſil. 242. ſuper primo in 5.vol.Corne.conſi.156.videtur.colum.1.in 1.volum. Purpura.in l.admonendi.nume.40. ff. de iureiuran.Hippoly.in l.vnius.§.cogniturum.num.26.de quæſt. docto.in l.certum.per illum text. ſi certum peta.Roma.conſi.211.allegationis.in fi.facit ordinatio regia.artic. 20. de publicatis anno 1539.vt eſt in rubr.*des delais*.artic.5. *Quid ſit liquidum, & quomodo fieri poſſit.*

9 Poterit etiam fieri liquidatio ex coniunctione duarum ſcripturarum.teſte Bald.in c. auditis. col.2.de præſcript.

10 Et ideo anno 1530. die 12. Februarij fuit dictum in hoc Senatu pro tutoribus pupillorũ D. Claudiæ herbelot,contra Renatum gentilem executorem,volentem vti retentione domus locatæ pro reparationibus, quòd eam domum vacuam tutoribus relinqueret, actionibus ſibi ſaluis, & data cautione à tutoribus: quia nondum reparationes erant liquidæ, ſufficeret tamen certam in inſtrumento pecuniam contineri, licet incertum fuerit tempus, vt ſi quolibet menſe promiſiſti decem aureos, ſi tres menſes ſunt elapſi,poterit fieri executio, ratione temporis præteriti, per ea quæ not. Doct.in l.1.ff. de tranſact.ſcripſi in lege non poteſt videri.ff.de verbo.ſignific. *Pro reparationibus nõ liquidis domus pupillorum non retinetur. Areſtum.*

11 Et iſta liquidatio poterit fieri per omne genus probationis.Bart.in l.3.C.de ſentent. quę ſine certa quantita.profer.in qua facienda debet citari pars,quæ lędi poteſt.l.de vno.ff.de re iud. Calcane.conſil.27.Aretinus. & conſil.21.Si diligenter.col.penult.ac Hippoly.conſil. 89. ſummi Dei in cauſſa.numer.12. quod eſt notandum, quia viator, ſeu apparitor hoc caſu exequi non poteſt, *Liquidatio quomodo fieri poſſit.*

12 cum non appareat ſuper quo fiet executio. † Cautela ergo eſt,quòd ſi aliquid ſit liquidum: quòd debitor illud tradat,& ſoluat offerens ſe reſiduum ſoluturum facta liquidatione,& tunc vitabit & executionem,& expenſas per text.ſing.in lege ſtatuliber rationem.ff.de ſtatuliber. *Cautela pro debitore cõtra quẽ fiet executio nõ facta liquidatione.*

13 † Quod facit etiam pro conſuetudine diſponente retrahentem debere conſignare & offerre, vt ſic faciendo ſufficiat,ſi id quod eſt liquidum offerat,& conſignet.per d.l.ſtatuliber. & ſequitur Boer.in §.4.de conſuetudi.retractus in conſuetu.Bituri.& Barba.in cle.gratiæ.col.6.de reſcript.Cepol.Cautel.27.nota quod vbi.& Soci.conſil.80.in quæſtione.in 3.volum.Iaſ.in l. quod te.nota.5.ff.ſi certum petatur.Vincent.Hercula.in l.4.§. ait prætor.nota. vlti. ff. de re iudic. & ita primò fuit iudicatum per Senatum Pariſien. pro domino de Rouille. Sed poſteà pronunciauit idem Senatus pro domino de Montmorenci conſtabili erratum fuiſſe in illo primo areſto, hoc anno 1540.in fine quadrageſimæ,quia plena non fuerat facta(vt fertur) conſignatio de liquidis, nec fuerat ſatiſdatum de eo,quod obſcurius erat,vt dicit ille tex.in d.l. ſtatuliber. fieri debere, & *Areſtum reciſſum.*

14 aliis rationibus plenius per eos deductis in proceſſu ſupplicationis. † Imò anno 1515. die 10. Iulij contra aliquem fuit pronunciatum, malè & perperam executionem factam contra venditorem,qui condemnatus erat ad damna,intereſſe,& expenſas,& ante declarationem, & liquidationem erat facta executio,& ſic male:ideò reſciſſa fuit, & commiſſa declaratio damnorum, & intereſſe duobus conſiliariis,& ſic ſeruatur in praxi:vt ante liquidationem iure non fiat executio.vt ſuperius probaui.{Sic contra condemnatum ad vinum,frumentum,vel ad aliam rem,non debet fieri executio,donec vinum vel alia res fuerit à iudice æſtimata, & vt vulgus dicit,appretiata. Ita ſeruat praxis Francię.} *Areſtum. Executio ante liquidi declarationem perperam facta.*

15 Tertiò opponi poteſt quòd inſtrumentum eſt falſum,vel ſigillum.l.2. C.de falſis. licet gloſ. & docto.illum text.aliter intelligant,videlicet in confitente debitum,tamẽ idem in caſu,quo non confitetur illud,vt probat Bart.in l.ſi veritas.C.de fideicom.& Bald.in l.ſi non ſortem.§. indebitum.ff.de condict.indeb.Paul.in l.ſi feriatis.de fer.Corne.conſil.52.quotidianus.col.1.vol.1.Boer. *Inſtrumentum falſum non eſt exequendum.*

16 in §.27. de iuriſdi.omni.iud.in conſuetu.Bitur. † Vnde ſicut falſus denarius non eſt denarius.gl.ſing.in l.omnes. C.de hæretic.ſecundũ Alex.in l.& eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno. act.Franciſ. Cremen.ſing.112. Statuto. vbi dicit contractum falſum, vel nullum non eſſe contractum:& falſam iuſtitiam non eſſe iuſtitiam.gloſ.in c.vera.45.diſtin.facit l.Paulus reſpondet.ff. de ver.ſigni.vbi ſcripſi.facit quod ſcribit patruus meus Iacobus Rebuffus in l.2.C.de apoch. public. lib.10. & Hippoly.conſi.89.in cauſſa.& Georgius Natan in repet.c.quamuis.col. 52.de pact.in 6. D.Tiraquel.plenè in tract.de legib.connubia.fol.268.primæ editionis. *Contractum falſum nõ eſt contractus.*

17 Tamen

Pēdēte quæſtione falſi cōdemnatio fit. Areſtum.

17 Tamen ſi exceptio falſi oppoſita non probetur incontinenti, iudex debet debitorem condemnare,ſaltem per modum(vt dicunt practici)prouiſionis ad garniendum, vt cenſuit Senatus anno 1527.die 27.Martij:quia pro inſtrumento præſumitur,cùm ſit probatio probata. Bald. in l. cum precibus.per illum text. C.de probationib. Et ſi ſimpliciter condemnaretur à iudice inferiore,pars poſſet appellare,quia oportet quòd iudex dicat per modum prouiſionis, id eſt, interim pendēte probatione falſi cum condemno cautione data.ita vidi in forenſi iudicio ſeruari. & facit quod conſuluit Roma.conſil.244.pro euidentia.in fi.& Iaſ.conſi.85.punctus.in 1.vol.Hippo. conſil.16.inclina.numer.17. & viator in principio nonobſtante iſta exceptione executionem faciet,& bona capiet, cùm cauſſę cognitionem non habeat: ſed iſta exceptio poſteà à iudice recipietur facta manus munitione.

Exceptio ſolutionis eſt opponenda.

18 Quartò opponi poteſt exceptio ſolutionis,nam bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.l.bona fides.ff.de reg.iuris vbi Dec.vt in hoc caſu,ideo contra inſtrumentum garentigiatum opponi poſſe hanc exceptionem aſſerit Ioan.Andr.in addit.ad Specul.in titul.de ſenteut.§.fina. verſic.16.in addition.vlti.Anchar.quoque conſil.259. ex verbis circa fi.Roma.conſil.28. viſa. in 2.quęſt.Alex.conſil.113.viſo.col.2.lib.5.eſſet enim contra naturalem æquitatem, ſi ipſa excluderetur,quę vult,neminem locupletandum cum aliena iactura.l.nam hoc natura.ff. de condic. indeb.& l.iure naturæ.ff.de reg.iuris docto.in c.quoniam.col.2.de probat.& in l. non eſt nouum. in fi.C.de edend.Pyrrhus nominatim in conſuet. Aurelia.c.7.rub.de executio.inſtru.Aufrer.in ſtilo parla.in 1.parte.rub.de actio.perſon.§.item hæ exceptiones.Sed ſeruiēs,cùm oculos, quoad videndum ſolutionem,non habeat,ab executione deſiſtere non ſolet,niſi in eius præſentia ſolutio fieret.Imo iudex etiam ad garniendum,partem condemnabit, niſi incontinenti ſolutio probetur, alioqui ſemper executio impediretur, eam ſic allegando,vt prædixi,ſolet tamen iudex concedere vnam dilationem ad probandum dictam ſolutionem,quam ſi non probet, condemnat ad garniendum.

De nouatione debiti.

19 Quintò opponi poteſt debitum eſſe nouatum,nempe ſicut nouatio contra ſententiam opponitur,ita contra hoc inſtrumentum obligatorium.l.2.C.de executio.rei iud.l.4.§.ſi ex cōuentione.ff.de re iud.Fel.& alij in c.ex parte de offic.deleg.Anchara.conſil. 54.apparet.Vital.de Cāba.in tracta.clauſula.in clauſ.nulla exceptione.fol.11.in paruo vol. quæ nouationis oppoſitio nō impedit manus ſeruientis,nec iudicis,ſi ſtatim non probetur.vnde conſuluit Alex. conſil.85.viſo.col.1.in 5. volu. quòd ſi ex forma ſtatuti contra ſententię arbitralis executionem nulla poſsit opponi exceptio,poterit tamen opponi exceptio nouationis,ibi fuſius videre licet,vt paucis agā.

Quando fit nouatio per delegationē uel pignorū receptionē.

20 Nota tamen quòd hodie ſi promittam tibi id quod debeo inſtrumento ſigillato, non fiet nouatio,niſi expreſsè à partibus dicatur,quòd receditur à prima obligatione, & à primo inſtru-
21 mēto.tex.no.in l.fi.C.de noua. † Si tamen delegauerim tibi meum debitorem, & tu illum acceptes,ac ipſe tibi ſoluere promittat,licet non exprimatur animo nouandi factum eſſe, fiet tamen nouatio teſte Iaſ.in l.ſingularia.circa.fi.de reb.cred. nec poſteà fieri poterit executio contra debitorem principalem, ſed contra mihi delegatum ſic, ſi obligatus fuerit denuo inſtrumento ſic ſigillato,ſed fortè ibi non eſt nouatio,ſed delegatio, quæ eſt diuerſa: tamen ſi conueniatur is, qui pro alio promiſit ſoluere in executione rei iudicatæ, & petat ad ſuum iudicem remitti, eſſe remittendum cenſuit ſenatus anno 1543. die 7. Auguſti. pro patre qui promiſerat pro filio, in quem fiebat executio:quia ſuo priuilegio fori promittendo non renunciauerat.

Areſtum.

22 Tamen per pignorum receptionem non fit nouatio, vel ſi fideiuſſores pro debito à parte recipiam.doct.in d.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iud.

Simulatum inſtrumentum an ſit exequēdū.

23 Sextò opponitur inſtrumentum eſſe ſimulatum, quod executionem non habet: vt docet Bar.in l.1.§.& parui.ff.quod vi,aut clam,quia vnum eſt ſcriptum,aliud factum.Bal.in l.ſi non ſortem.§.indebitum de condic.inde.ff.& contractus ſimulatus non eſt contractus,ſic nec inſtrumētum ſimulatum.Bald.in l.ſi non verum.C.de donat.inter vir.& vxor.Feli.in c.ex parte.12. fallen. de offic.deleg.cum deficiat conſenſus:non eſt ille contractus,qui ſimulatur,ſed eſt ille, qui verè agitur.C.plus valere quod agitur. per totum. Et id largo modo dicitur falſum. teſte Bald. in d.l. ſi non verum.Barba.conſil.7.ſapienter.col.9.& ſeq.in 2.vol.& conſil.38.præclar eod.volu.& Soci.conſil.27.viſis.col.6.nume.30. in 4. volu. & hęc exceptio non tenet manus apparitoris ligatas, quominus exequatur,& antequàm probetur, ſi longum habeat tractum, iudex condemnat per modum prouiſionis.vt ſuperius dictum extitit de aliis oppoſitionibus.

Species ſimulationis eſt exprimēda.

24 Aduertendum eſt tamen,quòd ſi quis opponat ſimulationem, debet ſpeciem ſimulationis exprimere,& planè illam declarare,alioquin non obtinebit.l.1. ff. de edend. Iidem Pomponius ſcribit ſi frumentum.de rei vend.ff.cùm plures ſint ſimulationum ſpecies,vt per Cepol.in tracta. de ſimula.contract.& Vital.in tract.clauſula. in clauſula de ſimulatione. & alibi dico in ordina. regiis in tracta.de reſtitutio.& releua.artic.primo.Franciſc.Marc.in deciſio.delphi.q. 46. Panor. in c.item cum quis.col.2.de reſti.ſpolia.

Inſtrumētū ſine cauſſa exequendū non eſt.

25 Septimò,quòd inſtrumentum eſt ſine cauſſa factum,& ideo non valet,ſicut nec ſtipulatio, nec exequi poteſt.l.2.§.circa.ff.de doli excep.c.Si cautio.de fide inſtrument.l.cum de indebito. §. fi.de probatio.vbi Iacob.& Imol.in l.fi.numer.3. ff.à quib. appella.non licet. & ita fuit prolatum areſtum in hoc ſupremo Pariſien.Senatu,anno 1511.die 13.Februarij.nempe. quamuis Dec. conſi. 682.in cauſſa dicat hoc inſtrumentum nō requirere cauſſam:quòd eſt verum ſigillum pro cauſſa

Areſtum.

haberi,

haberi,vt apparitor exequatur,ſed iudex poſteà ad oppoſitionem partis videt, ſi executio rectè, & ritè facta ſit,& hoc pronunciat,vt infrà dicetur,nec in hoc caſu iudex condẽnat ex cauſſa prouiſionis, ſi ex inſtrumenti inſpectione appareat cauſſam abeſſe, cùm inſtrumentum non valeat, nec executio ex non ente fit,tanquam inſtrumentum non ſit, quod non ſtat. Nam ſi dominus in rationes ſuas ſe debere referat ſeruo ſuo , cùm omnino neque mutuum acceperit, neque vllà cauſſa præceſſerat debendi,nuda ratio non facit eum debitorem.l.non ſolum.in fi.ff.de pecul.

26 Octauò opponitur quòd debitum eſt præſcriptum, vt pote non petitum intra triginta annos,poſtea peti non poterit, quia actiones perſonales triginta præſcribuntur annis.l.omnes.C. de præſcript.triginta anno.quod ſeruiens non recipit,ſecus in iudice,ſi ex inſtrumenti cõceptione de præſcriptione appareat,aliàs condemnat,vt garniat,vel ſi creditor allegat quòd non potuit debitum cum mala fide præſcribi.Et quòd debitor ſuit in mala fide , ideo lite pendente per modum prouiſionis petit garnire,hoc iudex decernere debet cautione data à creditore : quia etiam in perſonalibus non currit præſcriptio cum mala fide.Et ſic qui ſcit ſe debitorem, nunquam tutus eſt præſcriptione:ſecus cum bona fide.c.vigilanti.& c.ſi diligenti.vbi de Vbaldis.& c.fin. vbi Feli.de præſcript.& conſuluit Alex.conſi.64.in 4.volu.& conſil.99.ibidem , & conſi.51. in 5.vol. Dec.conſi.272.in 2.dubio.ac plenè Ioan.Franciſc.Balbus.in tracta.de præſcrip.in 2.parte.3.princ. q.13.& iſta eſt communis, quicquid Bart.ſcribat in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap.cuius ſententia communiter ab omnibus damnatur:quamuis dicant ſeruari in curiis Franciæ.Guido.q.199. in ca.malæfidei. in deci Delfi.ſed iſta exceptio præſcriptionis non opponitur in curia parui ſigilli Montiſpeſſulani,& conuentionum Nemauſi,cum ibi tres tantùm admittat ſtylus exceptiones, vt inferius dicetur.

Debitum præſcriptũ non eſt exequendum.

27 Nonò,pactum de non petendo perpetuò opponi poteſt,ſi debitori factum ſit.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.Guido Papæ in deci.Delphinal.q.410.& Aufrer.in ſtylo parlamenti rubr.de actio. perſona.§.item exceptiones , ſed his duobus caſibus ſeruiens iſta proponentem coram eo ridet, & exequitur,& iudex condemnat ad garniendum:niſi incontinenti de exceptione appareat,cùm ſuper his prouidere ſoleat,ſi petatur ; vt dicam in tracta. de ſenten. prouiſional.ſeu præiudicial. {inferius:iudex tamen debet admittere exceptionem iſtam , vt cenſuit Senatus anno 1513. die 19. Iulij,poſt meridiem.}

De pacto de non petendo.

28 Decimò opponi ſolet,quòd is qui executionẽ petit,non eſt in inſtrumento nominatus,tunc ſi non fuerit hæres,aut ſucceſſor:aut cauſſam à creditore habens, repelletur.tex.in l. ad probationem.1.C.de probat.l.Iulianus,& l.ſi ſim ſtipulatus,& vbique Iaſ.ff.de verb.obl.Hercula.in l.ratione.§.ſi filio.col.8.ad legem falcidiam.Bal.in l.vna.C.quorum legat. Alexand.conſil.126.repetitus. in fin.volu.6.vbi dicit inſtrumentum habere executionem tàm pro creditore,quàm pro hærede, licet non ſit nominatus,ſed pro tertio extraneo non:vt Bald.aſſeruit in l.ſi pro te.C.de dotis promiſſio.Iaſ.in l.ſi quis nec cauſſam.nu.10.ff.ſi cer.pet.Dec.in ca.cùm teneamur.in fi.de appella.ob id apparitor debet dicere illi ad cuius inſtantiam exequitur,an ſit is,de quo inſtrumentum loquitur , vel an procuratorio nomine hoc faciat,quod non ſolet:quia inſtrumentum ſolet loqui , vt portitori inſtrumenti ſolutio fieri debeat.

An executionem petat,qui non eſt in inſtrumento nominatus.

29 Vnde ſi inſtrumentum obligatorium fuerit factum nomine mariti,eo mortuo non fiet executio pro dimidia inſtante vxore,quæ habet dimidiam partem in illo debito ex conſuetudine, quia non habet ius ceſſum à marito,& quia non eſt in inſtrumẽto nominata:ſecus ſi inſtrumentũ debiti fuerit factũ & viri,& vxoris nomine,tunc vtriuſq; nomine exequetur,vt firmat Maſuer. in rubr.de executio.§.item nota quòd quamuis.quem ſequitur Imbritus in inſtitu.foren.pag.21.

30 † Dicens tamen quòd vir fuit condemnatus ad ſoluendam dimidiam debiti partem conſtante priore matrimonio facti,vt ibidem aſſerit & anno 1539. die 22.Februarij,ſic fuit in hoc Senatu deciſum : quia debita & credita conſtante matrimonio facta in hac patria ſunt communia, ſicut conqueſtus,ſi tamen maritus conueniatur,vel hęredes ipſius,poteſt condẽnari,ſalua tamen actione ſibi cõtra hæredes vxoris,vt cẽſuit Senatus anno 1536.die 2.Auguſt. Et ſic poſtquàm nõ poteſt fieri executio pro eo,qui nõ eſt in inſtrumẽto deſcriptus,ita nec contra eũ,ſed ab actione incipiẽdũ erit,vel executio fiet nomine illius nominati in inſtrumẽto,vel iure ceſſo ab eo.l.2.C. de noua.ideo debet apparitori antequàm exequatur,conſtare talem eſſe : aliàs non debet exequi.

Executio pro muliere mortuo uiro an fieri poſsit pro dimidia debiti parte.

Debita & cred.ta uxori & uiro ſunt communia.

Areſtum.

31 † Et ſic contra debitorem debitoris , qui non eſt in inſtrumento primi creditoris nominatus,non poterit fieri execut.Bart.in l.1.ff.de his qui in teſtamento delentur.Et nominatim ſcribit Benedict.de Barzis in tract.de garen.in prima parte.quæſt.9.etiam ſi debitoris debitor eſſet obligatus ſecundo creditori,ſub inſtrumento ſic ſigillato,quia primus creditor non apparet ſibi nominatus,vnde poteſt repelli,eo quòd inſtrumentum nõ cantat de eo:vt docet Bal.in l.ſi pro te.C. de dotis promiſ.per illum tex.Et in l.ſi binæ.ff.de iniuſto teſta.vbi non probatur ob ſcripturam, quod in ipſa non continetur.

Contra debitorem debitoris an executio fieri poſsit.

32 † Et ideo inſtrumentum obligatorium filij non exequetur contra patrem non nominatum, etiam habentem peculium filij , vt docent Soci. & Iaſ.in l.cùm filiusfa.ff. de verbor.obliga.refert Boer. in deciſ. Burdeg. quæſt. 221. ſi pater.

33 † Poterit tamẽ executionẽ facere is,qui hoc habet inſtrumentũ,nomine tamen creditoris,de quo inſtrumẽtũ loquitur,licet portitori non ſit obligatus,ſed quia in inſtrumẽtis Pariſ.cõſcriptis ſolet debitor obligari ad dãdũ Titio creditori,vel portitori pręſentis obligationis,ergo iuxta ſuã

Portitori inſtrumenti an ſolutio fieri poſs.it.

obligationem tenetur.l.iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pact. {Præfertur tamen hic creditor adiuncto,& portitori, quando concurrerent,vt ſcripſi in l.creditores.ff.de verbo.ſig. facit l.3.C.de noua.& hic ſine literis noo agit,creditor verò etiam ſine literis,vt aſſerit Iacob. Curt.in li.2.coniectuta 35. executio tamen ſine literis non fieret ab aliquo in Francia, id eſt, ſine inſtrumento obligatorio per ipſum textum.}

34 Nec requiritur,quòd is qui defert inſtrumentum,probet ſibi eſſe à creditore traditum,quia poſtquàm illud habet,præſumitur ſibi eſſe traditum:vt ſcribit Ioan. Gallus in quæſtio.per arreſta.quæſt.4.quem ſequitur Boer.in deci.Burdeg.queſt.154.aliud ortum.per l.Labeo.& l.ſeq.ff.de pact. Nec debet præſumi quòd portitor ſubtraxerit, quia delictum præſumi non debet.l. merito.ff.pro ſocio.nec iſte text.dicit quòd ſolus dominus habeat executionem, ſed quòd in omnibus executionibus reus garnire debet &c.

Exceptio metus & doli opponi poteſt.

35 Vndecimò poteſt opponi,quòd metu, vel dolo inductus debitor promiſit io inſtrumeoto contenta,& tunc quod metus cauſſa geſtum eſt (ſi opponatur) ratum noo habebit prætor.l.1.& l.qui in carcerem,& per totum.ff.quod metus cauſſa. Feli.in c.ex parte.11. fallen,de offic.delega. Sed hoc bonum eſt coram iudice, apparitor tamen iſtud reſpuere ſolitus eſt:& iudex niſi illi incontinenn de his appareat, nempe ſolet partem condemnare per modum prouiſionis ad garniendum cantione data,vt ſuperius non ſemel dixi.

Inhabilitas opponi poteſt ratione ætatis.

36 Duodecimò opponi poteſt,quòd obligatus in inſtrumento non erat habilis ad ſe obligandum tempore inſtrumenti facti, vt pote minor: vnde fuit annullata prouiſio in hoc Senatu, ad quam fuerat condemnatus magiſter Ioannes de Corbie pro vna mula, quam in ſtudio exiſtens, & minor receperat,& ſe obligauerat ad ſoluendum plus quàm valeret mula, quando is Corbie eſſet actor,tamen fuit condemnatus ad ſoluendum æſtimationem mulæ, ſecundum tempus receptionis,anno 1526.die 2. Aprilis ante Paſcha.facit quod not. Barto. & alij in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.Antho.de cana.in tract.de executio.inſtrumen.quæſt.21.

Areſtum.

Furioſus & alij ſimiles, obligati hoc inſtrumento non exequūtur.

37 Idem ſi erat furioſus,prodigus,cui bonis erat ioterdictum,vel amens, aut alio morbo irretitus,qui perſonam inhabilem ad contrahendum reddat,in eos enim executio hoc inſtrumento non fiet teſte Paul.Caſtreo.in l.1.ff.de conſtitu.pecunia.& Hippol.conſil.64.plura.ou.19.

Renuncians inhabilis probari poteſt.

38 † Et quamuis aſſertioni papæ credatur.cle. vna.de proba. aſſerenti renunciationem factam fuiſſe in manibus ſuis:tamen poteſt probari & opponi illum, qui renunciauit inhabilem fuiſſe, & nullum ius habuiſſe in beneficio.gl.Card.& Panor.in d.cle.vna.de proba.Dec.in d.c.ex parte.2.de off.delega.Soci.conſil.41.antequàm.colum.5.ver.tertio reſpondetur. volum. 1. & hic opponi poterit,quòd is, qui eſt obligatus, erat inhabilis tempore obligationis,hoc tamen non remo-

Compenſatio quando opponi poßit.

39 ratur apparitorem exequentem,ſed de hoc iudex cognoſcit.† Etiam compenſationis exceptio poterit opponi Angel.conſil.132.quidam Nicolaus & Feli.in c.ſuborta.col.1.de re iud.refert Hippoly.in ſingula.208.Compenſatio. Si tamen creditor habens inſtrumentum, non confiteretur ſe debere,interim iudex ad garniendum debitorem condemnabit, data dilatione debitori ad probandum vt vidi fieri,& dico in gloſſ.ſeq.in fi.

Exceptio cedendarū actionum an opponi poſsit.

40 Item fideiuſſor,ſeu correus poterit opponere exceptionem diuiſionis, vel cedendarum actionum.certum eſt de iure,quòd ſi plures ſint rei vnius ſummæ vel fideiuſſores:quilibet pro virili tenetur.authen.præſente.C.de fideiuſſorib.& in authen.de duobus reis.col.8.& authen.hoc ita.C.eo.tit.§.ſi plures.de fideiuſ.in inſtit.niſi fideiuſſores & correi renūciauerint illi beneficio:nā tunc quilibet illorum poterit inſolidum conueniri:vt in prædictis iuribus probatur. Ideo ſi creditor vnum conuenerit ex correis in ſolidum, vel vnum fideiuſſorem, poterit conuentus opponere exceptionem diuiſionis,vel cedendarum actionum,videlicet, vt creditor cedat ſibi actiones aduerſus alios reos debendi, vel fideiuſſores,& is tenetur per l.fideiuſſoribus.ff.de fideiuſſo. & l. Modeſtinus.& l. Sticum.de ſolut. & iudex illum condemnabit ad ſoluendum ſolidum facta ſibi ceſsione,vel fideiuſſor opponet,vt prius conueniatur principalis, ſi non renunciatum fuerit authen.Præſente.C.de fideiuſſo.quæ renunciatio non ſolet à notariis omitti. Prædictæ tamen exceptiones non recipiuntur ab apparitore ante manus munitionem. {Tamen anno 1529. die 14. Martij, hæres condemnatus per Senatum ad ſoluendum integrum debitum, in executione oppoſuit ſe paratum ſoluere ceſsione actionum primitus facta, quod iuſtum curia approbauit pro Triſnon appellante ab executore, *Bachelier* vocato, curiæ apparitore, qui noluerat iſtam oppoſitionem recipere in areſti executione.}

Exceptiones quæ cōtra ſententiam opponuntur, & contra hoc inſtrumētū.

41 Item poſſunt opponi aliæ exceptiones,quæ opponuntur poſt ſententiam,de quibus per gl. & doct.in l.1.C. de iuris & facti ignorant.de his ſcripſi in tracta.de exceptio. abundantius. Noo debebit tamen ſeruiens manus ob hoc continere, ne executionem faciat,quin debitor manum (vt dicunt) curiæ garniat.

Executiones inſtrumenti & ſententiæ æquiparantur.

42 Quia alibi Bart.ait,quòd executio inſtrumenti,æquiparatur executiooi ſententiæ. in l.cùm vnus.in fi.ff.de bonis authorita.iud.poſsid.& Bal.in l.fi.col.2.illo ritu.ſequitur Ludo. Roma.conſi.76.in cauſſa.col.2.nu.4.quod eſt notandùm, vt à ſententia & re iudicata arguamus ad iſtud inſtrumentum obligatorium.

Teſtes in executione adeſſe ſeruienti debent.

43 † Tenendum eſt tamen, quòd ſeruiens executionem facere non poteſt, nec capere debitoris bona, niſi vocet duos teſtes, qui ibi aſsideant, & adſint, alioqui poſſet ſurripere bona, & materia fraudationis daretur. contra l. conuenire. ff. de pact. dotal.& poſteà illa bona

debet

debet idoneo,& capaci tradere cuſtodiẽda:non minori,alioqui nulla erit executio,vt eſt in con-
ſuetu.Bitur.artic.26.in rub.de execut.& tales teſtes non debent eſſe ſeruientes, ſed alij probi, ne
adhibitcem ipſi colludant:vt ſuperius dixi:licet appatitores contrarium ſeruent.
44 In ſumma etiam eſt notandũ,quòd omnes aliæ iuſtæ exceptiones poſſunt opponi,& debẽt
per iudicem recipi facta manus munitione : cùm hæc ordinatio non prohibeat exceptiones ad-
mitti,ſed vult quòd non recipiantur non facta manus garnitione, & ita ſeruat conſuetudo:vide
alias exceptiones,quæ poterunt opponi etiam contra inſtrumentum garentigiatum, per Bart. &
Alex.in addit.ad eum.in l.1.§.& parui.ff.quod vi,aut clam.Angel.in rub.de excep.in inſtit.Anto.
de Canaro.in tracta.de execut.inſtru.per 58.quæſtiones.Barba.in rub.de except.in cle.& an poſ-
ſit allegari error:vide bart.Bald.& alios,in l.error.C.de iuris & facti ignorant.His tamen conten-
tus fui,quia hæ frequentius opponuntur, quàm aliæ , & ideo pragmaticis per familiares & notæ:
& maximè opponi poteſt perfectum contractũ ex parte ſua non eſſe,ob id non debet condem-
nari etiam ad garniendum,niſi de hoc conſtet per l.Iulia.§.offerri.ff.de actio.empti.& ſic cenſuit
Senatus anno 1544. die 19. Februarij contra bibliopolam, qui vendiderat libros bonę papyri, &
opponebatur non eſſe tales,ideo non fuit interim debitor condemnatus.

Compleri debet contractus antequam executio fiat. *Areſtum.*

45 Nota quòd reus obligatus non ſolùm poteſt excipere,& ſupradicta vel alterum eorum op-
ponere:ſed etiam poterit agere,& petere quòd inſtrumentum, quatenus de facto proceſsit,can-
celletur,ſi timeat executionem in eum fieri,& in cauſſa cancellationis poterit adducere vnam ex
prædictis cauſſam,vel aliã in iure expreſſam.per text.& ibi Bald.& alios in l.ſub ſpecie.C. de po-
46 poſtuland.† Debitor enim qui executionẽ timet,inſtrumenti literas à ſeneſchallo,Balliuo,
vel gubernatore petet : quibus inhibetur creditori,ne inſtrumentum obligatorium exequatur in
illum debitorem.& in caſu oppoſitionis dies creditori dicitur coram ordinario ſuo.Ita vidi ſer-
uari in Montepeſſulano,vbi frequens eſt iſta cancellationum matéria,& Nemauſi.

Debitor inſtrumentum cancellari petit,condẽnatur tamen proceſſu pendente ad garniendũ debet.

47 Item poteſt debitor condicere promiſsionem per condictionem ob cauſſam per l. ſi cùm
exiguam.C.de cond. ob cauſſ.l.1.ff.de cond.ſine cauſ.l.ſi quaſi. C. de non nume. pecu. vbi fun-
dantur iſtæ cancellationes,vel poterit debitor in hac cancellatione petere vt perpetuum parti im-
ponatur ſilentium.gl.in l.Aurelius.§ centum.ff.de liberat.lega.condemnabitur tamen debitor ad
ſoluendum per modum prouiſionis,& vt dicitur,ad garniendum pendente cancellationis cauſſa:
vt fuit deciſum anno 1540. in vigilia annunciationis beatæ Mariæ in menſe Martio , contra
quandam viduam,quæ obligauerat ſe tranſigendo tàm nomine ſuo,quàm minorum,& impetra-
uerat literas ad reſcindendam illam tranſactionem : ſed interim fuit condemnata in vim proui-
ſionis ad ſoluendum.

Praxis in materia cancellationis.

Areſtum.

48 † Veruntamen in ordinationibus patriæ Occitanæ habetur , quòd ſi in inſtrumento vera
contineatur numeratio , & intra menſem petens cancellationem , non probauerit oppoſitionis
cauſſam : tenebitur conſignare pecuniam in inſtrumento contentam , & inhibitiones à iudice
tollentur.Si verò in inſtrumento non contineatur vera numeratio,& in alijs caſibus ibi expreſsis
dantur debitori quatuor menſes à die citationis computandi, ad probandum cauſſam cancella-
tionis,alioqui parti requirenti condemnabitur debitor ad ſoluendum,ac ſi cancellatio propoſita
non fuiſſet vnà cum expenſis,& emenda,quæ taxari debet ad tertiam partem debiti,quæ mulcta
49 partim Regi,partim applicabitur parti.† Debet tamen hæc cancellationis cauſſa decidi co-
50 ràm ordinario iudice rei,vt in ordina.linguę Occitanæ habetur artic.41.† Vbi prohibentur
hæ cancellationes impetrari contra ſententias,quia remedium ordinarium eſt appellatio.in rub.
de appellatio.& contra teſtamenta, quia remedia ordinaria dantur,ob id non eſt quærendum ex-
traordinarium.l.in cauſſæ.ff.de minor.& hodie quando quis eſt obligatus rigoribus parui ſigilli
Montiſpeſſulani,vel conuentionum Nemauſi,ſolet debitor impetrare literas cancellationis à gu-
bernatore,vel à ſeneſcallo,quæ dirigi debent iudicibus ordinariis reorum , vt ſatis in d. ordina.
51 cautum eſt vide in prima parte deciſ.44.Franciſ.Marci.† Vbi dicit quòd pendente iudicio,
ſuper iſta cancellatione debet inhiberi,ne interim expediatur,& vt dicit groſſetur inſtrumentum.
Imò ſi fuerit expeditum,peti poteſt vt exhibeatur,& cancelletur:quia nil lite pendente eſt inno-
uandum.per c.eccleſia.2.in fi.vt lite pendente.c.cum dilecta.de confir.vtil.etiam à notario pete-
tur:vt in l.fi.C.de edend.vbi doct.& lata ſententia debent omnia inſtrumenta contraria ſenten-
tiæ reſtitui,& lacerari,ac corrumpi, nę in futurum poſsint diſcordiæ cauſſam pręſtare. teſte Pa-
nor.ibi.& in cap.accedens.1.vt lite conteſta.allegat l.diſſolutæ.C.de condict.ob cauſ.Bart. in au-
52 thent. caſſa. in fi.de ſacroſanct.eccle.† Et in hoc caſu non ſufficeret cancellatio verbalis,
ſed actualis requiritur.per l.pecuniæ.& l.inductum.vbi gloſ.& doct.C.de ſolut. Barto. & alij in l.
emptor.§.Lucius.in fi.ff.de pact.& reſciſſo contractu,inſtrumentum cancellandum eſt,per d.l.diſ-
ſolutæ.& gl.in l.ex empto.§.is qui vinum.ff.de actionibus empti.Bald.in l.ſi præſes,C.quomodo
& quando iudex.dixi fuſius in tracta.de reſciſio.contractuum.

Ordinationes patriæ Occitanæ quod in inſtrumentorum cancellationes.

Cancellationis oppoſitio coram ordinariis iudicibus tractanda eſt.

In quibus caſibus cancellationes ceſſent.

53 † Et ſi inſtrumentum non inueniatur, cogitur creditor facere acceptilationem (quam qui-
tantiam dicunt) teſte Aufre.in deciſ.47.& 408.
54 † Et illud inſtrumentum ſic cancellatum probat debitum præceſsiſſe.vt ſcribit Bart.in l.qui
tabulas.ff.de furtis.& l.fullo.§.ibidem Iaſ.in l.Labeo.ff.de pact.
55 Item poterit implorare officium iudicis is,qui iuſtam habet exceptionem per gloſ. ſingula-
rem in l.ſi contendat.ff. de fideiuſſo. ſecundum Angel.in rubr.de excep.in inſtitu.14. principali

Iuſtam habens exceptionem officium iudicis implorare poteſt.

q.verſic.quarto aduertendum,quam approbat Bart.in l.ſi finita.§.eleganter.ff.de damno infect. &
in l.vna.de condict.ex lege,ſiue ſuper actione perſonali ſiue reali.Dec.& alij in c.ſi autem.in fin.
de reſcript.& in c.præſentia. in 3.no. de proba. alibi plena manu de his cancellationibus inſtru-
mentorum dicam:vide formam libelli per Bal.in l.2.C. ne filius pro patre:nos tamen concludi-
mus : vt inſtrumentum cancelletur, & ſic cancellatum debitori reddatur : & iſtæ cancellationes
inſtrumentorum in patria iuris ſcripti ſunt frequentiſsimæ in Forenſi iudicio, vt ibi vidi ſæpius
agitari multas quæſtiones.

Dielicitatio nis an oppoſitio debeat admitti: & praxis ad ſe opponendum quando omiſerat.

56 Quæro ſi debitor inter capiendũ pignora non ſe opponat,tunc ſeruiens illi præſtituit diem
ad vendendum illa pignora capta,& in loco publico & conſueto : venduntur,ac dantur plus of-
ferenti,vt vulgo dicitur, *au plus offrant,& dernier encheriſſeur* , ſecundum ſtilum & conſuetudines
locorum,ſed ſi die,qua bona capta apparitor licitanda vult, pars ſe opponat,ſeruiens à venditio-
ne ceſſare debet,& breuem diem opponenti præſtituere,quo die cauſſas oppoſitionis dicere de-
bet:aliâs perficitur executio. ita vidi ſeruari. Vel quando non ſe oppoſuit tempore , quo bona
ſua capiebantur,poteſt poſteà facere citare partem coram iudice,ad deferendum literas executo-
rias cum executione,ac(vt dicunt)expletis,& ad audiendum & videndum eum, recipi ad oppo-
ſitionem,ſed apud Grapherium in hac patria ſe opponit : & demum parti notificatur,& dies aſ-
ſignatur,alia multa hic præſcriberem,ſed vtilia tantum & neceſſaria proſequar.vide effectus op-
poſitionis in artic.vlt.tract.de ſenten.prouiſional.

Appellations quelz conques.

GLOSSA DECIMA.

Statutum prohibens appellationem an valeat.

ET ſic patet valere ordinationem,ſtatutum,vel conſuetudinem prohibentem ab inſtru-
menti executione appellari teſte Bal. conſil.422. Quæritur. in 5. vol. niſi quod ſedem
apoſtolicam.c.venientes,de iureiu.poterit tamen ex iuſta cauſſa tali ſtatuto,vel ordina-
tione non obſtante appellari,ſecundum eum.gl.& doct.in l.2.C.ſi contra ius.vide ple-
nè doct.in rub.de appel.in Decretal.Ego ſcripſi in præfa. ad tracta.de ſenten.executio. quòd hic
non prohibetur appellatio,ſed ea non obſtante executio fit,& poſteà quis proſequi ſuam appel-
lationem poteſt:vt inferius explicabitur,& ſi in fine cauſſæ conſtet de bono iure debitoris,con-
demnabitur actor in expenſis,damnis,intereſſe executionis factæ.

Condẽnatio expẽſarum non ſolet fieri in ſententia prouiſionali.

2 Et ideo in prouiſione regulariter non ſolet eſſe condemnatio expenſarum , quia incertum
eſt adhuc de iure vtriuſque,quod poſteà liquidum redditur in proceſſu.

Praxis plana ad exequendum.

3 Notandum de conſuetudine ſeruari, quòd ſeruiens in hac executione præcipit parti, vt ſol-
uat ſummam contentam in inſtrumento ſigillato,vt ſuperius expreſſum eſt : quòd ſi pars recu-
ſet,apparitor capit bona illius mobilia,quæ pignora dicũtur,ſi pars ſe opponat,etiã non obſtãte
oppoſitione pignorat.ſi verò pars,eo quòd ſeruiens non recipit oppoſitionem,appellet,ab exe-
cutione apparitor deſiſtet propter appellationis reuerentiam:licet quidam dicant ita demum re-
cipiendam appellationem,ſi manus curiæ repleta ſit.Ego tamen contrarium vidi ſeruari,ſed ſi ſe

A manus munitione non appellatur. Areſtum.

4 oppoſuerit pars facta munitione manus,aſsignabit ſeruiens diem opponenti.† De quo vide
areſtum quòd addit Ioan.Gallus in quæſt.per areſta.quæſt.25. vbi dicit à manus munitione non
5 eſſe appellandum,quia authoritate legis Regiæ fit. † Non debet igitur appellare non reiecta
oppoſitione : ſi tamen pars appellaret ſine oppoſitione,ſolet curia ſuprema appellationem con-
uertere in oppoſitionem,& poſteà ſuper illa pronunciare:ſed curia inferior hoc non poſſet ſine
literis Regiis,vt ſcripſi in procemio concord. in verbo ſummas:ideo inferior pronunciaret ma-

Appellare non licet ſine oppoſitione. Areſtum.

lè appellatum,vt not.Panor.in c.cùm ſpecialis.vlt.not.de appellatio.facit l.1.§.ſi quis.ff.quando ap-
pella.ſit.ibi excuſationem allegandam,quę ſi fuerit repulſa, tunc demum appellare debebit:cęte-
6 rùm antè fruſtra appellatur. † Et ſi apparitor exequatur ante præceptum de ſoluendo parti
7 factum,malè executũ pronunciauit Senatus anno 1540.die 6.Aprilis poſt Paſcha.† Item per
iſtum text.dicerem,quòd ſi quis opponat,vel appellet,his non obſtantibus debitor manum gar-
nire debet:& hoc probbat alternatiua (*ou*) quod idem eſt quod aut vel,ad veritatem cuius altera
pars ſufficit l.ſi hæredi.ff.de condict.inſtit.c.2.& 3.de reſcript.plenè ſcripſi in l.ſæpe.ff.de verb. ſi-
gnificatio.Si tamen reus prius opponeret,& quia ſeruiens non vult admittere oppoſitionem,ap-
pellet,tunc reus non garniet manum:quia iſte text.loquitur alternatiuè,ſecus ergo ſi copulatiuè,
vnde non immeritò hic text.poſuit *ou appellations*.Secus ſi text.dixiſſet, *oppoſitions & appellations*,
tamen quia omni appellationi defertur in Francia , vidi etiam propter ſolam appellationem ſer-
uientem ceſſaſſe ab executione. { Statuit tamen Carolus ſextus , ante manus munitionem & vt
dicunt , *auant que la main de iuſtice ſoit garnie*,appellationem non eſſe recipiendam, anno 1385. die
3. Octobr. in antiq.lib.ordina.patet fol.112.}

Omnibus præcipere debet apparitor. Areſtum.

8 Debet etiam ſeruiens & apparitor omnibus & ſingulis debitoribus præcipere, vt ſoluãt com-
mune debitum,aliâs ſi vni tantùm præcipiat , & eo recuſante hæreditatem,vel bona communia
capiat,malè capta etiam pronunciauit hic Senatus anno 1534.die 16. Martij : quia vnus potuiſſet
ſoluere , ſi ei præceptum fuiſſet,& ſic executio ceſſaſſet. Nam vnus ex dominis ſeruitutem vel
grauamen rei imponere non poteſt.l.2.ff.de ſeruitut. videte quæ ſcripſi in l.rectè dicimus.§.fin.
ff.de verb.ſignific.

Intellige

9 Intellige non obſtantibus appellationibus inſtrumentum exequendum,ſiue fuerit vna, ſiue plures.l.3.§.negot.ſic accipere debemus,ſiue vnum,ſiue plura.ff.de nego.geſt.ſcripſi in gl.concorda.Franciæ.in §.præfatique graduati.in verb.nominationis, de collat.quamuis tex.iſte loquatur in plurali,vt ſuperius dixi,in verbo,*d'obligations*.habet tamen locum etiam in ſingulari.

10 Etiã poteſt intelligi faciendam executionem,quamuis is qui illam procurat plus deberet alteri,quàm is,contra quem fit executio, quia compenſatio in hac conſuetudinaria patria non fit ſine literis regiis,id eſt ſine principis conceſsione:vt fuit deciſum in Senatu.anno 1541.die 29.Iulij.ſed an in patria iuris ſcripti?Reſpon.etiam compenſatio,antequàm manus muniatur, nõ poſſet in patria iuris ſcripti impedire executionem,licet poſteà coram iudice opponi poſsit ſine literis regiis.l.2.& l.ſi conſtat.C.de compenſatio.vide Aufre.in deciſ.Tholoſan.quęſt.93.& ſuperius in proxima gloſſ.dixi.

Compenſatio an executionem impediat & quando fieri poſsit.
Areſtum.

11 Item quamuis prohibita ſit appellatio quoad principalem,& eius hæredes,non tamen quoad tertium.Nam ſi fuerit dictum contra Titium opponentem,& executionem perficiendam,& bona vendenda,is non appellabit:& ſi appellet,non obſtante appellatione vendentur bona:ſecus ſi tertius appellet:vt conſuluit Franciſqui. Curtius conſil.179.præſupponitur.num.6.volu.2.plura ſcribit Feli.in c.cauſſamque.de teſtib.& in c.meminimus.col.3.nu.12.de accuſa.nota tamen quòd tertius aſsiſtẽs,ſeu adiungẽs ſe proceſſui,debet accipere cauſſam in illo ſtatu,in quo eſt,& ſi alius erat excluſus ab aliquo articulo. Hic & ſuperueniens, ſi ſciuerat cauſſam agi,alioqui contra.per c.cùm ſuper.vbi doct.de re iudic.Ioan. Fabr.in l.principaliter.C. de libera.cauſſa.& ſic iudicauit Senatus anno 1543.die 26.Aprilis.{Imò dicit pulchrè Bal.per illum textum,in l.ſi pro te.C.de dotis promiſſ.quòd dum inſtrumenta garentigiæ habent executionem paratam, debet intelligi ad inſtantiam creditoris principalis, non autem ad inſtantiam tertij, cuius tamen intereſt. Quod probat Iaſon in l.3.in prin.ff.de tranſact.}

Tertius nõ prohibetur appellare
Areſtum.

12 Et ſi opponens non compareat in termino præſtituto,iudex ſolet ſtatuere inceptam executionẽ perficiendam,dummodo executio fuerit facta præſente debitore,vel in ſuo domicilio pręſentibus conſanguineis maioribus illius debitoris,vel requiritur quòd ſeruiens figat pro foribus diem præſtitum,& alia expleta:vt vidi ſeruari,& ita eſt in conſuetu. Bitur.rubr.*des executions.* art.2.in not.{Non debet tamen iudex dicere executionem perficiendam, ſeu manum garniendam, non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus factis & faciendis, quia non poteſt appellationes tollere nec eas impedire quo minus emittantur.cap. venientes. de iureiur. Vnde Senatus Pariſ.anno 1536.die 6.Martij,ſententiam iudicis Pontiſaræ irritauit,qui ſic iudicauerat.}

Et ſans preiudice d'icelles.

CLOSSA VNDECIMA.

1 IN hac ergo executione iudex non admittit cauſſam, cur nõ debeat fieri executio: vt in ſimili dicit text.in l.1.§.in hoc.ff.de liber.exhiben. niſi manu munita vt ſequitur in glo.ſeq.& plenè declaraui in §.1.in eadem glo.tract.de ſenten.præiudicial.ſeu prouiſional.inferius hoc tomo.

2 Sed an teneatur iurare is, qui habet inſtrumentum obligatorium, quòd ſumma in eo contenta ſit debita?videtur quòd non: quia inſtrumentum eſt probatio probata.l. cum precibus.C. de probatio. vbi plenè Bal.nec quidem valeret conſuetudo,vt iuramentum deferendum ſit poſt probationem plenam.tex.ſing.in c.2.de probatio.

3 Reſpon.non teneri creditorem habentem inſtrumentum,hoc iurare ad probationem,& ita intelligi debet ille text.quia inſtrumentum ſatis per ſe probat: verùm ſi pars dicat velle ſtare iuramento creditoris, an ei aliquid fuerit ſolutum, & an totum debitum adhuc reſtet, tunc ex æquitate creditorem teneri iurare:vt purget conſcientiam ſuam.Iudicauit Senatus{in magna claſſe} me præſente anno 1539.die 12.Maij.quod tendit ad elucidationem eorum, quæ ſcribunt iuris interpretes in d.c.2.de proba.& in l.admonendi.ff.de iureiuran.

Iurare an teneatur habens inſtrumentum obligatorium.
Areſtum.

La main ſoit.

GLOSSA DVODECIMA.

1 INtellige manum iuſtitiæ, & eſt phraſis Gallici ſermonis,volens dicere,quòd debitor debet ad manum apparitoris res porrigere:vt pendente proceſſu res illas non conſumat,nec loquitur hìc de manu regia,de qua ſcripſi in rubr.de regia ad præla.nominatio.§.1.in glo.in manibus in concorda.plenius in l.Labeo.1.ff.de verb.ſigni. vbi phraſes quibus iuriſconſul.vtuntur congeſsi.

Garnire manus cur debitor teneatur.

2 Sed dicet aliquis,de quo muniri manus debet?Reſpon.de re mobili ſufficiẽter, licet nõ exa-
3 ctè ad valorẽ debiti.† Nẽpe ſi nuncius velit capere pignora notoriè debitũ excedentia,illi reſiſti poteſt.teſte Bar.in l.penult.C.de executio.& actio.li.12.quẽ ſequitur Corſet.ſingulari incipiẽ. Officialis.2.docto.in l.defenſionis.& l.prohibitum.per illa iura.de iure fiſc.li.10.ſed hoc non obſeruat Gallorũ obediẽtia:ſed appellãt debitores ab illa executione indebita,& torcionnere,& obtinẽt in cauſſa appellationis,qui ſi viatori reſiſterẽt,punirẽtur:& ideo vidi in forẽſi iudicio ſeruari,ne liceat priuatis arma inferre cõtra iuſtitiã,cùm ſuperior adiri poſsit per viam appellationis.

De quo muniri manus debet.
Reſiſti an poſsit apparitori excedenti.

4 Imo ſi iudex per decretum dat fundum maioris pretij inſolutum pro minori pretio, quàm

ſit,non extinguitur debitum etiam pro rata:ſed vitiatur datio in totũ.l.ſi non ſortem.§.ſi centum. vbi Barto.& Iaſ.ff.de condict.indebit.Decius conſi.403.Quamuis.nu.21.& in l.cùm amplius, de regul.iur.vbi limitat.

5 Quæ intelligerem vera,quando viator habens rem centum aureorum, & debitum etiam eſt centum aureorũ,aliam rem caperet maioris valoris,tunc diceretur excedere:ſecus ſi vna res non eſſet niſi octoginta aureorum , alia quinquaginta : quia licet duæ res excedant,vel vna,quæ erat ducentorum aureorum,capi tamen poterunt per gloſ.ſing.in authen. & qui iurat.in verbo iuxta menſuram.C.de bonis auto.iud. poſſid. ſecundum Floria. in l.quemadmodum.§.magiſtratus.ff. ad legem Aquil.& praxis Franciæ non iſta ſeruat.

Summa rei uẽditæ excedens debitum in expenſis computatur.

6 Illud quod excedet debitum,pro expenſis cedet:vt ait Maſue.in tit.de executio.§.item executio poteſt fieri, & hodie per ordinationes nouiſsimas iſta non debent exactè ſeruari,ſed omnibus
7 modis cogi debitor ad ſoluendũ debet,vt inferius dicetur.artic.11. & ſeq. † Item antequàm
debitor opponens audiatur,debet interrogari iuramento mediante,an alia habeat bona mobilia, ex quibus ſufficienter ſatisfieri poſsit,qui ſi iurauerit ſe non habere alia bona mobilia, tunc immobilia capi poterunt,vel ſi latitauerit, & occultauerit bona , cogi poterit illa deferre,& ad mulctam condemnabitur:vt in conſuetud.Bitur.not.artic.24.& ſeq.rubr.de executio.in no.

8 Si tamen aliquid pretij ſupetſit facta venditione,debitor illud à commiſſario repetet conditione ſine cauſſa. per rub. C. de condict.ſine cauſſa.quod interdum tam difficile eſt , quàm fuit olim clauam de manu Herculis eripere. Et ſi non ſint res mobiles, res immobiles capi poſſunt, iuxta l.à Diuo pio.§.in venditione.ff.de re iud.& inferius dicetur artic.11.& ſeq.

Pecuniã reprobam garniens nõ auditur.

9 Item pigneratio ſeu manus munitio facta de pecunia reproba,habetur pro non facta:& ideo non debet audiri opponens,niſi iterum pecuniam bonam deponat , tum quòd denarius falſus non ſit denarius.gloſſ.ſingu.in l.2.C.de hæret.abunde ſcripſi in l. Paulus.ff.de verborum ſignifi. & ſuperius:& non liberatur pignus per ſolutionem nummorum reproborum.l.& eleganter.§.qui reprobos.ff.de pignoratitia actione,& ita expreſsè conſuluit Bertrand.conſil.213.viſo caſu.volumi.ſecundo,ex noua editione.

Garnie.

GLOSSA DECIMATERTIA.

Garnire quid ſignificet.

Garnire dicitur vocabulo gallico quaſi replere,eo quòd manus iuſtitiæ debet eſſe rebus repleta,& onerata:vt eas poſsit poſteà ad creditoris vtilitatem licitare, & vẽdere, pecuniamque ex illis rebus prouenientem creditori tradere,quia debitor ſi illa bona poſsideret , fortè ea conſumeret lite pendente : ob id bona tradere debet apparitori exequenti.

Apparitores intra quod tempus executionem facere & reddere partibus debeãt.

Dubitari vidi de apparitore,intra quod tempus executionem facere debeat : Reſpon. videtur quòd illo die,quo recepit inſtrumentum obligatorium,vel ſaltem die ſeq.argu.l.eum qui calendis.ff.de verb.obliga.vel inſpecta diſtantia locorum quàm citò commodè facere poterit.c.quàm ſit.de electio.in 6.& hoc reſidet in arbitrio iudicis.arg.l.continuus.§.1.ff.de verb. obliga.& ſimulatque fecerit executionem , inſtrumentum , & alia parti reddere debet : quod etiam eſt arbitrarium iudic.nam ſi intra diem oppoſitioni pręſtitutum parti non reddiderit,ad expenſas,damna, & intereſſe condemnari debebit vt eſt in d. conſuetudi. Bituric.No.ſtatutum in rub.*des iuges*.art. 30.idem iuris putarem,ſi intra diem reſtituerit,ſed non potuit pars ob temporis breuitatem eam executionem curiæ præſentare.Not.per illum tex.in l.Diuus.ff.de in integr.reſtitu.

Hic quia de praxi loquimur,practicantium nominibus vti licebit,non inſpecto latinæ linguæ rigore,vos boni quęſo,conſulite,& vtilitatem potius quàm verborum fucos amplectimini.Quidam pro garnire,munire dicunt : de quo iuriſcon.in l.1.§.ripa.ff.de fluminib.& l.1.§. ſunt autem. ne quid in flumi.public. etiam pro reficere ſumitur.in rubr.ff.de ripa muniend.& in l.3.in fin.de itinere actuque priua. & curiæ eccleſiaſticę ad muniendum condemnare ſolent , ad primam reſpicientes ſignificationem.

Reaulment & de faict.

GLOSSA DECIMAQVARTA.

Realiter quid ſignificet.

Id eſt realiter & cum effectu,& non verbo,quia pars tenetur tradere cum effectu pignora,& res:& non ſufficeret ſi verbo diceret trado tales res,per hoc verbũ *reaulment*. Et hoc declarat etiam verbum ſequens,*Et de faict*.verba cum effectu accipienda ſunt, l.1.ff.quòd quiſque iuris.Sicut habere cum effectu accipitur.l.nomen.§.fi.ff.de ver.ſi-
2 gni.vbi dixi.† Hoc procedit in mobilibus,in immobilius verò ſufficit debitori,ſi verbo dicat,
trado, vel cape tibi tale pratum,domum , vel fundum licitandum. nam realiter & de facto tradere dicitur,ſi illius rei vel rerum vacuam tradiderit poſſeſsionem,& commiſſario reliquerit.argu.l.datio.§.1.ff.de actio.emp.& inferius ſuſius explicatur,facit quòd conſuluit domi. Geminia. conſil.206.ſuper dicto.col.1.

Bona capta apud debitorem relinqui non debent.

3 Alij habent in textu *Royaulment*. Et vult dicere, quòd manus debet eſſe repleta regulariter, id
4 eſt manus regia debet garniri regaliter, id eſt planè, & ſine difficultate. † Quaſi velit dicere,
quòd pignora ſiue res non debẽt relinqui debitori, ſed ne cõſumat,alij tradenda ſunt ſub manu tamen regia,etiam ſi debitor ſe conſtitueret emptorem bonorum iuſtitiæ , vt fuit areſto deciſum

anno

5 anno 1515.die 26.Februarij. † Per quod fuit etiam prohibita prouiſio bonorum apud debi-
torem,conſtituendo ſe emptorem.hoc tamen de voluntate creditoris , vidi aliquando fieri. Sed
6 primum verbum eſt communius *reaulment*. † Et ſic antequàm quis garniat audiri non ſo-
let,ſed ſi ſemel bona tradiderit,& demum oppoſuerit,non vendentur bona antequàm ſuper op-
poſitione cognitum fuerit, & à iudice permiſſum:vt vidi ſępius ſeruari:quia lite pendente nil eſt
innouandum,vt in rubr.C.vt lite pendente.Et inferius dicetur.
7 Si tamen condemnatus ad garniendum,intra certum tempus non garniat , iudex condem-
nabit illum ad ſoluendum,niſi cauſſam legitimam doceat,quare iudici non obtemperauit.Vt eſt
ſtatutum in conſuet.Bitur.rub.de executio.artic. 13. facit l. ſi cum exceptione. §. hæc autem.& §.
quatenus.ff.quod met.cauſſa & l.qui reſtituere.De rei vēdica.ff.{& ſic cenſuit Senatus anno 1466.
die 8.Februarij vt refert Aufrer.in ſtilo.parlam.areſto 266. item in parlamento incepto. {& tunc
debitor nullam petet cautionem,nec petendo eam haberet : ſecus ſi ad iudicis præceptum garni-
uiſſet,ſed tutius eſt ſententiam garnimenti executioni dare,ſi bona ſint.alioqui poteſt peti ſolu-
tionis ſententia,vel quando creditor non inueniret cautionem:ideo die 20.Iunij,anno.1544 fuit
quidam condemnatus ad ſoluendum centum libras ſingulis annis parti , donec garniret totam
ſummam:in qua prius erat condemnatus & erat in mora,& iſti centum aurei non computabun-
tur in ſorte , cum ipſe poſt condemnationem garnimenti curiæ non obtemperaret : ideo fuit
etiam ad mulctam centum librarum Regi condemnatus.{ Notandum eſt,quòd ad garniendum
non ſolet condemnari theſaurarius,vel receptor in eo,quod recepit ad exponendum in vſus do-
mini, quatenus docet expoſuiſſe, alioqui ſemper ipſe condemnaretur, & vt dicunt, *vn comtable*
ad ſoluendum,antequam de expenſis oſtēderet,quod iniquum eſſet,& ita vidi in praxi ſeruari.}

Areſtum.

Vendi bona poſt oppoſitionē & ea non finita non debent.

Nō garniēs ſoluere tenetur.

Areſtum.

Et que par quelzques inhibitions generalles (ſi elles ne ſont au cas particulier) que l'on ne differe de paſſer oultre.

GLOSSA DECIMA QVINTA.

1 VVlt dicere textus , quòd non obſtantibus inhibitionibus vltrà procedetur , videlicet
ad venditionem bonorum.Quia generales inhibitiones non impedient executionē.
2 † Et generales dicit,quando nō narrato caſu principali,inhibetur. Speciales verò
quando in caſu particulari ſunt , videlicet reus appellauit à ſententia garnimenti , &
ſuperiori narrauit,quòd erat minor tempore obligationis,& tamen talis iudex per modum pro-
uiſionis cōdemnauit eum:ob id inhibetur,ne interim habeat vendere bona,nec vltrà procedere.
3 † Et ſic patet quòd ſuperior in his non debet inhibere:quia non poteſt derogare his ordina-
tionibus diſponentibus executionem faciendam,& inferior legem ſuperioris non tollit.clem.ne
Romani.de elect.Ex cauſſa tamen poteſt inhibere vt hìc,& ideo iſtæ inhibitiones ſpeciales cum
4 cauſſa factę hìc approbantur,& permittuntur, quia cum cauſſæ cognitione fiunt. † Et plus
ſolet timeri quod ſpecialiter prohibetur,quàm quod generaliter. c.quanquam.23. diſt.c. quia in
5 cauſſis de procura.c.1. de reſcript. † Vnde ſi curia cum cauſſæ cognitione inhibuerit poſt
appellationem receptam,apparitor nō debet vltrà exequi,nec procedere,aliâs puniretur , quia in
contemptum curiæ hoc facere videretur,& de his inhibitionibus alibi dicam : vide Benedict.de
6 Barzis in tracta.de garentigia.q.vlt. † Vbi dicit an poſſit haberi recurſus ad iudicem eccle-
ſiaſticum per viam denunciationis Euangelicæ,& puto quòd non:quia iſta lex non tollit defen-
ſionem,ſed differt quouſque debitor manum garnierit,id eſt tradiderit bona apparitori exequen-
ti ,& poſteà oppoſitionem vel appellationem proſequetur. alia videbis in artic. ſeq. quem pro-
ſequor.

Inhibitiones generales nō impediūt executionē, & quæ generales & ſpeciales dicuntur.

Denūciatio euangelica an locū hic habeat.

Françoys. Artic. L X V. *Des publiées* 1539.

Articulus ſecundus.

Que les lettres obligatoires, faictes & paſſées ſubz ſeel Royal, ſeront executoires par tout noſtre Royaulme.

GLOSSA VNICA.

1 REgula ergo eſt , quòd literæ obligatoriæ ſigillo ſignatæ Regio , habebunt executio-
nem in toto Franciæ regno,& in qualibet eius parte,ſiue regatur iure ſcripto,ſiue cō-
ſuetudine:& hoc in Aruernia dicit ſeruari Maſuer.in rubr. de executio. verſic. Item
executio poteſt.& in Burgundia. Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in rubr.*des fiefz.* §. 1.
gloſſ.*dedans l'an*.nume.10.& §.3.gloſ.vltima.*des rachaptz*.& Aureliæ Ioan.Pyrrhus.rubr. de execu-
tio.inſtru.arti.3. & ſeq.& Pariſiis ipſe ego vidi ſeruari,& hodie in toto regno ſeruabitur per hunc
textum,ibi *par tout noſtre Royaulme.*
2 Ratio eſt cur ab executione incipitur,ne debitor proceſſu pendente bona conſumat ſua,vel
donet, vendat, vel alio diſponat modo , occultet , etiam ne interim multas ſibi emendicet exce-
ptiones,& eas perperam opponat. teſte Aufre.in ſtylo parlamenti. in prima parte rubr. de exce-
ptio.§.& de ſtylo.etiam quia illud inſtrumētum iam eſt probatum per ſigilli appoſitionem, ergo

Literæ obligatoriæ executionē habent in toto regno, & quare.

Ratio executionis faciendæ.

3 reprobari amplius non debet.l.in arenam.C. de inoffi.teſt. † Et quia hoc inſtrumẽtum vim
habet ſenteotiæ,quę tranſiuit in rem iudicatam,& ſic exequi poteſt,ſicut res iudicata.Et quia lex

In Delphinatu, Normania, & Britannia, an hæc executio fiat.

4 Regia hoc ſtatuit,ſeruãda eſt in toto regno,cùm ſit lex geoeralis in eo.l.2.C.de legib. † Sed
an in Delphinatu hæc executio ita fieri debeat?Reſpon.non,quia ſolet Delphinatus exprimi, vt
in concordatis patet: etiam quia legibus propriis & ſtatutis regitur.Sed io toto regoo , de quo
5 ſcripſi in rubr.de oomina.reg. §.1. in gloſ.in regno. io concorda, † Seruabitur etiam hæc
lex regia io Vaſconia, Normania, & Britaonia , niſi ſit ibi alia lex contraria , à Rege approbata,
tum quia iſta lex generalis eſt, tum etiam quòd prouincia vel comitatus additus Regno,legibus
Regni viuere,& regi debet:vt firmat Bart.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff de pigno.actio.& in l.ſenatotum.de dignit.lib.12.C docto. in l.1.ff.de lega.1.& Albert. Brunus.in tract. de augmento.9.
cooeluſio.princ.

6 Intellige , ſiue eſſent vnicæ literę, ſiue vnum inſtrumentum,ſiue plura ; quia mos loquendi
inoleuit , vt vnicum inſtrumentum vocemus literas c.poſt ceſsionem. ibi per literas. vbi Barba.
not.de probatio.facit c.literas.de reſtitu.ſpolia.l.per literas.C.manda.& in prologo bibliorum.c.
1.fortè quia inſtrumentum multas continet.literas,id eſt characteres,ob id vulgus vocauit literas,
lettres in plurali,diſtingue tamen vt dixi ſuperius in prefatio.huius tracta.

Exterus executionẽ patitur.

7 Primò amplia etiamſi exterus,Hiſpaous, fortè vel Anglus , ſit obligatus in Francia hoc inſtrumento ſigillato,nempe executio fieri poterit in bonis illius , quæ in regno habebit : vt docet
Bald.conſil.461.inter Ioan.in 1.volu.& per text.io l.ſi fundus.ff.de euictio.vbi dicit inſpiciendam
conſuetudinẽ loci contractus.vt l.exigere.ff.de iud.Idem tenet Guido Papæ. in deciſ. Delphinal.
q.262.Conſuetudo.Panor.Prępoſit.Feli.& alij.in c.1.de ſpõſal.Et quia hæc ordinatio vult,quòd
in toto regno exequatur,non excipiendo perſooas , ergo vult comprehendere etiam perſonas
exteras,io regno tamen exiſtentes:quia dum ſunt in regno,legibus regni ſubditæ ſunt. c. illa.11.
diſtinctio.nec in hoc melioris eſſe debent cooditionis,quàm regnicolæ, alioqui Gallos facilè deciperent,ſi eos oporteret extra regnum conuenire.

Executio an cõtra clericos fieri poſsit.

8 Secundò amplia,vt etiam cootra clericos hæc exequutio fieri poſsit teſte Barto.& aliis in l.1.
verſi.quintò quæro vtrum ſtatuta.C.de ſumma trioit.& Bal.ibi nu.10.& conſi.227.honeſtus vir.
col.vlt.io 1.vol.Peruſ.in regula,poſſeſſor.de regu.iur.io 6.Ioan.Phyrrhos in conſuet.Aurelia.eo.
tit.c.3.Benedi:.in repet.c.Rayoutius.in verb.& vxorem.num.333. de teſta.D. Ioan. le Cyrier. in
tracta.de primogenitura.quęſt.24.lib.1.docto.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.

9 Ratio eſt:Quia ſicut clerici laicos compellunt per executionem,& iuuantur iſta ordinatione,
ita & contra eos executio fieri poterit.argu.text.in c.ſi in adiutorium.10.diſtio.& rub.quod quiſque iuris ff.Et c.cùm omoes.de conſtitu.Bald.in l.1.in fi.C.de contrahen.empt.dicit, quòd dum
clerici volunt vti ſtatutis laicorum quoad commoda,debent etiam ea ſeruare quoad onera.idem
Bal.in l.omni.in fi.C.de ſacroſanct.eccle.Sic conſuluit Soci.conſil.97.abunde.col.3.vol.1.Abundantius dico in præfatio.ad ordioa.regias ſuprà.in gl.1. quando clerici ligentur ordioationibus,
& legibus Regni,vbi poſui regulam cum limitatiooibus.

Clericus in pſonã obliga an capi poſsit.

10 Intellige tamen , quòd perſona clerici capi non poſsit , etiam ſi eſſet in perſonam obligatus,& curiæ parui ſigilli : quia clerici perſooa per laicos diſtringi non poteſt.c.Si diligenti. & c.
ſignificaſti.de foro cõpet.c.vno.de cler.coniuga.in 6.Bal.conſi.80.clericus.in 2.vol.Io.Fab.in §.fi.
ioſtit. de actio.Guido Papę in deciſ.Delph.q.61.Soci.cooſi.97.abunde.in 1.vol.quia laicis iudicibus dicitur nolite tãgere chriſtos meos. (nec bona debẽt eſſe magis priuilegiata quàm perſona.)

Areſtum.

11 Solet tamen clericus hodie, ſi in perſonam fuerit obligatus,à iudice ſeculari prehendi, & ad
carceres epiſcopi duci, & ibi detineri, quòd ſi oihil habeat , poteſt vti beneficio ceſsionis per c.
Oldradus. de ſuluno. vel petere vt termious ſoluendę ſibi pecunię pręſtituatur. (& ita cenſuit
Seoatus anno 1550.die 20.nouembris in magna camera) Et an ſi clericus ſuccedat laico obligato,
poſsit aliquas exceptiones ex perſona ſua opponere.Scribnot Do.de Rota.deciſi. vnica. rubr. de
foro competen.in deciſ.Beroard.de Biſgneto.

Mobilia clericorũ capi nõ poſſunt.

12 Secundò intellige,vt bona clericorum mobilia capi non poſsint, nec in illis executio fieri:
vt patet io ordina.1.Philippi pulchri rub.*des biens des prelatz, & clercz non mariez.* & infra eodem
abundantius ſcribo in fin.huius articuli.

13 Secus ergo in immobilibus,quę dicunt practici eſſe ſubiecta cooſtitutionibus, & ordioatiooibus Regiis,in Franciæ regno.per dictum Bal.inhæreodo illi tex.in c. cùm veniſſent. de eo qui
mitti.in poſſeſſ.& Chaſſa.in cooſuetud.Burgund.in rub.*des iuſtices.*§.4.gloſ.1.in fi.in rub. *des ſucceſsions,des baſtardz,*§.20.ac rubr.*des mains mortes.*refert.

Religioſi an exequi poſsint.

14 Imo etiam exequutio poteſt fieri contra religioſos in eorum bonis temporalibus , vel in
redditibus beneficij,& aliis fructibus à ſolo nondum ſeparatis:vt docet Maſuer.io rub.de execut.
§.item executio poteſt fieri.per c.olim.2.de reſtit.ſpolia.vbi plenè Panor.& text. in c.peruenit. de
fideiuſſo.& Benedict.vbi ſuprà,& ſi oihil aliud habeant,debet eis prouideri, ne fame pereant , &

Areſtum.

veſtibus careant:vt fuit prolatum Areſtum in Senatu Pariſien.anno 1510.die 3.Februar. Etiam ne
ſub velamine priuilegij,religioſi & alij clerici æs alienum conflent , ſcieotes ſe non poſſe compelli,& poſteà laicos rideant.

Nudo pacto promiſſum in inſtrumẽ

15 Tertiò,amplia executionem fieri poſſe,etiam contra obligatum nodo pacto, inſtrumeto tamen ſigillato regio ſigillo:quia veſtiri literis cenſetur,& hac ordinatione. Nam legitima cõuentio eſt,

tio eſt, quæ lege aliqua firmatur l. legitima. ff. de pact. & hoc docet Bald. in l. 2. in fi. C. de executio.
rei iud. Rauen. in alphab. in verbo, Statutũ. in fi. Imol. in l. fi. nu. 3. ff. à quib. appella. non licet. Et Iaſ.
16 in d. l. legitima. col. 2. vbi aſsignat rationes. Hęc tamẽ ampliatio fruſtratoria videtur. † Nam
hodie notarij ſolent ſtipulationem in inſtrumentis inſcribere, vt vix vnum inſtrumentum no-
tarij inueniatur nudo pacto factum: & nuſquam vidi vnum ſine ſtipulatione à notariis confe-
ctum. (§. item verborum. de inutil. ſtipula. in inſti. doc. in l. lecta. ff. ſi cert. petat.)

to eſt exequendum.

Stipulationes in inſtrumẽtis adijci ſolent.

17 Quartò procedit etiam ſi eſſet factum à procuratore, nomine tamen & mandato domini,
tunc etiam executio domino fiet: vt ſcribit Bart. & alij in l. poſſeſsio. §. & ſi poſſeſsio. per illum
text. ff. de acquir. poſſeſſ. l. in cauſſæ. §. fi. de procura. ratio eſt: quia ſicut in iudiciis acquiritur actio
domino ſine ceſsione, ita & in hoc actu. glo. & docto. in l. in cauſſæ. in fin. ff. de procura. Alexan.
in l. apud Iulianum. §. fi. ad trebel. Benedic. de Barzis in tracta. de garentigia. q. 7. ſecundę partis.
18 Idem iuris eſt ſi à tutore, nomine tamen pupilli inſtrumentum factum fuerit: vt pupillo exe-
qui poſsit, & idem in curatore, vt firmat Bald. in additio. ad Speculato. in titul. de appella. verſic.
tutori. col. 1. circa dicta extrauagantia. Nam poſtquam eorum approbatur poteſtas in aliis, & in
hac obligatione approbata cenſetur: cùm tutor in re pupilli loco domini habeatur. l. qui fundum.
§. ſi tutor. ff. pro emptore.

Inſtrumẽtũ à procuratore, tutore, vel curatore factum etiam domino eſt exequendum.

19 Quintò etiam ſuper quibus fuerit indirectè cõfectum, vel tacitè habet executionem. Panor.
in c. cùm olim. per illum text. in vlt. not. de cenſib. Bal. in l. ad probationem. 1. C. de probatio. hoc
tamen non eſt verum, vt dico artic. ſequ. nec probat text. in d. c. cùm olim. intentionem. Panor.
quicquid ipſe dicat.

Super tacitis an poſsit fieri executio.

20 Sextò etiam ſi debitor offerat ſe daturum fideiuſſores, non euitabit executionem: quia vbi
ſolutione opus eſt, non ſufficit fideiuſſores dare. Et ſic executio fiet non obſtante fideiuſſorum
oblatione. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. quia noluit prætor obligationes ex obligationibus oriri:
vt ibi dicit Iuriſconſ. Et ita fuit iudicatum in hoc ſenatu Pariſien. die 27. Februa. anno 1515. vt re-
fert Imbert. in foren. inſtitu. pagina 22. ex 2. editione. alioqui liberum eſſet ciuilibet ferè euitare
executionem.

Volẽs dare fideiuſſores executionẽ non euitat. Areſtum.

21 Septimò ſi petierim à iudice vt compellat debitorem ad ſoluendum intra certum tempus:
tamen non videor renunciare, quominus poſsim petere executionem: vt probat Roma. conſil.
133. io præſuppoſito. per gloſ. ſing. in cle. ſæpe. in verb. partibus. de verbo. ſignifi. ſecundũ Barba. in
c. 1. col. 2. de libelli obla. & Feli. in c. ſi quis contra. col. 3. de foro compet. & not. in d. gloſ. Nam ſi-
cut ſuſpendere petitorium, intentatum & venire ad poſſeſſorium, liberum alicui eſt. clem. vna. de
cauſſa poſſeſsio. ita in iſto caſu licebit ad exequutionem accedere, ſi eam vtiliorem ſibi credat, vt
dicetur inferius articul. 6.

Conueniens debitorẽ nõ uidetur renũciare executioni.

22 Octauò etiam ſi inſtrumentum peteretur cancellari, & retractari tanquam vſurarium, adhuc
per modum (vt practici Franciæ dicunt) prouiſionis lite pendente exequetur. Ang. & alij ſcribũt
in l. 4. §. cõdemnatum. ff. de iud. Bald. in l. vna. C. ne liceat tertiò prouocare. col. penul. Soci. conſil.
79. licet pendeat. in 3. volu. quamuis Bald. firmet in l. conſulta. C. de teſta. iudicem eccleſiaſticum
poſſe inhibere, ne lite pendente ſuper vſuris inſtrumentum exequatur, & huic ſententię accedit
Imol. in c. cùm in iure. de offic. delega. Prima tamen ſententia ſeruatur in praxi, quia iudex con-
demnare ſolet per modum prouiſionis ad garniendum contenta in inſtrumento, niſi vſura ap-
pareat ex ipſo inſtrumento, quia tunc dicitur patens teſte Panor. in c. cùm olim. col. 2. de cenſib.
& manifeſta. & Barba. in c. ſi diligenti. col. 6. de foro competent. ideo non obſtante allegatione,
vſurę non notoriæ per modum prouiſionis condemnatio fiet, vt concludit Matthę. de afflic. in
deciſ. Neapol. q. 30. fuit dubitatum. & q. ſeq. & ſuper vſuræ cognitione remittetur ad iudicem ec-
cleſiaſticum: vt doct. ſcribunt in c. cùm ſit generale. de foro compet. & in cle. diſpendioſam. de
iud. quod vix, ſi inter laicos agatur, regales hoc faciunt.

Inſtrumẽtũ vſurariũ an ſit exequẽdum.

23 Nonò etiam ſi inſtrumentum non contineret reſtitutionis promiſsionem, ſed à iure intelli-
geretur, tunc poterit etiam exequutio fieri: vt ſi quis confiteatur in inſtrumento ſe habuiſſe mille
aureos in dotem, ſoluto matrimonio habebit exequutionem hoc inſtrumentum: licet nulla fiat
reſtitutionis mentio, quia à iure intelligitur, vt ſoluto matrimonio dos reddatur. in rub. ff. & C. So-
lut. matri. Albert. Brunus. in tracta. de forma & ſolennitate actus. rub. ex quibus conſiſtant forma
& ſolennitas. verſicul. cæterùm. quo ad nomina. Bald. in l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio.
vbi dicit ſe habuiſſe illam quæſtionem primo ingreſſu, quo intrauit palatium. Idem tenet Imol. in
l. 1. col. 3. ff. de his quæ in teſta. delent. & in l. ad probationem. 1. de proba. C. facit. l. ſi duo. §. fi. ff. de
iureiur. Alex. conſi. 126. repetitus. in 6. volu. Barba. conſil. vlti. col. 16. in 3. vol. & in repet. rub. C. qui
admitti. col. antepen. Iaſ. in §. fuerat. nu. 58. cum ſeq. inſtit. de actio. Anto. de cana. in tract. de execut.
inſtru. quęſt. 29. & Soci. conſil. 290. quoniam. in fi. volu. 2.

Inſtrumentũ non continens reſtitutionem an & quando ſit exequendum.

24 Vnde ſi mutuaui tibi decem, quę confiteris habuiſſe nomine mutui, conſtante inſtrumento
ſic ſigillato, non tamen promittis reſtituere, vel promittis non adiecto die, an fiat exequutio? Re-
ſpon. ſic, quia re contrahitur obligatio. §. 1. quib. mod. re contrahit. obliga. in inſtitu. & ſigillum in-
ſtrumento eſt appoſitum, & omnia ſolennia interuenerunt, ergo exequutionem habebit.
25 Sed maior eſt dubitatio quando fiet executio? Reſpon. gloſ. Bart. & alij in l. ſi pœnã. de verb.
oblig. ff. quòd elapſo tempore aliquo poterit conueniri debitor, nõ ſtatim. Nam aliàs ex tali mu-
tuo nullam haberet vtilitatẽ, & beneficio mutui deciperetur, potiuſquàm iuuaretur: quod fieri non
debet. l.

Quando fieri debeat reſtitutio, ſi dies non ſit adiectus.

debet.l.in commodato.§.ſicut.ff.commoda. Dec.in l.in omnibus obligationibus.& in l.cōtractus. ff.de regu.iuris.

Praxis executionis quã do non eſt promiſſa reſtitutio.

26 Ego dicerem,quòd ſi inſtrumentum non contineret promiſsionem reſtitutionis,vel contineret non adiecto die,ſed ſimpliciter,quòd tunc citandus eſſet aduerſarius:& petendum eſſet à iudice vt executionem permitteret in reum:& tunc iudex pronunciaret reo audito executionem faciendam per modum prouiſionis,& tunc inſtrumentum poſteà cum hac ſententia non obſtātibus appellationibus exequi poterit.Imò quidam dicunt iudicē poſſe permittere non citato reo, quia in oppoſitione reus dicere poterit.ob quam cauſſam execuutio fieri nō poſsit:ideo ad ſimplicem creditoris ſupplicationem hoc concedere poteſt,& ita ſeruant quidam iudices,ſed prima ſententia tutior eſt.

Executio quando fieri poſsit ſi inſtrumentū dicat ad creditoris voluntatem.

27 Si verò in inſtrumento contineatur reſtitutio ad creditoris voluntatem non adiecto alio die,quando volet,& vbi volet per l.Lucius.1.ff.depoſi.tunc exequutio rectè fieri poteſt elapſo tēpore,quo veriſimile eſt,vt ſoluere potuiſſet,ſi voluiſſet,ſicut de precario docet Panor.in c.fi.col. 2.de precario.Nēpe apparitor præcipit parti,vt ſoluat,& ſic volūtatem creditoris declarat.Quòd ſi debitor non ſoluat,tunc exequetur ſine mora viator:& ita mihi videtur dicendum, cùm hoc non plenè inueniam ſcriptum.

Alternatiuè debitum quomodo ſit exequendū.

28 Decimò etiam procedit,ſi deberetur alternatiuè conſtante inſtrumento ſic ſigillato,tūc ſeruiēs etiam poteſt præcipere debitori,vt ſoluat vnum vel alterum per ea quæ no.Bar.in l.Sticum. ff.de ſolutio.Et ſi vnum debitor tradat,non fiet exequutio in altero,ſed liberatur. iuxta not. in l. 3.ff.de eo quod certo loc.nec tolletur electio debitori per hoc inſtrumentū Regio ſignatū ſigillo.

29 † Si tamen debitor deberet decem,aut equum,vtrum creditor vellet, non poterit fieri exequutio,antequàm creditor dixerit vtrum voluerit. argu.l. ſi debens.ff. de compenſa.ibi. ita compēſatio admittitur,ſi aduerſarius palàm dixiſſet,vtrum voluiſſet.ob id apparitori declarari poteſt, qui poſteà notum faciet debitori,præcipiendo illi,vt ſoluat electum:quod ſi nō faciat,exequutio fiet in eum:vt hîc permittitur.

In curijs eccleſiaſticis an fiat exequutio.

30 Vndecimò etiam in curiis eccleſiaſticis ſolet debitor condemnari ad interim ſoluendum, ſeu ad garniendum,ſed remanet diſcrimen:quia in curiis ſecularibus oportet deponere,ſiue garnire in manibus creditoris cautione data.In curiis verò eccleſiaſticis debitor garnire ſolet in manibus curiæ:niſi aliud iudex pronunciauerit,vt interdum vidi ſeruari in hac Francia conſuetudinaria.Et hoc ſolet fieri ratione confeſsionis debitoris,qui poſtquàm confitetur,tenetur, nō ratione inſtrumenti: vt areſto fuit dictum in Senatu anno 1526. die 18. Auguſti. & 1527. die 27. eiuſdem menſis. Sed quamuis debitor non confiteretur,tamen garnire,vt prędixi, teneretur per has regni noſtri leges.

Areſta.

Certa quantitas promiſſa, eſt exequenda,etiā ſi reformari ex calculo poſsit.

31 Duodecimò etiam exequutio procedit, quando in inſtrumento eſſet promiſſa certa quantitas,cum hoc,quod ſi facto calculo minus deberetur,quòd illa minor quantitas cēſeatur promiſſa,tunc etiā in quantitate certa promiſſa inſtrumentum in illa habebit exequutionē.gloſ.in l.2.ff. de in diem adiectio.Bart.in l.Iulianus. in fin. de condict. indeb. quod ſignanter nota. quia ſæpe practicabis,vt ot verbis Socini in l.pecuniam.vlti.not.ff.ſi certum petat.hoc tamen rarò viſit curias noſtras,ſaltem non vidi vſuuenire.

Conductor licet allleget ſterilitatē, tamē interim garnire tenetur.

32 Item dixi exequutionem faciendam,& colonum condemnandum per modum prouiſionis ad ſoluendum,ſeu garniendum illud,quod in inſtrumento locationis promiſit, licet is allegaret ſterilitatē.de qua in l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati. Nam cùm inſtrumētum ſit liquidū, interim fieri prouiſio de hoc liquido debet:non ſimplex condemnatio.l.exceptio.C.loca.alioqui daretur colonis materia litigandi,& ſemper allegarent, vel allegare poſſent ſterilitatem, vt inſtrumenta locationis non exequerētur:nec eſt magnum præiudicium colono,ſi interim garniat:quia habet cautionem.& iſtud videtur æquius,licet pars contraria multis tueri poſsit iuribus.

Contra unū ex obligatis in ſolidum. executio fit .Areſtum.

33 Decimotertiò etiam fieri poterit executio in ſolidum contra vnum ex duobus correis ſic obligatis,ſi ipſi renunciauerint diuiſioni per text.in authen. hoc ita. C. de duobus reis. & anno 1527.die 19.Decembr. fuit condemnatus Ioannes Balue ad garniendum totam ſummam : quia illa verba in inſtrumento erant appoſita *s'eſt obligé pour luy & vn chaſcun d'eux ſeul, & pour le tout ſans diuiſion &c.*

Areſtum.

Si illa verba(*Sans diuiſion*)non fuiſſent appoſita in inſtrumēto,non conuenirentur in ſolidū, licet alia verba fuiſſent expreſſa,nec fieret executio,niſi pro parte.per l.1.& per totum.C. de duo. reis.vt fuit deciſum anno 1514.die 16.Iulij.vide Bald.in l.fin.col.2.C.de bon.autor.iud.poſsidend. de exceptione cedendarum actionum dixi in gloſ.*oppoſitions*,in fi.ſuprà artic.1.Iſtæ ampliationes nunc ſufficiant. Vertamus proram ad limitationes, poſtquàm dixero vobis in omnes cuiuſcunque conditionis & ſtatus poſſe ſic exequi,& teneri garnire, & ſic fuit dictum contra Reginam Franciæ anno 1375.die 10.Maij.quod eſt notandum.

Areſtum cōtra reginam ut garniret.

Inualidū inſtrumentum exequi non ſolet.

34 Primò limita quando inſtrumentum eſſet nullum. Nam quod nullum eſt, nullam habet executionem: vti expreſsim ſcribit Roma.conſil.42.viſis. Hippoly.conſi.53.quoniam. & conſil. 49.dominus.nu.40.& in rub.de fideiuſſo.nu.104.cum ſeq.per l.quartam.§. condemnatum.ff.de re iud.vbi condemnatum eum accipimus,qui ritè cōdemnatus eſt,ſic obligatū, qui ritè obligatus eſt.d.§.condemnatum.vbi plenè docto.Poſtquàm ſententia nulla non meretur executionem.per d.§.condemnatum.& Barb.conſil.44.Scribitur.col.6.q.2.in 1.volu.ſic nec inſtrumentum , quod ſententię

ſententiæ æquiparatur:vt ſuperius ſcripſi. Ideo fundamento inutili exiſtente, quicquid inde ſequitur,vertitur in ruinam.& ſic executio,teſte Bald.in ca.cum inter.col.2.de re iudic.& quando tolluntur exceptiones,non videntur ſublatę illæ,quę auferunt illam qualitatem,vt non eſt ſigillatum,non eſt publicum,& alię ſimiles.vt Bart.ſcribit in l.1.§.denique.ff.quod vi aut clàm.refert Panor.in c.item cùm quis.col.2.de reſtitu.ſpolia.

35 Et dicetur nullum,quando non eſſet à notario ſubſcriptum.l.hac conſultiſsima.C.de teſta.& Hiere.32.c.in fi.agri ementur pecunia,& ſcribētur in libro,& imprimetur ſignum, & teſtes adhibebuntur.Idem tenet Specul.in tit.de inſtrum.editio.§.breuiter.circa fi. Angel.conſil.220.circa fi.Iaſ.in l.ſi quando.not.4.C.vnde vi.Deci.in rubr.de fide inſtru.vide quæ ſuperius ſcripſi artic.1.gloſ.*oppoſitions.*

Inſtrumentum non ſubſcriptum eſt nullum.

36 Idem quando alio modo eſſet nullum,vt pote ſi non eſſet adiecta dies, quo inſtrumentum confectum eſt,vel aliæ ſolennitates requiſitę in inſtrumēto omiſſę eſſent,quas deſcripſit glo. in l.generali.C.de tabula.lib.10.& Barba.in repet.rub.de fide inſtru.vbi etiam eum ſequitur Dec.

37 Idem ſi fuerit factum à notario apoſtolico, etiam nō habebit executionem,quia non poteſt
in cauſsis temporalibus conficere inſtrumentū in hoc regno.teſte Ioan. Fabr. in l.ſecundum.C.
de donat.hoc expreſsè docet Ioa.Pyrrhus.in tit.de executio.inſtr.in c.14.& 18. & idem dicit Au-
38 frer.fuiſſe ordinatum in ſtylo parlamenti.in 7.parte rubr.de fide inſtru.in hæc verba: † Prohibemus omnibus ſubiectis noſtris laicis,ne habeant paſſari, vel recipi facere contractus eorum per notarios apoſtolicos,vel imperiales,aut epiſcopales,in materiis tēporalibus,& prophanis,alioqui nulla fides adhibeatur,reputabunturque nulli,& nullius efficaciæ ſeu virtutis. Idē habetur in ordinationibus regiis linguę Occitanę.artic.21.ergo ſi nullius efficacię reputantur in temporalibus,in illis non habent executionem.& ita fuit iudicatum in magna camera inquæſtarum, & in mente curię retentum anno 1534.die 24.Martij ante Paſcha.

Inſtrumentum à notario apoſtolico conſcriptum nō habet executionem.
Ordinatio Regia de notarijs apoſtolicis.
Areſtum.

39 Fuit etiam prohibitum dictis notariis apoſtolicis, ne inuentaria conficiant, areſto Senatus anno 1421.die 11.Ianuarij.& die 19.Iulij contra Ioan.de Boullim tabellionem. {Si tamen ſic obligatus nil dicat contra obligationem conuentus coram iudice laico, condemnari ad garniendum debet.Et ita pronuntiatum fuit contra Iacobum Huſſon pro D. Frāciſco Diſque Archidiacono Carnotenſ.& conſiliario Curiæ.Quia iudex non debet ſupplere in his quæ facta ſunt, vt patet in tit.C.vt quę deſunt aduoca.}

Inuentariū non recipitur à notariis prędictis factum.
Areſta.

40 Imò vidi recuſari procuratorium factum à notariis apoſtolicis,cùm in curia ſeculari produceretur, & ſic fuit iudicatum in Senatu, confirmando ſententiam præpoſiti Aurelia. & idem in magno ſapientum conſi.Neapoli.vt teſtatur.Matthæ.de Afflict.in conſtitu.Neapol.in rub.de fide & authorita.inſtrument.q.11.

41 Item aliud inſtrumentū procuratorij fuit,à curia parlamenti reiectum, quia factum ſub ſigillo curiæ eccleſiaſticæ,& fuit pronunciatum,quòd ſufficienter is, qui illud procuratoriū deferebat,veniret prima die.& hoc anno 1327.die 29.Martij.cōtra habitantes villę Dindre:vt in ſtylo parla.Aufrer.ſcribit,areſto 127.Item nota quòd procuratio. plus his verbis dicens etiā inſtrumētum appellatorium non eſſe receptibile, eo quòd fuiſſet receptum per notarium Apoſtolicum, quādo emiſſa erat appellatio ad parlamentū,vel ad aliā curiā ſecularē.Et Boer.q. 242. ad tertiam fortius addit in deciſ. Burde. notarium regium non poſſe obligare contrahentes clericos ad coertionem eccleſiaſticam ex defectu poteſtatis. Et ſic iudicatum ibidem aſſerit.Sed ego contrarium ſeruari vidi,& iudicari.{Etiam non poteſt fieri pręſentatio in parlamēto ratione huius procuratorij,in curia eccleſiaſtica facti,vt cenſuit ſenatus in cauſſa mota inter procuratorem regium & quendam nuncupatum Fabri,anno 1492.die 4.Iulij.}

Inſtrumentum procuratorij à notario apoſtolico factum an in curijs ſecularibus recipiatur.
Procuratorij inſtrumētum factum ſub ſigillo curiæ eccleſiaſticæ an recipiendū.
Areſtum.

42 Prohibitum etiam eſt,ne perſonę eccleſiaſticę efficiantur notarij regij, vel curiæ ſecularis, ſub pœna ibi dicta:cui prohibitioni conuenit rex.in c. ſicut. ne cleric.vel mona.vide Aegidium Bellamera.conſi.42.Dominus.col.3.& Iaſ.in l.1.ff.de iuſt.& iure.

43 Idem ſeruatur in Hiſpania quoad notarium apoſtolicum,teſte moder.Hiſpano.in repetitio.c.per veſtras.fol.2.col.2.de dona.inter vir.& vxor.& in deciſio.Neapol. q. 245. Magnifici. facit l.teſtamenta.& l.conſulta.C.de teſtamen.

44 Iſtud tamē eſt contra ius,teſte Luca de penna.in l.fi.col.29.verſic.ex his infertur.C.de loca.prędio.ciuil.lib.11.nam notarius authoritate apoſtolica factus poteſt conficere inſtrumentū in terris imperij,& tabellio creatus à Papa,vel ab alio habente ſpecialem poteſtatem ab eo,poteſt vbique etiam in Francia,in Anglia,& in Hiſpania conficere inſtrumentū:vt docet Spec.in tit. de inſtru.æditione.§.reſtat.verſic.& nota quòd tabellio.vt refert Iaſ.conſil.168.in cauſſa.col. 7. verſic.ad primum.in 4. vol. quamuis hodie quidam ſeculares totam penè vſurpent iuriſdictionem ſpiritualem,in animarum illorum perniciem.

Notarius apoſtolicus ubique inſtrumentum conficit de iure.

45 Idem dicunt in notariis curiæ ſpiritualis,vt inſtrumentum ab illis factum non habeat executionem:ideo executionem in vim illius inſtrumenti factam abuſiuā iudicauit ſenatus Burdeg.
46 Plus ſtatuens vt ſeruiens qui illud inſtrumentum executus fuerat in perſonam cōpariturus
47 citaretur,vt refert Boer.in deciſi.Burde.quęſt.295.compotus.num.24. † Addens creditores in vltimo loco reponi,qui cedulas habent,vel hęc inſtrumenta ſub ſigillo curię ſpiritualis cōfecta,poſt Maſuer.vt ipſe citat in titul.de executio.verſ.& quid eſt reſidui,quæ tamen non video planè iuribus fundari,ſeu iuſtis rationibus. Sed ſemper vſurpatur iuriſdictio eccleſiaſtica.

48 Etiam

Notarius imperialis non recipitur in regno.

48 Etiam inſtrumentum factum per notarium imperialem non haberet executionem in hoc regno, nec valeret factum in Francia, cùm extra locum in quo fuit creatus, & in quo non habet poteſtatem creans, non poſsit inſtrumentum conficere: vt expreſsim firmat Bertrand. conſil. 157. viſis dubus, in 3. vol. ſecundum nouam editionem. Imò lege regni Hiſpan. cautum eſt, quòd notarius imperialis non conficiat ibi inſtrumenta: alioqui bona eius confiſcantur, & ipſe exilio perpetuo damnatur, vt refert Ioan. Lupus in dict. cap. per veſtras, colum. 4. num. 20. de don. inter virum & vxor.

Inſtrumentū tantum à notariis regiis factum eſt exequendum.

49 Nec refragatur quòd executio fiat vigore ſigilli, nō verò ratione notarij: ideo videtur, quòd quodlibet inſtrumentum ſic ſigillatum habeat executionem, vt hic, ſiue à notario apoſtolico fuerit conſcriptum, ſiue regio: quia per ſigilli appoſitionem eſt approbatum. Vſus tamen inualuit vt inſtrumentum conſcriptum à notariis regiis in hoc regno habeat hanc executionem per ſupra adducta, & illum vſum nuper approbauit totius curiæ conſenſus, & hoc cōcluſit deinceps faciēdum anno 1534. die 24. Martij, in proceſſu inter Claudiam Laurentiam, & Annam Bolaude, videlicet quòd inſtrumentum à notariis curiarum eccleſiaſticarum non habebit de cętero executionem, quamuis aliàs in forma fuerit probante conſcriptum, etiam ſi eſſet ſigillatum, licet ſigillum regium illis ad hoc apponi non debeat.

Inſtrumentum confectum extra prouinciam conficientis non eſt exequendum.

50 Idem dicerem, ſi inſtrumentum eſſet confectum à notario regio, ſed erat factum extra prouinciam, in qua non erat notarius, vt pote duo notarij regij Aurelię dati confecerunt hic inſtrumentum Pariſ. dico non habere executionem, tum quod creati in vna prouincia, extra prouinciā non ſunt notarij, ſed priuati ſicut magiſtratus. l. 3. ff. de offic. pręſid. ideo illa ſcriptura non dicetur publica, ſed priuata: & inſtrumentum priuatum non habet executionem, vt inferius dicetur: nēpe ſuis terminis quiſq; contentus eſſe debet, nec ſupra iuris menſuram affectet augeri. c. ſi quis epiſcopus. 7. q. 1. quod ſi fecerit, puniendus eſt, & irritum eſt, quod fecit. c. epiſcopus & c. placuit ibidem. nulli enim extra territorium impunè paretur. c. fi. de conſtitu. in 6. l. fi. ff. de iuriſd. omni. iud. nullus etiam alterius tabellionis debet inuadere terminos, ſed ſuis contentus eſſe debet. cap. 1. in 13. quæſt. 1. Eccleſiaſticus ordo confunditur, ſi ſua cuique iuriſdictio non ſeruetur. cap. peruenit. in fin. 11. quæſt. 1.

51 † Dicit tamen Pyrrhus in tit. de execu. inſtru. artic. 22. notarios Pariſ. Aurelianen. & Montiſpeſſulani poſſe etiam extra territorium conficere, ſed ego nō vidi illorum priuilegium, & puto quòd ratione ſigilli hoc fiat, & non poteſtatis: quia niſi expreſſa poteſtas fuerit data notario, vt per totum regnum conficiat, non valebit extra territorium in quo præeſt, confectum, ſi tamen in loco in quo eſt notarius inſtrumentum conſcriptum fuerit, vbique valebit, & exequetur ſicut dixi ſuperius artic. 1.

Notarius extra locū non conficit inſtrumentū etiam de partium conſenſu.

52 Imò etiam cum conſenſu & prorogatione partium non poterit notarius conficere inſtrumentum extra locum, in quo præpoſitus eſt: quia iuramentum præſtat de exercendo officium ſuum fideliter in loco, vbi præponitur. c. ad audientiam. de præſcriptio. docto. in rubri. de fide inſtru. in Decretal. & in cap. primo ibidem. ob id efficitur teſtis in ipſo loco publicus, ſicut olim ſynodalis teſtis in ca. epiſcopus. in ſynodo 35. quæſt. 6. & fides eius ibi dicitur publica, & ipſe ſeruus publicus l. generali. C. de tabula. lib. 10. ſicut argentarij olim, quibus comparantur. teſte gloſ. in l. ſi quis. §. 1. ff. de edend. l. argentarius. & l. quędam. ibidem. & quia extra locum non eſt notarius, vt dixi. plura alia ſcribit Lucas de Penna in l. duumuirum. col. 1. & ſeq. C. de decurio. lib. 10.

Notarius factus in regno non adiecto loco, vbique inſtrumentum conficit.

53 Si tamen eſſet à Rege creatus notarius, non adiecto certo loco, in toto regno poſſet inſtrumenta conficere, per ea quę ſuperius adducta ſunt, quod non ſolet Rex facere in regno ratione confuſionis tollendæ.

54 † Imò ſtatuit Ludouicus 12. articu. 62. quòd certus tantùm eſſet in regno notariorum numerus, vt eſt ſtatutum in rubr. *des notaires* artic. 2.

55 S. uiens verò & apparitor, qui iſta ignorat, exequetur, quòd ſi poſteà hoc probetur coram iudice, executionem iniuſtam *& torcionnaire* (vt practice loquar,) pronunciabit condēnando partem ad expenſas, damna, & intereſſe, ad cuius petitionem dicta executio facta fuerit.

56 Si tamen à duobus notariis factum eſſet, & non ſubſcriptum niſi ab vno, non eſſet tūc exequendum: & viator qui hoc exequeretur, puniretur: quia ei apparet de vitio. gloſ. in cle. vna. §. dudum. vbi Boniſac. no. de murmur. & Boer. nominatim ita decidit in deciſ. Burdega. q. 21. an vnus. & ſic ſeruiens exequi inſtrumentum non debet, quando apparet ei inſtrumenti vitium, quod eſt verum, vbi duo requiruntur notarij, vt hic Pariſ. ſecus vbi vnus tantùm notarius ſufficeret cum teſtibus, vt de iure regulariter.

Regius ſeruiens executionem inſtrumenti facit, &c. Areſtum.

57 Item hęc executio fieri debet per ſeruientem regium, ſicut inſtrumentum per notarium regium, & ita fieri conſueuit, & ſi fieret per alium, forte retractaretur executio, ſi pars aduerſa opponeret. & ideo anno 1523. die 20. Iulij, fuit factum præceptum à Senatu ſeneſchallis, balliuis, & aliis: vt commiſsiones ſuas dirigerent ſeruientibus regiis, & non apparitoribus baronum, aut aliorum dominorum. Imò Curiæ placuit, vt is apparitor executionem, vel *exploits* facere non poſſit, ſi non interfuerit in oſtenſionibus hilariorum cum aliis, & vt vulgò dicitur, *aux monſtres de Careſmeprenant auec les autres: & de ce y aye certification* anno 1492.

Cancellatū inſtrumentum non eſt exequendum.

58 Secundò limita, quando inſtrumentum eſſet cancellatum: nam cancellatio parit liberationem l. Labeo. ff. de pactis. l. inductum. C. de ſolutio. Bart. in l. fi. ſ. in ratam haberi. ff. & in l. 1. & 2. de

his quę

his quæ in teſta.deleni.Docto.in l.noſtram.per illum text.C.de teſta.& l.fi.C.de edict.diui Adria. tollen.vbi Iacob.in penul.not.hoc expreſſum firmat:ideo non fiet executio pro debito,à quo eſt liberatus debitor per cancellationem, nec auderet nuncius,ſi ſapit, hoc inductum inſtrumentum & cancellatum exequi.d.l.inductum.& ſuprà plenius,de cancella.inſtr.petenda.tractaui art. 1.gl.*oppoſitiones*.circa fin.

59 Tertiò non procedit in inſtrumento confeſſionis:vt ſi quis in inſtrumento confeſſus ſit ſe habuiſſe decem à Titio,quæ illi promittit reſtituere, ſi non reſtituat, ratione huius confeſſionis non exequetur:quia non dicitur inſtrumentum debiti,ſed confeſſionis,quod non habet executionem:teſte Hippoly.ſingu.135.quæro de notabili,dicens hoc eſſe ſingulare,allegat Angel.in l. ſi fideiuſſor.in princ.C.de fideiuſſ.& verè eſt ſingulare,ſi eſſet verum.

Inſtrumentum confeſſionis an ſit exequendũ.

60 In practica tamen contrarium ſeruatur,poſtquàm enim inſtrumentum eſt ſigillatum,etiam ſuper confeſſione, exequendum eſt: quia eſt obligatorium, de quo iſte tex.loquitur,& conueniũt verba,ergo & diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de damno inf.aliàs pauca exequerentur inſtrumẽta,& quòd exequi debeant,tenuit Angel.ſibi contrarius.in l.fin.col.2.C.de edict.diui.Adria.tollen.refert & ſequitur Alexand.conſi.93.repetitus.in fi.volu.6.Imol.& Feli.in c.fi. de fide inſtrument. & iſtam eſſe tenendam aſſerit idem Hippoly.ſingul.484.Si vera.nec iſte text.loquitur de inſtrumento debiti, vel confeſſionis exequendo, ſed de inſtrumento regio ſignato ſigillo. Si igitur inſtrumentum confeſſionis ſit regio ſignatum ſigillo, exequetur vt hic, vel ſi alio authentico ſigillo ſignatum fuerit.

61 Iſta tamen confeſſio facta manus munitione tanquam erronea reuocari poteſt, ſi per errorem facta fuerit.Bar.in l.non fatetur.ff. de confeſſis.Bal.in l.error.col.4.C.de iuris & facti ignor. & ibi Iaſ.niſi fuerit per partem acceptata.Hippoly.ſing.452. inſtrumentum.& in regno impetrat quis literas regias,etiam poſt partis acceptationem,vt ſibi liceat illam reuocare confeſſionem, & tunc iudex prouiſionis condemnationem. Facit etiam poſt iſtarum literarum impetrationem, ſi petatur:alioqui pars poſſet ſemper allegare errorem,& ſic prouiſionem impedire,quę non debet impediri cautione data:ſi incontinenti non appareat de errore.

Erronea cõfeſſio reuocari poteſt, & quomodo.

62 Quartò ſi inſtrumentum contineat pœnam ratione matrimonij contrahendi per patrem in inſtrumento appoſitam,inſtrumentum tunc non erit executorium.quia illa promiſſio eſt nulla,& contra ius facta per c.gemma.de ſponſal. & l.Titia.ff.de verbo.oblig.Fede.conſi.194.in dubiis.ideo contra ius executio fieri non debet,intellige vt ibi ſcribunt doct.Apparitor tamen, qui hæc non intelligit,executionem non omittet, & facta pignorum captione audietur pars in iudicio ſuper ſua oppoſitione,in qua iſta adducere poterit. Et ſi non appareat ex inſtrumenti inſpectione de his,ſed in longum protrahi poſſet cognitio,tunc per modum prouiſionis compelletur interim debitor garnire,vt ſuperius dixi.

Pœna promiſſa ratione matrimonij an ſit executoria.

63 Quintò fallit quoad tertium,contra quem inſtrumentum non exequetur, quia non eſt obligatus in hoc inſtrumẽto,de quo loquitur artic.præcedẽs, & ideo alius qui non eſt in hoc inſtrumento nominatus,& obligatus,non patietur executionem:vt docet Imol. in cle.1.col.3.de re iud. Prępoſit.in cap.ex ratione.col.27.de appel.Fel.in cap.cùm ſuper.col.6.de re iud.Iaſ.in l.iuriſgentium.§.prætor. col 2.& l.ſi vnus.§. ante omnia. ff.de pact. & in l. Imperatores.de tranſ.Dec.in ca. ſuper eo. per illum text.de offic.delega.no.5.Nam ſi remota ſit appellatio in vna cauſſa,non cenſetur remota quoad tertium. Bar.in l.1.§.interdum.ff. à quib. appel.non licet. facit gloſſ.in l.creditor. ff. mand. Ita nec in iſto caſu contra tertium non nominatum in inſtrumento fiet executio,vt ſuperius ſcripſi.

Inſtrumentum contra tertium non eſt exequendum.

64 Ratio,quia ſicut illud inſtrumentum ſigillatum non prodeſt tertio,ita non debet eidem nocere.per reg.ſecundum naturam.ff.de re.iur. docet Areti. conſi.86.diligenter. in fi. quia res inter alios acta aliis non prodeſt,nec nocet.per rub.C.res inter alios acta.& l.quia.ff.de iureiur.Iaſ.in l. certi condictio.§. quoniam. col.4.ff.ſi cert.pet.& Franci.Marc.q.61.in 2.parte ſuarum deciſio,vide quæ dixi ſuperius in glo.10.artic.primo.

65 Sextò perdit officium regula, quando ſemel eſſet facta executio, quia non poterit iterum fieri,cùm actus de primo intelligatur.l. boues.§. hoc ſermone. vbi ſcripſi de verb.ſign.ff.Anchar. conſi.40.viſa petitione.

An duplex executio fieri poſſit & quando.

66 Fallit quando executio pro toto debito non eſſet facta, tunc continuando primam executionem,altera fieri poterit, & cùm altera fit executio, fieri debet mentio de parte executionis iam facta.text.in cap.veniens.2.in princ.de teſtib. & ibi docto.quamuis Imbert. in inſtitutionib. forenſibus dicat tunc demum poſſe alia capi bona, quando euidenter apparet iam capta non æquare debitum:alioqui non per not.in authenti.Ei qui.C. de bonis authorit. iud.poſſidend.in forenſi tamen iudicio vidi ſeruari, quod ſuprà dixi. vnde ſolent eſſe cauti creditores in Monteſpeſſulano,quando exponunt clamorem, vt pro tota ſumma non exponant, ſed facta illius executione,ſi reliquum debitor non ſoluat, exponetur alius clamor de reſiduo debito, & iterum in debitorem fiet executio in vim noui clamoris:quę practica non ſic exercetur in hoc inſtrumento ſigillato.

67 Septimò ante interpellationem fieri non debet executio, nec ante requiſitionem debitori factam.Bar.in l.eum qui.§.ſi iurauero.ff.de iureiuran.Iaſ.in l.quod te.ſi cert. pet. ff.& l. ſi ex legati

Interpellatio an ſit neceſſaria

F

cauſſa.col.2.de verb.obligat.Anthò.de cana:in tracta.de executio.inſtr.q.40.facit l.quidam Hybe-rus,ff.de ſeruitutib.vrba.prædio.in practica ſeruatur id;quod ſuprà dixi artic.1.in gloſſ. *oppoſitions.* in princ.videlicet quòd fiat parti præceptum de ſoluendo à ſeruiente,& ſi debitor recuſet executio fieri,etiam ſi alia interpellatio antea facta non fuerit.

ad executorem.

Præceptum a ſoluendum ubi à uiatore fieri debeat. Areſtum.

68 Notandum quòd iſtud præceptum debitori domi facere apparitor debet,non in via,vel palatio,ſeu in templo:quia ibi fortè nō habet debitor pecuniam, quam ſoluat,vel aliam rem , & ſic factam executionem audiui iudicari in Senatu ſæpius iniuſtam, & abuſiuam contra illum,qui in palatio;vel alibi quàm domi,vbi degebat debitor,ei præceperat,vt ſolueret,& poſteà capiebat mu-
69 lam,vel aliā rem debitoris, ſeu illius perſonam. † Item anno 1545.die 11. Maij fuit executio nulla pronunciata, *& tortionaires,* & pars condemnata ad expenſas,damna, & intereſſe, quod fuit taxatum ad decem libras,eo quòd fuerit factum præceptum alicui in naui exiſtenti,& dum tempore belli fugeret:& poſteà executio in eum facta,& bona in dicta naui capta, nempe dicit Dominic.in c.cùm perſonæ.de priuileg.in 6.quem refert Dec. cōſil.214.in cauſſa.col.2.quòd ex ſimplici & tranſcurſiua litera inſtrumenti non præſumitur quis informatus, ſicut quando portatur domum, & ibidem perlegitur,ſic & quando præceptum in via publica fit,vel alibi extra domum, & maximè,quando debitor diceret apparitori,vt domū veniret,vbi habebat pecuniā,tunc venire tenetur,intellige ſi domus erat in illa ciuitate,vbi fit executio,tunc illa erit nulla ſi non fiat domi requiſitio,& idē in prehenſione perſonę habetur in cōſuet.Bitur.rub. *des executions,* arti.16.in no.

Extraneorum rei arreſtari poſſunt.

Areſtum.

70 † Contra tamen extraneum poteſt fieri areſtum ſuper bonis ſuis,equo,vel alia re,etiam ſine præcepto,donec is comparendo confeſſus fuerit debitum,aut negauerit contenta in ſcedula,vel inſtrumento,& elegerit domicilium , ac cautionem de ſoluendo præſtiterit. Ita fuit pronunciatum in hoc Senatu anno 1527.die 23. Maij contra D. Marinum de Montchenneu hoſpitij regis primum magiſtrum:& inferius fuſius hanc pertractabo, ſi per otium liceat,materiam artic.6. { Etiam ſi extraneus ſit obligatus perſonaliter, poteſt capi in hac ciuitate,& hanc pręhenſionem bonam iudicauit Senatus anno 1527.die 23.Maij contra Renatum *d'Aux.*}

Cōditionale inſtrumētum uel in diem an ſit exequendū.

71 Octauò non procedit in inſtrumento conditionali , quia pendente conditione non eſt ſimpliciter debitor:ideo in eum executio fieri non poteſt : quid enim intereſt debitor quis non ſit, an nondum conueniri poſsit?verba ſunt iuriſconſulti in l.Fulcinius.§.ſi in diem.ff.quib.ex cauſſis in poſſeſ.eatur. Sic conſuluit Corne. conſil.112.viſo themate.column.prima.in primo volumi. facit l.hoc iure.ff.de verbo.obligatio.Bald.in l.cum teſtamento.C.de teſta.manumiſ. & in l.ſi quidem.col.2.C.de exceptio.l.ſi cauſſam.de executio.rei iudi.vltim. col. Guido Papæ in deciſ. Delphina.quæſtio.15.ſecundum.

72 Siue ſit conditio expreſſa, ſiue tacita,quia vtraque actū ſuſpendit.gl.in l.item quia.§.1.ff.de pact.& l.2.§.fi.ſi certum peta.vbi.Iaſ.& Purpur.Feli.in c. ex parte.2.limita.10. de offic.deleg. vide Ioan. de Ripa.in l.in illa col.3.ff.de verborum oblig. { Vnde inſtrumentum dotis obligatorium, ſi non fuerit ſecundum matrimonium non poterit exequi , quia dos non erit ſine matrimonio. l.3,ff.de iure dotium.}

Inſtrumēta in diem ante diem exequi nō poſſunt.

73 Idem in inſtrumentis in diem,vt ante diem exequi non poſsint.Alexand.cōſil.95.in cauſſa. volu.1.aliàs plus debito creditor conſequeretur,ſi ante diem executio fieri poſſet,quia plus ſoluitur tempore.§.plus.inſti.de actio.l.vna.C.de plus petitio.Deci.conſil.421.Plenc.col.2.quia nondum venit dies.l.cedere diem:vbi ſcripſi.ff de verb.ſigni.niſi promiſsio pura limitaretur per conditionem, quia tunc interim teneretur garnire, vt pote ſi debitor promiſerit centum ſoluere , ſi appareat ea non ſoluta,vel debita , interim quo non oſtenditur non ſolutum, vel non debitum, inſtrumentum exequetur,& pignoratio fiet:& ita vidi ſępius iudicari in forenſi iudicio,quod eſt ſignandum.arg.cle.1.in fi.de præbend.

74 Purificata tamen conditione,& euento die,fiet executio, acſi ab initio purum fuiſſet debitum,dummodo liquidatum fuerit conditionem purificatam. Corne. conſil.320.videtur. col.3.in primo volu. debet tamen pars oſtendere iudici purificatam eſſe conditionem : per tex. ſingularem in l.hoc iure.ff.de verb.obliga.ſecundum Iaſ. ibi.quam legit cum l.in illa.1.ibidem.ſed hodie iudici hoc non oſtenditur,ſed pars executionem facit ſua culpa, quæ ſi male fecerit,& ante conditionem vel diem condemnabitur ad intereſſe,damna & expenſas.

Portitori obligatorij quando debitor ſoluere teneatur. Areſtum.

75 Præterea ſi quis obligatus fuerit ad ſoluendum decem Titio , ſeu alteri portitori præſentis obligationis,non tamen tenebitur debitor ſoluere portitori obligatorij,niſi is reddat literas obligatorias,& cautionem indemnitatis præſtet. Cautum eſt Areſto dato die 18.Decembr.anno 1526. quod probatur in l.diſſolutæ. C. de condictio.ob cauſſam.& ibi pulchrè Bald. quam cautionem corā iudice præſtare ſolet,& ad hoc ſe obligat,poteſt etiam ſi extra iudicium illi ſoluatur portitori ſe obligare coram notariis. { Item anno 1551.die 14. Decembris,contra Seneſcballum de Abeuille fuit pronunciatū,male iudicaſſe & maiorem & Scabinos dictæ ciuitatis,eò quòd condemnauerant quendam per modum prouiſionis ad garniendum illi,cuius fuerant anchorę venditæ, licet is,qui vendidiſſet non fuiſſet dominus, ſed vendiderat nomine domini,& cedula facta erat ad ſoluendum domino, vel illi, qui eas tradebat , & poſtea dominus in vim cedulæ eas petebat. Et portitori cogitur quis ſoluere,quando ex permiſſu creditoris agit,quod pręſumitur,ſi inſtrumentum obligatorium obtineat,quod tamen poteſt creditor prohibere.l.aliud.ff. de ſolutio. Iacob.Curt.in lib.coniectur.3.cap.18.}

Poteri

76 Poterit etiã hic obligatus bonis cedere,& tunc ceſſabit executio.Bal.in l.1.C.qui bo.cedere poſſunt.& Iaſ.in §.fi.de actio.in inſtitu.hoc enim inſtrumentum iuris beneficium ceſsionem non tollit:vt not.docto.in c. Odoardus.de ſolut.

Obligatus inſtrumento ſigillato bonis cedere poteſt.

77 Si verò ciuitas fuerit obligata fiet executio:vt declaratur in l.4.§.actor.ff.de re iud. & anno 1525. die 11. Decemb. fuit dictum contra gubernatores de Laon, qui debebant redditus magnæ Cartucien. quòd debita reddituum reſtantia imponerentur ſuper ciuibus dictæ ciuitatis Laodi. intra feſtum purificationis virginis Mariæ, alioqui dicto die elapſo contra gubernatores executio fieri poterit.Et in illorum bona propria, ſalua tamen dictis gubernatoribus actione ad recuperandum à ciuibus,ſi ſemel ipſi ſoluerint,vt habetur in ſtilo parlamenti areſto 415.

Ciuitas quo modo exequi poſsit. Areſtum.

78 † Et ſic compelli poteſt ciuitas ad imponendum collectam ſuis habitatoribus: vt docet gloſſ.ſingula.de iure ciuili in l.1.§.quod ſi nemo. in verbo, proconſul. ff. quod cuiuſque vniuerſita.no.altera eſt in c.cum dilecta.in fi.de reſcript. & imponetur collecta pro quantitate patrimonij.l.reſcripto.§.fi.ff.de munerib.

79 † Et qui de nouo venerunt ad habitandum,non tenentur pro debito præterito teſte.Bald. in d.l.1.vt refert.Matthæ.de Afflic.in conſtitu.Neapol.li.1.rub.de contumac.vbi etiam allegat Baldum in l. etiam.col.4.C. de executio.rei iud. affirmantem.

80 † Non licere priuato imponere collectam, cùm ſit munus publicũ authoritate & vtilitate,
& meri imperij: ideo in hoc regno impetratur à principe,vt hoc ciuitati liceat, & ſine principis
81 conceſsione,vel priuilegio,non ſolet imponi collecta. † Licet de iure ciuitas poſsit collectã
pro neceſsitatibus ſuis imponere: vt probatur in l.omnes.C.de operi.public.& l.per Bithiniam.
C.de immunita.nemi.concedend.li.10.ſed non pro donatione facienda, ſed pro publica authoritate Imperij,vel Regni:vt ſcribit plenè de Ripa.in l.4.in princ.ff.de re iu.quod non ſeruatur in hoc regno,in quo ciuitas ſi non habeat hoc ex priuilegio,imponere non poteſt collectam,etiam pro neceſsitate ciuitatis,alioqui omnes Scabini & Conſules Franciæ diuites ſtatim fierent.

Collectæ nõ imponuntur niſi Regia authoritate,uel curiæ.

82 Nonò limita in exemplo,per quod fieri non poteſt executio, quod etiam non probat. authen.ſi quis in aliquo.C.de edend.c.2.de fide inſtru.& hic text.loquitur de literis obligatoriis,& exemplum non dicitur obligatorium:ideo hic tex.debet intelligi de literis originalibus.l.probatorias.C.de diuerſ.offic.lib.12.Iacob.Rebuff.in l.prohibitum.de iure fiſci.lib.10. C.facit l.vna. C. de mandat princip.ſcripſi non valere inſinuationem nominationum de exemplo factam, literarum nominationis,vel gradus.in tracta.nominationum.q.14.num.122.Et quia exemplum non ſolet eſſe ſigillatum,vt requirit iſte tex. in c.fi.col.penult.de fide inſtru. Hippoly.conſil.16.num.17. & ſeq.Et quoad hoc copia inſtrumenti apud Gallos tanti eſt,quanti apud Græcos *κοπρία*, quod ſi ſigillatum eſſet, iam non exemplum diceretur, ſed inſtrumentum authenticum, ſi requiſita in hoc inſtrumento interuenirent, nec eſt inconueniens duo eiuſdem actus habere inſtrumenta.l. vnum.ff.de teſta. { Interdũ etiã ſolet dari exemplũ,quod originali æquipolleat, vulgo *valant l'original,pour luy valoir & ſeruir ce que de raiſon.* & illud conceditur iudicis authoritate, quando illius authoritate ſe tueri cupit, vt pote ſi agatur deinceps de euictione:& ita condemnauit Senatus D.Guido.de Touteuille ad dandum hoc exemplum D.Bertino de Stibli, die 7.Septembris, anno 1501.quod eſt notandum.}

Exemplum non eſt exequendum, & quanti ſit momẽti.

83 Decimò fallit,quando non eſſet ſigillatum, etiam ſi inſtrumentum eſſet à duobus notariis regiis confectum,& ſubſcriptum:quia executio per illud fieri non debet.Dec.cõſil.458.viſis.per hunc text.quia in primis oportet quòd conſtet inſtrumentum eſſe tale, videlicet ſigillatum ſigillo regio:ſicut oportet,quòd conſtet teſtamentum à milite factum.§.planè.de teſta.milita.in inſtit. glo.& Barba.in cle.vna.col.5.de ſequeſtra.poſſeſsio.& fruct. Boeri.in §.27. de iuriſdict. omnium iud.in conſuetud.Bituricen.Dec.in c.conſuluit.1.per illum tex.de appel.

Inſtrumentum carens ſigillo non eſt exequendum.

84 † Imò executio facta in vim inſtrumenti non ſigillati fuit declarata nulla à Senatu anno 1352. die prima Decemb,pro Huberto Malerto,contra Thomam Parni.

Areſtum.

85 Si tamen fuerit ſemel ſigillatum, licet ſigillum fuerit perdictum, vel fractum, poterit fieri
executio per dictum Innoc.in c.inter.col.2.de fide inſtru.vbi dicit,quòd licet ſit perditum ſigil-
lum priuilegij,vel alterius inſtrumenti publici,non per hoc corruit fides eius,quia authoritas no-
tariorum reſtat,quæ in hoc ſufficit.Panor.in c.innotuit col.4.de electi.& ibi.Rauen.dicit,nos de-
bere eſſe cautos,quando nobis fiunt collationes beneficiorum, vt fiant per manum publicam:ne
86 deſtructo poſteà ſigillo, illæ collationes corruant. † Et hoc intelligerem quando in inſtru-
mento eſſet facta mentio ſigilli,& quod aliàs fuiſſet ſigillatum: vel ſi apparet aliquod ſignum ſigilli,fortè chordæ pẽdentes,vel alia ſigna,aliàs non haberet executionẽ,quia deficiunt verba conſtitutionis,eo quòd non eſt ſigillatũ,& cui deficiũt verba,& diſpoſitio.c.indẽnitatibus.§.ſupradicta.de elect.in 6.ideo ſufficit ſemel ſigillatum fuiſſe.per verba tex.*Que lettres obligatoires faictes, & paſſées ſoubz séel Royal,ſeront executoires.*ſed iſtæ ſic fuerunt,ſcilicet ſub ſigillo factę:ergo licet nõ remaneat ſigillũ,dũ tamen modo ſic fuerit factum inſtrumentũ,valebit,& executionem habebit:& quia actus intelligitur de primo ſigillo.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi.vbi plenè ſcripſi.

Sigillo perdito an executio tollatur.

87 Vndecimò fallit extra regnum,ſumendo argumentum hìc à contrario,quia text.exprimit, vt exequatur in toto regno,ergo extra non, quia extra regnum non poteſt diſponere.arg.c.ſi.de conſtit.in 6.& argumentum à contrario eſt fortiſsimum.in l.1.ff.de offic.eius.

Executio extra regnum non fit.

88 Quæro an debitor,cui mutuaui decem, vel mihi tenetur ad aliam ſummam, cogatur mihi

Debitor an cogatur inſtrumento ſic ſigillato obligari.

facere inſtrumentum ſic ſigillatum? videtur quòd non: quia debitor in plus grauari videtur, cùm ab executione poſsit hoc caſu incipi. Et huius eſt ſententiæ Imol. in l. ſi pupillus. ff. de nouatio. nec hoc cogitauerat debitor, ideo ad cogitatum non extenditur. cap. veniens. & c. quintauallis, de iureiurand. Contrarium tenet Benedict. de Barzis in tracta. de garentigia. q. 5. primæ partis. tum quia debitor tenetur inſtrumentum debiti facere, & creditor inſtrumentum liberationis. l. diſſolutæ. C. de condict. ex lege. & in bona forma, & iuxta conſuetudinem, quæ in hoc attendi debet. l. vel vniuerſorum. ff. de pignora. actio. & in plus grauari non videtur debitor ob ſigillum, ſed efficacius obligatur, & ideo cogi poteſt ſic obligari, & eius fideiuſſor. l. hi qui acceſsionis. vbi doct. ff. de fideiuſſo. vide Bart. in d. l. diſſolutæ. & in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dãno infect. & in l. ſi contendat. de fideiuſſor. ff. & hoc ſeruatur proculdubio in hac patria, vbi eſt ſic conſuetum fieri.

89 Imò non poterit fideiuſſor ſic obligatus exceptiones ordinis (vt prius coueniatur reus, iuxta authenti. præſente. C. de fideiuſſor.) opponere: vt ſuperius dixi, non facta executione, tum quòd hic nulla exceptio opponatur non facta executione: tum etiam, quia hæc exceptio eſt ordinis, quæ non opponitur in executione. l. ita demum. C. de procurator. Benedict. vbi ſuprà q. 14. ſecundæ partis. ſed poſtea pignoritate facta à ſeruiente hoc opponi poterit, ſi non erat renunciatum illi beneficio. d. authen. præſente.

Rigoribus ſigillorum quando debitor obligari poßit.

90 Hoc maximè conſiderandum putarem, quòd ſi conſuetum eſſet iſta inſtrumenta ſic fieri, tunc putarem debitorem cogi poſſe, cùm notarius omnes clauſulas conſuetas in inſtrumẽto inſerere poſsit. c. cum Ioannes. de fide inſtru. Secus ſi non fuerit conſuetudo, nec tenebitur ſe rigoribus ſigillorum obligare debitor, niſi ita conſuetum fuerit: quod eſt notandum pro locis vbi rigores illi exercentur: videlicet quando eſt cõmuniter cõſuetum, vt rigoribus parui ſigilli, ac cõuentionũ Nemauſi debitores ſe obligent: & hoc ſolẽt notarij in omnibus obligatoriis inſtrumentis deſcribere in Montepeſſulano, Nemauſi, & ferè in lingua Occitana: diuerſum eſt in hac conſuetudinaria patria, vbi non permitteretur, quòd ſe obligarent rigoribus ſigillorum alterius reſſortus, ne iuriſdictiones tollantur vni, & alteri tribuantur.

Inſtrumentum locationis prioris anni an pro ſecundo anno exequi poßit.

91 Duodecimò inſtrumentum factum pro conductione primi anni, non proderit pro tacita locatione ſecundi: quia pro hoc ſecundo anno factum non eſt. teſte Bald. in l. legem. C. locat. vbi ſic inquit, Nam vbi requiritur inſtrumentum, requiritur viſus. l. 1. ff. de his quæ in teſta. delent. & ſic tacita reconductio non erit ſub forma ſcripturæ, ſicut ex prima, & ideo non habet executionem paratam, ſed ex primitiuo rigore concedo, ergo tacitè renouatur, ſed non ſcribetur tacitè: quia ſcriptura debet videri, & legi, & non ſufficit intellectus ſeparatus à carne, id eſt negligentia, puta ſine corporalibus organis, & idem quando debet fieri in ſcriptis cenſet ibi Bald. quem ſequitur Feli. in cap. tranſlato. col. 1. de cõſtitu. & Antonius de Canar. in tracta. de executio. inſtrumen. q. 44. & Albert. in tracta. de forma & ſolennita. actus. rubr. ex quibus conſiſtat forma & ſolennitas. foli. 24. col. 2. verſi. octauo fallit. Nam licet de iure fiat tacita relocatio, non tamen tacita obligatio executoria, nec ſcriptura facta eſt pro hoc ſecundo anno. ergo non extendetur ad illam locationem tacitam, niſi illud tacitum de neceſsitate veniret. Anchar. conſil. 119. pluribus. vbi dicit inſtrumentum etiam garentigiatum non habere executionem in caſu tacito, videlicet quando maritus promittit dotem reſtituere ſoluto matrimonio, ſi vergat ad inopiam, non poterit peti, licet alio modo dos repeti poſsit. l. ſi conſtante. ff. ſoluto matri. quia de illo caſu non fuit cogita-

92 tum, nec expreſſum. Bald. in l. iuriſgentium. §. quod fere. in fin. de pact. ff. † Tamen hodie fit executio per tex. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. vbi pignorum durat obligatio: ergo & executio. item ius fingit locationem, ideo iſta ficta locatio tantum operari debebit, ſicut vera. l. ſi pater. ff. de adoptio. & ſi ius velit principale eſſe, videlicet locationem, ergo & acceſſoriam obligationem etiam executoriam. argum. l. cum principalis. ff. de regu. iur. & opinio Baldi de rigore iuris procedere poſſet, ſed in actu practico vbi æquitas conſideratur, non ſeruatur, niſi in tertio. Nam ſi tutor meus locauerit ad tres annos, & interim finita eſt tutela, & bonorum diuiſio facta, & bona mihi adiudicata: tunc finita conductione non cenſetur relocatio ſine nouo meo conſenſu, ſicut non cenſetur facta locatio quoad fideiuſſores, vt teneantur pro tacita reconductione ſine nouo conſenſu. l. item quæritur. §. qui impleto. ibi, ſi non alius pro eo in priore cõductione res obligauerat, huius enim nouus conſenſus erit neceſſarius. ff. locat. Et hoc etiam in vim conſuetudinis Pariſien. permittentis locatori procedere per pignorum captionem contra eum, cui locati titulo rem tradidit. Sed tradidit dominus anteriore anno hoc titulo: ergo conſuetudo locum habebit. Tutius tamen eſſet ad vitandas opiniones, vt notarius in inſtrumento inſerat, quod etiam pro tacita relocatione executio fieri poſsit: vel quòd pars coram iudice citetur ad dicendum cauſſas, cur executorium inſtrumentum non erit pro ſecundo anno, & poſtea iudex per-

Praxis ut inſtrumentum locationis primi anni fit pro ſecundo executorium.

93 mittet. † An poſsit executio fieri ad illud quod à tempore moræ creuit vide per docto. in l. vinum. ff. ſi certum petat. & Anto. in d. tracta. q. 55. quod non per prædicta: quia non eſt inſtrumentum de hoc, nec ſigillum, de quibus iſte text. loquitur.

Ad illud quod per morem creuit non fit executio.

Executio in armis militum non fit.

94 Decimotertiò non eſt executio in armis militum. gl. ſing. in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignifi. quia arma alienare ſua militi graue crimen eſt. l. qui commeatus. §. fi. ff. de re milit. nam qui ea alienat, capite punitur. l. 3. §. miles. ff. eo. tit. plenè de Ripa. in l. obligatione. num. 43. ff. de pignor. vbi vide.

In libris ſcholaſticorum non fit executio.

95 Item in libris ſcholaſticorum. per illam gloſſ. in d. l. nepos. vbi etiam ſcripſi. poſt Iaſ. in §.

item

item Seruiana.num.65. inſtitu. de actio. imò ſi arma militum,vel ſcholarium libri capti fuerint: ſolent ad cautionem illius,cuius ſunt,reddi, conſtituendo ſe emptorem iuſtitiæ, vt ſcripſi inter ſcholaſticorum priuilegia.in priuileg.113.vbi abundè videre licet.

96 Item bona tutoris pro pupilli debito maximè finito officio capi non debent, nec in illis executio fieri, ne officium eis ſit damnoſum.l. ſed ſi quis.ff.quemadmo. teſta. aper. & ne res il-
97 lius,qui nihil debet vendatur. † Niſi tutor ſe proprio nomine obligaſſet:vt ſic fuit cōdemnatus Troſart hoc anno 1540.& die 21.Martij ante Paſcha: quod eſt notandum contra habentes officia,ne ita ſe obligent,aliàs eis imputetur,ſi finito officio cōueniantur,& quaſi fatuus eſt, qui ſe obligat tàm nomine tutoris,vel procuratoris,quàm ſuo,quia dum non erit tutor, ſuo nomine
98 exigi illa pecunia ratione obligationis poterit. † Niſi minor non teneretur: quia ſi minor impetrat literas regias ad annullandū obligationē, quæ fuit annullata, etiā non tenebitur is, qui pro pupillo ſe obligauit:vt ſuperius dixi.{& in trac.de reſt.releua.in 2.tomo cōm.ad has cōſti.}

In bonis tutoris vel procuratoris non fit executio. Areſtum.

99 Item in re dotali executio fieri non debet, etiam ſi debitum ſit commune viri & mulieris, tum quòd alienari dotalis fundus non poſſit.in rub.ff.& C.de fund.dotal.non alie.niſi in caſibus deſcriptis in l.quinque legibus.& ibi.gloſ.de bonis dānator.ff.ideo vxor iſti executioni ſe opponere poterit.Bald.in l.ob maritorum.in fi.C. ne vxor pro marito.Bald.nouel.in tracta.de dote.in 7.parte priuilegio.15.Guido Papæ in deciſio.Delphinal.q.447.Pone vxor.Et Albert.in tract.ſtatu.q.60.partis ſecundæ.& in 3.parte q.4. & ſeq.

In dote non fit executio

100 Sed hodie pro parte debiti durante matrimonio contracti executio in vxorem fiet, vbi ſunt communes in bonis & quæſtibus,& in debitis eſſe debent prout ſuperius dixi.

101 Item non debent capi boues aratorij,vel mulæ,aut equi,ligones,aratra,aut alia inſtrumenta ad culturam neceſſaria. Alioqui accipiens infamiam incurrit,& in quadruplum punitur, ac iudicis arbitrio mulctatur.l.executores.cum authen.ſeq.C.quæ res pignor.obliga.poſſunt. Bertachi, in tract.de gabel.in 2.parte 8.partis.quæſt.15.facit quod habetur Hiere.c.vltim.vbi trucidatis vniuerſis ciuibus Nabuzardam princeps militum de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas, & ea quæ in miniſterio fuerant. Et apud Phryges ſi quis bouem aratorem occidiſſet, aut inſtrumentum quodpiam ad agriculturam aptum furtò ſuſtuliſſet, morte mulctabatur. { vt refert Ioan.Stobæ.in ſermo.42.de legib.}

Aratorij boues & alia ruſticorum inſtrumenta capi an debeant etiam pro tributis.

102 Imò etiā pro tributis & talliis capi iſta inſtrumenta non debent,nec pro aliis denariis regiis, nec pro cenſu annuo domino debito,nec pro alio quocunque debito,etiam volentibus ruſticis:
103 quia vtilitas publica diſpendium pateretur. † Vt extat ordina. regia Caroli 8. quæ eſt in rub.de exceſſib.offi.ordina.13.in ſtylo parlament. & in antiqua compilatione.licet in noua omiſſa illa ordinatio regia fuerit quæ ſic eſt ſcripta:Omnia animalia ad laborandum,& cultiuandum, ſeu colendum terram ordinata,& deputata,nec non inſtrumenta,& vtenſilia neceſſaria ad laboragiū,deinceps obligari non poterunt, neq; pro pignore capi, vel pro executione qualicunque, etiā pro denariis regiis,vel dominorum directorum, aut mercatorum,aut aliâs quomodocunq;, ſuppoſito etiam quod laboratores id vellent, & conſentirent,quod tamen iudices malè ſeruant.

Ordinatio Caroli de bonis ruſticorum non vendendis.

104 Præterea ſi in loco vbi bona per executionem capientur villa, vel locus mercati non fuerit,bona tunc prædicta portabūtur ad villam mercati loci propinquioris,in quo facta fuerit executio prælibata:per dictam ordinationem, quam ad verbum ſupertranſcribere volui,cùm eam in libris nunc excuſsis non inuenerim.Scribit etiam Hippol.in l.vna.nu.238.C.de rap.vir.& in l.lege.§.conſtitutum.nu.3.ff. de ſicar.Benedict. in c.Raynutius.in verb.& vxorem.nu.905.de teſta.

Bona in uno loco capta an in alio vendi poſſint.

105 Etiam ſi ruſtici nil aliud poſſiderent,ſecundum Petr.& Alber.in d.l. executores:quia propter vtilitatem publicam melius eſt vnum perdere debitum, quàm ſi cultura deſtitueretur.l.1.C. de agricol.& cenſit.lib.11.vbi plenè Lucas de penna.

Quamuis Hippol.ſibi contrarius teneat contrarium in rubr.ff.de fideiuſſor.q.27.n.202.quem ſequitur de Ripa in tractatu de peſte.fol.75.& ſeq.vbi etiam dicit illam glo. in practica ſeruari:& paſsim omnia eorum bona venduntur, quamuis nos Galli ratione ordinationis regiæ deberemus primam tenere: ſed multi peruerſi iudices illam non ſeruant, nec illam ſeruare cogunt,ſed omnia illorum bona vendi permittunt,contra text.in cap.fin.de treuga.ibi ruſtici euntes, vel redeuntes, vel in agricultura exiſtentes,& animalia quibus arant,& ſemina portant ad agrum,congrua ſecuritate lætentur,ſed dolere eos oportet nunc importuna deſtructione, & executione in eos quotidie facta.

106 Item non fiet executio in bonis clericorum mobilibus,vel mouentibus:vt extat ordinatio prima regia Philippi Pulchri olim Frāciæ Regis,in rub.*des biēs des prelatz & clercs nō mariez*.art.1.

Ratio eſt:quia iſta mobilia adhærent perſonæ clericorum,ideo priuilegio perſonæ vti debent. text.in c.eccleſiarum ſeruos.12.q.2.gloſſ.in c.fi.de vita & honeſta.clerico.Et ſic excommunicatus eſt, qui malitioſè veſtes clerici lacerat adhærentes clerico, ſicut ſi perſonam offenderet.c. ſi quis ſuadente,vbi ſcripſi poſt gl.ibi.17.q.4.& quia ſine illis mobilibus clericus viuere commodè non poſſet,quia acceſſoria corpori ſequuntur illorum perſonas.l.ſi captiuus.§.expulſus.ff.de capti.c. ſimiliter.16.q.1.dixi in l.verbo victus.cum l.ſeq.ff. de verb.ſignifi.

Bona clericorum mobilia in executione non capiuntur.

107 In tantum quòd fuit pronunciatum anno 1543.die vlti.Iunij executionem malam & perperam factam eo quòd in animalibus clericorum & gregibus per triennium locatis, & cauſſa ſtercorationis colono traditis facta eſſet,quia ius commune & ordinatio loquitur generaliter,tam in

Areſtum. Bona clericorum etiam extra

clerici domum exiſtentia capi non debent, etiamſi clericus nil aliud haberet.

bonis mobilibus,quæ ſua domo clerici habent,quàm in aliena,& ſic de quibuſcunque.l.1.§ generaliter.ff.de lega præſtand.

108 Amplia etiam ſi non haberent niſi illa bona mobilia,in illis non fiat executio, quia fame perire non debent.per l.ſi longius.§.ſi.de iud.ff.&l.fin.C.vbi pupil.educari debear.nec nudi more belluarum incedere.ca.1.de reſtitut. ſpol. in 6.ſed debent moneri à iudice eccleſiaſtico ſub excommunicationis pœna vt ſoluat. {Imò quomodo bona temporalia capiuntur & ſaiſiuntur,debet reſeruati pro victu & alimentis clerici, eadem ratione, & ſic fuit dictum in curia pro clerico Andega.anno 151 0.die 3.Februa.

Praxis contra clericos immobilia non poſſidentes.

109 Prius tamen debet dari ſupplicatio curiæ vel iudici, cum relatione ſeruientis dicentis ſe non inueniſſe bona immobilia.& tunc curia permittit, vt proſecutio fiat coram iudice eccleſiaſtico, & pars cenſuris contra iſtum clericum vti poſsit,ita vidi ſeruari in iudicio forenſi.

Cenſuris quãdo utẽdum ſit cõtra clericos.

110 † Sed non debet iudex laicus permittere non vocato clerico,& nõ audito, ſi cõpareat,quia forte iudicabit bona immobilia:aliâs abuſiuè conceſſum iudicauit Senatus anno 1533.die 15.Iulij.

111 † Et etiam inquiſitio diligens debet fieri bonorum immobilium. An clericus aliqua habeat, & ſi ante inquiſitionem permittatur vti cenſuris,perperam conceſſum cẽſuit Senatus anno 1519.

Areſtum.

112 die 10. Maij.& anno 1533.die 29. Iulij. † Debet tamen hoc caſu ipſe clericus extempore literas tonſurę oſtendere: alioqui nulla dilatio dabitur,& repelletur, vt etiam fuit deciſum eodem anno die prima Decembris:quia poſtquàm allegat ſe clericum,oportet quòd probet,& incontinenti ad impediendum executionem. Lactor. C. de probat.l. non ignorat.qui accuſa. non poſſ. {Ideo executio perperam fieret,ſi poſt arreſtum latum fieret monitio ad ſoluendum iudicatum &

Areſtum.

ante curiæ permiſsionem,vt iudicauit Senatus anno 1510.die 1.Martij,& anno 1513.die 14.Decembris,niſi executoriæ literæ eſſent (vt dicunt) imbaumatæ,tunc non ſeruiunt niſi de probatione. vt in c.ſi autem.& c.plerunque.de reſcript. Ideo clericus moneri poterit poſt annum, vt cenſuit Senatus anno 1519.die 2. Auguſti. etiam debita clericorum non debẽt capi,quia mobilia quoad executionem iſtam reputuntur,licet de iure ſecus,vt dico in l.mobilium.ff.de verb.ſig.Vnde fuit condemnatus ad expenſas,damna & intereſſe is,qui debitum cuiuſpiam clerici per executionem acciperat anno 1513. die 19. Decembris.Fortius cenſuit Senatus Pariſ.pro Ioan.Aubigeois contra fratrem magiſtri Diaconis *porchier*, mobilia non eſſe exequenda D. Aubigeois, qui fuerat factus clericus poſt condemnationem, & ante executionem, refert Ioan.Gallus in quæſtio.per arreſta, q.57.Item dictum.}

Pro alimentis an fiat executio in bonis clericorum mobilibus.

113 Etiam ſi clericus fuerit condemnatus pro alimentis alteri dandis, in mobilibus ſuis non fiet executio,ob id audiui areſtum in Senatu anno 1536. die 28.Nouemb.pro clerico,qui fuerat condemnatus ad dandum prouiſionem puellæ,quam grauidam fecerat,vt eius mobilia pro illa cauſſa non exequerentur;ſed cenſuris in eum vtendum eſſe curia cenſuit: quia non ſunt auferenda alimenta à clerico, vt aliter alatur. Nec eſt diſcoperiendum vnum altare, vt aliud cooperiatur.l. aſsiduis.C.qui potior in pigno.habeant.

Areſta.

Pro expenſis etiam in curiæ factis in bonis mobilibus clericorum nõ ſit executio.

114 Imo in clericum condemnatum à curia ſuprema ad expenſas, fuit prohibita executio in mobilibus ratione expenſarum proceſſus, nam illud areſtum debet exequi prout de iure,& ſecundum ordinationes.arg.l.ſi duo.ff.de acq.hæred.l.rectè:vbi Iacobinus.ff.de iud.ſcripſi in pręfa. ad l.vnam.C.de ſenten.quę pro eo quod intereſt.

115 † Vbi docui illum Regem dici, qui de iure eſt,& illum non recognoſcere ſuperiorem qui de iure non recognoſcit.cap. per venerabilem. qui filij ſint legitim. & ad hoc multos ibi adduci authores, inter quos fuit dominus Igneus,qui poſteà ſine ratione dicit me voluiſſe eum notare: vt ibidem ſcripſi.

Bona mobilia clericorum in reſſortu Tholoſano capi non debent.

116 Item per ordinationes linguæ Occitanæ prohibentur mobilia capi clericorum, & ſaiziri, etiam quando epiſcopatus,vel abbatia vacauerit, & patet in ordinatio.patriæ Occitanæ.artic.26. niſi in caſibus permiſsis à iure,vel à conſuetudine à Papa approbata.

Areſtum.

Bona clerici mobilia carceribus detruſi an capi poſſint.

117 Imo fuit dictum contra iudicem Andegauen. qui propter delictum prætenſum dominum Chriſtophorum Campaniæ presbyterum, & alios conſocios in carceres propter vim publicam intruſerat,in hoc bene iudicaſſe,ſed quia bona mobilia clericorum ſaizierat,vt pote duos equos, cum quibus diſcedebant,malè proceſsiſſe anno 1527.die 13.Maij. quia mobilia bona clericorum non debent capi,vt hîc.

Areſtum.

Epiſcopus vel alius iudex bona mobilia clericorum nõ capit.

118 Imo etiam ab epiſcopo capi bona clericorum mobilia non poſſunt, vel ab alio iudice eccleſiaſtico:vt fuit iudicatum in hoc Senatu contra epiſcopum Pariſien. pro domino Ioanne Michaële anno 1400.quia hoc iuris eſt, quo iure epiſcopus adſtringitur, licet diceret tantùm per ordinationes eſſe prohibitum, ſed ſupra dixi hoc eſſe & iuri conueniens.{Bona mobilia dicuntur piſces capti ex viuariis,ſed intra viuaria inter immobilia reputantur,ideo capi poterunt.arg. l.longe.ff.de diuerſ.& temp. præſcript.& temporale reputatur,vt docet Otho Senonenſis in ſua ſumma de interdic.in interd.vti poſsid.}

Bona negotiatoris clerici capi poſſunt.

119 Fallit ſi haberet aliqua bona negotiationis cauſſa, tunc ea capi poſſent, nec aliquod in eis clericus habebit priuilegium.c.quamquam de cenſi.in 6.cle.præſenti.illo tit.Alber.in authen.Statuimus.col.2.C.de epiſcop.& cleri. Iacob. de bello viſu, in repetitio.§. contrahentes. nume.106. de foro compet.in 6. Plenè Aufrer.in tractat. de poteſta.ſecula.ſuper eccleſ. & perſo.in ſecunda regula.in 32.limitatio.

Secundò

120 Secundò ſallit quando non viueret clericaliter, vt pote ſi eſſet mercator, armiger, vel la-
121 nio: tunc etiam bona mobilia caperẽtur: vt in ordina. patet ibi, viuant clericaliter. † Et cle
ricaliter viuere dicuntur, quando exercent ea, quæ concernunt ſtatum clericorum, & non laico-
rum: vt ſcripſi in gloſſa nobilitatis. §. cum verò. de collano. in concorda. & ita ſuit iudicatum in
hoc Senatu anno 1540. poſtulante domino Iacqueleto aduocato in ſuprema curia egregio: vt bo-
na clerici non viuentis clericaliter etiam mobilia capi poſsint. {Et ita etiam fuit iudicatum con-
tra Planci. procuratorem & grapherium in camera computorum, & executio facta contra eum
in mobilibus, aprobatáque fuit anno 1551. die 8. Maij.}

Clericaliter viuentis bona nõ debẽt capi, et quãdo ſic dicatur viuere. Areſtum.

122 Tertiò flectitur regula in locationibus domorum, & pro penſionibus debitis ex illa cauſſa:
nempe vidi etiam mobilia clericorum à dominis domorum Pariſienſ. capi, & aliàs fuit decíſum
123 in Senatu maximè anno 1511. in menſe Iunio, aut circa. † Alioqui clerici non inuenirent
domos, quia ſic locatores fraudare poſſent, & nulli vellent eis locare, ideo priuilegiatus non vte-
tur priuilegio contra priuilegiatum locatorem. authenti. quas actiones. vbi gloſſa & Barto. C.
de ſacroſanct. eccle. hoc eſt eis vtile, vt ſint, qui eis domos locent. {Quarto ſi tanquam hęres pa-
tris conueniretur. Ita cenſuit Senatus anno 1354. contra Radulphum de Clermont militẽ: quia
licet clericus gaudeat priuilegio non tamen tanquam alius l. quæſitum. ff. de in ius vocand. gloſſ.
in l. lis nulla. de iud.}

Pro penſione clerici co ductoris bona eius capi poſſunt. Areſtum.

124 Aduertendum eſt, quòd ſi aliquid ex penſionibus debeatur, cuius debiti dies non ceſsit,
vt pote debebatur redditus in feſto natiuitatis: tunc poterit ille redditus capi pro executione rei
iudicatæ, ſi ratione ſundi aut domus deberetur: quia inſtar fructuum pendentium habetur. Et
fructus pendentes pars rei ſunt l. fructus. ff. de rei vendicatio. Bald. in cap. 1. in fin. princip. de pace
125 tenend. & eius violator hoc aſſerit, & Soc. conſil. 100. in primo volumi. † Et ſicut res im-
mobilis capi poteſt, ita fructus illi adhęrentes: ſecus ſi iam eſſent collecti, & recepti Areſto ita
cautum eſt die 19. Decembris. anno domini 1513. vt Imbert. refert in inſtitution. foren. pagin. 158.
& ſeq. alia ſuper dicta ordinatio. prima Philippi ſcripſi, & quando domus clerici capitur, & ſayſi-
tur, tenetur ipſe ab eadem domo migrare, vt per commiſſarios regatur. poterit tamen clericus
bona mobilia ab illa domo ſeparare, & alibi ponere: vt cenſuit ſenatus contra protonotarium
doct. Normanum pro Guilielmo Thuret anno 1537.

Redditus clerici & fructus an capi valeãt.

Areſtum.

Areſtum.

126 Vxor tamen theſaurarij Meigret, quæ dum maritus erat in legatione apud Germanos, re-
ceperat ſericum, & ſe obligauerat ad trecentas libras, mortuo marito fuit condẽnata ad garnien
dum, ſeu muniendum: licet allegaret ſe feciſſe nomine viri, qui tenebatur ad hoc, & vir conſtitue-
rat eam procuratricem ad contrahendum nomine mariti vſque ad quadringentas libras. anno
1533. die 16. Auguſt.

Vxor condemnata ad garniẽdum. Areſtum.

127 Item anno 1539. die 11. Auguſt. fuit annullata ſententia prouiſionis, qua fuerat condemnatus
quidam ad garniendum ducentos aureos, quos nomine domini *d'Angeſt* mutuo acceperat, &
ſuo proprio nomine ſcedulam creditori conſcripſerat: & dominus *d'Angeſt* dictum mutuum ap-
probauerat. Sed fuit dictum per Senatum quòd is qui recepit mutuum intra tres menſes faciet
diligentiam erga dominum *d'Angeſt*, ad ſoluendum dictam ſummam, quòd ſi intra tres menſes
D. *d'Angeſt* non ſoluerit, condemnauit Senatus eum, qui ſecit ſcedulam ſuo nomine proprio ad
garniendum dictos ducentos aureos, cautione (vt moris eſt) data ſaluo iure repetendi à domino
d'Angeſt, id quod dederit prouiſionis gratia.

Recipiens mutuum nomine alieno an condẽnari debeat.

Areſtum.

128 Ad hæc qui literas annales vel quinquennales impetrauit, interim non debet condemnari
etiam ad garniendum: vt fuit in Senatu pronunciatum anno 1537. die 4. Febr. & 26. April. per ea
quæ not. docto. in l. quotiens. C. de precib. imperato. offerend. alioqui literæ ei nihil aut parũ pro-
deſſent: vt ſcripſi in tracta. de literis dilatoriis annalibus, vel quinquennalibus.

Ad garniendum nõ tenetur qui impetrauit literas annales.

129 Diuerſum eſt in eo qui calculi errorem allegat, vt interim garnire debeat, prout cenſuit Se-
natus contra dominum Buliol regium conſiliarium anno 1538. die 7. Ianuarij. alioqui quilibet al-
legaret, vel allegare poſſet calculi errorem ad impediendam prędictam executionem: vt not. doct.
in l. vnica. C. de errore calculi. Etiam contra Troſſard. anno 1540. die 21. Martij. exceptis tribus
art. ſuper quibus erratum eſſe liquidò conſtabat. Alios caſus in quibus prouiſio fieri debeat, ſcri-
pſi in tracta. de ſenten. prouiſio. ibi licet videre. hactenus de hoc ſecundo artic.

Calculi errore pendente prouiſio fit. Areſtum.

Idem *article* LXVI. Ibidem.

*ET quant à celles qui ſont paſſées ſouz autres ſeaux authentiques, elles ſe-
ront auſſi executoires contre les obligez, ou leurs heritiers, en tous lieux
où ilz ſeront trouuez demourants, lors de l'execution, & ſur tous leurs
biens, en quelque part qu'ilz ſoyent aſſiz ou trouuez, pourueu qu'au
temps de l'obligation ilz feuſſent demourants au dedans du deſtroict
& iuriſdiction, ou leſdictz ſeaulx ſont authentiques.*

GLOSSA PRIMA.

Articulus tertius.

1 HIc articulus declarat ordinationem Ludouici ſuprà deſcriptam arti.1. vbi fuit dictum, quòd in omnibus executionibus garniri manus debet, ſi factę ſub ſigillo Regio ſint literę, vel authentico (& in eo loco, in quo erat authenticum.) Nunc hic textus declarat, vbi ſit authenticum, & vbi executio fieri debeat: dicens, quòd obligationes ſigillatæ ſigillo authentico, id eſt inſtrumenta obligatoria, erunt executoria contra obligatum, vel eius hæredes, vbicunque illi ſint tempore executionis reſidentes, vel bona illorum reperta: dum tamen reſidentes fuerint tempore obligationis contractæ in loco, vel in iuriſdictione, vbi ſigillum erat authenticum. Et ſi dubitetur an ſigillum ſit ibi authenticum, inſpiciendum locum & habitationem dicit. locus enim ideo inſpicitur. nam ſi in loco tali ſigillum ſit authenticum, & is qui ſe obligat in tali loco ſit reſidens, tunc illud obligatorium erit exequendum vbique, & ita nihil corrigit de articu. primo, ſi bene intelligatur. poſteà quam ſigillum erat authenticum in tali loco, obligatus inſtrumento ſigillato illo ſigillo tenetur, & ſic executio in eum fiet: quia rectè & ritè conceptum fuit obligatorium inſtrumentum.

Requiſita ante quàm inſtrumentum exequatur.

2 Quid dicatur ſigillum authenticum declaraui ſuprà eodem articulo primo. in verbo *authentique.* Requiruntur tamen antequàm executio fiat, ſequentia. Primò quòd illud ſigillum ſit authenticum in loco, vbi inſtrumentum fit, alioqui executionem non haberet, ibi, *ou leſdictz ſeaulx ſont authentiques,* & articulo primo dicitur, *dedans les fins & limites où il eſt authentique.*

3 Secundò quòd inſtrumentum ſit illo ſigillo ſigillatum authentico, vt hîc, ibi, *paſſées ſoubz aultres ſeaulz authentiques*, nam ſi inſtrumentum non eſſet ſigillatum, non exequeretur, vt ſuperius dixi.

4 Tertiò quòd tempore quo fuit inſtrumentum factum, contrahentes fuerint reſidentes in loco, vbi inſtrumentum eſt authenticum, ibi, *Pourueu que au temps de l'obligation, ilz feuſſent demourans au dedans du deſtroict, & iuriſdiction &c.* nempe ſicut iudex loci non habet iuriſdictionem, niſi in ſuos reſidentes, & ſubditos. l. final. ff. de iuriſdict. omnium iudic. ita hoc ſigillum nõ habet vim obligandi ſubditos, ſi non reſideant in ſua iuriſdictione tempore contractus: & ideo vult, quòd reſideant in dicto loco. facit. l. ſi fundus venierit ex conſuetudine eius regionis, in qua negotium geſtum eſt, caueri oportet pro euictione. ff. de euictio. aliud poſtea eſt iuri conſonum: nam poſteàquàm quis obligari poteſt, & eſt iure obligatus, quocunque ſe conferat, ſemper eſt obligatus.

5 † Quia actiones perſonales ſequuntur obligatum, ſicut lepra leproſum. glo. ſingu. in l. 3. ff. pro ſocio. quam not. iuris interpretes in §. omnium inſtitut. de action. ideo in illum iure obligatũ fiet executio, etiam ſi nunc reſideat alibi quàm in loco obligationis. nam ſi puella apud competentẽ iudicem condemnata fuerit, poſteà ad viri matrimonium alterius iuriſdictioni ſubiecti peruenerit, prioris iudicis ſententia in mulierem exequi poterit. l. penulti. ff. de iuriſdict. om. iudi. ita & hoc inſtrumentum, quod vim ſententiæ habet executioni dabitur.

Ou leurs heritiers.

GLOSSA SECVNDA.

1 ISta alternatiua (*ou*, aut) denotat ordinem, vt primò fiat executio in debitorem principalem ſi ſit. Si verò mortuus ſit in hęredem, nam viuentis non eſt hæres. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquirend. hæred. & ideo non eſt in electione debitoris executionem facere in alterum ſed executio, in debitorem eo viuo fieri poteſt, eo autem mortuo in hæredem vt hic. de alternatiua multiplici ſcribit tex. in l. 3. ff. de eo quod cert. loco. vbi Bartol. & Iaſ. & ego in §. ſtatuimus. 2. in verbo aut, ſaltem de colla. in concorda. vide Chaſſa. in conſuetud.

Hæredis nomine & hæredis hæres continetur, et in eũ executio fieri poterit.

2 Burgund. in rubr. *des cenſes.* §. 6. gloſſ. *contre le principal.* † Et ſic hæredis appellatione venit etiam hæredis hæres primo mortuo, vt contra eum exequutio etiam fieri poſsit, ſi non fuerit facta contra hæredem primum. l. fina. C. de hæredib. inſtituend. & hæredes in infinitum continentur. l. hæredis prima. ff. de verbo. ſignifi. vbi abundantius ſcripſi.

3 Et ſic habes quòd ſigillatum inſtrumentum eſt executorium non ſolùm contra principalem debitorem, ſed etiam contra illius hæredes, quòd obligatio hęredum virtualiter in inſtrumento cõtinetur, ſic loquitur Imol. in l. 1. col. 3. ff. de his quæ in teſta. delent. argum. l. ſi pactum. ff. de proba. & l. 1. C. ſi certum pet. tum quòd actiones actiuę & paſsiuę in illos tranſierunt. l. 1. ff. ad Trebel.

4 Tum quòd vna perſona hæres & mortuus cenſeantur. per tex. in authent. de iureiur. à moriente præſtito. colla. 4. l. hæres. ff. de vſucap. l. hęredem. vbi Dec. ff. de reg. iur.

Sententia exequi contra hæredẽ poteſt & inſtrumẽtum. Ius exequẽdi quãdo in hæredes trã ſeat.

5 Adhæc quòd hæres ſuccedit defuncto cum ſua cauſſa, ſuíſq; vitiis. l. vitia. C. de acquir. poſſe. l. Pomponius. ff. eo.

6 Item quòd ſententia poſsit executioni dari in hæredem. eſt text. in l. miles. §. fina. ff. de re iud. & hoc inſtrumentum ſigillatũ vim ſententiæ habet, vt ſuprà ſępius dixi: ergo hoc inſtrumentum ſigillatum contra hęredem ſic erit executorium, maximè cùm ſit expreſsè ſtatutum in hoc textu.

7 Nam certum eſt, quòd quando ius exequendi erat in eſſe productum, antequàm res tranſiret ad hæredem, vt pote quia obligatus erat, vel condemnatus principalis: tũc illud ius exequẽdi formatum tranſibit ad hęredẽ, vt hic. & in l. ſi ſuperatus. §. 1. ff. de pigno. l. ſi mater. §. 1. & l. iudicatis.

ff. de exce

ff. de exceptio. rei iud. Bart. in l. 3. q. 4. verſicu. circa hoc. C. de pigno. ſecus eſt ſi ius exequendi non eſſet natum: quia illud quod non eſt, non poteſt tranſire in hæredem argumen. §. ſeruus inſtitu. de capit. diminutio.

Statutũ pœnale an hæredem comprehendat.

8 Etiam ſi ſtatutum eſſet pœnale, tamen adhuc locum habebit in hærede, etiam ſi appoſita eſſet dictio tantùm, quia de mẽte promiſſoris fuit excludere factum extraneorum, non hæredum. per l. ſtipulatio iſta in princ. ff. de verbo. obligat. Franciſc. Cremen. ſing. 157. vnus ſocius. & Hippoly. ſing. 475. non eſt tibi nouum. Vnde ſi liceat mihi ex conuentione vendere pignus, & hæredi permittetur. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de pignora. actio. quę eſt ſingu. ſecundum Iaſon. in §. item ſi quis poſtulante. num. 51. inſtit. de actio. & in l. nam poſteà. § 1. ff. de iureiuran. & in l. diuortio. §. interdum. 3. nota. & in l. ſi mora. col. 2. ff. ſoluto matri. & in l. 2. §. item ſi in facto. col. 2. ff. de verbo. obliga. & Iacob. in l. prima in fin. ſi certum petatur. Corne. conſil. 221. in hac conſultatione. col. 2. in 4. vol. idem tenet Bal. in l. ſi ſeruus. ff. de condict. furti. & Alexand. conſil. 119. Attentis. vol. 6. licet contrarium teneat Iacob. ſibi contrarius in l. ſi pactum. ff. de probat. per l. nõ ſolum. §. tale. ff. de liber. legat. & gloſſ. in §. omnes. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter do. & agnat. vaſſal. dixi in l. in vſu iuris. ff. de verbo. ſignif. nunc cum illis contentus ad alia pertranſeo.

In minorem hæredem fit executio.

9 Imò etiam ſi minor hęres eſſet, fieri executio in bonis, quę peruenerunt ad eum ex iſto obligato, poterit per text. iuncta gloſſ. in l. pupillus. §. ſed & ſi creditor. ff. de author. tutor. & in l. 1. C. quando decreto opus non eſt. Quia priuilegium hæredis debitori ſuccedentis non extinguit, nec impedit ius executionis: vt Bartol. & Iaſon probant, in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. & Salic. in l. tertia. queſt. 5. & 7. C. de pignor. nec ius obligationis ex perſona hęredum immutatur. l. 2. §. ex his. ff. de verbo. obli. ſequitur Anton. Neguzant. in tracta. de pigno. in 4. parte, num. 17. cum ſeq.

An heres capi poßit ex obligatione defuncti.

10 Amplia etiam ſi ſtatutum vel ordinatio dicat debitorem prehendi poſſe, vt etiam hæres eius tunc capi poſsit teſte Bartol. in l. poſtulãte. ff. ad Trebel. quia debitor eſt. per l. debitor. ff. de verb. ſignific. Chaſſa. in conſuetud. Burgund. rub. *des cenſes*. §. ſexto. in gloſſa vltim. & hæres compelli poteſt, vbi eius defunctus poterat l. hæredem. & l. quod ipſis. ff. de regul. iur. Iacob. in l. 1. in fin. ſi cert. pet. Gomeſ. in §. fuerat. nu. 35. de actio. in inſtit. Dec. conſil. 536. in cauſſa. col. 1. debet tamen prius citari, & diſcuti an ſit hæres, & pronunciari hæres, alioqui non valeret, ſi ante caperetur: vt Bald. docet in l. per diuerſas. queſt. 10. C. mandat. Et in tractatu ſtatutorum. in verbo. capere. queſt. 9. Peruſ. in cap. ex ratione col. 23. quæſt. 2. de appel.

Ratione obligationis defuncti an heres capi poßit.

11 Tamen quando debitor obligauit perſonam & bona ſua, ratione huius obligationis nõ poterit capi hæres, licet debitor potuiſſet: vt firmat Bar. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſda. cogan. tum quia conuentio eſt merè perſonalis, quæ ad aliam perſonam non tranſit, ſicut priuilegium perſonale, cap. priuilegium. de regulis iur. in 6. & quia hæres non eſt ad hoc obligatus.

12 Nec potuit defunctus hæredes ad carceres obligare, qui non deliquerunt, nec contraxerũt: & illa obligatio carceris cenſetur extincta per mortem debitoris quoad hæredes, teſte Benedic. de Barzis in tracta. de garentigia. q. 9. partis primę, & maximè in hoc Regno Frãcię, nempe inferius concedit text. exequutionem faciendam ſuper omnibus bonis hæredis, *ſur tous leurs biens*. ergo in perſona non diſponit: vnde quod non expreſsit, diſpoſitioni iuris relinquitur, & de iure in perſonam non fit executio, vt dictum extitit.

13 Et differentia eſt, quando lex vel ordinatio concedit ius capiendi debitorem, vt tunc etiam hæres capi poſsit: tum quia debitor eſt, tũ quia lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hęreti. Quod non eſt in conuentione, quę eſt perſonalis, ideo non tranſit in hæredem. Iaſ. in d. l. ſi deceſſerit. col. 3. ff. qui ſatiſda. cogant. facit l. 3. & ſeq. §. quamquam. ff. de cenſib. & ideo is qui cõuenit, vt non facta ſolutione præſtita die poſsit in carceres coniici, ſi non ſoluat tali die iuxta conuentionem, capi poteſt: quia eſt in mora, & ſic in culpa. Sed hæres, qui in ius alterius ſuccedit, iuſtam habet ignorantiæ cauſſam, an debeatur. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ideo non eſt in mora, & ſic nec in culpa, vnde in carceres detrudi non debet.

Heres creditoris executionem facere poterit.

14 Amplia etiam, vt executio fieri poſsit in fauorem hæredis creditoris per hoc inſtrumentum ſigillatum: tum ratione correlationis, quia hæres debitoris compelli poteſt, & hæres creditoris debitorem etiam compellet: tum quòd actiones etiam actiuè tranſeant in hæredem. d. l. 1. ff. ad trebel. hoc expreſsè docet, Boer. in deciſi. Burdeg. q. 10. Ceſsionarius in fi. plus addens quòd poſteà tenebitur docere an ſit hæres vniuerſalis, vel particularis, aliàs diceretur malè proceſſum, cùm nullum

Areſtum.

15 haberet ius in ipſo debito: & ita aſſerit iudicatum eſſe Burdegalę. † Quod puturẽ eſſe verum, quando pars aduerſa oppugnaret, aliàs nõ oportet probare ſe hęredem hoc autem iudicium non datur, niſi poſtulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem, vbi Bar. & de Ripa. ff. de dãno infec. Et per ordina. poteſt fieri executio ante aliquam probationem, & in fauorem hæredis creditoris, & contra hęredem debitoris. vt inferius dicetur artic. 9. licet ſit hodie correctum.

Solennitas in executione bonorũ minoris an maior eſſe debeat, quã in bonis ... l. o ...

16 Notandum eſt tamen quòd in bonis diſtrahendis per iſtam executionem, non ſeruatur maior ſolennitas in bonis mobilibus pupilli, quàm in bonis maiorum: quia creditor non vẽdit nomine pupilli, ſed iure ſuo. Et ſic pater quando facit teſtamentum filio, non tenetur maiorem ſolennitatem adhibere in teſtamento filii, quàm ſuo: vt docet Bar. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſta. & doct. in l. lex cornelia. ff. de vulgari ſubſti. ita nec in hoc caſu maior adhibebitur ſolennitas: quia non ſtatuitur in hoc diuerſum ius in bonis maiorum & minorum, ergo

idem

idem ſeruabitur,quod probat tex.in l.ſi pupillorum.§.1.ff. de reb.eorum.& ita de conſuetudine ſeruari aſſerit Guido Papę,in deciſio Delphin.q.31.ſecundum,in fi.niſi in diſcuſsione,quę adhuc fieri in rebus minorum debet vt ſcripſi inferius arti,11.glo. *faire per.guiſition*.vbi adduxi curię ſupremę areſtum.

Ceſsionarius an executionem facere poſsit.

17 Item in fauorem ceſsionarij executio fieri poteſt: dummodo fiat ex perſona cedentis: & hoc ceſsionarius dicere tenetur,licet fiat ad vtilitatem ceſsionarij.l.ſeruo.§.fi.ff.ad Trebel.Angel. & Imol.in l.ille à quo.§.vtrum. ibidem. & maximè quando appoſita eſſet illa clauſula in inſtrumento ceſsionis,quòd cedens ponit ceſsionarium in locum ſuum:tunc per omnia inſtar cedentis reducitur.teſte Bart.in l.in prouinciali.ff.de noui operis nunciatio. vnde cùm ceſsionarius dicatur creditor,illi executio fiet:vt aſſerit Bal.in l.1.in fi.C.de actio. & oblig. & in l.per diuerſas.q.10.ff mand.nam hoc eſt conceſſum;vt lites breuiores reddantur,& ſumptus litiũ vitentur, igitur hæc ratio habet etiam locum in ceſsionario,& ſic diſpoſitio , cùm reſpiciat cauſſam & non perſonam:& ſic conſuluit Rom.conſil.38.in caſu.& conſil.142.quod ceſsionarius.de ceſsione tamen prius diſcutere oportet citato debitore.Bal.in d.l.per diuerſas.q.10.C.mãda.& ita dicit obtinuiſſe in practica Hippol.ſing.26.licet ex forma vbi multa allegat.Et Imbert in inſtitut.forenſ.in 1 parte
18 pag.mihi 21.ac Boer.in deciſ.Burdeg.q.10.ceſsionarius. † Ego tamen vidi ceſsionarium non oſtenſa aliqua ceſsione facere executionem,& niſi petatur,non tenetur eam oſtendere:quia poſtquàm facit hoc nomine cedentis,& portitor inſtrumenti cedentis nomine hoc poſſet:vt ſuperius dixi,ſic & procurator,& iſte ceſsionarius,& in practica non curatur, etiam ſi faceret executionem nomine ſuo:cùm vtiles habeat actiones:& ſeruiens iſta non curat,ſed exequitur: ob id ſi opponatur coram iudice,hic ceſsionarius,ſi executionem nomine ſuo fecerit,probabit ceſsionem præceſsiſſe,& ita ſeruatur.

In fiſcũ executio fieri valet, & in eum qui bona dedit.

19 Amplia vt etiam hęc executio contra fiſcum,& fiſci ſucceſſorem fieri poſsit:vel in eum, cui fiſcus bona dedit.l.1.C.de hæred.vel actio.vend:l.eum qui bona ff.de iure fiſci.Iaſ. conſil. 88. in præſenti.3.volu.quia fiſcus non vult,nec intendit iuri tertij præiudicare.l.2.§.ſi quis à principe.ff. ne quid in loco public.ſcripſi plenè in regula cancellariæ de non tollendo ius quæſitum:& princeps concedendo bona,obligationes concedere videtur.l.princeps bona.ff. de verb. ſignific. vbi abundè ſcripſi.

Executio in plures hæredes fit, niſi tempore inuentarij pendente.

20 Amplia ſiue ſit vnus,ſiue plures hæredes,per hunc text.*heritiers*, quia actiones pro hæreditariis portionibus in eos tranſierunt tàm actiuę quàm paſsiuę.l.1.C.de hæred.vel actio. vend. l.1. ff.ſi cer.petat. & quamuis loquatur in plurali hic tex tamen idem erit in ſingulari,& ſic in vno.per l.3.§.negotia ſiue vnum,ſiue plura.ff.de nego.geſt.& ſuperius ſcripſi.

21 Primò fallit intra tempus conficiendi inuentarium,id eſt intra tres menſes.tunc executio in hæredem fieri non poterit.l.fi.§.donec.& §.& ſi præfatam.C.de iure deliber.vbi docto.& Bald.in l.ait prætor.§.ſi quis.ff.de procura.ſequitur Boer.in deciſ.Burdega.q.10. ceſsionarius. vbi allegat Iaſ.in §.fuerat.nu.61.inſtit.de actio.ſi tamen ex conſuetudine daretur reſcitius tempus, poſt illud tempus conſuetudinis elapſum, executio in eum fieri poterit: quia ceſſante cauſſa,debet ceſſare effectus.l.quod dictum.ff.de pact.c.cum ceſſante. de appella. vnde cùm in hac patria de conſuetudine non dentur niſi quadraginta dies,ad inuentarij confectionem,poſteà in hæredem executio fieri poterit.

Executio in tenẽtem bona quando fieri poſsit.

22 Secundò limita in ſucceſſore ſingulari,id eſt in poſsidente aliqua bona, contra quem non fiet executio.l.2.vbi Bald. C.ſi aduer.credit.præſcrip.opponat.gloſ.in l. ea lege. de condictio. ob cauſam.Iaſ.in l.quædam.§.nihil.ff.de edend.in 4.not.

23 Item nec ſententiæ executio contra tenentem bona fieri poteſt : vt conſuluit Iaſ.conſil. 88. in pręſenti. in prin. vol.3. & Soci.in tracta.fallen.reg.135. executio. Quia actiones perſonales non ſequuntur bona aliqua.l.1.§.ſi hæres.ff. ad Trebel.vbi doctores dicunt fatuos creditores , qui petunt executionem ſententię,vel inſtrumenti garentigiati contra poſsidentes bona debitoris obligati,niſi venirent per actionem hypothecariam diſcuſſa perſona:tunc concludent quòd poſſeſſores bona teneantur dimittere,vt diſtrahantur,niſi debitum ſoluere malit.iuxta l.diſtractiu.cum authen.ſeq.C.de pignor.alibi dixi.

Tertius an executionẽ patiatur.

24 Tertiò perdit officium regula contra tertium , in quem executio fieri non poteſt ratione huius inſtrumenti:vt aſſerit Corne.cõſil.221.in hac.col.2.vol.4.vbi plus dicit, quòd licet ſit prohibita appellatio quo ad principalem,& eius hæredem,non tamen quo ad tertium. Idem conſuluit Franciſc.Curtius conſi.149.Pręſupponitur.nu.6.volu.2. & ſuprà dixi in verb. *appellations.* in fin.artic.1.& ideo quando capiuntur bona exiſtentia in domo obligati, tertius poterit ſe opponere:& tunc bona capta ſeruiens cuſtodiæ tradere debet,*en garde par iuſtice*,& idem iſti tertio opponenti aſsignare.vt per doct.in c.veniens.de teſtib. vbi plenè tractant. (Idem in recredentia habetur in artic.1.glo.14.in fi.titul.de ſenten.execti.)

Ordinatio loquens in vna perſona non habet in alia locũ nec quando concerneret delictum.

25 Quartò flectitur regula,quando ſtatutum,vel ordinatio loquitur de vna perſona,tunc non tranſit in hæredem.teſte Soci.conſil.120.cùm in pręſenti.col.penul.in 1.volu.& conſil.231.in pręſenti.in 2.volu.vbi ſi hæc iura vel ſtatuta loquerentur de executione facienda contra contrahentem,non haberent locum contra hęredem. Sed hîc exprimitur hęres : ob id non eſt dubium de hærede in hoc regno,vt ſuperius dixi.

26 Quintò quando concerneret delictum.l.vna.C.ex delict.defunct.Anchar.conſil.244.quia

quæſtio.vt

quæſtio.vt ſi executio fieri poſsit contra vſurarium,non fiet contra eius hærede͂.hodie per iſtum
text.fieret etiam executio, ſi inſtrumentum obligatorium adeſſet, & reſpiceret debitum, cùm hìc
expreſsè ſit cautum, non tamen in eo quod ſapit delictum, quia pœna ſuos authores tenere de-
bet.l.ſancimus.C.de pœnis.

27 Sextò facit in hærede conuentionali,qui fit in co͂tractu matrimonij,vel ſocietatis, ſeu pacti,
in quem de iure non fiet executio iuxta l.licet.C. de pactis. quia talis inſtitutio habet vim dona-
tionis.gl.in d.l.licet.& ideo in eum non poteſt fieri executio,quia hæres propriè non eſt,nec iure
hæreditario ſuccedit.& hoc expreſsim docet Maſuet.in ſua practica.rubr.de executio.§.item quę
28 dicta ſunt.vbi dicit intelligendum de hærede ex teſtamento,non de conuentionali. † Cer-
tum eſt,quòd hęreditas non poteſt dari in contractu.l.hæreditas.C.de pactis conuentis.aliàs quis
decederet ab inteſtato,& non haberet,vnde teſtaretur:& ſic libera teſta͂di facultas auferretur.con
tra l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo.obli.Alexand.conſi.38.ponderatis.col.2.vol.3.etia͂ quia non
poteſt quis donare,quod non habet.l.qui ſuperſtitis.ff.de acquirend.hęred.l.1.C.de pact.ſed hęre-
ditas eſt ſucceſsio in vniuerſum ius, quod habuit defunctus tempore mortis.l. nihil. vbi dixi de
verbo.ſignifi.ff.& ſic ante mortem non potuit dari,nec hæreditas dari poteſt,quæ non eſt:ſed ſu-
perſtitis non eſt hæreditas.d.l.qui ſuperſtitis.igitur in milite tantùm concedemus.per d.l.licet. C.
de pact.vbi doctores dubitant de ratione, etiam quia ſic dando hęreditatem fruſtrarentur credi-
tores,non habentes hæredem,quem conuenirent , ſi de omnibus bonis eſſe facta conuentio : &
ideo aſſerit Panor.non valere:ſecus ſi de parte in conſil.18.caſus,quædam domina.in primo vol.
probatur in l.fi.C.de pact.

Hæres ex co͂uentione an exequi poßit ex co͂tractu defuncti.

Hæreditas in co͂tractu dari non poteſt.

29 Vbi concluditur non valere donatione͂ omniu͂ bonorum pręſentium & futurorum:ſecus ſi
quis donet ta͂tùm præſentia.vt ibi abundè probant doct.& Dec.co͂ſ.613.domina Catharina.col.2.
30 Liquere tamen prius debet illum eſſe hæredem,antequàm in eum executio fiat.per gloſſ.in
l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſoluto matrimonio.§.planè.inſtit.de teſta.milit.

Quia antequàm ſit certum an ſit hæres,& an ſit hęres ſub beneficio inue͂tarij,& an bona ſuf-
ficiant,non fiet executio:vt fuit deciſum in hoc Senatu anno 1527.die 21 Martij.& not.Bald.in l.
per diuerſas.q.10. C.manda.aliàs appellari poteſt.teſte Corne.conſil. 221. in hac.vol.4. Hodie ta-
men contrarium eſt declaratum inferius artic.9.vbi dicetur : ideo variantibus temporibus vari-
antur ſtatuta humana.c.non oportet.de conſanguinita.

Areſtum.

31 Septimò non procederet ordinatio,quando lex in promiſſore loqueretur , tunc hæres non
comprehenderetur,quia non eſt promiſſor.teſte Soci.conſil.293. pręſens conſultatio. in 2. volu.
quòd eſt repetitum conſil.24.in 3.volu.Dec.in l.hæredem.ff.de reg.iur.ſed hęc limitatio no͂ pro-
cedit,vbi hæres exprimitur vt hìc.

Promiſſoris nomine hæres non uenit.

32 Vltimò limita in hærede ſub beneficio inuentarij , tunc in illum executio fieri non poterit
vltra vires hæreditatis.l.fi.& ibi Salic.in §.ſi verò.& ipſe in fi.C.de iure deliberan. quem ſequitur
Soci.in l.ſi deceſſerit.col.2.ff.qui ſatiſda.cogant.
33 Ideo in Francia conſuetudinaria nullus ſub beneficio inuentarij hæres eſſe poteſt ſine prin-
34 cipis conceſsione:ideo impetrari ſole͂t literę regię,in quibus hoc eis permittitur. † Requiri-
tur tamen quòd nullus alius co͂ſanguineus defuncti velit eſſe hęres ſimpliciter:na͂ ſi vnus teſtato
ris cognatus ſimpliciter eſſe hæres velit:tunc impetrans non gaudebit iſto principis beneficio in
præiudicium creditorum,aliàs eſſet fraudare creditores.d.l.fin.§.& ſi præfatam.& hoc ſolet in li-
teris regiis exprimi ſic, *Pourueu &c.que ſi aulcun du lignage dudict deffunct ſe appert,qui ſimplement,& ſans benefice d'inuentoire ſe vueille porter pour heritier,il y ſera receu.* Nam ſicut lex Aeliaſentia permit-
tit domino,qui ſoluendo non eſt,vnum ſeruum ſuum cum libertate inſtituere, ſi nemo alius ei
hæres extiterit.l.qui ſoluendo.1.ff.de hęred.inſtit.§.1.quib.ex cauſ. manumit. licet : ita & hìc per-
mittit princeps , vt ſub beneficio inuentarij hæres ſit,dummodo nemo alius ei hæres ſimplici-
ter fuerit.

De hærede ſub beneficio inuentarij ut ſine regis conceſsione non fiat, & requiſita.

35 Secundò requiritur quòd bonis non ſe immiſcuerit hæreditariis,alioqui ſe gere͂do pro hę-
rede obligatus eſt creditoribus, cum quibus adeundo quaſi contraxit.§. 1. inſtit.de obligat. quæ
ex quaſi contractu:ideo princeps no͂ concedet has literas,& ſi concederet,non verificarentur,nec
interinate͂tur à iudicibus regni:itaque ſolet hoc princeps excipere, *Pourueu toutesfoys qu'il ne ſe ſoit immiſcé eſdictz biens,ne d'iceulx apprehendé aucune choſe comme heritier ſimple.* per d.l.fi. ibi, ſiquidem
recta via adire maluerit hęreditatem,& ſpe certiſsima hoc fecerit,vel ſe immiſcuerit,vt no͂ poſtea
eam repudiet,nullo indiget inuentario,cum omnibus creditoribus ſuppoſitus eſt &c.Nam ſicut
contractus,qui ſunt de iure gentium.l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iure.princeps tollere no͂ poteſt.
l.2.C.de precib.imperato.offeren.vbi glo.& doct.ita nec quaſi contractus tollere ſolet , nec con-
tra illos reſcribere,& ſi reſcriberet,literæ non comprobarentur.

Poſt immiſtionem non prodeſt inuentarij co͂fectio.

36 Tertiò dare cautionem ſufficientem tenetur,de adimplendo voluntatem defuncti vſque ad
valorem bonorum in inuentario contentorum : vt ſolet deſcribi in literis , *auſsi qu'il ſera tenu de bailler caution ſuffiſante de accomplir le teſtament d'icelluy defunct, iuſques à la valleur des biens contenuz audict inuentoire.*

Cautionem hæres conficiens inuentarium dare tenetur.

37 In patria tamen iuris ſcripti non vidi has literas impetrari:quia dicunt fruſtra precibus impe-
trari,quod iure communi conceditur.l.vna.C.de theſaur.lib.10.& hoc verum eſt , ſed iſta patria
multùm fauet ſigillo.

Impetrationes literaru͂ ſub benef.

38 Vltimò

tio inuentarij nõ ſunt neceſſariæ de iure.

38 Vltimò iſtę literę intra annum à die mortis computandum impetrari ſolent,niſi iuſta cauſa adſit,& poſteà non:quod probatur in d.l.fin. verſic.ſinautem. ibi tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum damus ad huiuſmodi inuentarij conſummationē:ſufficit enim præfatum tempus, & ſi longiſsimis ſpaciis diſtant. Alia dicam in tracta.de reſcriptis, & literis regiis,in literis ſub beneficio inuentarij,vide etiam quę inferius ſcripſi in artic. 3. de ſenten. prouiſional.gloſ.3.

En tous lieux où ilz ſeront trouuez demourants lors de l'execution.

GLOSSA TERTIA.

Intra Regnum executio fit,nõ extra.

1 INtellige ſi intra regnum remaneant,& habitent, aliàs non fiet executio:Extra enim territorium ius dicenti non paretur impunè.l.fi.ff. de iuriſdic.omnium iud. nec poteſt iſte tex.ſtatuere,quòd fiat executio Romæ, vbi ſtatuens nullam haberet iuriſdictionem,nec falcem immittere vult in alienam iuriſdictionem,per c.nouit.de iudic.& ſic inſtrumentum ſigillatum authentico etiam ſigillo poteſt contra debitorem vbicunque exiſtentem executioni mitti,dummodo debitor tempore obligationis fuerit in loco,in quo inſtrumentum erat authenticum vt hîc.

Monitio & executio an uno die fieri debeant.

2 Secundò intellige,ſi mandatum ſit ſeruienti,vt debitorem moneat ad ſoluēdum intra decem dies,alioqui pignora capiet,non poterit vno tempore monere,& exequi,teſte Bald. in c.de cauſſis.col.6.de offi.delega.quia non ſeruaretur ordo temporis.teſte Ioan.Andre.in Nouel. in c. cùm plures.illo tit.in 6.facit l.ſi conuenerit.ff.de pignora.actio. vbi glo. quòd in caſu iſto non procedit:quia text.hîc non requirit monitionem ante executionem licet monitio fieri debeat,vt ſuperius dixi,ſed non per iſtum tex.ideo hîc nõ ponitur ordo iuris,vt in caſu Bald.ſed recuſans ſoluere,non obſtantibus executionibus eſt cogendus : itaque non debet apparitor capere pignora, niſi prius debitorem moneat:& ipſi pręcipiat, vt ſoluat,& ſtatim facta recuſatione bona debitoris capi poterunt:& pręceptum ob hoc debitori fit, vt ſciatur an debitor ſoluere paratus ſit, & an hoc velit,qui ſi ſoluat expenſas,& alia executionis incommoda vitabit,& ita ſeruatur.

Iudex ad garniēdum non,ad ſoluendum condemnat. Areſtum.

3 Tertiò intellige quòd non poteſt debitor condemnari pendente proceſſu ad ſoluendum,ſed ad garniendum:vt fuit dictum anno 1513.die 3.Martij in hoc Senatu Pariſien.& vide infrà eodem. artic.8. {& idem cenſuit anno 1516.die 3. Martij contra Aegid. *des Bois* , pro Ludo. Chriſteigne.} alioqui eſſet decidere proceſſum principalem:ob eam rem ſolet iudex pendente proceſſu,quando videt materiam prouiſionalem condemnare ad garniendum, vt vides:vel ad ſoluendum per modum prouiſionis in quibuſdam caſibus:vt ſcripſi in tracta.de ſenten.prouiſional.niſi in contumaciam,vt ſuperius dixi:vel niſi plenè appareat de debito,& reus nil in contrarium,quod probatione egeat,alleget.argu.l.ſi is à quo.ff.vt in poſſe. lega.{Sed melius eſt vt ad garniendum condemnet,& hæc condemnatio ad garniendum fit ex literis,non verò inquiri debet per teſtes,ſicut in recredentia vt iſte iudicauit Senatus anno 1526. die 10. Ianuarij inter Ioannem & Ludo. Seneſire ex vna & Ioan. Griffart ex altera.}

Executio die feriata an ualeat.

4 Quartò intellige,vt executio iſta debeat fieri die non feriata in honorem Dei,aliàs non valet. l.fi.C.de ferijs. Alexan.& alij in l.1.§.nunciatio.ff. de noui oper.nuncia. & in conſil. 53. quęritur. col.1.in 5.volu.

5 In Francia tamen , ſi contra iſtam executionem procurator regius nihil dicat, executio non retractabitur, quia partis non intereſt, cùm ipſa debeat, & ſic parte petente non iudicaretur nulla:vt fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1528. die 15. Maij. & in hoc caſu bonum eſt habere procuratorem regium fauorabilem & loquentem; aliàs ſi in curia mutus ſit,pars non obtinebit.

Areſtum.

6 Iſta autem executio bene poterit fieri diebus feriatis introductis ob neceſsitates hominum per text.in c.fi.de iud.vbi docto.& c.quod ad conſultationem.de re iudic.Guido Papę in deciſio Delphinal.q.215.An executio.vbi dicit pignorationem fieri poſſe die feriato, extra tamen diem dominicum:ſecus in licitatione,& incantibus vt dicunt l.fina.C.de fer. ego verò putarem idem eſſe in omnibus diebus feriatis in honorem Dei, cùm peccatum mortale quis in omnibus feſtis opus ſeruile faciendo incurrat: quia non ſeruat Dei præceptum : vt plenè ſcripſi in ſcholaſtico priuil. 1. ergo in illis omnibus diebus feriatis ratione honoris Dei hoc procedet, vt nec pignoratio quidem fieri debeat:& ita ſeruatur in hac patria.

Pendēte appellatione ſolui redditus an debeant. Areſtum.

7 Quintò ſi quiſpiam ſit condemnatus ad ſoluendum redditus , & ab illa ſententia appellet, ſolet curia, ſi petatur,pendente appellatione ſuper principali appellantem condemnare per modum prouiſionis ad ſoluendum dictos redditus vnà cum reliquis,quę arreragia dicunt:dummodo videat inſtrumentum de hoc authēticum:vt fuit dictum anno 1526.die 8.Aprilis.idem ſcripſi pendente nullitate.in tracta.de ſenten.executo.articul.7.gloſſa 10.

Literæ oſtēdi debent iudici alterius iuriſdictionis.

8 Sextò ſi hic obligatus reſideat in alia iuriſdictione,inſtrumētum non exequetur, niſi ex permiſſu iudicis, in cuius iuriſdictione nunc reſidet : & debet oſtendi inſtrumentum obligatorium ante executionem ordinario magiſtratui illius loci,vbi fit executio.per text.in authen.de col la.§. cos.collat.9.niſi ſtylus curiæ aliter ſe habeat:vel in literis Senatus:vt ſcripſi in proœ.concorda.in glo.ſummas.verſic.trigeſimo.literę.& in tract.de literis rogatoriis.vide inferius in glo.ſexta.in 2. Tomo conſti.reg.

Et ſur

Et ſur tous leurs biens, en quelque part qu'ilz ſoyent.

GLOSSA QVARTA.

1 QVid veniat appellatione bonorum, plenè ſcripſi in l.bonorum.ff.de verbo.ſign.non receptam hîc, videre enim quilibet poterit ibi.

2 Poſtquàm igitur hic text.loquitur de bonis, non excludit perſonam, ita vt non poſsit in eam fieri executio, & perſona prehendi, ſi ad hoc ſit obligata : vt ſuporius ſcripſi, in gl.*ou leurs heritiers.* & inferius plenius explicabitur, arti.11. quando vna & altera via quis contra vnum vti poſsit. *Capi perſona an poſsit & bona.*

Aſsiz ou trouuez.

GLOSSA QVINTA.

ET ſic loquitur tàm de bonis mobilibus quàm immobilibus per hoc verbum, *aſsis,* comprehenduntur bona immobilia: dicimus enim domum ſitam in tali loco.c.2.de religio.domib.& c.conſtitutus.ibidem.

Bona verò mobilia inuenta, vel reperta dicuntur vulgo, *trouuez.*l.ſi barſatoram. C.de fideiuſſo. Quidam ſolent dicere iſta duo differre: nempe inuenire eſt cum inquiſitione, reperire fortuito, & ſine inquiſitione. Lucas in l.inter chartulas.C. de conueniend fiſci debito.lib.10.quem Fel.ſequitur in c.2.col.3.de reſcri.tamen Valla in lib.elegāt.iſta verba dicit nihil differre, & nos ſolemus multoties promiſcuè vti.l. veteres.ff.de actio. empt. alibi fortè dicetur fuſius in tit.de verbo.ſignifi. *Inuenire & reperire an differant. Ouidius in Metamor. tu non inuenta ſed reperta es.*

Pourueu qu'au temps de l'obligation ilz fuſſent demourants au dedans.

GLOSSA SEXTA.

1 HIc prædicta modificat, videlicet vt inſtrumenta authentico notata ſigillo, executionem contra obligatum & eius hæredem habeant: vbicunque reſidebunt illi tempore executionis, ita tamen vel dummodo tempore obligationis conceptæ reſideant in loco, vbi ſigillum erat authenticum: & ſic iſta dictio *pourueu,* idem ſignificat quod ſi modo, dummodo, vel ita tamen de quibus ſcripſi in l.maiore.ff.de verb.ſign.& in §.1.in gloſ.ita tamen.de manda.apoſto.in concorda.Franciæ.

2 Et ſic habes declarationem ad illam concluſionem traditam per Bart. in l. à Diuo pio. §. 1. in fi.ff.de re iud.vbi dicit inſtrumentum garentigiæ ſecundum conſuetudinem Thuſciæ factum, poſſe vbique executioni mandari, nullius expectata requiſitione : cùm notariis à ſtatutis concedatur iuriſdictio præcipiendi partibus vt contenta in inſtrumento obſeruent. Quod præceptum ex ſtatutis executioni mandari poteſt, ſicut ſententia definitiua. Intellige ſecundum iſtum textum, quando tempore obligationis debitor habitaſſet in illo loco, vbi iure conficitur hoc inſtrumentum ſigillatum.

3 † Nec ordinatio extendit vires ſuas quoad executionem ad non habitantes. Ob id ſi habitent tempore contractus in vno loco, inſtrumentum non eſt executorium, bene probabit in alio loco, ſed non habebit executionem. Igitur executioni mandari non poteſt vbique: ſecus ſi ſemel ritè factum ſit: vt de ſententia ſcribitur in l. Lucius.§.rogatus.ff.ad Trebel.& d.l.à Diuo pio.§.1.& ſuperius ſcripſi.

4 † Sic dicitur de eo qui ritè fecit teſtamentum in portu Sarracenorum coram duobus teſtibus, vt valeat etiam vbique teſte Barba. in cle. cauſſam.col.64. & ſeq.de elect.allegat Bald.in l.ſecunda.C.quemadmod.teſtamen.aperiant.ſic valeret teſtamentum factum hîc coram duobus notariis vbique: quia maior ſolennitas hîc non requiritur, & iure confectum eſt: ideo vbique ſeruandum eſſet. *Teſtamentũ in portu ſarracenorum factum coram duobus teſtibus an vbique valeat.*

5 Et puto oriri actionem ex iſtis ordinationis articulis ad exequendum contra quemlibet: quę vocabitur condictio ex lege, vt in rub. de condictione ex lege, & in l.vna.ff.Et ſic erit actio perſonalis, quæ poteſt vbique intentari cum ſuo priuilegio.l.fi.verſic.penult.C.de præſcriptio.30.vel 40.annorum, cùm hæc inſtrumenta ſigillata vim habeant in toto regno : vt dictum extitit ſuprà eodem articulo primo: ideo vbique exequi poſſunt. *Literæ annexæ quando requirantur.*

6 Et ideo infert Bald.in fi.q.7.C.de edict.diui Adria.tollend. Quod in executione cõtractuum non requiruntur literæ alicuius iudicis: quia ipſum inſtrumentum habetur pro literis: & hoc ſeruatur in patria conſuetudinaria: in patria verò iuris ſcripti literæ, quas vocant de pateatis, annecti ſolent: vt tradit Iaſ.in d.§.1.& ego etiam vidi in literis clamoris ſigillorum, & aliis executoriis.

7 † Sed ſi inſtrumentum ſigillatum haberet tantùm executionem ex ſtatuto, vel conſuetudine certi loci, extra illum locum exequi non teneretur iudex, qui tale ſtatutum vel conſuetudinem non habet, quia in executiuis ſtatuta illius loci.in quo fit executio, attendi debent. Barto.in l.cunctos populos. C. de ſumma trinita. Si igitur iſti non habeant conſuetudinem exequendi inſtrumentum, non exequentur: vt notaui in d.§.1.ſuprà. Sed quia iſta ordinatio eſt in regno generalis, ideo vbique in regno fiet executio : ſecus in prouincia, vel in alio loco vbi non eſt talis conſuetudo, vel lex recepta.

Du deſtroict.

GLOSSA SEPTIMA.

Diſtrict⁹ quid ſit.

DIſtrictus à diſtringẽdo dictus eſt,& eſt locus propriè ſubiectus ad crimina,vel exceſſus, teſte Bal.in cle.ne Romani.col.94.de electio. vbi per illum tex.dicuut doctores diſtrictum idem eſſe quod territorium in quo iudex diſtringendi poteſtatem habet. quod ſequitur Panor.Feli. & Dec.in c.licet cauſſam. de probatio. licet ibi Bald.dicat, quòd diſtrictus intelligatur etiam in mari : quia ad mare ſe extendit, vt etiam ibi quis diſtringi poſsit. Sic & territorium dici poteſt : quia inſulæ Italiæ pars ſunt Italiæ,& cuiuſque prouinciæ.l.inſulæ. ff.de iud.ſcripſi in l.pupillus.§.territorium.ff.de verb.ſignifi.

Et iuriſdiction où leſdictz ſeaux ſont authentiques.

GLOSSA OCTAVA.

QVid ſit iuriſdictio,quotuplex ſit,& quid veniat appellatione iuriſdictionis, latè ſcribit Bart.& alij poſt eum.in l.imperium.ff de iuriſdict.omni.iudi.ideo non diſcutio nunc: ſed ibi vide, ſi te delectet, & quomodo ſciri poteſt, quòd obligatus degebat in illo loco tempore contractus,vide quid dicatur in arti.ſeq.

Idem artic. LXVII. Ibidem.

ET à ceſte fin tous notaires & tabellions ſeront tenuz mettre par leurs contractz, ſur peine de priuation de leurs offices & d'amende arbitraire,les lieux des demourances des contrahants.

GLOSSA PRIMA.

Articulus quartus.

SVperius artic. proximo dictum extitit inſtumentum obligatorium ſigillo ſignatum authentico,habere executionem contra obligatos degentes in loco,vbi erat ſigillum authenticum,ideo vt ſciatur,an obligatus reſideret tempore obligationis, hîc præcipitur notariis,vt habitationes contrahentium deſcribere habeant in illo inſtrumento contractus, ſub pœna priuationis ſuorum officiorum, & mulctę,quam emendam arbitrariam text.vocat : ideo notarius in ſuo inſtrumento ſcribet , Titius in tali loco degens , *demourant en tel lieu &c.*

Arreſtum.

2 Approbat hic text.areſta in hoc Senatu prolata primum anno 1538.die 2.Iulij,alterum requirente D.Remundo aduocato tum regio,quibus præcipiebatur notariis , vt deſcriberent habitationes contrahentium, in inſtrumentis eorum:& ſi partes habitationes duas haberent,principalem.anno 1539.die 14.Aprilis.& poſteà hæ ordinationes fuerunt publicatæ eodem anno in menſe Septembris.

3 Ratio eſt vt ſciatur, an ſigillum ſit ibi authenticum: ſecundò vt etiam dignoſcatur, an notarius ibidem inſtrumenta conficere poſsit.

Tertiò an illi qui obligati fuerint,potuerint ibi obligari,fortè quia non erant ſubditi.

Quartò an ſeruata fuerit conſuetudo loci contractus,videlicet Pariſiis eſt conſuetudo, vt duo notarij conficiant inſtrumenta, ſi inſtrumentum factum ibi fuerit ab vno,nõ valebit. Et ideo oportet apponere locum habitationis cõtrahentium, & vbi confectum eſt inſtrumentum:vt ſciamus an requiſita in illo loco ſeruata fuerint, de iure requiſita in inſtrumento, deſcribit gloſſ.in l. generali.de tabul.lib.10.C.& Barto.in l.ſi quis.§.ſi initium.ff.de edend.& Barba.in repet.rubr. de fide inſtrument.

Notarij & tabelliones quomodo differant.

4 Item hic text.exprimit *tous notaires*,intelligi debet de regiis,quia non potuit legem imponere notariis apoſtolicis:ſed quamuis dixerit *notaires & tabellions*,quia ex communi vſu loquendi notarios regios vocamus *notaires*.creatos verò à Papa,vel ab aliis viris Eccleſiaſticis,*tabellions* Quia ſic vocat Papa in c. cum P. tabellio. de fide inſtrumento. tamen ſepius hîc vſus confunditur, & parum à iure tenetur. Sed hîc ideo expreſsit *notaires & tabellions* : quia in iure multis nominibus notarij appellari ſolent,per glo.in rub.& in l generali.C.de tabula.lib.10. etiam vt clarius exprimeret velle omnes ligare notarios,& tabelliones regios, & hoc additur ad ſolennitates dictæ gl.l.generali.vt inſeratur habitatio contrahentium,licet de iure hoc non eſſet expreſſum ibi.

Contractz.

GLOSSA SECVNDA.

Quid nomine contractus ueniat.

1 GEneraliter hîc accipi contractus,etiam pro diſtractu poteſt iuxta l.omnem obligationem.de iudic.ff.& Iaſ.in §.omnium.de actio.in inſtitutio. plenè D. Tiraquel.in tractat.de legib.connubialibus in gloſ. *contracter*, cum eadem ſit ratio , in illo,licet proprie contractus pro vltro citroq́ue obligatorio ſumatur : vt plenè ſcripſi in l. Labeo.2.ff.de verborum ſignificat.ad ibi ſcripta te bone lector,nunc reiicio.

2 † Et ſi notarij in vno loco habitare ſcripſerint, & tamen alibi habitabat, poterit contrarium

probari

probari facta executione,& parti hoc dicenti incumbit onus probandi.vt l.2.ff.de probatio.ideo notarius debet dicere : talis Aureliæ habitator,vt dicebat.&c.ne poſteà falſi accuſetur.

3 Nam tunc creditur notario.Et ſi pars falsò dicat ſe ibi habitare,cùm non habitet, valebit inſtrumentum,ac ſi habitaret,per ea quæ notat Barba.in cle.ſi.col.19.verſi.& per iſtam.gl.de reſcrip. quia decipientibus iura non ſubueniunt,ſed deceptis.l.ſi non decipiendi.ff.ad Velleia.Et quia inſtrumentum non annullatur hìc, ob id valebit, per ea quæ not. Bartol.in l.cùm lex.ff.de pignor. Bald.& Iaſ.in l.non dubium.C.de legib.

4 Et dum iſte tex. dicit, *par leurs contractz*,debet intelligi, id eſt inter contractus, vel melius in contractibus,quod vulgò dicitur,*en leurs contractz*.ſed vſus eſt verbo,*par leurs contractz*, quaſi perfectè per omnes contractus hoc ſcribi debeat,ſicut ſcripſi in l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verb.ſig.

5 Aduertendum eſt quòd expreſsio loci eſt neceſſaria , propter etiam varias conſuetudines,& ſtatuta,quæ in variis ſeruantur locis.cap.primo,de conſuetudi.in 6.nempe apud Pariſien.extat talis conſuetudo.

Conſuetudo Pariſien. de penſionibus domorum.

Item il eſt loiſible à vn proprietaire d'aucune maiſon par luy baillée à tiltre de loyer, de faire proceder par voye de gaigerie en la dicte maiſon , pour les termes à luy deuz,pour ledict louage, ſur les biens du conducteur,eſtans en icelle maiſon.

In alio fortè loco non erit talis conſuetudo. Bonum igitur erit contrahentium habitationes in inſtrumentis deſcribere:verùm quia hæc conſuetudo eſt in curiis frequentiſsima,& iuri conformis,ob id plena manu eam attingere curabo.Tu lector boni conſule.

6 Igitur in iure trita eſt regula,quòd inuecta & illata pro penſione domus ſunt tacitè obligata, ob quam obligationem poteſt dominus ea includere bona:ſi non ſoluatur illi penſio.l.eſt differentia.ff.in quibus cauſ.pign.vel hipothe.tacitè contrahit.l.certi iuris.C. locat. Et apud Pictones ſeruatur,quòd locator poſsit retinere res conductoris pro penſione:vt in ſtylo eorum patet rubr.*de reconuention & retention*.Pariſien. locatores bona conductorem capere per ſeruientem poſſunt,& ea vendere,ſi penſionem conductores in termino non ſoluerint:vt ſuprà viſum eſt.

Inuecta & illata ſunt obligata pro penſione domus.

7 Practica includendi ponitur per text.& ibi Bald.in l.cum domini.ff.loca. videlicet quòd dominus locator ad ſuam domum conductam adeat,ſecumque tabellionem,qui res conductoris ibi repertas ſcribat,ducat.Et ſi conductor facta deſcriptione non ſoluat,poterit dominus domus propria authoritate bona ſcripta capere,tanquam poſt deſcriptiones poſſeſſa. l. Inquilino.ff.de dam. infect.Ioan.Fabr.& Iaſ.in §.item Seruiana.de actio.in inſtitut.& Iaſ.in l.item quia.ff. de pact.Sed illa practica non ſeruatur in Francia,nec etiam in patria iuris ſcripti:quia dominus nihil facit ſine iudice:& hæc deſcriptio cauſſa diſsidij,& forte mortis eſſet : ſed in Montepeſſulano exponit clamorem dominus contra conductorem obligatum:ſi verò non ſit obligatus, res inuectas retinet per areſtum tamen,quod fit per ſeruientem auctoritate iudicis.

Praxis in locatoribus exequendi.

8 Sed ex hac cõſuetudine ſeruata poteſt conductor bona in domo reperta ex locationis inſtrumento ſigillato per ſeruientem capere, & cõductori diem octauam,vel aliam ad vendendum ea bona ſecundum conſuetudinem cuiuſlibet regionis præſtituere, intra quam ſi debitor non ſoluat,vendentur res captæ:ſi ſe opponat,auditur opponens,& à iudice venditio permittetur, ſi iuſta oppoſitionis cauſſa non probetur.text.in l.præſes. C.locat.vbi penſio domus locatæ debet ſine mora exolui,cùm contractus ſit bonæfidei,& vſuræ à tempore moræ debeantur.

9 Item ſuadetur hæc conſuetudo per tex.in l.excepto.& ſeq.C.locat.vbi in locationibus debet ſeruari conſuetudo regionis:ergo hæc conſuetudo obſeruabitur,volens vt pignori incumbatur.

10 Præterea poſtquàm poſſunt inuecta de iure capi , & includi,vt ſuprà dixi,ergo etiam poterunt vendi,& executio in iis fieri, vt hìc.Maximè quia de locationibus ſcribuntur communiter inſtrumenta, quæ ſolent ſigillari , ergo non ſolùm ratione ſigilli executio fieri poterit,ſed etiam locationis priuilegio.

11 Item conductor non ſoluens poteſt expelli ante terminum.l.æde.C.locat. & c.propter.in fi. illo tit.& finita conductione propriá authoritate,etiam ſi conductor neget illum eſſe dominum, & antequàm de hoc ſit liquidum.ita ſingulariter conſuluit Areti.conſil.21.ſi diligenter.col. pen. allegat Bald.in l.2.C.de ſeruitutib.& aqua.Pyrrhus in cõſuetu.Aurelia.rub.de executio. art.1.licet in hoc regno ſine iudicis authoritate expelli non ſit conſuetum, & probata locatione:ſed ſolent cogi conductores poſt vnum terminum lapſum ſoluere penſionem debitam,& non expelli:ſi tamen conductor nihil in domo conducta haberet , poſſet tunc expelli, alioqui domino non eſſet conſultum pro terminis ſequentibus, & ſic ſeruatur,& tutius eſt quod in inſtrumento locationis apponatur illa clauſula, quòd ſi in vna ſolutione termini defecerit, nulla ſit conductio, poſſitque dominus propria authoritate eam domum ingredi:vide in vltima amplia,infrà nu.30.

Conductor non ſoluens quando expelli poſsit.

12 Primò amplia quòd poſſunt capi conductoris bona , & procedi vt hìc,etiam ſi inſtrumentũ locationis eſſet factum in patria,in qua non viget hæc conſuetudo, vtpote in Montepeſſulano, quidam locauit mihi domum,quam hìc Pariſi.habebat:& inſtrumentum illic confectum extitit, ſuper hac locatione,poſtquàm domus locata eſt Pariſi.ſita,procedetur vt hìc.Et quia contraxiſſe vnuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret ſe obligauit. l. contraxiſſe.ff. de actio. & oblig. Et ſufficit quòd ſit conducta , vt dicitur in d. artic. ibi. *baillée à tiltre de loyer*. in conſuetud. Pariſien. nec refragatur text. ordina. quia loquitur in re non priuilegiata : ſed hìc loquitur in

Inſtrumentum non ſigillatum an exequendũ.

conductione,quæ à iure eſt priuilegiata, vt ſuperius dixi : quod intelligerem verum, poſtquàm iudex ad ſupplicationem domini executionem conceſsiſſet : alioqui non ſolet fieri, vbi non eſt inſtrumentum obligatorium:ſed conuenitur debitor ad videndum declarari inſtrumentum eſſe executorium contra eum,& ad dicendum cauſſas cur executorium non erit.

Secundus cõductor an exequi poſsit.

13 Secundò amplia tam in primo conductore,quàm in ſecundo : ideo ſi ego conductor alteri locauerim , & ſecundus non ſoluit mihi:ego potero bona ſecundi capere, & executionem vt hîc facere, cùm alteri poſsit conductor locare ſine præiudicio domini.l.nemo.C.locat.Nam idem priuilegium datur contra primum, quod contra ſecundum,& econtrario.Bar.poſt gloſſ.in l.vectigalia.§.fi.ff.de publica.& vectigal.& ſcribitur in conſuetud.Borbo.eo.titul arti.122.& Bitur.artic.42.rub.de executio.Bart.in l.Solutum.§.ſolutam.ff. de pignor.actio. tamen dominus domus debet primò exequi contra primum conductorem ſibi obligatum : qui ſi nihil habeat,poterit ad ſecundum venire : & ita ſeruatur, & ſic conciliatur quod ſcribitur in l.ſi in lege §.primo.ff.loca. dicens res poſterioris conductoris non obligari domino primo : quod ſic debet intelligi,niſi in ſubſidium,ſed ſuo locatori bene obligantur principaliter.

Clerici an pro penſione domus exequi poſsint.

14 Tertiò extende ſiue conductor fuerit clericus , ſiue laicus:vt eſt declaratum in conſuetud. Bleſen.artic.258.quia ſi clerici locent alicui,poſſunt vti executione,vt hîc diſponitur,ita erit,ſi clerici conducant,vt etiam in bonis inuectis poſsit fieri executio:quia quod quiſque iuris in alium ſtatuerit,ipſe eodem iure vtatur.per c.cùm omnes. de conſtitu.& per ea quæ ſcripſi in proœ.ordina.in gloſ.prima.

15 Item quando clerici volunt vti conſuetudinibus & ſtatutis laicorũ quoad cõmoda, debent etiam ſecundum vnam opinionem ſeruare ea,quoad onera.Bal.in l.1.in fi.C.de contrah.emp.dixi ſuprà eo.art.2 & loquitur conſuetudo Pariſien.arti,3.ibi. *de quelque eſtat ou condition que ſoit*.ſed alibi dixi in tracta.nominat.in q.8.nu,5.an ſub illa clauſula clerici comprehendantur.

16 Reſtringe vt breuiarium clerici,aut pſalterium,vel horæ noſtræ dominæ capi non debeant, cum ſint arma ſacerdotum,& clericorum.gloſ.in l.nepos Proculo.ff.de verbo.ſignific.vbi ſcripſi.ca.conuenior.23.q.8.facit cap.quæ ipſis. 38.diſt.nec calices, nec bona eccleſiæ. ita expreſsè tenet Ioan.Fabr. in d.§. item Seruiana.col.3.& ſuperius.artic.2. dictum extitit. { niſi eſſent proprij calices ſacerdotis.}

Executio in bonis doctorum an fieri poſsit.

17 Quartò amplia etiam ſi eſſet doctor,vel alius priuilegiatus, quia conſuetudo generaliter loquitur.ergo generaliter intelligitur.l.1.§.generaliter.ff.de lega. præſtant.& in conſuetud.Pariſien. eo.artic.3.ibi.*de quelque eſtat ou condition que ce ſoit*.ſtatutum enim vel conſuetudo ſic loquẽs comprehendit etiam perſonas priuilegiatas, quando in illo caſu ſpecialiter non reperiuntur habere priuilegium :vt probat text.ſolennis.in l.fraudem.§.fi.& ibi Bald.ff.de teſta.milit.Dec.conſil.5.in cauſſa.col.2.poſtquàm volunt priuilegiatum vti hac conſuetudine , ſi locauit: ergo etiam ſi conduxit,debet habere locum,quod hîc dicitur.

18 Non poterunt tamen libri doctorum vel ſcholarium capi pro penſione locationis per illam gl.ſingul.in d.l.nepos Proculo.ſecundum Barba.in tract.de præſtan.card.in 5.quæſt. ſecũdæ partis prin.col.7.nu.26.Iaſ.in §.item Seruiana.nu.4.inſtit.de actio.quando illi doctores eſſent legentes,aut regentes actu , per ea quæ ſcribunt doct.in l. Centurio.ff de vulg.Bar.in l.medicos.C.de profeſſo.& med.lib.10.vide tamen Guido.Papæ in deciſ.Delphinal.q.88.ſed quæro.&c.

Libri ſcholaſticorum quando retineri poſsunt.

19 Tamen pro expenſis factis ad alẽdum ſcholaſticum,vel pro infirmitate,aut in funeribus, aut in aliis neceſsitatibus poterit hoſpes libros retinere donec ſit ſibi ſatisfactum:vt aſſerit Bald.in l. in reſtituenda.C.de petitio.hęred.& in l.fi.C.commodat.& Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.col. vlti.ff.de condict.indeb.Petrus de Vbald.in tract.de duob.fratrib,in 11. parte,q.vlti. dico in priuile.ſcholaſt.19.ne cum aliena locupletentur iactura. l. nam hoc natura.ff. de condict.indeb. quod bene ſeruant Pariſien.

Conductio ſine ſcriptis priuilegium habet.

20 Quintò extende,ſiue locatio & conductio fuerit facta in ſcriptis,ſiue non:vt in cõſuetud. ducatus Borbo.arti.117.declaratur:quia tantum valet actus ſine ſcriptis,quantum cum ſcriptura. l.pactum quod bona fide.C.de pact.niſi in caſibus , in quibus requiritur de neceſsitate ſcriptura, traditis per glo.meliorem iuris.in c.vno.§.fi.de cenſib.lib.6.Bar.in l.item quæritur §.qui impleto. ff.loca.& in conſuetud.Pariſien.artic.2.Sufficit quòd aliquis titulo locati tradiderit domum,non loquitur de inſtrumento publico. ergo &c. Et tunc conductio poterit teſtibus probari,vel antipochis factis à domino de ſoluto, vel per ſcripturam priuatam,aut aliàs prout de iure,& ita ſcribitur in conſuetu.Bitur.arti.37.in rub.de executio.in no.

Species in conductione an pro mitti pro penſione poſsit.

21 Sexto amplia,ſiue locatio fuerit pro pecunia certa,ſiue in ſpecie ſoluenda : & hoc probatur ponderando conſuetud. Pariſien.ibi. *pour les termes à luy deux pour ledict louage*. ſed ſpecies eſt ita debita,ſi ſit promiſſa,ſicut pecunia.l.ſi merces.§.vis maior.ff.loca.ergo & in ſpecie locum habebit, quia dicit tex.in l.vna.C.de ſuffra.qui promiſerunt,promiſſa reſtituant.Bald.ita firmat in l. ædem. C.locat.

22 Nam inuecta & illata , in hoc caſu,videlicet quando ſolui debet ſpecies , etiam ſunt tacitè hypothecata:vt docet Roma.ſing.233.allegat.l.Pompo.ſcribit ſi gratuitam.ff.in quib.cauſ.pig.vel hypothec.tacitè contrah.& gloſ.in §.item Seruiana.inſtit.de actio.& ibi Iaſ.nu.11.hoc expreſsè tenet poſt Bal.in l.1.C.locat.& idem Iaſ.in l.item quia.ff.de pact. tamen ſuper hoc cogitandum eſt: quia locatio ſine pretio fieri non debet.§.1.de locatio.in inſtitu.igitur pretium interuenire debet,

& non

& non ſpecies.vt glo.& docto.ibi aſſerunt,niſi eſſet locatio partiaria.de qua in d.§.vis maior.vel niſi prius conuentio eſſet in pretio facta, & poſtea ſpecies promiſſa eſſet pretij nomine.l. pretij cauſſa.C.de reſcinden.vend.tunc quia ſpecies eſt ſubrogata in locum mercedis, eodem iure in illa ſpecie vti licebit.l.ſi eum.§.qui iniuriarum ff.ſi quis cautio.

Hæres cõductoris exequi poteſt.

23 Septimò amplia ſiue fuerit is, qui, locauerit, ſiue eius hæres, vel hæres conductoris, nam poſtquàm res conductoris obligatæ ſunt,actiones actiuæ & paſsiuæ tranſeunt in hæredem.l.1.ff. ad Trebel. ergo illæ res inuectæ per prædeceſſorem poterunt capi, etiam bona hæredis intra domum exiſtentia,quia ad hoc ſunt obligata,poſtquàm bona ſunt intra domum conductam:vt in conſuetud.Pariſien.patet ibi *ſur les biens eſtans en icelle maiſon.* Imò non fiet diſcuſsio contra alios hæredes,vt fuit dictum anno 1513.vel 14.die 4.Febrruarij pro Galoppe contra vnum hæredem.

Areſtum.

Bona iuxta domũ etiam capi poſsũt.

24 Octauò procedit,etiã,ſi illa inuecta eſſent in area, porticu,vel diuerſorio iuncto domui, & nõ intra domũ.l.3.ff.in quibus cauſ.pigno.quia idem iudicabimus de cõnexis ſicut de principali.l.proinde.l.ſi ſeruum.ff. ad legem aquiliam. & ſententia extenditur ad connexa.l. ſi cùm tibi.C. de iudic.& inuecta & illata in ſtabulum iunctum domui,ſunt pro penſione domus tacitè obligata.l.eo iure.§. ſtabula.ff.in quib.cauſ.pig.vel hypothe. tacitè contrah. Bar. in l.Cæte.ra.§.hoc Senatus.ff.de legat.

Executio fit in rebus domu inuentis.

25 Nonò extende etiam ſi illæ res nouiter repertæ nõ eſſent ibi collocatæ,vt eſſent ibidem perpetuò:nam licet ita requirantur,vt ſint tacitè obligatæ, non tamen vt executio fiat in illis.per.l. in prædiis.§.videndum.ff.in quib.cauſ.pig.vel hypothe.Bart.in d.l.ſi induicta.C.eo.tit.quia hic dicit,*des biens eſtans dedans.*ita extant illa, quæ ibi nunc ſunt. Ergo non requiretur,vt ibi perpetuò ſint,ſed quod intra domum ſint tempore executionis:quia qualitas iuncta verbo,debet intelligi ſecundum tempus verbi.l.in delictis.§.1.ff de noxa.actio.

26 Decimò amplia etiã ſi dominus neſcierit illa eſſe illata.d.l.certi iuris.C.locat.quia hæc cõſuetudo non requirit domini ſcientiam,ſed quòd res ſint intra domum,ad hoc vt capi poſsint.

Executio fiet etiam ſi conductor dederit fideiuſſorem.

27 Vndecimò extende etiam ſi ſit datus fideiuſſor,licet ceſſet hypotheca, non tamen executio,l.pen.ff.quib.mo.pign.vel hypoth.ſoluit.Nam vtilius eſt exequi,quàm contra fideiuſſorem agere, ſicut dicimus eſſe melius pignori incumbere, quàm in perſonam agere. §. furti autem actio. de obligat.quæ ex delict.naſcunt.in inſtitu.

28 Duodecimò amplia in mercibus,quæ etiam ſunt tacitè hypothecatæ,& ideo in executione capi poſſunt:vt gl.aſſerit in l.3.ff.in quib.cauſ.pig.tacitè.& Bart.in l.cùm tabernam.in princi.ff. de pign:Iaſon in d.§.item Seruiana.col.10.ſecus ſi fuiſſent venales,cùm non ſint ibi vt perpetuò remaneant.l.venditor.ff.de pignor.Alexand.in l.ſi conſtante.in 3.q.3. partis,in princip.ff.ſolu. matrimo.quem ſequitur Anto.Neguzantius.in tract. de pignor.& hypothe.in 4.membro 2.partis,nu.133.& ſeq.ego verò puto executionem etiam in his fieri poſſe:quia conſuetudo requirit tantùm,quòd ſint res conductoris,& intra domum inuecta,quæ ſunt in re venali,ergo ſatisfit conſuetudini.Et ita ſeruatur Pariſi. licet illæ de iure non ſint tacitè obligatæ tamen executio in illis fiet, vt ſuperius dictum extitit.

Quid concludi & peti debeat contra conductorem qui res ſuas extra domũ detulit.

29 Vltimò etiam vidi contra cõductorem concludere,qui bona ſua clanculò extra domum detulerat,vt illa reportare,& reſtabilire(vt dicũt)haberet:quòd ſi interdiu fecerit,cõcluditur, vt ſoluere penſionẽ habeat præteritam:& ſi vlteriori tẽpore remanere debeat in cõductione,quod cõpellatur (vt dicunt practici) *à garnir la maiſon des biens meubles,& exploictables pour les termes aduenir.* Et nullus in hoc debito declinat:& hæc practica fundatur in l.1.& per totum.ff.de ſalu.interd.& Specula.in titu.de loca.§.poſtquam.verſic.ad hæc ſi colonus.Cepol.cautel. 81. quando quis vult. & plenè Iaſ.tractar.in §. item Seruiana. de actio.in inſtitu. Et Anto.de fano. in tracta.de pign.in primo membro.8.partis.licet non ita planè docto.explicent,quia non nouerant iſtam praxim:& expreſſum eſt in conſuetu.Bitur.articu.38.rubr.de executio.in no.

30 Et ſi cõductor nolit deferre mobilia pro vno anno,vel pro terminis ſequẽtibus,poterit è domo expelli,authoritate tamen iudicis cum ſummaria cognitione,& condemnabitur nihilominus ad ſoluendum id, quod iam pro penſione debet:vt eſt ibid. arti,81. in cõſuetud. Bitur. tractatũ, quod vbique in hac Francia conſuetudinaria ſeruatur. (Idem in eo qui cenſum domino debet, vt vidi ſæpius,& concluditur contra illum hoc,vt amplius priuetur iure & vtili dominio, quod forſan in re habet.& hoc mitigante do.proprietario,cui aſsignabitur iſtud ius, vt dicantei affirmant.) Si verò finito locationis tempore conductor migrare nolit,præcipitur ei vt egredi habeat, *& vuyder*,& citatur ad videndum ei amplius præceptum fieri,quo die eueniente ſi multa allegет, dominus domus ſolebat concludere in cauſſa ſayſinæ & nouitatis,vt manuteneatur in poſſeſsione domus,nõ obſtãtibus deductis à parte aduerſa,probatur in l.ſi cõductionis.& ibi doct.C.loca.

Executio in hoſpites aduenas pro alimentis nõ fit,ſed bona eorum retinentur.

31 Primò limita in hoſpite,qui vna tantum nocte in taberna fuit hoſpitatus,vel duabus,ſine aliqua,vt fieri ſolet,conuentione.nam licet pro ſalario hoſpiti ſint bona illius aduenæ hoſpitantis tacitè obligata,& ita pro alimẽtis,quod eſcotum Bald.vocat *l'eſcot.* hoſpes retinere poſsit.in l.certi. q.1.C.locat.Sequitur Raurn.in alpha.litera B.in fi. Tamen non habet locum,quod hic dicitur,vt videtur tenere Pyrrhus in conſue. Aurel.eo. titu.capit.7.& hoc videtur probare text.conſuetud. cùm dicitur, *de ce qui eſt deu dudict louage des termes paſſez.* in extero hoſpitante non exigitur ratione temporis, quod ibi inhabitauit, ſed tantùm ratione alimentorum, quæ licet ſint fauora-

bilia,licet videre per Bart.in tract.de aliment.tamen non datur hoc priuilegium executionis, per iſtum text.ſed retentio equi,vel alterius rei fieri poterit,& areſtatio:vt dicitur.& hoc ſeruatur, vt etiam authoritate propria hoſpes res aduenarum retinere pro ſolutione ſalarij prandij,vel cœnæ poſsit *pour l'eſcot.*

Deterioratio domus an exigat executionem.

32 Secundò limita pro deterioratione domus.Nam quamuis inuecta & illata ſint pro deterioratione domus obligat.tex.ſin.in l.2.ff.in quib.cauſ.pig.taci.contrah.Bar.in l.ſolutũ.§.ſolutamun.ſi.ff.de pignora. actio. imò fideiuſſor datus pro penſione domus, tenetetur pro deterioratione, per illum text.& l.amiſsi.§.fideiuſſores.ff. de fideiuſſor. quem reputauit ſing. ibi Ludoui. Bolo.in ſecundis interpreta.facit text.in l.ſi ab vno.ff. vt legat. no.caueat. Cepol.cautel.127.ille qui fideiuſsit.Roma.ſin.352.quæro.Hippol.in rub.de fideiuſſor.q.8.vbi latè diſputat. Ibi vide.tamen cùm conſuetudo Pariſien.loquatur in contractibus, non habebit locum in deterioratione: vt firmat Boer.in §.3.de conſuetud.feud.in conſuetud.Bitur.antiq. & ſic non fiet executio ex inſtrumento locationis,niſi in illo inſtrumento etiam conductor eſſet pro deterioratione obligatus.

Promiſsio an habeat executionẽ.

33 Tertiò fallit quando conductor migrat cum ſuis bonis permittente domino,& promittit illi ſoluere dictam penſionem debitam: tunc illa promiſsio non habebit executionem: tùm quia mobilia non habent ſequelam, tùm etiam quia debitum eſt nouatum.argu.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iud.ita inueni in magno conſuetud.lib.2.eo.tit. verſi. item nota. & facit l.ſi. ſumendo argu.à contrario.ff.in quib.cauſ.pig.& ibi glo.& conſuetud. Pariſien.dicit, *des biens eſtans dedans leſdictes maiſons:* ſi ergo non ſunt intra domum,non procedit quod hîc dicitur. poſſet tamen fieri executio ratione inſtrumenti obligatorij,ſi conductor eſſet ſic obligatus.

De locatione conſtare debet.

34 Quartò reſtringo,quando non conſtaret de locatione,prius enim de ea conſtare debet:quia executio ſuper ea fit.arg.l.non ignorat.C.qui accuſare non poſſunt.& §.planè.de teſta.milita.in inſtitu.Barb.conſi.12.illud.col.10.in 4.volumi.Bar. in l. ſi non inducta.C. in quib.cauſis pign.tacitè contrah. vbi dicit inducta non eſſe tacitè obligata, quando non conſtat eſſe inuecta, ſed poſtquam de his conſtiterit, in his inuectis præfertur dominus quibuſcunque creditoribus.l.1.ff.in quib.cauſ.pign.

Inuecta in prædium ruſticum an ſint tacitè obligata.

35 Quintò modera,in locationibus prædiorum,aut rerum ruſticarum:quia ſicut inuecta & illata ad illud prædiũ ruſticũ non ſunt obligata tacitè.l.eo iure.ff.in quib.cauſ.pign. quod intellige ignorante locatore:ſecus ſi ſciat inuecta eſſe.glo.& doct.in d.§.item Seruiana.vbi gl.dicit eſſe rationem:quia ſancta ruſticitas omnia palàm habet.vide ibi per docto.hodie ſit executio etiam in his ratione inſtrumenti regio ſigillo,vel authentico ſignati,vt dictum extitit ſuprà artic.1.& 2.

Bona alterius quàm conductoris an pro penſione domus capi poſſint.

36 Sextò limita,quando illa bona non eſſent conductoris, tum non dicuntur tacitè hypothecata.l.ſi aduerſarius.C.ad Velleianum.Bartol.& alij in l.item quia.ff.de pact.cùm non poſsint expreſsè obligari à non domino.l.1.§.1.ff.de pignor. ergo nec tacitè obligabuntur.l. rem alienam.ff. de pign.actio.gloſ.in l.certi.C.loca.& eſt declaratum in conſuetud.Pariſi.ibi, *ſur les biens des conducteurs:* ergo ſuper alienis bonis non fiet executio,quæ ſi fiat,perperam facta iudicabitur. {Nec poſſunt capi bona tertij, quamuis is, à quo tertius acquiſiuit, ſe obligaſſet, vt cenſuit Senatus die vltima iulij anno 1515.quia mobilia non habent ſequelam vt ſtatim dicetur.}

Capi res extra domum nõ poſſunt.

37 Septimo perdit officium regula, quando executio fieret in rebus, quæ ſunt extra domum apud quendam tertium, quia tunc non poſſent includi per dominum domus:ergo nec capi pro executione.per text.conſuetud.Pariſien.ibi, *des biens du conducteur eſtans dedans ladite maiſon.* probat etiam tex.in l.in prædiis.ff.in quib. cauſ.pign. tacit. contrahat. ſed poſſet agi Saluiano interdicto. vt l.1.C. de Saluia. interd. Specula.in tit.de locat.§. poſtquam.verſi. ad hæc ſi colonus. & doct.in d.§.item Seruiana.

Mobilia nõ habent ſequelam.

38 Res enim mobiles ex conſuetudine non habent ſequelam. vulgus dicit, *meuble n'a point de ſuyte,* id eſt non poteſt creditor eas perſequi apud alium, quàm debitorem teſte Boer.in §.fin.de conſuetu.hypothecæ.in conſuetud. Bituri. tum quòd illorum bonorum ſit vilis & abiecta poſſeſsio.l.ſi rem.ff.de acquiren.poſſeſsio. & plus ſumptuum fieret in perſecutione, quàm valerent, quod reprobat lex mediterraneę.C.de annonis & tribut.lib.10.& quia pignoratitia actio eſt perſonalis.l.ſi creditor.ff.de pignora.actio.l.ſi.C. de diſtractio.pig.l.2.quib.mo.pig.vel hypoth.ſol.

39 Quod non procedit quando illa bona veniſſent ad detentorem iure hæreditario, vel alio titulo lucratiuo in fraudem.teſte Boer.in d.§.ſi.& Neguzantio.in tract.de pigno.in 2.membro 7.partis.num.6.

40 Secundò etiam, quando illa mobilia eſſent expreſsè obligata.l.ſi tibi. & l.debitorem.C. de pign.facit l.eſt differentia.ff.in quib.cauſ.alioqui ſi conductor non habens niſi mobilia alienaret ea omnia,dominus penſionem amitteret,quod tamen non reſpicitur,quando res publicè licitantur:quia fortè non ſunt expreſsim obligatæ,nec ſolent hæ mobiles expreſsè obligari. {Tertio ſi ſayſitæ verbo fuerint res, eo quòd apparitor non potuit ingredi cubiculum, vbi res erant, tunc præferetur hic prius alteri, qui verbo & re illa bona per viatorem accepit, quia vigilauit, ob id ſuam meliorem conditionem fecit.l.pupillus.ff. quæ in fraudem cred.ſic iudicauit Senatus anno 1539. in menſe Iunio,Boguier & Rebours aduocatis poſtulantibus. Et nota quòd ſayſina fit verbis tantum, re & verbis ſimul, & ſicut re & verbis coniunctus præfertur coniuncto verbis tantum. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. ſic & in ſayſina facta ab apparitore, ſeu, vt dicunt, ſayſimento.}

41 Octauò fallit,quando conductor eſſet perſona,quę non poſſet expreſſè obligari,tunc etiam inuecta non erunt tacitè obligata:vt aſſerit gl.& docto.in d.l.item quia.Bald.in d.l.certi iuris. col. vlt.vnde dicunt Bar.& Imo.in d.l.ſi conſtante, quòd res inuectæ & illatę à minore nō ſunt tacitè obligatę:tamen in conſequen.actus permiſſi, quòd inducatur tacita hypotheca in rebus minoris,firmat gloſ.in l.fin.C.de legit.tuto.Bal.Angel.& Paul.in l.item quia. ff.de pact. & iſtam communem dicit Iaſ.& moderni in d.l.ſi conſtante: & credo quòd iſta opinio ſeruaretur in praxi:& de hoc non dubito,quando iure eſſet obligatus,videlicet inſtrumento ſic ſigillato,cum authoritate tutoris.Nam cùm ſeruiens non habeat cauſſę cognitionem,bona eius caperet,& diſtraherētur,ſi non opponeretur:& oppoſitio non valeret,ſi minor ibidem inhabitaſſet, & hanc deberet penſionem.

Minor an exequi ualeat.

42 Nonò fallit in nominibus debitorum,quę non ſunt obligata pro penſione domus,licet inſtrumenta ſint illata & inuecta in domum cōductam.per l.Caius.& ibi Bald.ff.de lega.2. Gomeſ. in d.§.item Seruiana.col.6.de actio.in inſtitu.

Nomina debitorum an ſint tacitè obligata.

Solent tamen nomina & immobilia capi pro executione,ſi nihil aliud inueniatur, vt inferius plenè ſcribam in artic.11.

43 Decimò ante terminum elapſum non poſſunt capi pignora conductoris, quia non eſt adhuc debitum. Et hoc probat Pariſien. conſuetudo. *Pour les termes à luy deuz.* & ibi. *pour les termes eſcheuz à cauſe dudict louage.* Ergo ſi adhuc non debeatur quicquam, non poteſt capi pro executione pignus.Si tamen conductor eſſet ſuſpectus,poteſt cogi vt idoneè caueat de ſoluendo. per gloſ.in verbo reuerentiam.in l.penul.C.de operis libert.Quam ſequitur Iacob.in l.in omnibus. ff.de iudic.& Iaſ.in l.pecuniam.ff.ſi certum petatur.quod eſt verum,ſi factus fuerit ſuſpectus poſt locationem:ſecus ſi tempore locationis talis eſſet.l.ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſda.cogant.

Ante terminū elapſum non ſit executio.

44 Vndecimò pro expenſis neceſſariis factis ad reparationem domus conductę de conſenſu locatoris poterit retineri penſio locationis:vt plenè ſcripſi in l.nemo poteſt videri.& l.impenſæ. ff.de verbo.ſigni.& habetur in cōſuet.Bitur.artic.40.in no.iſta ſunt,quę volui adducere pro conſuetud. Pariſien. & iure frequentiſſimo locationum. {Vltimò ſi colonus vel inquilinus non habeat vnde funeretur,ex inuectis & illatis eum funerandum Pompo.ſcribit.& ſi quid ſuperfluum remanſerit,hoc pro debita penſione teneri.l.at ſi quis.§.1.ff.de relig.& ſumpt.funer.}

Penſio retinetur pro expenſis in re locata factis.

Sur peine de priuation de leurs offices.

GLOSSA TERTIA.

COmminatio eſt non pœnę inflictio.glo.in c.vnico.de ſagitta.& c.ſicut tuis.de Simo.& in c.Salonitanæ.63.diſt.Ob eam rē non erit notarius ipſo iure priuatus.Sed priuatur ſi huic legi non pareret,& pro qualitate delicti,& contemptus puniri poſſet: vt ſcribunt docto.in l.vna.ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. & duodecim pœnas ſcripſi in tracta.nominatio.quęſt.19.contra illos,qui contra legem faciunt,& legi non parent.

Comminatoria uerba.

Et d'amande arbitraire.

GLOSSA QVARTA.

1 ETiam ſi non dixiſſet (*arbitraire*) eſſet arbitraria, nempe quando non eſt certa pœna expreſſa,intelligitur arbitraria.l.1.ff.de effracto. & inuanum torquent animum ſuum quidam caſus,in quibus iudex poteſt arbitrari enumerantes,cum regula ſit ibi,quòd in omnibus caſibus regulariter poſſit iudex arbitrari, niſi lex ſuum protulerit arbitrium,& declarauerit.l.1.ff.de iure deliber.Et non debemus numerare caſus, vbi eſt regula, ſed exceptiones,& modificationes ſic.

Omnia arbitrio iudicis relinquūtur quæ nō ſunt à iure expreſſa.

2 Itaque olim ante leges conditas omnis animaduerſio criminis, in arbitrio iudicum relicta erat:vt docet Alex.in lib.genial.vlti.c.10.de emenda. & mulcta plenè ſcripſi in l. aliud eſt fraus §. inter.& l.ſi qua pœna.de verborum ſignificatione.ff.

3 Et cùm pœna hìc expreſſa ſit,nō punitur ob id notarius de falſo:quia expreſſa pœna tacitam excludit.argu.l.cùm prætor.ff.de iudic.

4 Sed bene in teſtamento cautum eſt, quòd ſi notarius ſolennitates omittat,falſi pœna puniri debet.l.iubemus.in fin.C.de teſta.diuerſum ergo hìc,quod eſt verum:quia ibi ſcripta eſt pœna,& agitur de graui præiudicio, videlicet de teſtamentis, & de omnibus bonis in teſtamento diſpoſitis.Secus in contractibus.

Notarius ſolennitates omittens an falſi puniri poſſit.

5 Bene tamen fateor, quòd ſi notarius inſtrumentum inutile tradat, ad id quod intereſt tenetur.l.ſi.C.de magiſtra.conueniend.

6 Item falſi tenetur, qui nomen meum ſcriptum in meo libro vel alia re delet, & ſuum apponit.per tex.in l.Paulus.ff.de falſis.hoc expreſsè tenet gloſ.in l.1.§.qui rationibus.in verbo falſi.ibidem.& ibi Hippoly.dicit ſibi aliàs eueniſſe.

Delens nomen meum & ſuū ſcribens falſi tenetur.

7 Idem ſi inſignia arma mea vaſis, & lancibus meis affixa, vel aliis ſupellectilibus quis deleat, mutet,& ſua apponat:quia eſt eadem ratio.dicit tex.in l.iuriſgentium.§. adeò. ibi eadem ratione. ff.de pact.quod eſt verum,quando hoc fraudulenter faceret per l.primam.ff.de furtis.

Les lieux des demourances des contrahants.

GLOSSA QVINTA.

Pars mentiens habitationem quomodo puniatur.

1 TEnetur notarius deſcribere vbi morentur,& degant contrahentes tempore, quo in-
ſtrumenta conficit:quid ſi obligati mentiantur, aliam dicentes ſibi habitationem,re-
ſpon.teneri pœna ſtellionatus,ſiue arbitraria, imò ſi dicant ſe habitantes in illo loco
etiam ſi non eſſent, ratione mendacij exequetur in eos inſtrumentum, vt hîc. Quia
quis perdit priuilegium per mendacium.l.ſed hoc.§.fina.ff.de re iud.ſcripſi in gloſ.diſpoſuerit.§.
2 ſi quis verò.de colla.in concorda. † Sicut ſi quis aſſerat bona,quæ vendit nulli eſſe obligata,
& tamen reperitur contrarium:& ipſe ſciebat,dicitur ſpecies furti, & ſecundum aliquos ratione
3 mẽdacij incarcerari poterit.Et ad hoc ſolet inſtare procurator regius. † Sed ſi notarius con-
tra veritatem ſcribat,& contra partis aſſertionem, falſi tenebitur. l.1.ff. ad legem. Cornel.de fal.
4 † Iſte articulus etiam arctat fideiuſſores,vt notarij ſcribant etiam illorum habitationes, quia
largè contrahere dicuntur:vt plenè declaraui in l.Labeo.2.ff.de verbo.ſigni.poſt Chriſto.porc.in
rubr.de iuſt.& iure.in inſtitu.hîc multa quę tangunt officium notariorum deſcriberem, ſed ma-
teriam proſequor propriam,ſi velis eam videre,recurre ad Speculatorem in ti.de notario.& in ti-
tul.de inſtrumen.editio.per totum.

Aſſerẽs bona eſſe nulli obligata punitur.

Fideiuſſores habitationes dicere debent.

Idem *article* LXVIII. Ibidem.

ET ſi contre l'execution deſdictes obligations il y a oppoſition, ſera ordonné que les biens prins par execution,& aultres,s'ilz ne ſuffiſent,ſeront venduz, & les deniers mis en ſes mains,non obſtant oppoſitions ou appellations quelzconques par prouiſion, en baillant par le creancier bonne & ſuffiſante caution, & ſe conſtituant achepteur des biens de iuſtice.

GLOSSA PRIMA.

1 IN pręcedenti articulo docuit text.notarios circa inſtrumentorum confectionem,
vt habitationem contrahentium in inſtrumento deſcribant. hîc verò docet iudi-
ces quid pronunciare habeant,quando pars ſe opponit executioni:& iſta verba iu-
dex proferre debet,poſtquàm audiuerit partem opponentem, ſi oppoſitio non ſit
iuſta:vt inferius dicetur.

Iudex ad oppoſitionem partis quid debeat ſtatuere, & poſt appellationem.

2 Secus ergo in appellatione,nam illi putat deferendum : quia de vno loquitur iſte text. & ſic
alterum excludit.c.nónne.de pręſumptio.l.cùm pretor.ff.de iudic.& ita ſeruatur.Nam ſi pars,eo
quòd ſeruiens oppoſitionem non recipit,appellet,apparitor ab executione deſiſtet : vt ſuprà di-
ctum extitit.

In duplis & pecunia minuta creditor ſolutionem recipere debet. Areſtum.

3 Quid ſi debitor offerat debitum in denariis,duplis, vel liardis, an creditor teneatur recipere
decem libras,aut aliam ſummam in illa moneta,fuit valde diſputatum in palatio, demum in Se-
natu iudicatum creditorem teneri recipere,anno 1534.die 2.Martij.per l.Paulus reſpon.1. à con-
trario.ff.de ſolutio.vbi creditor non eſt cogendus recipere nummos in alia forma, ſi ex ea re ali-
quod damnum paſſurus ſit,ſi ergo non eſt paſſurus damnum,cogitur recipere.l.vnica.C.de col-
la.æris,li.10.Et non videtur inferri parti damnum, cùm vna pecunia tantum valeat ſicut alia : vt
expreſsè decidit patruus meus in l.fi.C.de veteris numiſmat.poteſta.lib.11.dicens quòd ſi debitor
velit ſoluere in pecunia minuta,& creditor velit ſibi ſolui in aurea,aut argentea:tunc ſi in inſtru-
mẽto non ſit expreſſum,in qua pecunia ſolutio fieri debeat,dabitur electio debitori,cùm tantũ
pecunia minuta valeat,ſicut magna.nam tantum valent 45.ſolidi,quantum aureus,& tantũ duo-
decem denarij,ſicut ſolidus,& tantum valent nouem librę turonenſes in pecunia minuta,ſicut in
aureis,& tantum valet libra auri,quantum 70.aurei.l.quotieſcunque.C.de ſuſceptori.præpoſi.&
4 archa.lib.10. † Et poſtquàm minuta pecunia ſicut aurea approbatur à principe, non poteſt
recuſari,aliàs recuſans puniri extra ordinem poteſt.l.1.C.de veter.numiſmat.poteſta.lib.11.ſcripſi
in l.etiam aureos.ff.de verbo ſignifi.

Pecunia minuta quando recuſari poſſit.

5 Si verò in contractu moneta certa fuerit promiſſa,vt pote promiſi decem ducatos,vel aureos:
tunc non poſſet debitor,aliud inuito creditore ſoluere.l.2.§.primo. ff. de reb.cred. notat Bar. &
docto.in l.cùm quid ibidem:ſecus ſi quis promiſerit decem libras turonen.vel Pariſien, cùm re-
cipiant æſtimationem:quia libra turonen.non eſt certa pecunia,vt aureus,ſed viginti ſolidis æſti-
matur : ob id in minuta pecunia etiam in denariis fiet ſolutio. facit quod ſcribit Guido Papę in
deciſ.Delphinal.q.493.ſi fiat monetæ, plenè Albert. Brunus in tracta de augmento.pecuniam ta-
men Anglię, vel alterius regni recipere non tenetur : vt ſcribit patruus meus in d.l. fi.de veteris
numiſma.poteſta.niſi à principe fuerit approbata ad certum valorem, tunc ad illum valorem
non debet recuſari.

Sera orden

Sera ordonné, que les biens prins par execution.

GLOSSA SECVNDA.

1 LOquitur de rebus mobilibus per verbum, *prins.* quia immobilia in hoc regno capi non dicuntur, ſed ſayſiũtur, vt ſuprà dixi: & inferius dicetur in illis quomodo procedendum erit.

2 Et ſic requiruntur hîc ſequentia. Primò quòd bona capta ſint ibi, *prins.* Si tamen pars ſe opponeret, ne bona caperentur, idem erit: ſed hîc dicit *prins:* quia ſeruiens non recipit oppoſitionem antequam ceperit bona, vt dictum artic. primo extitit.

3 Secundò quòd ſint capta ratione executionis debiti, ſecus ſi cauſſa depoſiti, vel alia, ibi, *prins par execution.* Ergo de illa qualitate conſtare debet. art. l. eum actum. ff. de neg. geſt.

4 Tertiò requiritur quòd oppoſitio adſit, ibi, *y ha oppoſition,* nempe ſi debitor non ſe opponat, eius bona vendentur ſine hac ſententia, quid enim ad iudicem, ſi partes ſint cõcordes? l. 1. §. inde. ff. de noui oper. nuncia, & hoc iudicium non datur, niſi poſtulatum fuerit. l. 4. ff. de dam. infect.

5 Quartò quòd oppoſitio fiat contra executionẽ, ibi, *contre l'execution.* Secus ergo ſi pars ſe oppoſuerit, eò quòd capit bona non ſua, vel quia frangit lectos exequendo: nã tunc vidi ſeruientem condemnari ad id quod intereſt: ideo apparitor debet requirere debitorem, vt det lectum: qui ſi dare nolit, debet per fabrum lignarium lectum diſiungere per text. in l. lectos. ff. de periculo & commod. rei vend. & idem in alijs bonis, quæ ſic iunguntur. *Diſiũgi lectus pro executione captus debet, non verò frangi.*

6 Quintò quòd denarij dabuntur creditori, ſi cautionem dederit, ibi, *en baillant par le creancier caution.* Et de hoc dixi in articul. 1. de ſentent. executo.

7 Sextò quòd bonam & ſufficientem cautionem det parti ibi, *bonne & ſuffiſante caution,* quid iſta verba ſignificent, abundè elucidaui in d. artic. 1.

8 Septimò quòd recipiendo pecuniam ſe conſtituat emptorem bonorum iuſtitiæ. Ex his requiſitis iudex ſententiam ſuam profert.

9 Audi quid iudex pronunciat. primum, quòd bona capta executionis nomine vendentur, ibi, *que les biens prins par execution ſeront vendus.*

10 Secundum quod ſi non ſufficiant ad integrum debitum perſoluendum, alia capientur, & ſic vendentur: vt dixi ſuprà artic. 1. probatur hîc, *& autres s'ilz ne ſouffiſent.*

11 Tertium quòd bonorum ſic venditorum denarij ponentur in manibus debitoris ibi, *& les deniers mis en ſes mains,* id eſt, dabuntur creditori & tradentur.

12 Quartùm quòd hoc fiet non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus partis ibi, *non obſtant oppoſition ou appellation quelzconques.*

13 Quintum quòd hoc fiet per prouiſionem, non ergo ſimpliciter dicet iudex, ſed addita qualitate *par prouiſion:* alioqui bona cauſſa eſſet appellationis, & ſententia annullaretur. Et ſic ſummatim vides hunc articulum elucidatum.

14 Et intellige ibi, *ſera ordonné,* per iudicem, qui de oppoſitione cognoſcit, pronunciabit enim bona capta per modum prouiſionis eſſe diſtrahenda. Et ſi appellatur, ea non obſtante vendẽtur: & pecunia ex rebus venditis redacta, dabitur parti cũ cautione. Ita ſtatuitur hîc: ſecus ergo ſi per arbitrium, vel notarium ſic pronunciaretur, vel per iudicem eccleſiaſticũ, & quia hîc loqui videtur tantùm de ſuis iudicibus, id eſt regiis, quibus legem imponit. {Sed ſi pars per prouiſionẽ peteret bona ſibi reſtitui, dando emptorem iuſtitię, & iudex hoc decernat, malè & perperam ſtatutum decreuit Senatus, anno 1515. die 26. Februarij pro Epiſcopo Aurelianen. tanquam commendatario abbatię ſancti patris de Valle, contra quendam mercatorem Pariſi.} *Areſtum.*

15 Imò etiam ſi literas impetrauerit poſteà debitor moratorias, ſeu *de ſurceance:* tunc etiam ad garniendum condemnabitur, non obſtantibus iſtis literis: vt fuit dictum anno 1526. die 21. Martij ante paſcha, quod eſt bene notandum. Superius dixi articu. 2. in fin. de literis annalibus, & quinquennalibus, vbi fuit contrarium dictum: verum hîc intelligi debet, quando impetrantur poſt condemnationem. *Condemnatur ad garniendum nõ obſtantibus literis annalibus. Areſtum.*

16 Item literæ ſtatus non impediunt prouiſionem: vt fuit dictum contra dominum *Morlet du Maceau* Generalem Francię tunc legatum ad partes Heluetiorum pro Iacobo *de ſainct Blancé,* qui dictus *Morlet* recognouerat literas ſuas, & fuit condemnatus per procuratorem ad garniendum: cui conceſſa dilatio longa fuit ad certiorem eum faciendum anno 1525. in menſe Ianuario in Senatu {Dico in tract. de literis dilato. in 2. Tomo.} *Prouiſionẽ non impediunt literæ ſtatus. Areſtum.*

Et aultres s'ilz ne ſouffiſent.

GLOSSA TERTIA.

1 ET ſic alia bona poſt primam captionem & executionem capi poſſunt, ſi primò capta non ſufficiant, vt hîc: & ſi mobilia non ſufficiant, poſſunt immobilia ſayſiri, perficiendo executionem. l. à Diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. *Bona capta ſi non ſufficiant, alia capi debẽt.*

2 Et illa bona eſſe capta apparitor debet poſteà parti ſignificare, & notificare debitori, qui non fuit pręſens, dum caperentur, & illum citare, ſi bona ſint mobilia, vt practicè loquar, *à veoir aprecier les biens prins.* † 3 Qui debitor ſi non comparet, dicet iudex bona æſtimanda per primum æſtimatorem, vel probum virum ad hoc expertum: qui domum æſtimat, & ſuę æſtimationis *Practica ſuper rebus mobilibus captis diſtrahẽdis.*

tionis literas concedit:quibus habitis poſteà venitur ad executionem mobilium.in immobilibus eſt alia praxis,de qua inferius loquemur.

Seront venduz.

GLOSSA QVARTA.

PEr licitationem,& vltimò offerenti dabuntur & iudicis authoritate.l.prima.C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſca.lib.10.prius tamen facta æſtimatione vt ſuprà dixi: & in his iudex non debet facere gratiã, ſed plus offerenti tribuere: vt inferius dicetur. {Et hęc praxis elicita eſt ex l.fi.ff.de requi.reis.ibi,ne aut mora deteriora bona fiant,aut aliquo modo intereãt,venire debere,pretiúmq; eorũ in depoſito eſſe diui Seuerus & Antonin.ſaxerũt.}

Et les deniers mis en ſes mains.

GLOSSA QVINTA.

Ses mains, ad cuius manus referri debeat.

1 ID eſt in manibus creditoris.l.ex facto.iuncta glo.in verbo ſua.id eſt rogantis dicit, ſic ſua,id eſt creditoris.ff.ad Trebel.de hoc plenius ſcripſi in l.pupillus.§. fin. ff.de verborũ ſigni.ideo hîc alia non ſcribo,niſi quod vulgus loquitur ſępius iſta phraſi.
2 † Idem eſt dicere,*en ſes mains*,quod in ſua poteſtate:quia is qui in ſua manu habet quicquam,id in ſua poteſtate habere dicitur:vt ſcripſi in §.primo in glo.manibus,rub.de regia ad præla.nomin.in concorda.Franciæ.& abundantius in l.mulieris.§.1.ff.de verbo ſignifi.

Denariorum nomine quid veniat.

3 Quęro quid denariorum nomine veniat?Reſpon.Budæ.in tract.de aſſe.lib.2.dicens denariũ fuiſſe argenteum,& denis aſſibus valuiſſe,poſteà in libr.5.dicit denarium nunc appellamus caroleum,nummum argenteum,qui antiquum ſextertium nummum valet.

4 Hodie verò ex communi vſu loquendi Franciæ denariorum, *deniers* nomen eſt generale, omnem ſignificans monetam,vt hîc:quia omnis moneta in denarios conuerti poteſt:& denarius omnem æſtimat pecuniam:ob id puto iſtum vſum loquendi introductum.vide text.in argumen. in l.ita.ff.de fideiuſſor.

5 Item etiam denarius eſt minima moneta,qua vtimur,vulgò *denier*,vel *tournoys* vocatur. ſcripſi abundè in l.etiam aureos.ff.de verb.ſignifi.

6 Item eſt denarius numerus perfectus,de quo Cęlius pulchra ſcribit in li.antiqua.lectio. 12.c. 14.& ego in §.1.gl.decem. de mandat. apoſto.in concorda.Franciæ.

Iurare creditor an teneatur.

7 Si tamen debitor vellet ſtare iuramento creditoris,an hoc debeatur vel an fuerit ei ſolutum, non tradetur illi pecunia,donec iurauerit, ſi pars illud antea allegauerit: ſed interim in manibus ſcribæ,ſeu grapharij deponentur pecunię,vel in manu alterius perſonę idoneæ, non creditoris.

Arreſtum.

8 ita fuit dictum in Senatu anno domini 1526. die 1 Aprilis. † Etiam vidi dubitari, ſi lator inſtrumenti ſigillati executionem petat à debitore,qui ſolutionem allegat factam principali, cuius iuramento vult ſtare,vt portitor inſtrumenti debeat curare principalem venturum ad iurandum, licet allegaret obligationẽ inſtrumẽti eſſe factam portitori,*ou au porteur de ces præſentes &c.* tamen hoc admitti captis bonis debet.Vide quæ ſcripſi ſuperius ar.1.in glo.*Et ſans preiudice d'icelles.*

Non obſtant oppoſitions ou appellations quelz conques par prouiſion.

GLOSSA SEXTA.

Iudicis ſententia ſuper bonis captis.

1 ET ſic debet iudex pronunciare, videlicet quòd per modum prouiſionis vendentur pignora:& pecunia ponetur in manus creditoris,tradendo cautionem per eum:& ſi pars appellet,exequetur ſententia non obſtante appellatione,tamen ſi dicatur poſteà bene appellatum,condemnabitur creditor ad reſtituendum res venditas, vel æſtimationem illarum,& ad damna & intereſſe cum expenſis.l.cùm ex cauſſa.ff.de appella.l.ei cuius.de

Opponens & appellàs ante executionem non auditur.

2 appella.recipiend.l.chirographis.§.1.ff.de adminiſtra.tutor. † Et quamuis hic text.alternatiuè loquatur,tamen accipiendum erit coniunctim,videlicet quòd non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus res vendentur: & pretium creditori hoc caſu dabitur: ſed ideo appoſuit alternatiuam,quia poſt ſententiam non ſolet quis opponere,ſed appellare: vt in rub.ff. & C. de appel.ideo dicit quòd licet opponeret,vel appellaret,vel vtrunque faceret,adhuc executio fiet,per ea quę ſcripſi in l.ſæpe.per illum text.ff.de verb.ſignifica.& Bar. in l.certi condictio. §. quoniam. ff.ſi certum petat.Nam ſub ſimplicibus hoc comprehenditur mixtum.l.2.ff.de verb.oblig. videte tamen quæ in alio caſu ſcripſi,in glo.10.*appellations*.art.1.ſuprà eo.

En baillant par le creancier.

GLOSSA SEPTIMA.

Gerundium en baillant quid ſignificet.

1 ID eſt ſi creditor tradiderit cautionem,ita exponitur hoc gerundium in l.ſi tu ex parte.iuncta glo.ff.de acqui.hæred.ſcripſi in tract.de ſentent.executo.art.1.in gloſ.*en baillant*.vbi abundantius tractaui:videre ibi licet.

Si plures ſint creditores.

2 Item ſi plures eſſent creditores etiam debent dare cautionem:quia indefinitè loquitur hîc rex.*par le creancier* ergo quilibet,ſiue fuerit vnus,ſiue plures.Nam edictum licet regulariter ſcriptum,

ſcriptum ſit,ſi tamen plures interuenerint,locum debet habere:vt Pomponius ſcribit in l.1.§.item hoc edictum.ff.quod falſo tutor.autor.geſtum eſt. Et plures hæredes vnius creditoris vnã tantùm cautionem dabunt,ſic & plures creditores vnius debiti,quia loco vnius habentur. l. 2. §. ex his.& l.in executione.ff.de verborum obliga.de hac cautione multa ſcribo in tract.de ſenten.executo.artic.1.in glo.*bonne & ſuffiſante caution.*{Sic quando plures ſunt partes,omnes vnum procuratorem conſtituere debent.l.ſi quis cum procuratorio.§.vnius.ff.de procura.& l.iam tamen.§. ſi tamen.iudicat. ſolui. & ita iudicauit Senatus anno 1512. die 23. Iulij, vt expenſæ & litis anfractus vitentur.c.diſpendia.de reſcrip.in 6.}

tores an qui libet cautionẽ præſict.

3 Notandum eſt quòd executio inſtrumenti garentigiati differri non debet:ſi creditor offerat cautionem. teſte Socin.in l.pecuniam.col.2.ff.ſi certum pet. quem ſequitur Curtius Iunior. in l. penul.nu.47.C.de pact.dicens nouam & ſingul.deciſionem.

Executio non debet differri, ſi cautio offeratur.

4 Quòd ſi cauſſa ſit executiua,& opponantur aliquæ exceptiones, tunc cautela eſt quòd creditor offerat fideiuſſorem de reſtituenda ea re cum omnibus damnis,& expenſis:tunc iudex debet facere executionem non obſtantibus omnibus exceptionibus oppoſitis,& ex illis deciſionibus ſumpta eſt lex iſta regia,& Franciæ practica, nempe dicit Bald.in c.nihil.de electione. Quod lege non cauetur,in practica non habetur:de qua dico in l.vt Alphenus.ff.de verb.ſign.

Cautela pro executionibus faciendis.

5 Et ſi debitor condemnatus ad garniendum ſine cauſſa recipere cautionem recuſet,ne ſoluere aut garnire cogatur:tunc iudex ex officio recipere poterit illam cautionem,vt calumniis partium obuietur iuxta l.in fundo.ff.de rei vendica. aliàs eſſet in poteſtate debitoris executionem tollere: quod non eſt permittendum,vel tenebitur debitor ſoluere ſine cautione:vt fuit iudicatum anno 1526.die 12. Aprilis poſt Paſcha. vbi fuit pronunciatum quòd ſi quis fuerit condemnatus ad garniendum intra decem dies cautione præſtita,ſi non garniat intra illud tempus oblata ſibi cautionẽ, poterit compelli ad ſoluendum in vim illius condemnationis, etiam cautione non data per l. vnam.ff.ſi quis ius dicenti non obtempera.vbi plenè iuris interpretes.{Et facit tex. in l.ſi conſtante,§.quotiens.ff.ſolu.ma.quod notandum eſſe cenſeo.} nõ poteſt tamen iudex condemnare aliquem per prouiſionem,niſi cautione data,aliàs ſententia eſt nulla:& ſic viſum fuit Senatui Pariſien.anno 1540.die 15.Februarij in proceſſu pendente inter M.Anthonium Chambon examinatorem Caſtelleti,& Hugonem poſſepin.

Debitor ſi nolit cautionem recipere, quomodo prouideatur.

Areſtum.

Areſtum ut in prouiſione cautio decernatur.

Bonne & ſuffiſante caution.

GLOSSA OCTAVA.

BOna cautio dicuntur & ſufficiens fideiuſſores idonei,non verò pignora : vt ſcripſi in trac.de ſenten.executo. arti.1.in eodem verb.hîc non repetetur. nam plura ibi tractaui notatu digna in forenſi iudicio : & de certificatoribus etiam an teneantur, ſi fideiuſſor non ſit ſoluendo:& quid ſi creditor non poſſit inuenire bonam cautionem. ibi videbis quid faciendum ſit.

Bona cautio quæ dicatur.

Et ſe conſtituant achepteur des biens de iuſtice.

GLOSSA NONA.

1 DAta cautione creditor conſtituit ſe emptorem bonorum iuſtitię, quaſi ab ipſa iuſti-
tia,& iuris authoritate illam denariorum ſummam habuerit.Ob id ſi poſteà creditor
ſuccumbat,ſine alio proceſſu & facto ei præcepto de reſtituendo quod accepit,ſi nõ
2 pareat,ſtatim prehendi poteſt illius perſona. † Quia quodammodo videtur delin-
quere, & curiam contemnere,qui non ſoluit pretium,vel non reſtituit depoſitum ſibi authorita-
3 te curię datum:per ea quæ dicunt Bal.& Sali.in l.acceptam. per illum tex.de vſur. C. † Vbi
firmant etiam clericum depoſitarium authoritate iudicis ſecularis cogi poſſe ad reſtitutionem,
per executionem ab ipſo iudice etiam ſeculari , à quo habuit depoſitum. Sequitur Aufreri. in
tractat.de poteſtat.ſecular.ſuper eccleſ.regula.2.fallen.14.& facit l.qui reſtituere.ff. de rei vendic.

Emptor bonorum iuſtitiæ authoritate capi poteſt, & cuſtos bonorum.

4 Itaq; iſte creditor ſic obligari ſolet, vt poſteà reſtituere cogatur, ſi à iudice hoc pronunciatũ fuerit,videlicet executionẽ perperam factã.Non ſolet tamẽ clericus capi,ſed cogi per captionem temporalitatis in hoc regno:quia tangi perſona eorum nõ debet. c.vnico.de cleric.coniuga.in 6.

5 Et per hoc patet quòd etiã cuſtos bonorũ authoritate curiæ datus, tenetur reſtituere bona ei data à curia,ſicut hic emptor iuſtitię nã præcepto ei facto de reddẽdo ea,quę curię recepit authoritate,ſi illa non reddat , capi poteſt : & hic emptor bonorum authoritate curiæ vocatur vulgò *achepteur des biens de iuſtice.*de quibus in conſuetud.no.Bitur.rub.de executio.artic.18.

6 Aduertẽdum eſt,quòd aut quis authoritate iudicis debitum coactè ſoluit,videlicet per ſententiam,etiam nõ ſeruato iuris ordine latã,tunc ſoluens nõ poterit illud repetere per tex. ſingularem.in l.vlt.in fi.ff.quod metus cauſ.quem notat Roma.ſing.511.& Iaſ.in l.iubere.nu.5.ff.de iuriſd.omnium iud.ac Franciſqui.in l.ſi pacto.col.2. C. de pact.Si verò cogatur indebitum ſoluere vt hîc,repetetur ratione obligationis factæ ab eo, qui recepit indebitum. Aliàs ſi quis ſimpliciter indebitum authoritate ſententię ſolueret, illud repetere poſteà non poſſet.per l.1. C.de condict. indeb.quod eſt bene notandum hîc, vt obligetur ſemper creditor ad reſtituendum , ſi per iudicem dictum fuerit,& caueat vt liberè non ſoluat,ne ei opponatur poſteà ſententia.

Soluens authoritate ſententiæ quando repetat indebitum.

7 Nec

Cedere bonis an poſſit is, qui curiæ authoritate quicquã recepit.

7 Nec admitteretur iſte creditor ad ceſsionẽ,nec poſſet iuuari literis annalibus,aut quinquennalibus,vel aliis dilatoriis literis,propter iudicij authoritatem , quominus reſtitueret : vt ſuperius ſcripſi.& in tractat.de dilatio.annali.vel quinquennalibus.Iaſ.dicit multa eſſe ob iudiciorum authoritatem introducta in l.ſiue apud acta.ff.de tranſac.

Fideiuſſor indicatũ ſolui tenetur ſine nouo proceſſu ſoluere.
Areſtum.
In criminalibus fideiuſſor nõ obligatur ad ſoluendum iudicatum.
Areſtum.

8 Item fideiuſſor iudicatum ſolui tenetur ſoluere ſine nouo proceſſu : & executio in eum fieri poteſt facta rei principalis condemnatione , quia fingitur condemnatus cum principali. Et quia hæc eſt natura iſtius fideiuſsionis l.fi.in fi.C.de vſur.rei iudica.l.1.ff.iudica.ſol.hoc docet Collecta. in c.1.col.2.de re iud.& in c.conſtitutus.de fideiuſſor.gloſ.in c.1.de iniuriis.lib.6. Et ſi principalis fuerit condemnatus,eo tamen non diſcuſſo, in carceres conijcietur etiam fideiuſſor, vt fuit prolatum areſtum anno 1533.in cõuent.iuridic. apud Turones.habitis. nos vocamus *aux grans iours de Tours*.quod eſt verum in ciuilibus, in criminalibus autem non poteſt quis obligari ad ſoluendum iudicatũ:quia pœna ſuos authores ſequi debet.l.ſancimus.C.de pœnis.Ideo hoc anno 1546. die 26.Februarij in camera criminali, quam Tornellam vocant,fuit pronnociatum fideiuſſorem iudicatum ſolui bene appellaſſe,eo quòd appellauerat,ne in carceres conijceretur poſt rei cõdemnationem in crimine condemnati, ſeu ad aliquam emendam , ſi tamen ageretur ciuiliter,puto quòd obligari fideiuſſor poſſet:cùm paria ſint agere ciuiliter pro crimine,vel aliàs ciuiliter.vt no. docto.in rub.de iudic.in c.1.illo titul.in 6.

9 Nec in ſententia ferenda contra debitorem , citari debet fideiuſſor , quia iudicium cum eo non agitur:vt docet Bald.in l.duobus.§.qui iurauit.verſi.igitur.ff.de iureiurand. & ſententia tũc nocet in conſequentiam non citato.text.in l.ſæpe.ff.de re iudi.Iaſ.in dicta l.duobus.§.ergo.plenè Hippoly.in repet.l.de vnoquoque.ff. de re iud. non tamen tenebitur fideiuſſor ad augmentum poſt iudicatum:& ideo non tenetur ad fructus receptos poſt iudicatum.per l.primam.ff.de in litem iuran.d.l.fi.de fideiuſſor. Cepo.cautel.127.quidam fideiuſsit. Hippol.in rubr. de fideiuſſ.q.8. & vide eum quæſt.25.

Fideiuſſor captus prehenſione utitur contra principalẽ.

10 Imò ſi capiatur fideiuſſor pro debito,poteſt pars per eundem iudicem facere capere reum principalem incidenter,licet aliàs non eſſet eius iudex competens,quando eſſet reus & fideiuſſor iudicij:vt aſſerit Bal.in l.cum eorum.col.1.C.de ſenten.& interloc.omnium iudic.& in l.fin.§.vlt. col.2.ou.6.C.de vſur.rei iudic.

Debitor nõ poteſt retinere bona ſua cõſtituẽdo ſe emptorẽ iuſtitiæ.
Areſtum.

11 Quæro quid ſi debitor,cuius bona capiuntur à viatore,velit conſtituere ſe emptorẽ iuſtitiæ, & bona ſua retinere,an poſsit? Reſpon.non. Quia garnire debet, & deponere bona, vt vendantur,ſed in ſuis manibus non venderentur,igitur non admittetur: & nunquam ſic fieret executio, imò interim poſsidens debitor illa bona conſumere poſſet:& ita iudicatum fuit in Senatu anno 1515.die 26.Febru. & in hac ordinatione dicitur, quòd bona debent vendi,& ſic non debent dari
12 debitori. † Niſi de conſenſu creditoris.Tunc ſi partes ſunt concordes nihil ad iudicem.l.1. §.inde.ff.de noui oper.nuncia.

Emere quis poteſt bona ſua.

13 Ipſe etiam debitor plus offerens reciperetur dum venduntur bona ſua , ſicut quilibet alius.
14 † Quia nihil prohibet quominus bona ſua emere publicè poſsit. Et ille eſt vnus caſus,in quo iure quis rẽ ſuam emit per quẽ limitatur l.ſuæ rei.ff.de cõtrah.emp.& l.neq; pignus.de reg. iur.

Debitor quando venditionem rei ſuæ impedire poſsit.

15 Vbi Deci.ſcribit,quòd ſi poſt certum tempus res vendi poſsit,vt in licitationibus:ſi elapſo dicto tempore res non ſit vendita , impediri venditio poteſt , ſi debitor offerat debitum. allegat Card.in cle.1.§.nos igitur.q.7.de iureiur.quod dicit ſing.notandum.

Bona capta ſi fuerint cõbuſta cuius periculo pereunt.

16 Quæro bona capta fuerunt tradita durãte oppoſitione alicui Titio mercatori,cuius domus cum bonis captis.combuſta eſt,cuius periculo amittantur? Reſpon.periculo debitoris.l. pignus. C.de pig.acti.vbi ſic dicitur,pignus in bonis debitoris permanere, ideoq; ipſi perire in dubium non venit:quia res perit regulariter periculo domini:vt ibi.

17 Si tamen poſteà creditor, qui executionem fecit , ſuccumbat , & dicatur executionem eſſe perperam factam,tenebitur creditor ad intereſſe, quod continebit æſtimationem illarum rerum amiſſarum.gl.& doct.in l.non omnis.§.ſi pupillus.ff.ſi cer.pet.& tex.in l.Titius.vbi Iaſ.de præſer. verb.iſta nunc ſufficiant.

Idem artic. LXIX.

Et où les creanciers n'auront commencé par execution,mais par ſimple action, ſi l'exploit eſt libellé, & porte la ſomme pour laquelle on veult agir, y aura gaing de cauſe par vn ſeul default,auec le ſauf,ſelon la diſtance des lieux,en faiſant apparoir par le creancier du contenu en ſa demande par obligation authentique comme deſſus.

GLOSSA PRIMA.

Articulus ſextus.

1 IN articulo proximo ſuprà ſtatutum fuit quomodo iudex pronunciare debeat ſuper executionis oppoſitionibus : nunc verò inſtruit eum , quando pars per viam ſimplicis actionis procedit,petendo in iudicio id,quod ſibi debetur:& ſtatuit,quòd ſi debitor non compareat ratione vnius contumaciæ & defectus , creditor cauſſam lucrabitur. Nam iudex condemnabit debitorem etiam abſentem ad garniendum requiſitis in hoc text. interuenientibus,de quibus inferius dicetur in fine.

2 Creditores dicuntur non tantùm ij, qui pecuniam crediderunt,ſed omnes quibus ex aliqua cauſſa debetur.l.creditores,& l.creditorum.cum l.ſeq.ff. de verb.ſigni.vbi exactius ſcripſi. Ibi videre potes lector beneuole, ſi te non pigeat.Et licet hîc text.loquatur in plurali *creanciers*.idem tamem in vno:vt proximè dixi.

N'auront commencé par execution.

GLOSSA SECVNDA.

1 NEmpe omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur, quæ prætor edicit,de in ius vocan.§.fi.de pœna temere litig.in inſtit.

Et ſic patet ab executione incipere quem poſſe contra l. primam. C. de executio. rei iud. ibi nimis properè Marcelle iudex pignora capi, ac diſtrahi iuſsit ante rem iudicatam.facit l.ſi nulla.ff.de re iud.& Innocen.in c.tua de cohabita.clerico.Oportet enim debitorem primò conuinci,& ſic deinde ad ſolutionem pulſari.l.vnica.C.de ſequeſtra.pecuniæ.

Quando ab executione incipiendum ſit.

2 Imò ſi iudex incipiat à præcepto,id quod agit,nullum eſt,quia latum parte abſente,& cauſſa non cognita.l.prolatam.C.de ſenten.l. de vno.ff. de re iud. Bal.in l.nec quicquam.§.vbi.col.3.ff. de offic.proconſ.l.hæres.in fi.ff.de iud.Soci.in tracta.de citatio.arti.21. & quia parti deliberatoriæ tolluntur dilationes,& coram tali iudice cogitur reſpondere.ideo præceptum eſt iniuſtum. teſte Ioan.Fabr.in d.§.omnium.col.2.inſti.de pœna temerè litigan.Bart.conſil.80.quæritur.

3 Reſpondeo ab executione poſſe incipi, ſi inſtrumentum ſit garentigiatum, vel regio ſignatum ſigillo.de quibus ſuprà in præfa.ſcripſi: cùm iſta inſtrumenta vim rei iudicatæ habeant ratione ſigilli,quod vim approbationis habet:vt ibidem dictum extitit:tamen ſi bene conſideretur, non incipitur ab executione,quia iam confeſſus is erat contra quem fit nunc exequutio: & poſt ſententiam non dicimur incipere ab executione: ſic nec poſt inſtrumentum ſigillatum, quod vim ſententiæ habet.

4 Si verò iudex aliter præcipiat,videlicet cùm hac clauſula, niſi cauſſam oppoſitionis allegare in contrarium volueris, & in caſu oppoſitionis talem aſsignauimus diem decimam, aut aliam: tūc illud præceptum valet,& habet vim ſimplicis citationis, ſi pars ſe oppoſuerit:vt teſtatur Bar. in d.l.1.C.de executione rei iudicatæ. & in l. de pupillo. §. meminiſſe.ff.de noui oper.nunciatio. iuncta l.non ſolum.§.ſed vt probari.ibidem gloſ. ſing.in c. ex parte.primo.in gloſ.vlti.de verbo. ſignific.quam not.Alex.conſi.225.ponderatis.n.7.in 6.vo.Barba.conſi.26.vbi opus.col.1.in 3.vo. Bald.conſil.463.quatuor.col.2.in 4. volu.& conſil.177.ad euidentiam.in 3.volu.Iacob.in l. ad peremptorium.col.vlti.ff.de iudic.

Præceptum reſoluitur in ſimplicē citationem.

5 Et fuit inuenta hæc practica pro faciliori exitu iudiciorum, ſecundum Corſetum in ſing.incipien.citatio.in primo.& Bald.in l.ſcire oportet.in principio.ff.de excuſa.tuto.& in l.ius alimentorum.ff.vbi pupillus educari debeat.l.actione.col.2.C.de tranſact.& in rub.Comminationes vel epiſtolas.col.2.Salic.in l.1.in fi.illo tit.Iacob.de bello viſu.in repetitio.§.cōtrahentes.c.Romana.in verb.trahere.de foro compe.li.6.Et hac practica vtuntur iudices maximè in Francia,nempe literas obtinemus à iudicibus vt fiat præceptum parti:& in caſu oppoſitionis dies illi aſsignetur coram iudice præcipiente: vel ſupplicatio datur iudici, vt præcipiat parti, iudex reſpon.fiat, & in caſu oppoſitionis aſsignetur dies.

Practica præcipiendi quare inuenta & de practica Franciæ.

6 Intellige comparente reo,& petente ſibi libellum offerri die aſsignata,tunc vim ſimplicis citationis habebit præceptum,ſecus ſi reus nihil dicat,quia tunc etiam habebit vim præcepti:vt aſſerit Bal.in l.2.col.3.C.de epiſcopa.audien.d.l.ea quidem.gloſ.& docto.in c.1.de milite. vaſal.l.ait prætor.§.quid tamen.ff.de minor.Aret.in l.actione.ff.de tranſactio.Alex.in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de noui operis nuncia.Barba.conſi.26.vbi Chriſtus.col.1.& conſil.57.illud.col.5.in 3. vol. Petrus de Ferra. in ſua practica, in forma libel. in noui oper.nuncia.in verb.nouum opus.in fi. alioqui dicitur opponens in culpa,quæ non debet ei prodeſſe.c.ex tenore.de reſcriptis.

Non comparente reo, præceptum in initio cauſſæ factum valet.

7 Secundò declara, quando tale præceptum fieret poſt ſententiam,& ſic poſt cauſſę cognitionem,quia tunc vim pręcepti habebit.Bart.in l.defendente.ff.de autho.tutor.Angel.in §.curare.de actio.in inſtitu.Iaſ.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.col.3.ff.de offic.proconſ.quia non fit in initio cauſſæ,nec ſine cognitione illius:ideo hoc videtur ſuperfluum,quicquid doct.dicant.

Caſus in quibus valet præceptum.

8 Tertiò intellige valere præceptum,quando fieret contra illum,contra quem ex pacto poteſt fieri executio propria authoritate ſine iudice:vt l.creditores.C.de pignorib.facit gloſ.in §.ſerui. in verb.tranſitu.inſtit.de libert.Alber.in d.§.vbi decretum.col.1.

9 Quartò declara,quando tale præceptum fieret gratia ſcandali vitandi:vt ſi ſit inter duos contentio,poteſt iudex præcipere vni,ne tranſeat ante domum alterius.l.æquiſsimum.ff.de vſufruct. Alex.in d.§.meminiſſe Barba.d.conſi.57.illud.col.7.in 3.volu.Imol.in l.quod iuſsit.per gloſ.ibi.ff. de re iud.& in l.filiusfa.§.dominię.de lega.primo.Curtius conſi.61.ſuper eo artic.in fi.

Scādali uitandi cauſſa toleratur præceptum.

10 † Nam multa tolerantur gratia ſcandali vitandi, quæ aliâs non permitterentur, quæ tradit Feli.in c.nihil.de pręſcriptio.gloſſ.in c.cùm teneamur.de prębend.gloſ.in cap.1.62.diſtin. & Barba.conſi.11.col.9.in primo volu.& conſil.58.col.7.in 2.vol.& in tracta. de præſtant. Card. in q.1. col.11.pen.partis.Curti.conſil.67.num.71.

11 Quintò intellige hoc præceptum etiam fieri poſſe,quando res breui eſſet tempore peritura.

Præceptum fieri poteſt,

H

ſi res ſit tẽpore priuatã & fauore publico.

l.de pupillo.§.ſi quis nuos.ff. de noui.oper. nuncia. Hippol. in l.qui cædem.ff.ad l.Cornel.de ſica.Roma.in repetit.l.ſi verò.§.de viro.fallen.46.ſolut.matrimo.

12 Sextò valet præceptum fauore publico: quia iuribus derogatur propter publicam vtilitatem.l.ſi quis in graui.§.hi quoque.ff.de ſenatuſconſ. Silleia.text.in l.iubemus. prima.C. de ſacroſanct.eccle.& l.1.vt nemini liceat in emptio.ſpecie ſe excuſ.li.10.C.& l.iubemus,de nauibus non excuſan.li.11.Lãfranc.In tract.de interpreta.ſtat.col.6.cõclu.9.multa alia addidi in d.§.hi quoque.

Pro re notoria præcipitur.

13 Septimò quando res eſſet notoria,poſſet hoc fieri præceptum teſte Barba.conſil.57.illud.volu.3.vbi tenet valere præceptum factum patri notoriè remanenti in Iudaiſmo, de exhibẽdo filias ſuas, & tradendo matri chriſtianæ,per c.fi.de conuerſio.infidel. & iudex ſine cauſſæ cognitione procedere tunc poteſt.allegat.c.afferte.de præſumptio.& Innoc. in c.tua.de cohabita.cler.& dixi hoc etiam procedere poſſe in patre hæretico,quod hodie ſeruire poſſet, propter multos hæreticos in dies inſanientes.

Soluens in vim præcepti non repetit.

14 Octauò ſi in vim talis præcepti quis ſoluat,non poterit poſteà repetere. text.not.in l.vlti.§.fi.ff.quod metus cauſſa.Iaſ.in d.§.vbi decretum.nu.8.in 4.limita.gl.in ſumma.2.q.1.faciunt ea quæ ſcribunt iuris interpretes in l.1.C.de condictio.indeb.& ſuperius limitaui.

Seruienti præcipienti ayde au Roy, an quilibet auxilio eſſe debeat etiam clericus.

15 Nonò ſeruienti iuſtè pręcipienti eſt obediendum, vt ſi præcipiat capiendo aliquem, vt ei Titius ſit auxilio,dicendo (*ayde au Roy*) tunc non ſuccurrens poteſt arbitrio iudicis puniri,maximè ſi ille delinquens euaſerit:eò quòd non eſt ei præſtitum auxilium.arg.l.liber homo.in 2. ff. ad l.Aquiliam.Maſue.In pract. in rub.de pœnis.in verſic.ſi ſeruiens.Allego text.in l.2.§.1.ibi omnia ciuilia dirigant auxilia.C.de his qui latro.occulta.& ibi Ioan.Fab.

16 Fallit quando ille cui præcipitur eſſet clericus, quia poſtquàm non eſt ſubiectus iudici ſeculari,iuuare illius ſeruientem non tenetur.c.ſi diligenti.& c. ſignificaſti.de foro compet.

17 Item non decet clericum capere delinquentes,ſed eos potius leuare,liberareque debet,dando immunitatem, per totum tit.de immunit. eccleſ.Ergo non tenentur clerici iuuare ad apparitoris præceptum:alioqui ſi traderent homicidam ante degradationem curię ſeculari,efficerentur irregulares.c.ad audientiam. vbi Soci.de homicid. ideo clerici antequam aliquem iudici tradant ſeculari,debent prius proteſtari iuxta c.fi.ne cler.vel mona.in 6.quòd iudex ad pœnam ſanguinis non procedat,& eam rogare.

18 Idem ſi eſſet laicus,ſed alterius fortè iuriſdictionis:& ſeruiens Pariſiis illi pręciperet,niſi nomine Regis hoc faceret:cui omnes ſubſunt Galli:& in Gallia habitantes:vt ſcripſi in arbo.feudo. tunc ſeruientem iuuare deberet,niſi vt ſequitur.

19 Idem ſi iſte laicus eſſet quidam magnus dominus,qui non poſſet honeſtè officio ſeruientis fungi, tunc etiam iuuare non teneretur.arg.l.vnic.C.ne liber inuitus actum reip. gerere cogat. & ibi docto.Nam expedit mihi potius mori,quàm quis gloriam meam euacuet.Teſte diuo Paul.

Iudex non poteſt honeſto viro præcipere ut alium ſuſpendat.

20 † Quia ſicut iudex non poteſt præcipere honeſto viro, quòd ſuſpẽdat alium:vt docet Bar. in l.pen.ff.de pign.actio. Et Floria.in l.ita vulneratus.ad legem Aquil. Bald. in c.paſtoralis.§.quia verò.col.2.de offic.delega.Bene.in verb.mortuo.in primo num.100. c. Raynutius.de teſta. Hippol.in l.1.in prin.num.28.ff.ad legem Cornel.de ſica.

21 Ita nec ſeruiens poteſt præcipere ſeruilem actum honeſto viro:vt firmat Iacob.de Bello viſu in ſua practica.rubr.de inquiſitio. fol. 44.num. 20. dicens in eum caſum vbi ſeruiens vel iudex capi aliquem,qui eum adiuuet,tenetur illi ſoluere: & ita habetur in ordinationibus Regiis Philippi pulchri.artic.4.per l.venditor.§.ſi conſtat.ff.communia prædio.

Equi vel aſini ad negotia regia quando capi poſſunt & ad condemnatum deferendum ad patibulum.

22 Poteſt tamen apparitor ad iudicis mandatum accipere aſinum priuati,vel equum,vt portet condemnatum ad mortem.teſte Bar.ibidem in d.l.penul.ſoluto tamen pretio.teſte Luca de penna.in l.fi.col.fi.C.ne ruſtica ad vllum obſequium deuocent.lib.11.& tunc ſi inueniat equum conductitium,debet eum capere.& quando pro negotiis Regis capiendi ſunt equi,ſtatuit Rex,vt primò conductitij equi capiantur, & eis deficientibus, alij,caueant tamen iudices,vel ſeruientes,ne equos mercatorum tranſeuntium,vel pauperum,ſed diuitum capiant,nec equos perſonarum eccleſiaſticarum,vel ſcholaſticorum.Hoc eſt ſtatutum per ſanctum Ludo. Franciæ tum Regem: vt eſt in ſtylo parla.in ordina reg.rub.de taliis.artic.1.& 7.ac 8.quod iudices ſeruare debent.

Cogi ad ſepeliendum mortuos peſte an quis poſſit, & mederi infectis.

23 Sic nec iudex, nec ſeruiens poterunt præcipere, aut cogere etiam vilem ad ſepeliendum mortuos peſte,vel alia contagione,nec ad ſeruiendum illis, inciuile enim eſſet damnare ad opus, quod ſalua ſalute exerceri non poteſt.l.aut damnum.§.quicunque.ff.de pœnis.D.de Ripa,in tra. de peſte.in 3.parte.q.6.fol.67.& ſeq.hoc nominatim ſcribit.

24 Fallit quando aliquis eſſet ad mortem condemnatus prætextu homicidij, aut aliâs ſecundum eum:quod eſt rationabile,vel niſi ſe obligauerit ad ſeruiendum peſtiferis:ſicut tonſores Pariſiis,Tholoſę,& in Montepeſſulano.nam ſi expenſis ciuitatis ea cauſſa eſt aliquis effectus magiſter,ille teneretur,nec liberaretur dando alium:quia electa eſt induſtria perſonæ,vel ſi aliâs ſe obligauerit ciuitati:argu.l.inter artifices.ff.de ſoluno.

Seruiẽs inobediẽtes denunciare debet.

25 Decimò ſeruiens tenetur procuratori regio denunciare,aut graphario, ſiue ſcribæ curiæ inobediẽtes,& rebelliones eiſdẽ factas,vt iuſtitiæ pareatur:& inobediẽtes puniantur, alioqui puniri debet,& officio priuari teſte Maſuer.in rub.de pœnis.verſic.item ſeruientes.dicens non ſufficere,ſi alij reuelaſſet.argu.l. indicaſſe.ff.de verb.ſignifica.& Bart.in l. lex Cornel.§.fi.de iniur.& famo. libel.ff. hodie ſufficit ſi procuratori regio,aut magiſtratui denunciet, quod aliquando falſo

& ex

& ex calumnia hoc peſsimum hominum genus faciuot.

26 Vndecimò quando illa citatio ſeu pręceptum eſſet ipſo iure nullum,noo haberet vim ſimplicis citatioois:nec poſſet iuſtificari,quod nullum eſſet:nec effectum parit,id quod eſt nullum.l. quædam mulier.ff.famil.erciſc.& l.iure noſtro.de teſta.tutel.Bal.expreſsè in l. ad peremptorium. in fi.ff.de iud.Soci.in d.tracta.citatio.artic.21.in fi. *Præceptum nullum non reſoluitur in citatioṅē.*

27 Duodecimò valet præceptum,quando agitur de materia coocernente animam: vt io decimis,quando fit præceptum, vt ſoluantur ſine mora. Cardi.in c.1. de cauſſa poſſe.& in cle.2.q.23. de iud. { Mooitorium tamen regulariter iudicis eccleſiaſtici reſoluitur etiam in ſimplicem citationem,vt plene conſuluit Petrus Pariſ.conſil.113.mooitorium.in 4.vol.nec debet iudex eccleſiaſiaſticus ferre excommunicatiooem in aliquem,ſi intra tale tempus non ſatisfaciat,ſi ille offerat cautionem,& non ſit in culpa vel offenſa.c.Romana §.caueant. de ſen.excom.in 6.Feli conſil.6. venerabilis.col.1.Materiam monitoriorum ſcribit Iohanes.Neuiza. in Silua nuptial.& D.Philip. Probus io addi.ad Iohaoem Mooach.in cap.fi.de cooſtit.io 6.} *Pro decimis ſoluendis præcipitur. Præceptum incertæ q: átitatis non valet.*

28 Decimotertiò oon debet fieri præceptum incertæ quantitatis.l.1.C.de ſenten.quæ ſine certa quantita.proferunt.Aochara.conſil. 60. duplici.in fi. vide euodem conſil.297. efficacibus. & conſil.52.pro clariori.

29 Poſtremò ad hoc vt hoc præceptum valeat,requiritur,quòd noo ſit ſimplex,id eſt ſine clauſula,niſi cauſſam oppoſitionis.*& en cas d'oppoſition &c.* *Requiſita vt præceptū valeat.*

30 Secundo requiritur,quòd fiat à iudice,oec valeret ab apparitore ſine iudicis commiſsione: vt ſuperius dixi, & ſcribunt docto.maximè Boer. in repetitio.l.conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.

31 Tertiò io rem non valeret, vel imperſonaliter : vt præcipio oe ibi ædificetur. oam is etiam, cuius intererit opponere poterit.ſæpe.ff.de re iud.

32 Quartò quòd ad partis reqoiſitiooem fuerit conceſſum, & tunc non valet: ſi verò ex officio,ad vtilitatem publicam valebit.Barba.conſil.56.in 2.vol.otſi in vim ſimplicis citationis: vt ſuperius ſcripſi.

33 Vltimò etiam ſine cauſſæ cognitione ſolet fieri in his, qoæ cauſſæ cognitiooem requirunt, & tunc io citationem reuoluitur. Angel.in §.curare.col.vlt.de actio.in ioſtit. Anchara.conſil.52. pro clariori.Alia, ne prolixitate vtar, reiicio add.l.primam.C. de executio. rei iud. vbi doctores parum tractant:ſed quia eſt materia vſu veniens,ob id eam ampliori ſtylo quàm doctores hactenus pertractare volui.

Mais par ſimple action.

GLOSSA TERTIA.

1 ET hoc eſt de iure communi, ſecundum quòd inſtrumenta etiam authentica, non habent executionem paratam:ſed ab agendo incipiendum eſt.l.exiat decretum.ff. quod metu.cauſ.ibi,ſi quas petitiooes habes, actionibus experiaris:& ſcripſi ſuperius in præfatio. *Inſtrumētū etiam dotis vel minoris, de iure non habet executionē, niſi in caſibus inferius deſcriptis.*

2 Etiam minoris inſtrumentum non habet executiooem de iure. per l. ſi minor. vigintiquinque annis,cui fidei.commiſſum.ff.de minor

3 Imò etiam oec fauore dotis.l.ſi cùm dotem.§.eo autem.ff.ſolut.matri.

4 Practica ergo iuris communis eſt,vt quando quis habet inſtrumentum authenticum contra aliquē,vt illum conueoiat,& ſimplici actione procedere hoc caſu dicitur:vt in text.& ſi ille neget, probabitur debitum per illud inſtrumentum : & condemnabitur debitor, demum lata ſententia fiet executio.ſed hæc via longa eſt,attamen à iure approbata in l.1.C.de executio.rei iud.Maſuer. in rub.de execut.§.item virtute.& communiter doctores practici ita aſſerunt. *Practica inſtrumentorum in patria iuris ſcripti.*

5 Et quando via ordinaria prædicta proceditur,offertur libellus. Secus ſi per viam executionis: nec lis conteſtatur hoc caſu.Bart.in l.intra.ff.de re iudica.Alex.in l.ſi cùm dotem.§.eo autem tempore.col.2.ff.ſolut.matri.Antonius de cana.q.4. & 7.& inferius in tracta. de ſenten. exccoto. fuſius dicetur. *Libellus an in executione detur.*

6 Hodie tamen ſi in executione multa allegentur, ſolet iudex decernere, vt in ſcriptis tradantur prout vidi ſæpios fieri,& tàm actor quàm reus ſua præbet ſcripta,etiam in executoriis.

7 Quæro ſi quidam habens inſtrumentum executorium, ab agcodo inceperit, poſteà habito coofilio velit viam executiuam capere,an poſsit? videtur quòd non:quia vbi plures ſunt actiones, vna electa, ad aliam conoolare prohibet iuriſconſ. in l.quod io hæredem.§.eligere.ff.de tributo.actio.Barto.& alij in l.edita.C.de edeod. *Qui via egit ordinaria,ad executionem procedere poteſt.*

Contrarium videtur verius : nempe licet renuociare iſti actiooi motæ expenſarum facta reſtitutione parti,& tunc ab exequendo incipere : nam quilibet poteſt renunciare citationi,& iuri pro ſe introducto.l.ſi quis in cooſcribendo.C.de epiſcop.& cleric.ideo illi actioni ſeu inſtaotiæ renunciabit per l.poſtqoàm liti de prædio motæ renunciaſti.C.de pact.

Nec reſtragatur d.l.quod in hæredem.§. eligere, quia loquitur quando duæ actiones competunt : tunc voa electa altera tollitur.diuerſum eſt,quaodo via actiua & executiua competit : quia tunc vna electa altera non tollitur.l.miles.§.qui iudicati. & l.4.§. ſi ex conuentione.ff. de re iud.

nam ideo ago, vt veniam interdum ad executionem, ergo non renunciatur executioni,nec tollitur per actionem : ſecus ſi plures competerent actiones : licet quidam hanc differentiam non intelligant:& hoc etiam tenui ſuprà articul.2.num.20.

Caſus de iure habentes executionẽ.

8 Notandi ſunt tamen caſus,de iure communi habentes executionem:vt quis etiam de iure videat,quid ſit agendum.

Primus eſt,quando iuramentum eſt interpoſitum:vt pote quis iurauit ſeruare contenta in contractu,vel in inſtrumento:tunc illud habebit executionem.teſte Bartol.in l.2.in fi.ff.de iureiurãd. & miratur ibi.idem Barto.quare hæc conſuetudo hunc modum non inuenerit.tradit Bart. in l.1. C.illo tit.Et ſequitur Paul.in l.poſt rem.ff.de re iud.Alexand.& Iaſ.in l.ait prætor.§.ſi iudex.ibidem Alex.in d.l.ſi cùm dotem.§.eo tempore.ff.ſolut.matrimonio. Benedict.in repetitio. ca.Raynutius.in verbo,teſtamentum,in 3.num.32.cum ſequen.de teſta. de Petrucia in tractat. de viribus iura.in 22.effectu.

De iuramẽto habente executionẽ.

9 Ratio eſt:quia iuramentum habet vim ſententiæ, quæ habet executionem. l. 4. §. ſi ex conuentione. cum ſimilibus.ff. de re iudi.ergo & iuramentum:vt probat Iaſ.in §. item ſi quis poſtulante.col.antepe.& ſeq.in inſtit.de actio.vbi reſpondet fundamentis partis contrariæ:& idem Iaſ. conſi.9.circa primum.in 1.volu.& conſil.85.punctus ibidem.

Iuramentũ remiſſum an habeatur pro præſtito & quãdo in actu eſt improbato.

10 Reſtringe quando iuramentum eſſet remiſſum.Iaſ.in l. nam poſtea.in §.fi.ff.de iureiur.tùm quia eſſent plura ſpecialia,contra l.primam.C.de dot.promiſsio.tum quòd iuramentũ habet illũ effectũ,& quãdo eſt remiſſum, non eſt iuramentum : ergo non habebit iſtum effectum:quamuis iuramentũ remiſſum:aliàs habetur pro iuramẽto præſtito.l.remittit.cum §.præcedẽti.ff.de iureiu.

11 Secundò reſtringe quando iuramentum eſſet appoſitum ſuper contractu nullo , vel à iure improbato:tunc non eſt obligatorium contra bonos mores pręſtitum iuramentum.regula,Non eſt obligatorium.de reg.iur.in 6. Anto.vbi ſuprà q.20. Plura ſcripſi in repetitio.l.ſi quis pro eo. ff.de fideiuſſor.multominus executorium erit.

12 Tertiò reſtringe,quando iuramentum eſſet ex interuallo poſt cõtractum appoſitum. Bald. in l.1. C.de reb.cred.& Franciſc. Cremen.ſingul.142.volo dare. quia ſicut pactum nudum ex interuallo appoſitum non veſtit contractum , nec producit actionem. l. iuriſgentium. §. quinimo. ff.de pact.l.in bonęfidei.C.illo tit.ſic nec iuramentum.iſtud tamen reprobatur per Iaſ.in d.l.2.ſed ibi in additionibus reſpondi Iaſ.

13 Quartò reſtringe quando iuramentum apponeretur ſuper eo , quod eſt de præterito,ſecus ſi ſuper futuro,quia tunc non haberet executionem.Bal.in d.l.2.glo. & doct.in l.iuriſiurandi.C. de re.cred.de Petruc.in 22.effectu iuramenti.dixi in interpreta.d.l.ſi quis pro eo.de fideiuſſo.

14 Quintò limita quoad tertium. Iaſ.in d.l.2. in fin.vbi dicit non habere executionem contra tertium,qui non iurauit,nec iuramentum detulit,nec delationi conſenſit.

15 Sexto non procedit in iuramento neceſſario, quod tendit ad probationis ſupplementum.l. admonendi.ff.de iureiur.c.fi.illo titu. hodierna tamen praxis non recepit iſtam executionem ratione iuramenti:niſi iuramentum ſit ſigillatum regio ſigillo,vel alio authentico,& ſic ratione ſigilli executio fiet,non iuramenti,& ita ſeruatur:& quia ratione iuramenti,appoſiti in inſtrumento iudices Eccleſiaſtici ſolebant cognoſcere , etiam contra laicos.c. fina. de foro competen.in 6. ideo fuit prohibitum areſto, vt alibi dixi, ne notarij regij laicos iurare facerent in contractibus, & in ſuis inſtrumentis hoc inſererent iuramentum. { Quod probatur per §.quia verò multæ.in authen.de iudicib.colla.6. }

Inſtrumentum depoſiti eſt exequendum.

16 Secundus caſus eſt in inſtrumento depoſiti,hoc de iure executionem habet.l.penul.vbi Bart. & alij.C.depo.põderando dictiones illico.& modis omnibus reſtituere compellatur, & ibi quàm celerrimè,& quàm citius recuperare. Sequitur. Matheſſilla.not.5.nota quòd contractus. Alex.& Iacob.in l.fi.col. 2. C. de edict.diui Adria.tollen.Iaſ.in l.1.col.1.C.de eden.& d.l.2.de iureiurand. ff.Roma.conſil.174.ampliſsimè.col.2.Soci.in c.1.in 6.prin.artic.fallen.11.de mut.petitio. & conſil. 167.non inutilis.in fi.volu.2.& Ioan.Compe.in tractat.de dote in vlti.parte.q.11.Ideo exceptiones requirentes altiorem indaginem non poſſunt in depoſito opponi ad impediendum depoſitum, ſed poſtea reſeruantur:vt docet pulchrè Bald.conſil.236.viſo inſtrumento.in 5. volumi.& Iacob. in l.fi.col.1.C.de edicto diui Adriani tollend.& iudex ſolet in Frãcia per modũ prouiſionis condemnare depoſitarium ad reſtituendum,non obſtantibus hiſce exceptionibus : quæ facta rei depoſitæ reſtitutione diſcutientur,ſi altiorem indaginem requirebant ſecundum praxim noſtram, etiam ſi inſtrumentum non ſit authenticum,etiam ſi per teſtes vel confeſsionem probatum fuerit depoſitum.Iaſ.conſil.85.punctus in 1.volu.

Depoſitum an ordinem requirat iudicij. & infamet.

17 Quãuis Bald.& Sali.in l.penu.dicant ordinẽ iudicij in hoc etiã depoſito ſeruandũ:& hoc eſſe tutius teſtatur Antho.de cana.in d.tract.de execut.q.7.per l.qui depoſitũ.C.depoſ.vbi cõdẽnatus depoſiti efficitur infamis,& nõ cũ proceditur per executionẽ. Sed nõ facit quia dum agitur via ordinaria,& depoſitarius inficiatur depoſitũ, tũc infamat,alioqui nõ.Hercula.in d.§.ſi iudex.

18 In depoſitario iuſtitiæ, quem practici vocant , quando authoritate iudicis pecunia eſt apud eum depoſita,is etiam pèr incarcerationem perſonæ ſuæ tenetur ad reſtituendam pecuniã apud ſe conſignatam,vel aliam rem,licet is alteri tradiderit. ita fuit iudicatum anno 1526. in menſe Ianuario.de quo depoſito ſcripſi ſuperius artic præceden.

Areſtum.

19 Intellige verum depoſitum executionẽ habere,ſecus in confeſſo:vtpote ſi maritus confeſſus

ſit ſe

ſit ſe habuiſſe,quod non habuit:vt cēſuit Alex.in d.§.eo autem tempore.l.ſi cùm dotem.col.2.Solut.matri.ff. & idem in quocunque alio ſic confeſſo. nam oportet in primis de depoſito conſtare,argu.§.planè. de teſta.mili.in inſti. & l.non ignorat.C.qui accuſa.non poſſunt. quod non ſeruaretur in forenſi iudicio, vt ſuperius dixi artic.2. quamuis primam ſententiam teneat Boer. in deciſ.Burde.q.295.compotus.nu.8.nam ſi cauſſa depoſiti confitear me habere tuos libros, etiam illa confeſsio in inſtrumento ſigillato facta executionem habebit.

20 Tertius caſus in inſtrumento teſtamenti, quòd habet executionem quoad miſsionem in poſſeſsionem,ſi inſtrumentum non reperiatur raſum,nec cancellatum,nec in aliqua parte vitiatum,tunc hæres in poſſeſsionem mittetur.l.finali. C. de edict.diui Adria.tol. Angel.in §. illud.in verbo decreto.per illum textum.in authentiq. de heredi. & falci.collatio.1.Coroe.conſil.172.volumi.4.& l.ait prætor. §.ſi iudex.ff.de re iudic.& iſta eſt communis ſententia:licet quidam contrarium teneant in dicto §.ſi iudex.per illum text.vbi actum fuit actione ex teſtamento,ergo non habet executionem in aliis, quàm quoad miſsionem,tum etiam, quia ex teſtamento dantur tres actiones.l.1.C. communia. de lega.quæ in vanum darentur, ſi inſtrumenta teſtamenti haberent in omnibus executionem paratam. & pro hoc facit text.in l.minor 25. annis, cui fideicommiſſum. ff. de minor. vbi debitum ex quo conſtat per inſtrumentum teſtamenti non habet executionem paratam.

Inſtrumentum teſtamenti eſt de iure exequendum.

21 Si tamen quis velit tenere teſtamenta, habere in omnibus & per omnia executionem, ſic poteſt probare,quis non poteſt emancipare filium ad vnum actum, ſic ad vnum actū teſtamentum non exequetur,& in aliis non.l.1.§.in filij.ff.ad Treb.Bal.in l.ſeruū.C.qui teſta.facer.poſſunt.

Item actiones & eius qualitates in hæredes tranſeunt:Ergo erunt executoriæ apud hæredem, ſicut apud defunctum erant.l.1.ff.ad Trebel.& ſuperius dictum extitit.

22 Item vna res, vel vnum teſtamentum non habet diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes.ff.de vſucapio.vt quoad vnum ſit executorium,quoad alia non.

Nec obſtat d.§.ſi iudex ibi fuit actum ex teſtamento,ergo non habet executionem.Reſpond. non ſequitur.nam poteſt quia dupliciter agere, vt hîc videlicet via executiua, & ordinaria etiam ex ſententia:vt probatur in l.4.§. ſi ex conuentione.ff.de re iud. & ex inſtrumento ſigillato regio etiam ſigillo, vt ſuperius dictum extitit.

23 Nec refragatur quòd tres dentur actiones,quia hoc eſt verum,quando via ordinaria agitur, ſecus ſi executiua:vt teſtatur Bened.in repet.c.Rayoutius.in verbo, ſi abſque.in 2.nu.194.& ſeq. de lega.in rub.de teſta.

Tres actiones legatario quando dentur.

24 Item quòd debeat fieri executio in hoc regno, patet. tùm quia teſtamentum communiter eſt regio ſignatum ſigillo, quod habet executionem: tùm etiam quoad legata executio fieri debet per l.ſi in fraudem.C.de legat.& l. ſi teſtamentum.ff.de petit.hæred. & pro hoc facit gloſſ.in verbo decreto.§.illud.in authen. de hæred. & falcid.col.2. & hoc vidi ſeruari in forenſi iudicio, quando inſtrumentum eſt ſigillatum Regio,vel alio authentico ſigillo.Alioqui non ſi ſit factum per vicarium,vel notarium apoſtolicum:ſed iudex per modum prouiſionis etiam in eo contenta cautione data pronunciat ſoluenda: ſeruiens verò ſine hac ſententia non exequetur in teſtamento non ſic qualificato deſcripta,ſed procedetur vt in d.l.fi.quoad miſsionem.

25 Fallit quando peteretur prouiſio & executio in limine ſententiæ: nam cùm poſsit iudicari ſuper proceſſu ordinario, tunc non ſoluentur interim legata:nec fiet prouiſio.Et ita fuit iudicatum in Senatu hoc anno 1540.vt dico in tracta.de ſenten.præiudicialib. ſeu prouiſio.in præfa.

Areſtum.

26 Secundo fallit,quando is qui dicit teſtamentum falſum,peteret prouiſionem legati in teſtamento relicti:tunc quia videtur eſſe ſibi contrarius,etiā oblata cautione illi non dabitur.l.ſi teſtamentū.ff.de petitio.hæred.non enim fructum cōſequi debet ex eo, quod impugnare nititur per regulam iuris.Alios caſus vide in præfa.ad tract. de ſenten.prouiſional.num.67.& ſeq.in 3.caſu.

27 Quartus caſus eſt quando conuentum eſt inter partes quòd inſtrumentū etiam non ſigillatum,nec authenticum haberet executionem contra bona debitoris.tum quia ius exequendi iudicis authoritate,& partium conuentione æquiparantur.l.peon. C. de pignor.actio.& l.cùm creditorem.C.de furt.& ibi gloſ.tum etiam quia lex & pactio contrahentium æquipollent.l.fi.C. de reb.alien.& pro hoc eſt text.non omnibus notus,& tamen notandus in l.cùm quaſi.§. ſi plures. ff.de fideicom.libert.vbi Plombi.& Alber.illum text.ad hoc ponderant.& Barba.in rub.de re iud. in cle.col.16.Facit l.ſi conuenerit.ff.de re iudic.gl.in l.2.C.commu.vtriuſque iudic.

Ratione conuentionis inſtrumentum eſt executorium.

28 Quamuis Bald.in conſil.261.licet in 3.volum.contrarium tenuerit hac ratione:quia non poſſunt partes renunciare ordini iudiciorum:quod eſt verum quando eſſet introductus in fauorem publicum,ſecus ſi introductus fuiſſet in fauorem partium.vt c.ſi diligēti.de foro competen.etiam quando partes vellent quòd ſententia eſſet ſine ordine iudiciario, hoc non poſſent facere: ſed quòd inſtrumentum exequatur etiam ſine ſigillo,hoc poſſunt partes conuenire.quid enim aliud agit prętor,quàm vt controuerſiam eorum dirimat?quibus ſi ſponte ceſſerint, debebit id ratum habere.l.1. §. inde quæritur.ff.de noui oper.nuncia. vnde audiui executionem interdum factam per breue, quod vulgò *breues* dicunt,non contradicente parte bonam, debet tamen cauere apparitor,ne hoc breue exequatur ſub pœna expenſarum,damnorum, & intereſſe, ſi pars vtraque non conſenſerit,quod rarò fit.

Breue non eſt executorium.

29 Item iuramentum habet executionem:vt ſupra dixi.& tamen partium cōuentione defertur.

l.iuſiurandum. quod ex conuentione.ff. de iureiuran. ergo & hoc caſu executio fiet de partium conuentione: hoc tamen nunquam vidi obſeruari.

Arbitri ſententia executoria.

30 Item in ſententia arbitri, vt ex conſenſu partium fiat, & tamen habet executionem facta homologatione.l. non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbit.l.cum antea.Gallo cit.Ioan.de Ana.conſil.50.in quæſt.Bar.in l.3.de pig.C. & iſte eſt quintus caſus, videlicet quòd ſententia arbitri de iure communi habet executionem. dicam fuſius in tract.de arbit.artic.r.in 3.tomo. iſte caſus non ſeruaretur in forenſi iudicio ſine ſigillo, & niſi prout eſt in ordinatione: de quo ibi ſcripſi.

Contractus coram iudice factus de iure executionem habet.

31 Sextus caſus eſt, quando promiſsio eſſet facta coram iudice, & in iudicio, vel contractus. l.nol. per illum tex.in c.ad reprimendum.in vlt.not.ibi.de offic.ordina.nam obligatio facta apud acta, quando eſt liquida habet executionem. gloſ.in l.generaliter. C.de epiſcopi & cler.l.eum pro quo, vbi Alex.& alij.ff.de in ius vocand.deciſ.Neapol.387.ſi viso.

32 Item confeſsio iudicialis, quando fit non oblato libello, habet executionem.l.vna. C.de confeſſ.l.poſt rem.ff.de re iud.Antho.q.4.ſed ſcripſi quomodo intelligatur in l.ſi debitori.in intellectu huius legis nouo, quem publicè in ſtudio Tholoſano: præſente magno ſcholaſticorum, & aliorum literatorum numero protuli.ff.de iudic.nam calor iudicij multa calefacit.l.ſiue apud. C. de tranſactio.Et aliquando vrit, videlicet hæreticos.

Fideiuſſor quando executionem habeat contra principalem.

33 Septimus caſus eſt in fideiuſſore ſoluente, tunc is habebit executionem contra eum, pro quo ſoluit, teſte Bald.in l.vlt.per illum tex.in fi.ibi, ſtatim. C.de vſur.rei iudic.& exequutio in vim inſtrumenti obligatorij fieri poteſt, etiam ſi inſtrumentum principalis debiti non extendatur: dummodo inſtrumentum fideiuſſoris ſic fuerit ſigillatum per gloſ.ſing.in l. ſciendum. ff. de verbo. oblig.ita expreſsim firmat Iacob.in authen.ſi quis in aliquo.col.2.de edend.C.

34 Intellige in fideiuſſore iudicij. gloſ.in c. vno de minus in 6.Spec.in tit.de execut. ſenten.§. ſequitur.verſic.quid ſi ſententia.Bal.in l.3.in fi.qui ſatiſd.cog.ff.& Barto.in l.1.iudic.ſolui.

35 Niſi mutatæ eſſent perſonæ.Guido Papæ in ſuis deciſio.q.26.fuit inter dominos.Nam tunc vocanda eſſet primò illa noua perſona, & ſummaria petitio offerenda: & de cauſſa ſummariè cognoſcendũ eſſet: vt docet ſpec.in tit.de execut.ſenten.§.breuiter.& idẽ Guido Papæ.q.21.de iure.

Fideiuſſor contractus executionẽ nõ habet.

36 Diuerſum eſt in fideiuſſore contractus, qui non habet executionem, & in eum non poteſt fieri executio, niſi ratione ſigilli: vt tex.ſcribit in l.græcè.§.1 ff. de fideiuſſor. & l.præſenti.§.adijcientes.C.de his qui ad eccleſ.confug. Ang. in l.ſi cũm pecuniam.C.de priuileg.fiſci.Hippol.in rubr. de fideiuſſo.-q. 53. & bonum eſſet, quod ſuper his ordinatio fieret, vt etiam iſte caſus eſſet executorialis, & alij in quibus de iure non recipitur appellatio.

Calculatio cõcluſa executionem habet.

37 Octauus caſus eſt in computatione facta inter partes, quam compotum finale vocant.nam illud non ſolùm probationem, ſed etiam executionem habet, poſtquam rationes fuerint diſpunctæ, & concluſa ſumma, *areſtée*, teſte Bar.in l.2.col.penult. de iure fiſci.lib.10.& in Francia viſis rationibus & diſpunctis, in eo quod ſupereſt fit executio, niſi error allegetur: vt ſcripſi in l.cognoſcere.§.diſpungere.ff.de verb.ſigni.& firmat Boer.in deciſ.Burdeg.q.295.compotus &c.

Præceptum a notario factum executionem habet.

38 Nonus quando notarius facit præceptum parti, vt intra decem dies ſoluat, & apponit illam clauſulam, monitus & condemnatus per nos fuit &c. Tunc habebit etiam executionem, vt expertus ſum Caturci contra debitorem meum, qui ad patriam confugerat. & hoc expreſsim docet Iacob.in d.l.fi.notab.3.C.de edict.diui Adria.tollend.Superius in præfa.ſcripſi.

39 Decimus contra conductorem cuius bona ſint inuecta & illata in domum conductam: vt ſuperius dixi art.4.

40 Vndecimus ex priuilegio & conſuetudine Franciæ ciuitates maximè Pariſi.hoc iure vti ſolent, vt bona ſuorum debitorum forenſum ſiſtere, ſeu areſtare poſsint in illa ciuitate priuilegiata exiſtentium.Priuilegium Pariſi.datum ſic dicit:

Item que leſdictz Preuoſtz des marchans manans & habitans, bourgeois de noſtre dicte ville de Paris, puiſſent proceder, & faire proceder par voye d'arreſt, pour leur deu ſur les biens de leurs debteurs forains, & des debteurs de leurs debteurs. Et auec ce par arreſt de corps de leurs principaux debteurs forains des villes, eſquelles les habitãs d'icelles ont ſemblable priuilege: & en vſent & peuuẽt vſer cõtre leurs debteurs forains.

Areſtãdi res mobiles extraneorũ debitoris an & quãdo poſsint, & quare.

41 Eodem iure vtuntur Aureliani: vt patet in conſuetud.eorum, tit. de executio.ex loca.ca.9.& Bituriges, vt in eorum ſtylo eſt videre, eo.tit.artic.vlti.& probatur hæc praxis in l.fi. C.vbi in rem actio exerceri debeat. vt ſi inueniam equum, vel aliam rem debitoris forenſis, poſſum eam ſiſtere & areſtare per ſeruientem, qui interim illam rem cuſtodiendam hoſpiti vel alicui idoneo habitatori tradet, concedet debitori, vel alteri ſine iudicis decreto: ſeruatur etiam Tholoſæ, & in Montepeſſolano vt ibidem vidi: & ſi debitor ſe opponat, res cuſtoditur, & vulgò dicitur, *ſera receuë l'oppoſition la main de iuſtice demourant garnie*. pendente lite & aſsignatur breuis dies, & aliquando hora ad dicendum oppoſitionis cauſſas: & fit defenſio ei, qui cuſtodit, ne alteri tradere habeat, donec fuerit per iudicem decretum. Et ferè practici in tota Francia, Italia, & Hiſpania, hoc iure vtuntur, & tota Vaſconia, & patria Burdegal. vt per Boer. q.218. ſi quis tranſiens in ſuis deci.Et quia hoc eſt frequentiſsimum: ideo aliqua ad huius rei notitiam hîc duxi inſerenda.

42 † Ratio huius cõſuetudinis generalis eſt ad vitandũ ſumptus, & expẽſas, quæ fieri poſſent ad proſequendum debitorẽ alibi cõmorantem: nempe aliquando plus exponeretur ad proſequendũ debitũ, quàm valeat.contra l.mediterraneæ. C.de anno.& tribut.li.10.& illa quę ibi ſcribit Bar.

Item

Item qui promiſit in aliquo loco ſoluere, ſi ibi non inueniatur, poterit in alio loco, vbi nunc inuenitur conueniri: & ſic ſua res areſtari. l. vnic. C. vbi conue. qui certo loco dare promiſit.

Et quia melius eſt in tempore occurrere, quàm poſt exitum, & receſſum rem perſequi. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iudic. ſe vind. & in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. vbi à debitore fugiente creditor poteſt auferre pecuniam debitam propria authoritate. Multò magis poterit ſiſtere & areſtare, vt hîc facit. l. generali. C. de decurio. lib. 10. vbi non ſolum pecuniam debitam, ſed etiam rem propriam poſſum auferre propria authoritate à debitore fugiente. ſic conſuluit Alex. conſ. 64. & ſi celeberrime. col. 2. in 3. volumi. & in ſtylo Bleſen. arti. vlti. rubr. *de ceux qui peuuent faire adiourner.* Et licet in hoc regno in forenſi iudicio ooo ſoleat capi debitor fugitiuus, vel eius res auferri authoritate priuata ſine iudicis mandato: tamẽ hôc areſto paſsim ferè vtitur tota Francia. imò etiam ſi ius ceſſum habeam, hoc areſti priuilegio vtar, & dabitur à debitore cautio de ſtando iudicatis, vel de ſoluendo: vt fuit pronunciatum anno 1538. die 28. Maij in magna camera poſt prandium. alioqui domious non habebit rem ſuam, imò etiam domicilium eligere tenebitur: vt ſcripſi in tractat. de domicilij electiooe. & hoc areſto poteſt vti ciuis, vel hîc degens contra debitorem ex quocunque cõtractu, ſiue celebratus fuerit hîc, ſiue alibi. tum quòd rationes ſuperius expreſſæ locum habeant, & quod conſuetudo non diſtinguat: licet cootrarium teneat Pyrrhus in conſuetu. Aurelia. rubr. de executio. ex loca. c. 9.

Areſtum.

43 Notandum eſt quòd antequam poſsit res forenſis areſtari requiruntur ſequentia.

Requiſita ut res extranei areſtari poſsint.

Primo quòd debeatur ciui, aut habitanti Pariſi. aut alibi, vbi eſt ſimilis conſuetudo, vel priuilegiũ: quia ſi ſioe debito res areſtaretur, puniretur creditor ad intereſſe, damna, & expenſas: quod debitum oportet, vt creditor probet per inſtrumentum publicum. teſte Barba. conſil. 9. col. 10. in 2. vol. idem tamen dicerem, ſi probetur per ſcripturam priuatam per teſtes, vel alio modo à iure approbato. de quibus in rubr. C. de probatio. per Bal. Scripſi in §. fi. de reg. iur. ad præla. oominatio faciend. in concord. Nã ſufficit iudici probare ſorenſem debitorẽ eſſe. Ergo quocunq; modo à iure approbato, & huic materię conuenienti: vnde vidi ad oſtenſionem chirographi permitti hoc areſtum, imò aliquando ſi nihil iudici oſtendatur ad partis aſſertionem *à la charge* (vt dicunt pragmatici) *des deſpens, dommages & intereſtz contre la partie, que faict arreſter.* Sed hoc nõ valet, quia pars fortè oihil habebit: ideo poſt executionem & captionem bonorum non eſſet prouiſum iſti, ob id vidi annullari per Senatum hoc areſtum & decretum, ad ſolam partis aſſertionem: ſi tamẽ poſteà probaretur debitum, putarem ſufficere.

44 Idem dicerem in habitantibus in ſuburbiis, vt habeant etiam hoc priuilegium areſtandi res forenſium: quia ſuburbani in fauorabilius appellatione ciuium veniunt. l. ædificia. ff. de verb. ſign. vbi ſcripſi. imò qui in vico proximo eſt ortus, cenſetur ciuis illius ciuitatis, cui vicus ille reſpondet. l. qui ex vico. ff. ad municipal. gloſ. in l. filios. C. de munici. & origioa. libr. 10. Ioan. de Platea in fin. C. de exactio. tributo: ibidem. tamen in eis non vidi ſeruari, vt hoc vterentur priuilegio, niſi in ſuburbanis tantùm.

Suburbani & habitantes Pariſ. hoc areſti priuilegio utuntur.

45 Idem dicerem in habitantibus & habentibus domicilium in hac ciuitate, vt eodem priuilegio vti poſsint, ſi vltra annum ibidem habitauerint: vt probatur ibi, *manans & habitans* iuncta alia conſuetudine, quæ vult vt annum degant: de qua alibi. & ſic ſcholares poſſent vti hoc priuilegio, & res ſuorum debitorum hîc inuentas areſtare: quia priuilegiis ciuium gaudent, & in fauorabilibus tanquam ciues habentur: vt dixi in ſcholaſtic. priuile. 125.

46 Secundò requiritur, quòd bona exteri ſint reperta in ciuitate priuilegiata ad hoc: vt patet in text. *ſur les biens de leurs debteurs forains.* probatur in l. fi. C. vbi in rem actio. Idẽ putarem, ſi io ſuburbiis bona inuenirentur. per l. ſecundam. vbi ſcripſi. ff. de verb. ſigni. & ſuperius dictum extitit. Interdum vidi areſtum concedi etiam extra ciuitatem, dummodò ſint res in iuriſdictione ciuitatis.

47 Tertiò requiritur quòd ille, cuius bona areſtantur, ſit forenſis, ſiue exterus, nullum habens domicilium, vel habitationem in hac ciuitate ibi. *forains.* & dicitur forẽſis quoad hoc priuilegium, qui nõn habet bona in iuriſdictione, ſeu bailliuia, vel ſenechallia, vel guberoamento, per gloſ. in l. fin. C. de præſcriptio. loogi temporis. & ea quæ notat Ioan. Fabr. in §. 1. de vſucapio. in inſtitu. vnde Aurelianus eſt foreoſis hic Pariſ. {Etiam booa clerici foren. arreſtari poſſunt, vt ſuperius dixi: & ita cenſuit Senatus anno 1525. die 13. Martij pro quadam vidua contra Abbatem: fuit tamen dictum noo poſſe bona clericorum arreſtari, donec elegerit domicilium, ſed donec tantum recognouerit, licet in laicis illud arreſtum fieri ſoleat, dooec recognouerit, & domiciliũ elegerit.}

Forẽſis quis dicatur.

48 Poterit etiam alia vti practica creditor contra debitorem exterum, videlicet vt interdicatur forenſi alienatio bonorum immobilium, & fiat ſequeſtratio mobilium, ſi ſit de fuga ſuſpectus. text. in l. de pollicitationibus. in fi. & ibi Bart. ff. de pollicita. Bald. ſequitur 10 l. per diuerſas. queſtio. 9. C. mandat. & in l. ſi fideiuſſor. §. fi. & ibi Iaſ. ff. qui ſatiſda. cogant. Roma. conſil. 241. ſpectabiles. col. 3. & Alexan. conſil. 103. nu. 6. in 2. volu. tamen hoc non ſolet in Francia fieri.

Praxis contra debitorẽ exterum.

49 Sed hodie practica Franciæ habet, vt ſiquis dicat rem areſtatã ſuã eſſe, dabitur per modum prouiſioois illi, qui eam prius poſsidebat, facto præcepto de non alienando, & data cautiooe de reſtituendo parti, ſi fieri debeat, & poſtea plenè cogooſcetur an res ſit poſſeſſoris necne.

Practica Franciæ ſuper re areſtata.

50 Si verò creditor non dicat rem areſtatã ſuam, tunc prouiſio adiudicabitur debitori domino illius rei, data cautiooe de ſtando iuri, & eliget domicilium: poſteà iudex procedet, & noo ſolet

remittere eum ad ſuum iudicem,& hoc in mobilibus: in immobilibus verò non fit prouiſio, ſi
debitor concludat in caſu nouitatis,manuteneri in re ſua.

Pertinere res debent ad extraneum antequam areſtẽtur, quod præſumitur ſi ab eo poſſideantur. Areſtum.

51 Quartò requiritur,quòd illæ res,quę areſtantur,pertineant ad forenſem,ſiue ad extraneum,
à l'eſtranger ibi,*ſur les biens des debteurs forains*:ideo non poſſem areſtare res pertinentes ad domi-
52 num illius forenſis. † Præſumitur tamen quòd pertineant ad illum, poſtquàm ea habet,
& poſsidet.l.ſiue poſsidetis.C.de probatio.Melius in l.fi.de rei vend.plenè doctores in c.cum ec-
cleſia.de cauſſa poſſeſ.& ſic contra quendam generum fuit pronunciatum, qui areſto ſe oppo-
ſuerat,dicens equum ſuum, qui tamen inuentus fuit in poſſeſsione ſoceri, nec aliter probauit:
ideo permiſſum à Senatu fuit,vt venderetur equus:& pretium daretur creditori:quia coniunctio
perſonarum facit præſumere fraudem.Bart.in l.ſi caſtrenſe.ff.de re milit.& in l. ſi donatione. C.
de colla.vbi Iaſ.& alij.

Pertinere res quando dicantur & quis hoc probare debeat.

53 Item intelligo ſiue pertineant in totum,ſiue in partem, ſiue ratione alicuius iuris:quia ver-
bum pertinet latiſsimè patet:nam & eis rebus petendis aptum eſt,quę dominij noſtri ſunt, & de
his,quas iure aliquo poſsideamus,quamuis noſtri dominij non ſint.l. verbum illud pertinere,ff.
de verb.ſig.vbi plenè ſcripſi.quod facit pro illis,qui exponunt clamores in curia parui ſigilli Mõ-
tiſpeſſulani pro iure ad eos pertinente, vt non debeant ſuccumbere, ſi probent partem tantùm
ad eos pertinere.Patruus meus Iacob.Rebuff.in l.omnes.C.de colla.fund.patri.libr.11.imò etiam
verbum pertinere quandoque verificatur in poſſeſſorio.Fely.in rubr.de reſcript.col.3.

54 Quæro quis debeat probare ad ſe pertinere,vel debitor,vel creditor?Reſpon. Quando res
per apparitorem capiuntur in domo debitoris, præſumuntur eſſe illius, & ideo ſi creditor, vel
alius alleget illas res eſſe alterius, vel ſuas, hoc probare habet ratione pręſumptionis, quæ
transfundit onus probandi in eam: iuxta ea quæ notant doctores in l. in bonæfidei. C. de
iureiurando.

Et ideo ſi executio fiat contra maritum, & in domo ſua, ſi vxor ſe opponat, allegans illas res
captas ſuas eſſe:hoc probare vxor debet: quia mariti eſſe pręſumuntur, poſtquam in ſua domo
inuẽtę ſunt,per text.in l.2.vbi Petrus de bella pertic.& Bald.C.ne vxor pro marito.etiam ſi vxor
maneat cum viro propter præeminentiam pręſumũtur eſſe mariti.l.ſi ego.§.dotis.ff. de iure dot.
Poterit tamen debitor probare res eſſe alterius, quamuis inuentę ſint in ſua poſſeſsione, ſi pro-
bauerit contractum fortè depoſiti,vel commodati,vel alium quemcunque. Alber.in d.l.2. quod
eſt notandum.

Exterus cautionem præſtare debet.

55 Quintò requiritur,quòd forenſis præſtet cautionem ſufficientem,ſcilicet fideiuſſores, & de
ſtando iuri in hac ciuitate,in qua areſtum fit,& eligat domicilium: & tunc relaxabuntur ei ſuæ
res,& reſtituentur.& ſic cautio de iudicio ſiſti præſtabitur, qua tollitur areſtum: teſte Anchara.
conſi.85.ex theoricis.tamen Corneus conſ.136.viſis.col.2.in 4.vol.dicit debere ſatiſdare de iudi-
cio ſiſti, & de iudicato ſoluendo:& iſta dari ſolet in Francia:prehenſio enim ſuſpecti de fuga fit,
vt præſtetur ſatiſdatio:vt nota.in l.ſi creditores.ff.de priuileg.credito.Et ideo dato fideiuſſore re-
laxatur.l.ſi pecunię.ff.vt in poſſeſſ.legato.Bart.in l.ſi finita.§.Iulia.de damno infect.Soci.conſil.93.
quoniam.col.2.in 3.volu.& idem in hoc areſto dicerem.

56 In Montepeſſulano ex ſtatuto poteſt ciuis vel ibi degens ſuum debitorem exterum in carce-
ribus detinere,donec præſtiterit cautiones de iudicio ſiſti,& iudicatum ſolui.in d.ciuitate.ita aliàs
exercui tanquam prior collegij *du Vergier*,contra Ludouicum Bonaure Aleſti ciuem.

57 Et ſic requiritur cautio ſufficiens,videlicet cum fideiuſſoribus, vt dicam in tracta. de ſen-
tent.executo.artic.1. & ideo per iuratoriam cautionem non eſſet prouiſum, vnde non admitte-
retur:vt nota.in rubr.ff.qui ſatiſdare cog.& in l.1.ibidem.

Creditor areſtum petere debet,& praxis ſuper hoc.

58 Sextò requiritur,quòd creditor petat,& requirat areſtum fieri: hoc enim iudicium non da-
tur,niſi poſtulatum fuerit.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno. infe. & ideo ſolet creditor ſup-
plicationem iudici offerre,in qua narrat debitum,& debitorem extraneum habere res in ciuita-
te,& adiungit inſtrumentum,vel chirographum illi ſuplicationi:& concludit,vt liceat procedere
per areſtum:& iudex concedit.poſteà hoc traditur apparitori vt exequatur. iſta eſt praxis, quam
notes:quia ſeruiens non ſolet areſtare res alterius ſine mandato iudicis.

Procuratori creditoris concedi ſolet areſtatio rei.

59 Et non ſolùm creditori hoc conceditur,verùm etiam eius procuratori per gloſ.valde ſin.in
l.1.in gloſ.2.C.vbi quis decurial.vbi creditor poteſt capere debitorem fugitiuum propria autho-
ritate,& etiam eius procurator multomagis areſtare res debitoris poterit:vt dico infrà.

Areſtari res poſſunt etiam die feriato: & an creditor iurare debeat.

60 † Etiam die feriato in honorem Dei hoc concedi ſolet.per gloſ.in l.fi.ff.de feriis. vbi poteſt
debitor capi die feriato,multofortius areſtum fieri,quia periculum eſt in mora. vt Iaſ. not. per il-
61 lum text.in l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff. de noui oper.nuncia. † Et in aliquibus locis re-
quiritur,quòd creditor iuret ſibi verè,& fideliter debitum:& hoc apud Bituriges ſeruatur ex ſty-
lo,& tenetur iurare,licet habeat inſtrumentum:quia poteſt ei ſolutum eſſe, vt aliquid ſtylus ad-
dat iuri communi.c.2.de probat.vbi ad probationem non valet conſuetudo, vt quis iuret poſt
plenam probationem: ſed quòd iuret ſibi adhuc deberi: & non eſſe ſolutum,non venit contra
d.c.2.vt ſuperius dixi: & iuramentum illud coram iudice eſt præſtandum,non coram ſeruiente.
Sed illud iuramentum non præſtatur in hac ciuitate Pariſienſi, ideo tu qui habes ſtylum iuran-
di,iures,is verò qui illum non habet,non tenetur.nam ſufficit illi oſtendere inſtrumentum non
raſum,nec cancellatum.argu.l.ſi.C.de edict.diui Adria.tol.vel chirographum.

62 Item

62 Item hoc areſto vtimur etiam contra forenſem rem meam habentem, & hac tranſeuntem, vt etiam rem meam ſiſtere, & areſtare poſsim: & hęc fuit prima opinio poſita in l.fi. C.vbi in rem actio.exercer.deb.vbi poſſum conuenire deferentem rem meam, vbi repertus fuerit: tum quia ratione rei ſitę poteſt quis conueniri vbi eſt res.d.l.fina.quę loquitur generaliter: Ergo de quacunque re mobili, & ſe mouente debebit intelligi. tùm quia hæc actio rei vendicationis procedit ex poſſeſsione.l.non alias.§.1.ff.de iud.ergo habebit locum contra hunc forenſem poſsidentem, & hanc opinionem ſequitur gl.in l.ſed & ſi ſuſceperit.§.vlti.ff.de iud.& glo.in c.fi.de foro compe. & Compoſtel.in c.dilectus.2.de reſcript.Hoſtien.& Soci.in c.ſanè.de foro compet.& iſta opinio communiter in iudiciis ſeruatur teſte Alber.in d. l.fina. & eſt magis communis ſecundum Ioan. de Platea.in l.cùm neque.C de incolis.lib.10.& in hoc regno ſeruatur teſte Pyrrho. in conſuetu. Aurelia.in eo.tit.cap.19.& ſeruatur in practica ſecundum Alber.& Iacob. in l. ſi legationis. ff. de iudic.Sequitur Ang.& Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatida.cogant.Ioan.lupus in repet. c. per veſtras.§.18.fol.65.col. 4. de dona. inter vir. & vxor.& ſecundum iſtam opinionem fuit iudicatum Burdegalę: vt refert Boer.in deciſ.ſuis.q.218.ſi quis tranſiens.

Rem meam areſtare poſſum contra deferentem.

Areſtum.

63 Prętereà non ſolùm bona debitoris ſiſti poſſunt, & areſtari, ſed etiam debitorum ipſius debitoris bona per priuilegium iſtud.ibi, *ſur les biens de leurs debteurs forains, & des debteurs de leurs debteurs &c.* Et pro hoc eſt text.in l.hæres.in fi.ad Trebel.ff.& traditur per totum tit. C. quando fiſcus vel priuatus debitoris ſui debitores conuenire poſsit.

Debitorem etiam debitoris bona areſtari poſſunt.

64 Practica eſt quòd ſi forenſis habeat debitorem hìc Pariſiis, vt ego faciam ſiſtere pecuniam, quam illi debet in manibus iuſtitiæ: & conueniam illum ad certum diem, ad videndum declarari areſtum factum bonum eſſe, ſi compareat, interrogatur ſub iuramẽto, an debeat, & quantum debeat tali N.debitori alterius, vel interrogari ſolet debitoris debitor an habeat res talis debitoris, & quas, & ſi reſpondeat ſe habere res, vel debere, fit eidem pręceptum, ne illas res cuiquam ſine iudicis decreto tradat, hoc poſteà notificatur principali debitori, & dicitur ei dies: quo die ſi cõpareat: petitur quid velit dicere, quin debitoris debitor teneatur illam pecuniam; vel res eius debitoris tradere. *& en vuyder ſes mains*, ſi iuſtã cauſſam nõ allegauerit, iudex decernit res creditoris tradẽdas. *& qu'il en vuydera ſes mains*, quæ res vendentur: vel ſi ſit debitũ, pecunia ponetur in manu creditoris: ad cuius petitionem areſtũ fuit latum cautione data: ſi debitoris debitor non compareat, dicetur, quòd res ipſe tradet.id eſt, *qu'il en vuydera ſes mains.* Ita vidi ſeruari. Et dicit Maſue. in ſua practica rub.de execut.§.item ſi creditor.quòd poſtquàm creditor fecit areſtare illud, quod debetur ſuo debitori, ſufficit quòd ille ſecundus debitor notificauerit ſuo creditori: quo probato, ſecundus creditor non poterit eum compellere, vt ſoluat ipſi, niſi amoto areſto.& allegat Cy. ita dicentem in l.2.C.vbi in rem actio exercer.debeat.& Bart.in l.1.quęſtio. 11.ff. de noui oper. nunciatio.& citabitur dictus debitor debitoris ad petitionem primi creditoris, vt in manu curię illud, quod debet ſecundo debitori deponat, & quod tempore areſti debebat: & compelletur per iudicem.ita Maſuer.& ſufficiet iſti debitori oſtendere ſe hoc feciſſe ad ordinationem iudicis. & erit liberatus: vt docet Bart.in l.creditor.in fin.princi.ff.de ſolutio.

Practica cõtra debitorem debitoris.

65 Imò etiam ſi eſſet obligatus ſoluere ad diem ſub certa pœna, & cum iuramento, ſi tamen pecunia ſequeſtretur, & areſtetur apud eum per iudicẽ, excuſatur & à periurio & à pœna. tùm quia iuſſus iudicis excuſat à periurio.in c.venientes.de iureiurand.l.non videtur.§. qui iuſſu.ff.de reg. iur.Lucas de penna in l.vna.col.4.C.vt nullus ex vica.li.11.tum quia etiam iuſſus excuſat à mora. per d.l.fi.& ita tenet Petrus de Ferra. in ſua practica, in forma ſequeſt.gl. Audiat.dicens excuſari etiam ſi alij ſoluerit iudicis pręcepto.per l.Paulo Callimaco.§.fi.ff. de lega.3.& l.liberto.§.Lucius. ff.de annuis lega.Bar.in l.creditor.in principio.ff.de ſolutio.Lucas de Penna vbi ſuprà.col.3.Iaſ. in l.ſi quis maior.num.20.C.de tranſactio.Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in rubr. *des droictz.* §. 7.gloſ.*ſuppoſe.*nume. 43. vbi dicit id excuſare à mora, quod à periurio. per cap. breui. de iureiurand.

Excuſatur à pœna debitor poſt areſtum.

66 Fallit ſi creditor offerat debitori, cui facta eſt inhibitio, cautionem indemnitatis: tunc debitor non obſtante inhibitione, tenebitur ſoluere.l.penult.in fi.C.depoſ.l.is à quo.ff.de rei vend.Iaſ. & alij in l.non ſolùm, §.morte.col.14.num.28.ff.de noui oper.nuncia.Alex.plenè in l.hæres. col. 2.ff.ad Trebel.quod eſt verum in depoſito, ſecus in aliis: quia tunc inhibitio à iudice facta tenet: ob id non tenetur ſoluere is, qui debet ante ſublatam inhibitionem: ſecus ſi facta tantùm fuiſſet denunciatio à parte tunc cautione data cogeretur ſoluere: vt videtur loqui l.ſi fundum. C.de rei vend.& d.l.hęres.in fi.ff.ad Trebel.ibi, & debitoribus denunciare.

Solutio debiti areſtati quãdo fieri poſsit.

67 Poſſet etiam cum cautione indemnitatis debitor reſtituere, ſi in fraudem fuiſſet factum areſtũ, & malitiosè: vt pote quia primus debitor nihil omnino debebat illi, qui ſiſtere fecit debitum, & etiam ſi ille non proſequeretur illud areſtum: tunc coram iudice poterit fieri proſequutio, vt tollat areſtum, vel vt cautione data ſoluere poſsit: non tenetur tamen ſoluere cautione data, non ſublato areſto, ne in mulctam incidat, & proceſſum ſibi compatet.

68 Secundò fallit in libris ſcholaſticorum, & armis militum, quę non licet ſiſtere, & areſtare, quando milites vadunt ad bellum: vt per gloſ.in l.nepos Proculo.ff.de verbo.ſignifi.Iaſ.in §. item Seruiana.de actio.in inſti.& ſi areſtentur per modum prouiſionis, decerni ſolent iſta capta dominis cum cautione etiam iuratoria, vt ſuperius dixi.

Libri ſcholaſticorum & arma militum areſtari nõ debẽt.

69 Ad hęc permittitur aliquando ſiſtere perſonam debitoris principalis, non debitoris ſecũdi: vt patet

Perſona

quando areſtari poſsit.

vt patet in hoc priui. Pari. ibi. *Et auec ce par arreſt de corps de leurs principaux debteurs forains des villes, eſquelles les habitans d'icelles ont ſemblable priuilege, & en vſent, & peuuent vſer, contre leurs debteurs forains.* Et ſic non paſsim areſtari perſona debet. imò in eiſdem conſue. Pariſ. ſic dicitur, *Par la dicte couſtume aucun n'eſt recepuable à proceder, ou faire proceder par voye d'arreſt ſur les biens d'aultruy, ſans obligation, condemnation, delict, ou quaſi delict, choſe priuilegiée, ou qui le vaille.*

Areſtari perſona quãdo poſsit.

70 Notandum eſt tamen quòd quando perſona eſt in fuga, tunc eſt licitum eam capere, & areſtare perſonam fugitiui debitoris mei. iſta eſt regula communis tradita in l. generali. per illum tex. C. de decurio. lib. 10. gloſ. in l. extat. ff. quod metus cauſſa. gl. in §. 1. inſtit. de actio. & etiam pro delicto. l. 1. ff. de cuſto. reorum. & pro teſtimonio ferendo. l. ſi quando. C. de teſtib. & aliis in multis caſibus, quos lector facilè inueniet.

Proſequens appellationem areſtũ frangere nõ uidetur.

71 Et ſi perſona areſtatã appellet ad ſenatum, proſequendo appellationem, non dicitur frangere areſtum: vt pulchrè docet Guid. Papę, in ſtatuto ſi quis per literas. in verb. appellatione. col. 27. verſ. an quis &c. Quia interim cenſetur eſſe in iudicis ſuperioris protectione. c. dilecti. 1. de appellatio. Inno. & alij in c. vt debitus. illo ti. Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de noui oper. nuncia. ſecus ſi aliò accederet, & non proſequeretur appellationem.

Preparatus ad fugam capi poteſt.

72 Primò amplia non ſolum in fugitiuo, vt capi poſsit, ſed etiam in pręparato ad fugam. gl. & ibi Bald. in l. pen. C. de pigno. actio. Alex. in l. diuortio. in prin. col. 3. ff. ſolu. ma. Hippo. ſing. 43. debitor. quia tantum operatur fuga, quando eſt in procinctu, quantum operatur, quando eſt in actu: vt aſſerit Panor. in c. cùm nõ ab homine. col. 4. de iud. Fel. & alij in c. 1. illo tit. Io. Sanxon. in conſue. Turonen. rubr. *des droictz de baſſe iuſtice.* arti. 12. Aliàs ſuper hoc ſcripſi plenius, & Iaſ. in §. 1. inſtit. de actio. ac de Ripa. in c. 1. de iud.

Suſpectus de fuga capitur.

73 Secũdò amplia etiam in ſuſpecto de fuga. gl. in l. quæſitum. ff. de pig. Bald. in l. ſi quis in tantam. col. pe. C. vnde vi. facit tex. in l. Pedius. in prin. ff. de incen. ruina & naufrag. vbi ſatis cenſetur captum in naufragio illud, quod in trepidatione naufragij raptum eſt. Alex. d. conſi. 64. & ſi celeberrimè. in fi. in 3. vol. facit c. ad abolendam. de hæret. vbi idẽ ſtatuitur de ſuſpitione hæreſis, quod de hæreſi. & idem de ſuſpitione futuræ litis, ſicut de præſenti in l. 2. C. de trãſact. & quando ſit ſuſpectus, & an cauſſa ſit ſufficiens, relinquitur arbitrio iudicis. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ibi, ſi hoc iudici ſederit. ff. qui ſatiſdare cogantur. Soci. conſi. 99. circa primam. in 4. vol. Quamuis doctores in hoc valde ſe torqueant. Nam hodie in Francia non ſolet capi ſine iudicis ordinatione, niſi ſit in procinctu fugę.

Heres capit debitorẽ ſuſpectum etiam intra tempus conficiendi inuentarium.

74 Tertiò amplia non ſolùm in debitore principali, ſed etiã in eius hęrede. Bar. in l. poſtulante. ff. ad Trebel. Ioan. Crotus in repetitio. l. nemo. col. 4. & ſeq. ff. de lega. 1. intellige tamen vt dixi ſuprà eodem artic. 3. gloſ. *ou leurs heritiers.*

75 Quartò extende vt etiam hæres intra tempora conficiendi inuentarium poſsit capere debitorem fugitiuum: vt docet Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per legem falci. Et ſic limitatur l. fi. §. donec. C. de iure delib. probat de Ripa, in cap. 1. nu. 88. de iud. & Iaſ. in l. vinum. col. 3. ff. ſi cert. petat.

Clericus de fuga ſuſpectus an capi poſsit.

76 Quintò amplia etiam in clerico fugitiuo, vel ſuſpecto de fuga, vt etiam propria authoritate à laico capi poſsit. Bar. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furt. Panor. & alij in c. cùm non ab homine. de iud. Aliàs eſſet generare ſcandalum in mentibus laicorum: & eſſet quędam tyrannidis potius quàm iuſticię executio, ſecundum eum, quem ſequitur Hippol. ſing. 43. debitor fugitiuus. Quod intellige in clerico fugiẽte vt poſsit authoritate propria capi, & adduci ad iudicẽ eccleſiaſticum, non laicum: ſecus in ſuſpecto de fuga, qui non poterit capi, niſi ex iudicis eccleſiaſtici commiſsione. teſte de Ripa in lib. 1. de legib. reſpon. 13. laicorum. hodie ſine mandato epiſcoporum à laicis iudicibus capiuntur clerici in Francia, & epiſcopis ſuis remittuntur: vt alibi ſcripſi. alia in hac materia nunc ſcribere nõ intendo; quia iſta materia eſt ſatis ſuperque tractata à Iaſ. in §. 1. de actio. in inſtit. & de Ripa in c. 1. de iud. etiam quia parum vſu venit in Francia, ſed areſtatio debiti frequentiſsimè, ob id latius tradidi eam ſuperius.

77 In Francia tamen non ſolet perſona debitoris areſtari, ſi non ſit obligatus debitor in perſonam: vt patet in conſuet. Bitur. rub. de executio. arti. 7. & ſolet tunc areſtari perſona vſque ad ſolutionem incluſiuè, in bonis ſecus: vt ſuperius expreſſum extitit, poteſt etiam areſtari perſona, quando eſt priuilegium vt fit in Montepeſſulano, vel donec ſcedulam recognouerit, vt ſæpius vidi.

Heredes ſunt ſayſiti etiam de bonis areſtatis.

78 Vltimò nota quòd hęredes debitoris, cuius bona ſunt areſtata, dicuntur ſayſiti, etiam antequàm reſpondeant pro debito, dum tamen pręſtent cautionem, & ita vidi ſeruari. quod etiam in regeſtris curiæ ſcriptum inuenitur.

Si l'exploict eſt libellé, & porte la ſomme pour laquelle on veult agir, y aura gaing de cauſe par vn ſeul deffault, auec le ſauf, ſelon les diſtances des lieux.

GLOSSA QVARTA.

1 QVando citatio eſt libellata, ſi reus non compareat, ex ſolo defectu actor lucratur cauſſam. vnde text. hic elucidat citationem eſſe tunc libellatam: vt terminis text. vtar, quando continet ſummam, pro qua creditor agere cupit, & ex qua cauſſa petat. Et ſic magnum

commodum

commodum eſt in citatione inſerere cauſſam,ob quam reus citatur,vt ad recognoſcendum ſcedulam,ad iurandum, vel ad reſtituendum librum ei commodatum, vel ad reſtituendum, & dandum pecuniam mutuam:quia tunc ſi reus certus non compareat, amitti cauſſam ex contumacia ſola,& prima,reſeruata tamen pro diſtantia locorum comparitione,quæ dicit, *default ſauf huictaine,ou quinzaine*.vbi ſi reus compareat intra illud tempus audietur.

2 Et hoc conuenit iuri diſponenti citationem debere continere cauſſam l. 2. §. legatis. & ibi ponderat Iaco.ff.de iud.vt paratus reus veniat reſponſurus.c.fin.5.q.2.gl.in c.ſi quis epiſcopus.3. q.2.c.prętcrea.de dilatio.c.licet.de accuſ.gl.& Peruſ.in c.cum contumacia.de hæret.in 6. Specul. in tit.de citatio.§.1.verſic.item quòd in ea.& ibi Ioan. Andre.multos citat tex.& Bald. in ſua practic.eodem titul.quæſt.3.Aufrer.in ſtylo parlamenti.in 1.parte rubr.de adiornand.hęredi.mortuo. §.primo.Soci.pulchre.conſil.10.inſignis doctor.& conſilio ſequen.in quarto volumi.Boer.plenè in repetitio.l.conſentaneum.folio 15. C. quomodo & quando iudex. Nam in citatione talia exprimi debent,per quæ pars inſtrui poſsit ſuper quibus conueniatur cle.ſi.vt lite penden. & ſi deficiat cauſſa,cenſetur nuda & indiſcreta citatio,ideo valere non videtur,quia certa eſſe debet. l. 2. *Citatio continere cauſſam debet.*

3 §.circa.de doli exceptio.ff.Bal.in d.ptact.q. 3. † Ideo ſtatuit Ludo. duodecimus olim Franciç Rex inter ſuas ordinationes publicatas anno 1512. artic.45.rubr. *que les laiz ne ſeront conuenus par deuant les iuges d'egliſe*.arti.vlt.Quòd de cætero iudices eccleſiaſtici,dum citãt laicos exprimẽt cauſſam in citatione:vt citati poſsint perpendere, an cognitio ſpectet ad eos : tamen in practica non ſunt ipſo iure nullæ citationes ſine cauſſa, ſed eſt vtile cauſſam & libellum inſerere , vt hîc. Aliç multę ſunt vtilitates,quas hîc poterit quilibet addere:& ego ſcribo in tract.de citatio.in ord. reg.in 2.Tomo. *Citatio iudicum eccleſiaſticorum in laicos emiſſa cauſſam cõtinere debet.*

En faiſant apparoir par le creancier du contenu en ſa demande,par l'obligation authentique comme deſſus.

GLOSSA QVINTA.

1 ID eſt ſi creditor faciat apparere iudici:vt expoſui in gl.*en baillant caution*.in tracta.de ſenten.execu.arti.1.Et ſic non ſufficit citationem cauſſam continere, & eſſe libellatam:ſed actor debet petitionem probare inſtrumento authentico, vel ſigillato regio ſigillo aut aliàs,prout de iure.

2 Requiſita ergo in hoc articulo cernas:primum requiritur quòd ſit aliquis creditor & debitor: alioqui executio fieri non poſſet ex non ente,ibi,*creanciers* , & iſta ſunt correlatiua creditor & debitor:ideo vnus ſine alio eſſe non poteſt.l.1.& 2.C.de cupreſsis.lib.11.ſcripſi in l. creditores.ff. de verbo.ſignifi. *Requiſita ad hunc articulum.*

3 Secundo requiritur,quòd creditor incipiat ab agendo,& non ab exequendo,ibi,*n'auront commencé par execution,mais par ſimple action*:quæ actio eſt ius perſequendi in iudicio,quod ſibi debetur,non verò exequẽdi.§.actio.inſtit.de actio.& l.nihil.de actio.ff.& ſic duobus modis poteſt pars procedere,videlicet per viam ſimplicis actionis,vt in patria iuris ſcripti olim.ſecundo ab executione,vt proſecutus plenè fui in præfa.ſuprà.

4 Tertiò requiritur,quòd in citatione petitio fuerit inſerta,& cauſſa,& ſic *libellée :* vt dicit hic tex.ibi,*ſi l'exploict eſt libellé :* vt ſuperius deſcriptum extitit,& ſic in citatione debet inſeri. Citetis talem N.ad dandum,tradendum,& reſtituendum decem aureos,quos cauſſa mutui debet.de quo in c.præterea.de dilatio.& ſuperius dictum extitit.

5 Quartò quòd creditor in termino compareat,alioqui circunduceretur edictum.l.& poſt edictum.§.circunducto.ff.de iud.& quòd contumaciam petat,& vtilitatem defectus,& quòd iudex, cum reum contumacem decernat : & in contumaciam illius ad garniendum per modum prouiſionis condemnet,vel executorium inſtrumentum declaret:vt inferius artic. 8. & iſta eſt vtilitas huius defectus,quam *gaing de cauſe* vocat hic tex.Nam contumax pro præſente habetur.l.properandum.§.1. C. de iud.ſed ſi reus eſſet pręſens , non condemnaretur niſi ad garniendum : vt ſuprà dixi artic.prox.ergo nec ratione contumaciæ in plus damnabitur,quàm ſi præſens fuiſſet.

6 Quinto quòd defectus non detur ſimpliciter,ſed ſaluo ſi debitor compareat intra octo dies, vel aliud temporis ſpacium,quòd iudex arbitrari debet pro locorum diſtantia : niſi per conſuetudinem vel ſtylum fuerit dies ſtatuta.probabat hic tex.ibi,*ſauf la diſtance des lieux*. facit c.cùm ſit Romana.de appellat.

7 Sextò quòd in termino actor probet contenta in ſua petitione vera,fortè mutuo actor petit decem aureos,requiritur quòd in primo termino actor petat decem ſibi debita,ſi aduerſarius dicat ſex tantùm debita eſſe:non condemnabitur reus,niſi ad illa ſex : ſi verò reus non compareat, oſtendet actor debiti inſtrumentum.ibi, *en faiſant apparoir par le creancier du contenu en ſa demande:* alioqui poſſet aliquis petere quod ſibi non eſſet debitum,& ſic facere condemnari per eum contumacem ad id,quod non debet:quod reprobat l.properandum.§.1.C.de iud.vbi doctor.

8 Septimò quòd probet hoc per inſtrumentum authenticum. ibi , *en faiſant apparoir par obligation authentique.*

9 Idem tamen puto,ſi oſtenderit inſtrumentum ſigillatum,cùm etiam dicatur authenticum:vt dixi ſuprà eo.artic.1.per verba tex.ibi,*comme deſſus*,alia elicere poteritis per vos.

10 Sed

10 Sed an habeatlocum iſte text.ſi chirographo , vel aliis literis noo autheuticis creditor probaret debitum.Reſpon.nou : ſed tune deberet ſaltem ſummariè probare contenta in ſcedula : vt pote per teſtes,qui cognoſcant ſcripturam eſſe illius,vel per comparationem literarum , vel aliis modis à iure comprobatis:de quibus in l.comparationes.C. de fide inſtru. Et in authenti. de inſtru.cautel.& fide. colla.6.ſcripſi in tracta. de chirographo,&ſcedula.recognitio.& iſte tex.dicit, *par obligation authentique*. ſed ſcriptura priuata non eſt authentica obligatio , ergo de ea non loquitur iſte text. etiam hic loquimur de his , quæ habent executionem , quam chirographum non habet.

Idem artic. LXX.

Articulus ſeptimus.

S I l'exploict n'eſt libellé par deux defaux , y aura pareil prouffit , pourueu que par le premier ſoit inſerée la demande & concluſion du demandeur, & qu'il informe comme deſſus.

GLOSSA PRIMA.

Explotorũ nomine quid cõtineatur.

1 SVporius proximo articulo dictũ fuit , quem obtinere in cauſſa,ſi reus ſemel deficiat, quando citatio libellata fuit,& cauſſa in ea expreſſa:nunc verò ſtatuit,quando cauſſa in citatione non eſt expreſſa,quòd duo defectus requiruntur:requiritur etiã quòd in citatione ad primum defectum ſit inſerta petitio, & concluſio. ſed quid nomine expletorum veniat ſcribit Bened.in repetit.c.Raynutius.in verb.condidit.nume. 19.de teſtameotis. ex vſu communi loquendi executiones ſeruientum ſummarias, & aliorum executorum iuſtitiæ contineri:vnde ab explendo dici *exploictz*.arbitror:quia explent & complent literas, & iudicum voluntatem quæ parum eſſent ſine executione , ſicut parum eſt habere iura ſioe executiooe.l.2. §.poſt originem.ff.de orig.iuris.c.vbi periculum.§.præterea. de ele. in 6.ita parum eſt habere citationem & alias literas à iudicibus , oiſi expleantur & compleantur à ſeruientibus, & complentur dum exequuntur, & illæ executiones expleta vocantur.ſed hic largius accipitur tam pro literis iudicis citatoriis, quàm pro relationibus apparitorum:quia in citatoriis literis boonum eſt exprimere id,quod petitur,vt ſuprà ſcripſi.

2 Quod facit ad quęſtionem de domino,qui habet cenſum annuum cum expletis voluntariis contra ſuos ſubditos, vt non poſsit niſi 10 caſibus à iure permiſsis collectas , & alia onera imponere , ſed dominus expletare poterit , id eſt executionem in ſubditos facere in caſibus, vbi à citatione incipiendum eſſet,vt ſuprà dixi:quod eſt notandum contra dominos,qui habent ſubditos ad voluotatem : & in quibus caſibus poſsit dominus taliam imponere ſuis ſubditis , docet Alex.in additio.ad Bart.in l.placet. C.de excuſa.muner.lib.10. vbi addidi & ad dictio. Alber. in verb.dominus.

Requiſita in hoc articulo.

3 Requiſita in hac practica ſunt.primum quòd citatio decreta fuerit,& citatus debitor,alioqui *exploict* non decretur:vt proximè ſcripſi.

4 Secundum quod in prima citatione non ſit incerta petitio , vel in ſeruientis relatione , ibi, *ſi l'exploict n'eſt libellé* , aliàs haberet locum §. præcedens , & ſufficeret vnus defectus : vt ibi dictum extitit.

5 Tertium requiſitum eſt, quòd creditor accuſet contumaciam : vt dixi in præcedenti artic.& iudex decernat illum contumacem iterum citandum : alioqui authoritate priuata non citaretur iterum pars:vt docto.ſcribuot in l.ad edictum.& l.ſeq.ff.de iud.& io l.conſentaneum.C.quomodo & quando iudex.

6 Quartum quòd actor petat coram iudice ſummam quam intendit petere,& concludat illum abſentem condemnari ad talem ſummam , videlicet ad decem ,quæ ei mutuauit. ita probat iſte text.ibi.*la demande & concluſions*.petitio enim ſine concluſione oon valeret,cùm ſemper concluſio attendatur.l.ſi voluntate.C.de reſcind.vend.gloſ.& docto.in l.1.ff.de edend.

7 Quintum quòd in ſecunda citatione ioſeri debet petitio,& cooclufio: videlicet,citetur talis ad purgandum contumaciam ſuam, & ad dandum & reſtituendum decem aureos , quos cauſſa mutui debet tali,vel ad audiendum inſtrumentum declarari executorium:& tunc iudex proferet ſententiam iuxta concluſionis formam.io l.vt fuodus.ff.communi diuid.c.licet.de ſymo.

8 Sextum requiſitum eſt,vt reus iterum deficiat:& tunc iudex decernet eum contumacem , & vtilitatem defectus actori adiudicabit , condemnando reum ad garniendum decem petita per modum prouiſionis:vt in præced.artic.dixi.probat hic text.dum dicit,*pareil prouſit*.& ſic duo defectus requiruntur,quamuis olim quatuor interuenire eſſet ſolitum:vt artic.24.& 26.in ordina.reg.no.eſt videre:& in rub.*des congez defaulx & contumace*,artic.6.

9 Septimum quòd actor probet id, quod petit ſibi per inſtrumentum authenticum deberi , & ſi alterum deficiat,noo habebit ex ſecundo defectu hanc vtilitatem:vt dictum extitit in proximo arti.Et quamuis in arti.2.ſuprà rub.*des adiournemens* dictum extiterit, quòd omnes citationes debeant eſſe libellatæ,tamen ibi noo annullat, ſi nou ſint:imò dicit hoc ſtatutum in fauorem actorum : vt pars veniat prima die parata ad reſpondendum ſine alia dilatione.probat tex.ibi, *pour eu venir preſt defendre par ledict defendeur au iour de la premiere aſsignation*. & ſic iſti ordinationi poteſt pars renunciare : ideo non cenſetur hic artic.contrarius illi : imò ſi non citetur pars ad contradi-

eendum

cendum inſtrumento ſigillato, vel alteri authentico producto, non valebit ſententia: & ſic fuit annullata in ſenatu anno 1540. die 30. Decembris.

Arreſtum.

10 Hic articulus non tradit practicam, quomodo prouidebitur, ſi reus compareat: ſed dic eo quod non diſponit aliquid, quod vult procedi ordinario iudicio, videlicet vt actor petat debitum in primo termino: quod ſi reus confiteatur, condemnabitur ad ſoluendum data ſibi dilatione arbitraria: vt in l. debitoribus. ff. de re iud. & ſcripſi in interpretatione. l. ſi debitori. ff. de iud. vel ſi opponat aliquas cauſſas, ob quas non ſe teneri ſoluere dicat, ſi lõgum habeat tractum vt falſi exceptio, iudex ad garniendum interim reum condemnabit per modum prouiſionis, vel inſtrumentum declarabit executorium iuxta petitionis modum.

Practica quãdo reus comparet.

11 Si verò debiti partem confiteatur, ad ſoluendum partem condemnabitur. l. quidam. ff. ſi cert. pet. ſi verò neget totum, probabit actor per inſtrumentum: & ſic ordinariè procedetur. per text. in c. quoniam contra falſam. de proba. & in l. prolatam. vbi gl. C. de ſent. & interlo. omn. iud.

12 Si autem debitor in primo termino non comparuerit, ſed in ſecundo, condemnabitur ad expenſas contumaciæ: quibus non refuſis, non audietur: quia ſunt præiudiciales. l. ſancimus. C. de iud. ſi eas refundat, audietur: quo audito, ſi cauſſa tractum habeat, condemnabitur per modum prouiſionis ad garniendum. ita vidi fieri in forenſi iudicio.

13 Item quando debitor nihil habet, poteſt conueniri debitoris debitor ad ſoluendum ſine tamen expenſis: & ita fuit dictum in ſenatu anno 1528. die 15. Maij. in hoc approbando ſententiam præpoſiti Pariſienſis, qui debitoris debitorem condemnauerat ſine expenſis, niſi calumnioſè: vt alibi dixi, ſe haberet vltimus debitor.

Arreſtum. Debitoris debitor ſine expenſis condemnari ſolet.

Idem Artic. LXXI.

L'heritier ou maintenu eſtre heritier de l'obligé adiourné par exploiɛ̃t libellé deüement faiɛ̃t & recordé pour veoir declarer executoire l'obligation paſſée par ſon predeceſſeur, s'il ne compare, ſera par vn default auec le ſauf, ſelon la diſtance du lieu, ladiɛ̃te obligation declarée executoire par prouiſion ſans preiudice des droiɛ̃ts dudiɛ̃t pretendu heritier au principal. Et ſi l'exploiɛ̃t n'eſt libellé, ce ſera par deux defaulx, pourueu que par le premier ſoit inſerée la demande & libelle du demandeur, comme deſſus.

Articulus octauus.

GLOSSA PRIMA.

1 SVperius artic. 3. dictum extitit inſtrumentum obligatorium exequendum etiam contra hæredem obligati: nunc docet praxim legitimam antequàm fiat executio contra hæredem, vt videlicet citetur viſurus declarari executoriam obligationem contra eum, qui ſi non compareat, pronunciabit iudex inſtrumentum obligatorium executorium, ſi prima citatio fuerit libellata, aliâs duæ requiruntur citationes: vt ſequitur.

Hæredis appellatio non ſolùm ad proximũ hæredem, ſed & ad vlteriores refertur. nam hæredis hæres, & deinceps appellatione hęredis cõtinentur. l. hæredis. vbi ſcripſi. ff. de ver. ſig. hic ergo intelligitur de quocunque hærede, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & de quocunq; ſucceſſore obligato ad debita defuncti. l. quod in hærede dicimus, idem erit & in cæteris ſucceſſoribus. ff. de tributo. actio. ratio eſt: quia perſonales actiones defuncti etiam paſſiuæ tranſeunt ad hæredes pro portionibus hæreditariis. l. 1. ff. ad Trebellianum. l. 1. C. ſi cert. peta. l. 2. de hære. actio. & l. penult. ibidem.

Hæredis nomine quid contineatur

2 Et hæc practica eſt notabilis, vt citetur hæres viſurus declarari obligatorium inſtrumentum executorium contra eum: & ſi velit exceptiones opponere, audietur: dummodo illæ exceptiones non requirant altiorem indaginem: alioqui per modum prouiſionis declarabitur obligatio executoria contra eum. Si verò non compareat, etiam condemnabitur: vt in ſequenti dicetur artic.

Praxis no. contra hæredem obligati etiam pupillum.

3 Etiam hæc practica habebit locum contra pupillum hęredem, nempe tutor citari poterit, viſurus declarari inſtrumentum eſſe executorium contra pupillum. nam ætas non infringit ius creditoris. l. ſub prętextu. C. de hęred. actio.

4 Notanda ſunt ex hoc text. ſequentia requiſita. primò requiritur quòd reus ſit hęres, vel aſſertus hęres: & in hoc caſu ſufficit partis aſſertio: vt hîc patet (*maintenu*) licet aliâs regulariter non ſufficiat dicere, niſi probetur: vt in rub. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dica. & in l. 1. ſcripſi in repetitio. l. diuus. in princip. ff. de ſenatuſconſ. Syllcia. & hoc eſt introductum, quia ad intereſſe tenebitur actor: vt arti. ſeq. inferius dicitur, ſi non reperiatur hęres is, contra quem facta eſt executio.

Requiſita in hoc articulo.

5 Secundò quòd ſit vel dicatur hęres debitoris, ibi *eſtre heritier de l'obligé*. nam hęres creditoris non oportet, quòd iſta obſeruet, ſed ab executione procedere debet: vt ſcripſi artic. 3. nec locum habebit iſte tex. ſi eſſet hęres alterius quàm debitoris: vt inferius dicetur in gloſ. *de l'obligé*.

6 Tertiò quòd prędeceſſor illius, cuius eſt hęres, fuerit obligatus inſtrumento authentico: alioqui in hęredem non fieret executio, ſi fieri non poſſet contra prędeceſſorem: quia non debet

eſſe hęres deterioris conditionis,quàm debitor principalis,ſed eodem iure vti debet.l.qui in ius. ff.de regulis iuris.

7 Quartò, quòd hæres obligati citatus ſit, in hoc text.probatur ibi,*adiourné par exploict*. Nam in vnoquoque negotio is, cuius intereſt , citari debet.l.de vnoquoque.ff. de re iud.l.nam ita. de adoptio.ibi, æſtimabunt iudices,adhibitis etiam iis,qui contradicerent,id eſt qui læderentur.

8 Quintò requiritur,ꝙ illa ſecunda citatio ſit libellata:vt practicè loquar,id eſt, cauſſa inſerta ſit in citatione,videlicet ad videndum declarari inſtrumentum talis ſummæ mutui, vel venditionis executorium,& probatur hìc,*par exploict libellé*.Et ſuperius dixi artic.proximo de hac citatione.

9 Sextò quòd illa citatio & eius executio ſit ritè, & iure facta ibi,*deüement*, nempe eum citatum dicimus,qui ritè citatus eſt arg.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.& quoties quis non ritè citatus eſt,pro non citato habetur.l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogaut.

Seruienti quando cre di debeat.

10 Septimò quòd illa executio à ſeruiente ſit facta coram duobus teſtibus ibi, *deüement faict, & recordé*.nam licet de iure nuncio credendum eſſet,extra tamen aliquos caſus:vt in c. cum parati. vbi docto.dicunt de appel.Bart.in extrauag.ad reprimendum in verbo,per nuncium.tamen cautum eſt lege regis Ludo.12.de primo publicat.art.56.quòd in magnis cauſsis,& vbi poteſt pars ex ſolo defectu lucrari cauſſam, debet habere ſeruiens in executione citationis duos teſtes , aut ſal-

Apparitores an debeát eſſe inuicē teſtes.

11 tem vnum. † Nec debent eſſe duo ſeruientes:quia hoc expreſsè prohibitum eſt in ſtylo parlamenti. rubr.de offi.& proprieta. commiſſa. ordin.4.tùm quia apparitores ſunt regulariter perſonæ viles.Bart.in d.verbo,per nuncium. & deierarent pro modico dolio vini. teſte Hoſtien. in ſumma de coutumac.§.qualiter.verſic.contrà tum etiam quia vnus pro alio fas atque nefas committeret,nec veritatem diceret.arg.l.2.§.initium.ff.de orig.iur. adhæc quia ſeruiens ſemper vellet ducere ſecum ſuum ſocium , vt vnus alterius cauſſa lucraretur : & hoc eſt etiam prohibitum in

Quamobrē teſtes records uocētur.

12 ſtylo Atueruiæ.art.1.ru.de citatio.† Teſtes enim vulgò *records* vocātur,quia recordari,& meminiſſe illorum,quæ coram eis facta ſunt debent.vt abundè dico in tract.de cita.artic.primo.vnde teſtes etiam a teſtando dicuntur, quia teſtari de his quæ viderunt ſolent.l.teſtium.C.de teſtib.

13 Octauò quòd hæres citetur viſurus declarari obligationem & inſtrumentum obligatorium à ſuo prædeceſſore factum, executorium,ibi, *pour veoir declarer executoire l'obligation paſsée par ſon predeceſſeur*.

14 Nonò requiritur,quòd reus citatus non compareat ibi,*s'il ne compare*, & licet contumax habeatur pro confeſſo.per c.vlti.de confeſsis.in 6.requiritur tamen iudicis declaratio,per c.cùm ſecundum,de hæretic.lib.6.& in c.Rodul.de reſcrip. & in c. cùm non ab homine.de iud.vbi plenè regulam tradit eum limitatio.Feli.

15 Decimò requiritur quòd prædictis concurrentibus iudex pronunciet inſtrumentum obligatorium executorium contra hæredem,vel hæredes,ſi plures ſint:quia ſine pronunciatione iudicis non fiet executio per iſtum text.

16 Item pronunciare debet iudex non ſimpliciter executorium, ſed ſaluo,quòd ſi hæres intra decem dies compareat(*le default ſera rabatu*) quod circunducere edictum latinè dici ſcribit Budæ. quem reprehendi in l.qui neque.ff.de verbo.ſignifi.

Illud *ſauf*,debet per iudicem arbitrari pro locorum diſtantia:vt ſuperius dictum fuit.& hic tex. dicit,*ſelon la diſtance des lieux*.c.cum ſit Romana.de appell.

Adhæc iudex per prouiſionem non ſimpliciter inſtrumentum pronunciabit executorium ibi, *ladicte obligation declarée executoire par prouiſion*.

Præterea dicet iudex ſine præiudicio iurium hæredis in cauſſa principali,& iſta ſententia erit tunc executoria : alioqui non iudicaret ſecundum hanc ordinationem ſine iſta expreſsione , & malè iudicare intelligeretur, quia contra huius legis regiæ formam.

Hærede comparente quomodo ſit procedendum.

17 Vltimò ſi hæres obligati compareat , quid ſit faciendum, nihil dicit iſte text. ſed puto iure ſummario procedendum,& illum hæredem interrogandum an ſit hæres, & quota ex parte,vt in l.1.de ætate.ff.de interrogat. actio. qui ſi confiteatur ſe hæredem eſſe , & inſolidum,interrogabit eum iudex,quid allegare velit contra hoc inſtrumentum,cur non debeat eſſe executorium, ſi forte alleget ſolutionem,& eam ſtatim probet:non pronunciabit iudex inſtrumētum executorium, ſed eum abſoluet cum expenſis : ſi verò longam petat dilationem ad ſolutionem , vel aliam exceptionem probandum,tunc iudex declarabit illud inſtrumentum executorium, & ad garniendum ſummam in inſtrumento contentam condemnabit,ſine tamen præiudicio iurium hæredis in principali.nam tenebitur interim cautione data ſibi, & hæres garnire ſummam in inſtrumento contentam,& poſtea poterit ſolutionem , vel aliam iuſtam exceptionem probare:quod ſi hoc fecerit , in principali obtinebit , & dicetur malè exequutum , condemnando creditorem ad reſtituendum id quod recepit cum expenſis , damnis, & intereſſe : & ab iſta vltima ſententia bene appellabitur,hoc in effectu eſt practica comparente obligati hærede,quæ eſt notanda.

De l'obligé.

GLOSSA SECVNDA.

Caſus in quibus executio contra hæredē fieri nō poteſt.

1 ERgo in hæredem patris obligati poteſt executio fieri : ſecus ſi debitum ſit patris , & quis velit executionem facere contra hæredem matris , nempe hoc ei non permittetur quia non eſt hæres obligati, tùm etiam quia vxor pro marito non tenetur , nec eius

hæres:

hæres:vt per totum tit.ne vxor pro marito.C.ob id dicitur hîc,*l'heritier de l'obligé.*
2 † Vnde ſi quis neget ſe obligati hæredem,in eum non fiet executio, donec de illa qualitate appareat:vt in glo.ſeq.dico.
Si tamen maritus & vxor fuerint inſolidum obligati, poterit fieri executio contra hæredes vtriuſque:vel contra alteros tantum ratione obligationis:vt ſcribitur in deciſ.Neapol.q.372. fuit lata.& ſuperius dixi arti.3.
3 Imò etiam ſi quis cauſſa obligati ſcit hæres, non tamen ipſius obligati,non fiet in illum executio:vt pote ſi in cõtractu matrimonij datum fuerit caſtrum puellæ,& dictum fuerit à patre donante illud caſtrum in dotem,quòd primogenitus illud caſtrum habere debeat, ſi poſteà moriatur pater obligatus,& conueniatur primogenitus, negabit ſe obligati hæredem, nec in eum fieri executio poterit:vt firmat Maſuer.in tit.de ſubhaſta.verſic.item quę dicta ſunt.quia talis conuentio habet vim donationis cauſſa mortis:vt dicit gloſ.in l.licet.C.de pact.conuent.tamen mihi videtur habere vim contractus:& ideo iſte non eſt hæres,& ſic non habebit locum iſte tex.
4 Item ſi mulier fuerit obligata etiam hoc inſtrumento ſigillato non poterit fieri executio contra eam,ſi nupſerit: quia iam bona dedit in dotem viro qui eſt dominus rei dotalis.l. dote.C.de rei vend.ſed poterit ipſa conueniri de ſtylo:vt ſuperius dixi,quomodo prouideri debet.
5 Secundò non procedit iſte text.in actione reali:nam ſi defunctus detinebat rem, quam hæres non tenet, nec poſsidet, ſed extraneus: tunc actio realis dirigetur non contra hæredem, ſed contra poſſeſſorem:quia actiones reales poſſeſſorem ſequuntur.l.2.C.de hęred.actio.§.omnium. de action.in inſtit.ideo iſte text.dicit,*l'heritier de l'obligé.*
6 Tertiò non habebit locum in hærede ſingulari,id eſt in ſuccedente in vna re,videlicet in legatariis:iſti enim actione perſonali conueniri non poſſunt: quia perſonalis actio non ſequitur ſingularem ſucceſſorem.l.1.§.ſi hæres.ff.Ad trebellia.l.ſi.C.de hæred.actio.
7 Quartò etiam non haberet locum,ſi creditor ſucceſsiſſet debitori:quia tunc pro ea parte pro qua ſuccedit,confunditur actio.l.ſi debitori.C. de pact.& pro aliis partibus alij hæredes ſic conueniri poterunt,vt hîc ſtatuitur.l.1.C.de hæred.actio.l.1.de anno.& tribut.lib.10.
8 Quintò non poteſt declarari executorium inſtrumentum in bonis hæredis, ſi hæres ſub beneficio inuentarij hæreditatem adierit.l.ſi.C. de iure delib. Sed ſolet iudex declarare inſtrumentum obligatorium ſimpliciter executorium: poſteà debent inquiri bona defuncti, & in illis fieri executio poteſt,ſi non ſint alia bona defuncti,in bonis hæredis executio fit,ſi non fecerit inuentarium:quia omnes actiones paſsiuæ in eum tranſeunt.vt d.l.1.ad Trebel. vide gloſ.ſing. in d.l.ſi. §.in computatione.in verbo confundãtur. limitat ſtatutum diſponens, vt executio inſtrumenti fiat contra hæredem,vt non habeat locum, ſi hæres fecerit inuentarium,& illam glo.ſing.ſcribit Euerard.in locis legalibus, in loco à ratione legis ſcriptæ.col.4. intellige vt non poſsit fieri executio,vltra quàm fuerit in inuentario deſcriptum,ſed quatenus patientur facultates,executio fieri poterit:vt ibi.
9 Sextò fallit in eo, qui eſſet ſcriptus hæres,ſed hæreditati renunciaſſet:nam licet dicatur ſolo nomine hęres,tamen non cum effectu: & ſic in eum non fiet executio: quia verba cum effectu accipi debent. l.1. §.1.ff. quod quiſque iuris.Et habere ſicut peruenire cum effectu accipiendum eſt.l.nomen.§.ſi.ff.de verb.ſigni.vbi p enè probaui.
10 Septimò limitatur per tex.in l.penul.ff.de tributo.actio. Alias limitationes elicietis ex l.hæredis.ff. de verb.ſigni.& ex illis,quæ à nobis ibi ſcripta ſunt.

Pretendu heritier au principal.

GLOSSA TERTIA.

1 Hic patet quòd aſſertus hæres condemnatur, ſed contra debet in primis de qualitate apparere. nam ſi miles fecerit teſtamentum,debet conſtare,quòd ſit miles.§.planè.de teſta.milit.in inſtit.Ergo videtur quòd prætenſus hæres non poteſt citari.reſpon.poſſe aliquem,antequam appareat eſſe hæredem citari:quia poterit comparere, & dicere ſe non eſſe hæredem, vel renunciaſſe ſucceſsioni,& bonis defuncti, & tunc nihil fiet præiudicij comparenti,quia obtinebit expenſas:& non declarabitur obligatio executoria in illum: ſed dabitur curator bonis,vel alius verus hæres cõuenietur.Sed eo quòd non comparet ratione cõtumaciæ declaratur executorium inſtrumentum in eum: quia quilibet debet allegare priuilegiũ,& ius ſuum,alioqui illud perdit.l.ſi quis ex aliena.vbi Alex.in additio.ad Bart.ff.de iudic.& ſic non eſt inconueniens,quòd etiam aſſertus hæres, licet hæres non ſit, conueniatur: quippe non fiet executio in eum,hoc non probato,ſi ipſe illud neget. *Aſſertus hæres quando condemnari poſsit.*
2 Et ſic executio,quę debet fieri contra hæredem, non poteſt ex abrupto fieri, ſed debet prius citari,& liquidari quòd hæres ſit.vt not.Bar.in l.creditores.col.6.C.de pignor.& Bal.in l. per diuerſas.q.10.manda.ff.Inno. Anto.& doctor.in c.quia.Gu. de iud. tamen nos Galli habemus hîc practicam noſtram, & ius, quod nobis & à nobis ſeruandum eſt, ex quo iure executio ſine hac citatione fieri poteſt:vt dicitur artic. ſeq. ſi tamen hæc citatio fiat, non declarabitur inſtrumentum executorium,donec hæredem eſſe appareat,ſi hoc alleget comparens.
3 Quid ſi poſt iſtam declarationem fiat in eum executio, qui ſe opponit hæres prætenſus, & *Ratione cõtumaciæ ex penſæ etiam ab eo qui hæres non eſt,debētur.*

probatur non hæres,an debeat in expenſis,damnis & intereſſe condemnari: quod non videbatur, poſtquàm non eſt hæres, ſed contrarium eſt verum:quia reus condemnatur in expenſis ratione contumaciæ.l.ſancimus.C.de iud.vbi Iaſ.& alij. Itaque poſtquam fuit contumax, expenſas debet,ſed non nocebit eidem in principali. nam expreſſe hoc dicit iſte tex.ibi, *ſans preiudice des droictz dudict pretendu heritier au principal.* Nam executio non fiet contra iſtum non hæredem, licet ratione contumaciæ expenſas ſoluat.

Practica cōtra heredē bona mobilia uēdentē.

4 Quæro,ſi defunctus inſtituat hæredem alibi commorantem,vbi debeat conueniri. Reſpon. vbi defunctus debuit.l.hęres.ff.de iud.

5 † Quid ſi teſtator non reliquit niſi bona mobilia,quæ hæres extraneus vendit, & poſteà creditores iſtum ſequi nō poterūt, quomodo eis prouidebitur? Reſpon.creditores poterunt petere vt ſiſtantur & areſtentur bona illius defuncti,donec cautionem præſtiterit de iudicio ſiſti,vbi defunctus debuit,& de iudicatum ſoluendo:vt inueni in nouis conſuetud. Bitur.rub.de executio. artic.14.imò ſi vnus ſit hæres in mobilibus: alter vero in immobilibus, dabitur electio creditoribus,vt alterum conueniant:quamuis ex conſuetudine hæres mobilium debita ſoluere teneatur, condemnabitur tamen hæres immobilium ſalua ſibi actione contra hæredem mobilium: vt iudicatum fuit in hoc Senatu anno 1536.die 2. Auguſti.& in mente curiæ retentum.

Areſtum.

Et ſi l'exploict n'eſt libellé,ſe fera par deux defaulx.

GLOSSA QVARTA.

1 ET ſic requiſita ſuperius artic. proximo requiruntur, & hic antequam iudex poſſit declarare inſtrumentum executorium aduerſus iſtum hęredem in hoc vltimo caſu:ideo ea vide ad intellectum huius finis text.

Practica iuri cōformis ut hæres citetur.

2 Iſta practica eſt iuri conformis. Nam dicit Bal.in l.per diuerſas.quæſt.10.C.manda Quod ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum garentigiæ habeat executionem contra hæredem defuncti,oportebit tamen quòd prius citetur hæres,& liquidetur, an ſit hæres,& an talis ſit perſona,contra quam poſſit fieri executio, & debet declarari: vt hic probat Fel.in cap. quia. Gu. col. penul.de iud.

3 Idem ſi fieri poſſit executio contra tertium detentorem,vt ſic procedi debeat.teſte Bart.in l.1. §.neceſſario.ff.ſi ventris nomine mulier in poſſeſsionem miſſa ſit.Bald.in l.1.in fi.C. de executio. rei iud. vbi ſi lata ſit ſententia contra poſſeſſorem, & quidam tanquam colonus rem detineat à quodam tertio,contra illum non fiet executio,niſi citato eo cuius eſt colonus. per d.§.neceſſario. alia dicam in tracta.de ſenten.executo.his nunc contentus.

Idem artic. LXXII.

Articulus nonus.

Et pourra neantmoins le creancier,ſi bon luy ſemble,faire executer les obligations,ou condemnations contre le maintenu heritier,ſans preallablement faire faire la dicte declaration de la qualité d'heritier,de laquelle ſuffira informer par le proces,ſi elle eſt demenee a la charge des deſpens,dommages,& intereſt,ſi la dicte qualite n'eſt verifiée.

GLOSSA PRIMA.

1 ADdit hic arti.ad præcedentem,videlicet vt hęres non ſolùm poſſit citari viſurus declarari inſtrumentum executorium contra eum, verùm etiam ſine declaratione poterit fieri executio in hæredem, vel in aſſertum talem: vt probat iſte text. Et ſic per iſtum text. poteſt executio inſtrumenti obligatorij ſigillati fieri contra hęredem ante

Executio inſtrumenti obligatorij uel ſententiæ quando ante declarationem fieri poſsit.

2 declarationem, † Et idem in ſententia lata contra defunctum,vt exequi poſſit cōtra hęredem per verbum tex. *condemnations*.licet de iure non poſſit fieri executio cōtra hæredes damnati,nec pro hærede victoris,niſi præcedente ſummaria cognitione:vt nominatim ſcribit Ioannes Faber, in l.fin.C.de executio rei iud.per c. quia. Gu.& ibi Innoc.& docto. de iud. ideo præcedens praxis eſt tutior vt aſſerit & bene Ioann.Couſtant.hic. & pro ea conſuluit Barba.conſil.73.magnanimus.nu.7.& ſeq.in 4.vol.

Cautela pro hærede in quem executio fit ante declarationem.

3 Vnde quidam durum hunc artic.aſſerunt,dicentes abſurdum eſſe antequàm ſit aliquis hęres declaratus:quòd in eum fiat executio nempe ſi is,qui executionem facit,non eſt ſoluendo, poſtquàm vēdiderit bona mea,nihil ab eo exigere potero,ſi nihil habeat:ergo executio nō debet fieri ante declarationem.Ego verò puto hoc non eſſe iniquum.quia ſi capiantur bona Titij hæredis aſſerti,is poterit ſe opponere: & ſi non recipiatur,appellare,& apparitor ceſſabit ab executione: & quamuis ſeruiens capiat aliqua bona,non tamen omnia:& quamuis caperet omnia,non tamen vendentur non audito Titio opponente:qui ſi in oppoſitione neget ſe hęredem,iudex dilationem concedet actori ad probandum illam qualitatem,quam ſi non probauerit,reſtituētur ei bona ratione executionis capta:& actor condemnabitur in expenſis, damnis,& intereſſe,& ſic de-
4 bet tolli hoc abſurdum, & nihil vel parum præiudicij aderit. † Si verò ſit hæres,iuſtam tamen exceptionem alleget: & iudex per prouiſionem dicat executorium inſtrumentum,illa bona nō diſtrahentur,niſi cautione data:vnde poſtea à fideiuſſore,ſi reus nō ſit ſoluēdo,exigetur:&

ideo

ideo non inuenio tàm abſurdum, ſicut cæteri putant: imò iuſtè ſtatutum eſt, vt capiantur bona iſtius hæredis obligati, ne fortè pendente proceſſu ea celet, & occultet, ac fortè conſumat. { Hodie tamen tex Henric. 1. iſtum articulum abrogauit, & nullo modo habere locum vult, vt patet in edicto ipſius publicato anno 1549. in menſe Febrúa. }

Contre le maintenu heritier.

GLOSSA SECVNDA.

1 PRactica igitur §. præcedentis eſt, vt hęres obligati citetur viſurus declarari inſtrumentum contra eum executorium: ſi tamen pars hac praxi non vtatur, poterit recta via executio fieri contra aſſertum hæredem: caueat tamen, quòd ſi is, in quem facta eſt executio, non reperiatur hęres: exequens condemnabitur ad expenſas, damna, & intereſſe executionis factæ, & ad mulctam: vt in artic. ſequent. ideo pręcedens practica tutior eſt.

Praxis notabilis contra hæredes debitoris.

2 Itaque primò fiet executio per ſeruientem: & demum manu munita recipietur hęres opponens, qui apparitor diem aſsignabit, in quo ſi hęres pętenſus compareat, & dicat ſe hæredem non eſſe, oportet quod creditor probet illum hęredem, antequàm iudex declaret executionem perficiendam, vel executorium inſtrumentum contra illum, & antequàm bona capta vendantur, alioqui grauat hęredem.

3 † Si tamen declaret in aliquo caſu executionem perficiendam eſſe, & bona vendenda: tunc hoc debet fieri cautione data, ne hæres ſit deterioris conditionis, quàm principalis debitor contra l. hęredem. ff. de regulis iuris. Et ne facta executione, & venditis bonis is, qui executionem fecit, forte pecuniam conſumat, & poſteà nulla alia bona habeat ad ſarciendum damna, & expenſas: & ſicut hęres ſi eo petente fieret executio, cauere teneretur: vt ſuprà artic. 3. dictum extitit: ita ſi fiat contra hęredem is, qui executionem proſequitur, cauere illi debet: quia melioris non eſt conditionis is, qui in locum defuncti ſuccedit, quàm defunctus foret, ſi exequeretur tex. in authent. de iureiur. à moriente pręſta. colla. 4. & quod ipſis, qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. l. quod ipſis. ff. de reg. iur. & cùm quis in alicuius locum ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſerit. l. inuitus. §. cùm quis. ibidem.

Cautio danda hæredibus debitoris.

4 Vidi dubitari, ſi duo litigent de hęreditate Titij ſuper interdicto vti poſsidetis, in quo quilibet dicit ſe hęredem eſſe & poſſeſſorem: in quem interim fiet executio? Reſpon. in illum, qui bona defuncti poſsidet, quia eſt hęres cum effectu. l. ſi filiusfa. §. 1. ff. de tributo. actio. vt ſuprà dixi, qui licet ſuccumbat, tamen de hoc non tenetur, quia erat æs alienum, quod in primis eſt detrahendum. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſta.

Si duo litigent ſuper hæreditate in quem fiet executio.

5 Si vero vterque poſsideret bona defuncti, tunc contra vtrunque pro rata tamen parte bonorum, quæ poſsidet, & hæredem ſe dicit. l. 1. C. ſi cert. petat.

6 Si autem neuter poſsideat: ſed res ſit in manu ſequeſtri, ſeu commiſſarij: tunc declarabitur executorium in commiſſarium, ſuper bonis tamen, quæ defunctus habebat: & ita ſeruatur.

7 Quæro pendente lite inter duos de hæreditate, cui ſoluetur? Reſpon. debitor in iudicio debet offerre, & conſignare, & ſoluere ei: qui hæres apparebit: nam quando eſt contentio inter duos ſuper fundo, colonus poteſt dicere ſe vtrique non daturum fructus, offerre tamen ſe daturum illi, qui obtinebit, debet: gloſ. & docto. in l. litibus. in fi. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & Bald. in l. Lucius. ff. famil. erciſc.

Duobus cōtendentibus cui interim fiet ſolutio.

8 Facit quòd Cardi. Alex. not. in c. 1. col. 9. quo tempore miles inueſtitur, petere debeat ſcribit, quòd ſi duo domini contendunt de Baronia, vaſallus poteſt differre poſt annum inueſtituram, dummodò intra annum offerat, ſe velle inueſtituram recipere ab eo, qui eſt verus dominus, & proteſtetur quòd per eum non ſtat. facit quod pulchrè etiam decidit D. Boer. in deciſ. Burdeg. q. 106. inter duos. vbi idem dicit in emphiteota, & aliis debentibus redditus: quod eſt notandum.

Dominis litigantibus cui homagium fieri debeat.

A la charge des deſpens, dommages, & intereſtz, ſi la dicte qualité n'eſt virifiée.

GLOSSA TERTIA.

1 ET ſic vult dicere text. quòd ſi creditor non probet illum hæredem eſſe, in quem facta eſt executio, condemnabitur in expenſis, damnis, & intereſſe prouenientibus ex illa captione bonorum indebitè facta per ſeruientem, quod eſt notandum: quia aliquando iſta plus aſcendent, quàm debitum principale.

Si non probetur hæres, fit executio contra exequentem.

2 Sed non dicitur hic, in quo proceſſu debeat probari hæc hæredis qualitas an in principali, vel an in prouiſione: ſed ſimpliciter dicit text. *de la qualité de l'heritier, de laquelle ſouffira informer par le procès.* Reſpon. intelligi debere de primo proceſſu. arg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſig. vbi plenè ſcripſi: quia iudex non debet condemnare aliquem tanquam hæredem, ſi non ſit: ideo in prima oppoſitione ſi reus neget ſe hæredem, tenebitur actor hoc probare antè quàm declaretur inſtrumentum cōtra illum executorium, vel executionem perficiendam: alioqui grande præiudicium pararetur debitori prætenſo: vt ſuperius dictum extitit.

Hæres quomodo probetur.

3 Quomodo probatur quis hæres? Reſponde per teſtamentum, in quo eſt inſtitutus, vel per teſtes in teſtamẽto deſcriptos: in quo fuit nominatus hæres à teſtatore, iuxta l. iubemus. C. de teſta. Item ſi geſſerit ſe pro hærede. l. pro hærede. ff. de acquir. hæred.

Vel ſi probetur quòd adierit hæreditatẽ: quia tunc cum debitoribus quaſi contrahere videtur. l. apud. §. fi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. & §. hæres. de obliga. quæ ex cauſ. contract. naſcun. in inſtit.

Item ſi dicat illum hæredem ab inteſtato: id eſt ſucceſſorem, debet probare illum conſanguineum proximum, & bona illi delata poſsidere, vt patet per tot. titul. ff. de ſuis & legit. hæred. & aliis legitimis modis, quos ſcripſi in gl. vlt. rub. de nominatio. regia. in concord.

Idem artic. LXXIII.

Articulus decimus.

Et auſsi d'vne amende enuers nous & la partie, que nous voulons eſtre impoſée par la calumnie des demandeurs en matiere d'execution s'ilz ſuccumbent, comme auſsi contre les obligez, qui n'ont fourni calumnieuſement, & ſans cauſe au contenu de leur obligation dedans le temps ſur ce par eulx promis & accordé.

GLOSSA PRIMA.

1 IS qui executionem fecit contra hæredem aſſertum, ſi non probet illum hæredem eſſe, debet condemnari ad expenſas, damna, & intereſſe: vt in articu. præcecedenti dictum extitit: hîc verò addit quòd etiam ad mulctam, quam emendam dicimus, condemnetur.

Emenda quando non taxatur, arbitraria eſt.

2 Quæret aliquis, ad quam emendam condemnati debet? Reſpon. arbitraria eſt poſtquàm non exprimit, quam velit imponi. per text. in l. 1. ff. de effracto. non potuit hanc emendam taxare, ſed pro calumnia cuiuſcunque imponi debet.

3 Et hîc calumnia ponitur pro malitia & tergiuerſatione: quam litigantes quidam adhibere ſolent in cauſsis: quamuis calumniari propriè ſit falſa crimina intendere. text. in l. 1. ff. ad Turpilia. & gl. in proœ. inſtitu.

Calumniari etiam dicitur, qui facit actum à iure prohibitum. Bal. & Alex. in l. ſi idem. §. quod ſi mutue. ff. de iuriſ. omniũ iud. ſcripſi in l. ſi calumnietur. ff. de ver. ſig. {Aliâs incipit, Si caluitur.}

Euidens calumnia quæ dicatur & præſumpta.

4 In euidenti calumnia dicitur eſſe, qui facit contra formam iuris, vel ſtatuti, ſeu conſuetudinis, aut contra euidentiã facti. Bar. conſi. 64. ſuper puncto, quem refert Purpura. in q. 4. rub. de acceſſor. nu. 123. {Et euidens calumnia dicitur illa, quæ apparet ex actis, vel legitimis præſumptionibus. l. licet. ff. de lega. 1. Bar. in l. fi. ff. de public. iud. docui in d. l. ſi caluitur.}

5 Præſumpta eſt, quæ ex aliquibus colligitur coniecturis, quæ tollitur per oblationem probationum in promptu, teſte Panot. in c. ſuper eo. in fi. de offi. dele. Abundè ſcripſi de dolo vero & præſumpto in l. latæ culpæ. ff. de verb. ſigni.

Calumnia quomodo probetur, & excuſetur.

6 Ex prædictis ergo patet calumniam probari actoris, ſi non probauerit illum hæredem, in quem executionem fecit: & ideo ſuccumbet, iſta vult dicere tex. in fi. ibi, *s'ilz ſuccumbent.*

7 † Niſi excuſetur, quia erat creditoris hæres, & oſtendit inſtrumentum obligatorium, ſed erat ſolutum prædeceſſori, & reus ſolutionis inſtrumentum apud ſe habebat: tunc qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam ignorantiam habere cenſentur. l. qui in alterius. ff. de re. iur.

8 † Idem ſi teſtes ſunt mortui, quibus probare poterat illum hæredem eſſe. gloſ. ſingu. in c. 1. in fi. de electio. in 6.

9 Excuſabitur à calumnia aliis etiam modis, vt pote ſi agatur de facto alieno, vbi ignorantia eſt tolerabilis. l. fi. ff. pro ſuo.

Procurator an ſuccumbens in executione ad mulctam teneatur.

10 Vnde procurator ſi hanc executionem fecerit, non condemnabitur ad mulctam, ſi error interuenerit: nec dominus eius excuſatur, ſed ad expenſas, damna, & intereſſe tenebitur, ſi iſtam executionem fieri mandauerit.

11 Intelligerem, quòd ſi reus ſuccumberet pro parte, quod non tenetur ad mulctam: quia non cenſetur calumniari, niſi in totum ſuccumbat. per not. in cap. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſta. vnde ſi probauerit eum hæredem pro parte, licet executio fuerit ad totum debitum facta, excuſari vidi à calumnia: niſi appareret ex ſua confeſsione, vel aliâs, quod ſi ſciebat alium hæredem, & tunc ad expenſas, damna, & intereſſe tenetur, non verò ad mulctam, ſi de calumnia non appareat.

Comme auſsi contre les obligez qui n'ont fourny calumnieuſement, & ſans cauſe au contenu de leur obligation &c.

GLOSSA SECVNDA.

1 QVemadmodum igitur mulctari creditor debet, qui indebitè executionem contra prætenſum hæredem facit, ſi non probetur hæres ita & debitor, qui non ſoluit tempore præſtituto ſine cauſſa, die fortè in obligatorio inſtrumento deſcripto: ſed requiritur calumnia antequam debitor ad mulctam condemnari poſsit: & de hac mulcta debitoris non ſoluentis loquitur art. 95. in ordina. no. public. anno 1539.

2 Et

2 Et calumnia præſumitur,& probatur,quando ſine cauſſa debitor non ſoluit : vt hîc patet, & re ipſa:vt dicitur in l.ſi quis aliter.ff.de ver.obl.ergo ſi per bellum non licuit,aut peſtem,aliâmue cauſſam calumnioſè non cenſetur facere:& ſic non condemnabitur ad mulctam. *Calumniari an præſuma tur debitor non ſoluens tẽpore præ ſtituto.*

Item non dicitur debitor calumnioſè facere, ſi cùm non haberet pecuniam, nec aliam rem mobilem, offerat rem immobilem meliorem, vel plures res in creditoris electione relinquens, quam capere velit in ſolutum:tunc iudex hoc arbitrari debet cautione euictionis data : vt probat tex.in §.quod autem.in authen.de fideiuſſor.collat.1.& in authent.hoc niſi.de ſolutio.doct.in l.2. §.1.ff.cert.peta.

Vide articulos ſequentes,de calumnia loquentes.

3 Si calumnioſè quis propoſuerit recuſationem contra iudicem:pro quolibet facto,& articulo recuſationis propoſito in curiis ſupremis,condemnatur proponens in viginti libris, in curiis verò inferioribus in decem.artic.14.in ordina.nouiſsimis.& in artic.39.ex edicto Regis hodie ad ſexaginta libras turonenſes,& ad expenſas, damna & intereſſe condemnatur. quod fuit dictum anno 1545.die 1.Aprilis,ante Paſcha. *Calumnioſè recuſans punitur.* *Areſtum.*

4 Item punitur pars denegans factum ſuper quo interrogatur,pro quolibet facto ad decem libras,ſi calumnioſè denegauerit.

5 Item arti.ſeq.punitur eadem pœna,qui calumnioſè factum propoſuit,& arti.ſeq. qui propoſuit factum reprobatorium contra teſtem,pro quolibet facto in curiis ſupremis propoſito ad viginti libras:cuius dimidia pars fiſco applicatur,& parti altera,& in curiis inferioribus in dimidia, id eſt ad decem libras,& arti.80.opponentes proclamantibus,ſi ſuccumbant, condemnari debent ad emẽdam ſexaginta librarum, in curiis ſupremis,in inferioribus in viginti libris Regi applicandis,& aliis 20.applicandis partibus.& idem art.88. quod omnis temerè litigans condemnari debet ad expenſas,dãna & intereſſe ratione calũniæ prouenientis.& art.100.dicitur quod ſi pars calumnioſè affirmauerit condemnatum maiores fructus recepiſſe,quàm pars confeſſa fuerit, condemnabitur ad emendam.& arti.92.qui impetrauerit literas ad articulandum facta noua calumnioſè, condemnabitur in curiis ſupremis ad ſexaginta libras : in curiis autem inferioribus ad viginti libras Regi, & ad decem libras parti.de hac calumnia vide quæ plenè ſcripſi in l. ſi calumnietur.ff.de verbo.ſignif. *Caſus de calũnia loquẽtes in ordinatio.*

Idem *artic.* LXXIIII.

Que toutes executions où y a commandement de payer,ne ſera beſoing pour la validité de l'exploict de criees ou autre ſayſie & main miſe de perſonne, ou de biens faire perquiſition de biens meubles, mais ſuffira du dict commandement deuëment faict à perſonne ou à domicile. Articulus vndecimus.

GLOSSA PRIMA.

1 IN omni executione quæ ſiue in vim inſtrumenti obligatorij,ſiue literarum de debitis,ſiue in vim ſententiæ prouiſionalis, rei iudicatæ, vel alterius executionis fit, oportet in primis per iſtum tex.quòd apparitor præcipiat debitori,vt ſummam debitam,vel aliam quantitatem ſeu rem creditori perſoluat : quòd ſi non faciat, tunc ſeruiens res mobiles debitoris capiet,eiq́ue diem ad vendendum illas conſtituet:vel ſi agatur de quantitate:vt de tritico,vino, vel aliis rebus debitis : tunc poſt præceptum debitori factum res illæ debitæ,ſi inueniantur,capientur:vel aliæ res mobiles,vt ſuprà dictum extitit art.1.& dies conſtituetur coram iudice,ad æſtimandum illam quantitatem vini,aut frumẽti debitam,per probos viros, cæterùm ſi ſe opponat debitor,vel appellet,venditio differtur:donec oppoſitio fuerit à iudice deciſa,vel appellatio.ſed res remanebunt captæ in manibus commiſſarij teſte Imbert.in inſtitut.Forenſ.in 1.parte,pagi.19.& non inuentis mobilibus,nuncius capit,ſiue ſayſit immobilia:quod ſayſimentum parti intimat,& diem præſtituit ad locum publicum,vbi res immobiles licitantur pro more, ſed alio nunc iure vtimur,vt infra dicam. Si tamen pars dixerit ſe non habere pecuniam, non debet pars adire officialem, qui præcipiat iſti ſub pœna excommunicationis, vt ſoluat: ſed prius fiet diſcuſsio immobilium, aliàs malè iudicatum ſenatus pronunciauit, anno 1528.die 7. Maij.contra quendam nuncium Niuernen.qui ſic fecerat. *Praxis in rebus debitis uel pecunia exequẽdi.* *Areſtum.*

Item ſi aliqua bona ſpecialiter ſint obligata, illa prius capi debent, quàm alia:alioqui executio iniuſta dicetur per nota.in l.æde.C.locat.

Ne ſera beſoing pour la validité de l'exploict de criees ou aultre ſayſie & main miſe.

GLOSSA SECVNDA.

1 DIfferentia videtur fieri hîc inter *main miſe, & ſayſie*, vnum tamen pro altero frequentius ponitur. & dicitur hîc declaratiuè *main miſe par ſayſie:* quia dum apponitur manus regia ſuper aliqua re, ſayſitur : & promiſcuè his vtimur vocabulis : & ſic quoad executionem non requiritur diſcuſsio bonorum debitoris:ſed capi poſ-

ſunt bona debitoris mobilia, vel immobilia ſayſiri, & poſteà plus offerenti dari.

Non ſe opponēs proclamātibus quando ius ſuum amittat.

2 Quid ſi quis nō ſe opponat iſtis proclamationibus factis per ciuitatem de his bonis captis? Reſp. perdit debitum, etiam ius hypothecæ amiſiſſe videtur. l. ſi eo tempore. C. de remiſsio. pig. reſtituetur tamen ſi abſens fuerit ex iuſta cauſſa per d. l. ſi eo tempore. ibi, preſentes, & minor, ac eccleſia. vt abundè ſcribit Boer. in deciſio. Burdeg. q. 112. an tempus. & q. 141: ſed quid. vbi plura allegat areſta. ibi vide. & gl. in §. præterea. t. de prohib. feudi alienat. per Feder. Bal. & alios. in l. fi. C. de in integr. reſtitu.

Fiſcus ſuccedens ex confiſcatione ad quæ debita teneatur.

3 Etiam fiſcus ſuccedit cum onere, quamuis bona vacantia accipiat, per l. quidam. §. quoties. ff. de legat. 1. & l. in facto. §. fiſcus. de condit. & demonſtrat. l. 2. C. ad legem Iuliam. de vi publica. licet quidam contra teneant, quibus reſpondeo in l. hæredis. 2. ff. de verbo. ſigni.

Dominus directus cenſum non perdit ex confiſcatione.

4 Itaque dominus directus, quem fondiarium vocant, non perdit cenſum ſuum ſed redditus, & reliqua ſic, vt dicunt quidam de conſuetudine, qua dicitur, *le ſeigneur foncier ne pert ſon cens, dict chef de cens: ou capital, ou menu cens: mais la rente qui regarde l'edifice eſt perdue.* doctor. in l. 1. & 2. C. de iure emphit. l. habere. ff. de euictio. (Dixi in trac. de preconiis in 2. Tomo.)

5 Imò ſi maritus & vxor debeant decem: & quilibet fuerit obligatus inſolidum, ſi publicentur bona, ob delictum vnius, contra alterum executio inſolidum fieri poterit ratione obligationis inſolidum, maximè quia vno ceſſante, alter tenetur. argu. §. affinitatis. de nupt. in inſtit. l. Stichum. ff. de ſolutio. & Dec. in l. vna. C. de plus petitio.

De perſonne ou de biens.

GLOSSA TERTIA.

Capi quādo debitor poſſit & detineri pro debito.

Et ſic innuit hic tex. quòd ſi perſona capta ſit, vel bona, non diſputabitur de validitate: & ſic perſona capi pro debito poteſt, quod eſt verum, quando debitor erat obligatus in perſonam, aliàs capi non poſſet per gloſ. ſing. in l. 3. §. tutores. in verbo, vinculis. ff. de ſuſpect. tuto. quam ſingularē dicit Bald. in Margarita: in verbo, carceratus. queſt. 10. & in verbo finis. quæſt. 43. & in tractat. de carcerib. fol. 2. Alex. & Iaſ. in l. à Diuo pio. §. in venditione. col. 2. de re iudi. ff. & Iaſ. in §. 1. nu. 50. inſtit. de actio. Socin in tract. de cita. arti. 20. quæſt. 24. pro hoc eſt etiam tex. in l. nemo. C. de exacto. tribut. lib. 10. Alex. not. in conſi. 159. circa in fi. vol. 2. & habetur in ſtylo parlamenti in rub. de oblig. & ſolutio. (Et hoc cautum fuit lege Papiria ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur, pecuniæ debitæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet, ita nexi ſoluti, cautúmque in poſterum ne necterentur, teſte Liuio ab vrb. condita.)

2 Etiam de conſuetudine regni non capitur perſona bonis non diſcuſsis: ſi non ſit obligatum corpus debitoris, alioqui ſic. teſte Ioanne Fab. in §. pen. in fi. de iure perſo. & in §. fi. col. pen. de actio. ſequitur Chaſſa. in conſu. Burgund. rub. *des rentes.* §. 3. nu. 9. & Pyrrhus in conſue. Aurelianen. rub. de executio. facit tex. in c. ex reſcripto. & ibi Ioan. Andr. de tureiur. & quod not. Bart. in l. alia. §. 1. col. 2. ff. ſolu. mat. & in l. Titio centum. §. Titio genero. de condit. & demonſtra.

3 Imò non ſolùm eſt neceſſaria ad perſonæ prehenſionem excuſsio bonorum debitoris, ſed etiam fideiuſſoris eius: cùm facultates quoad effectum ſolutionis cenſeantur aggregatæ bonis debitoris. l. ſi plures. ff. de fideiuſſorib. quem not. Hippol. ſing. 3. ad hoc &c. Et quamuis olim multi dubitarent an perſona capi poſsit, quando quis eſt in ea obligatus, antequàm bona diſcuſſa ſint: tamen videmus hic diſcuſsionem non eſſe neceſſariam: vt etiam conſuluit Panor. conſil. 42. in quæſt. in 2. voluntatione conuentionis, quæ valet: nam ſicut poteſt quis in multis caſibus detineri in carcere pro debito, donec ſatisfecerit. l. 1. C. qui bonis cedc. poſſunt. l. cum eo. vbi Albe. ff. ad legem Iuliam peculata & per pactum hoc fieri poterit. Angel. expreſsim in d. l. nemo. Bar. & alij

Reprobata conſuetudo capiēdi propria authoritate. Areſtum.

4 in d. l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. † Tamen anno 1528. die 15. Decemb. in hoc Senatu fuit reprobata conſuetudo ciuitatis Sueſsion. per quam propria authoritate licebat capere debitores extraneos, & ad carceres ducere, cauſſa fortè maioris ſcandali & tumultus vitandi: ſed hoc licebit per iudicem.

Praxis contra obligatum ad corpus.

5 Hodie fit præceptum obligato de ſoluendo: qui ſi non ſoluat, & obligatum ſit corpus, capitur etiam ſine alia bonorum diſcuſsione, & ad carceres ducitur. & ſi ſit clericus debitor, ad carceres iudicis eccleſiaſtici trahetur: ſi laicus ad carceres iudicis laici: & ita ſeruari vidi in practica, maximè hoc ſeruant curiæ parui ſigilli, & conuentionum Nemauſi.

6 Item quia hæc obligatio facta de perſona & bonis eſt facta in fauorē creditoris, ob id eodem fauore vti ſibi licet. l. quod fauore. C. de legib. Boer. in repetit. l. conſentaneum. in 5. & 6. concluſ.

Excommunicari debet pro debito habens bona ante diſcuſsionem. Areſtum.

7 C. quomodo & quando iudex. Guido Papæ ſing. 105. ſi aliquis. † Imò ex conſuetud. Franciæ quamdiu obligatus habet bona, non poteſt excommunicari: quia anima non eſt obligata, & ſi excommunicetur, abſoluetur ſumptibus creditoris. ita vidi obſeruari in curiis Franciæ. & die 3. Maij anno 1537. fuit dictum, malè iudicatum per balliuum Carnotenſem, qui permiſerat vti cenſuris, non facta diſcuſsione bonorum (Aliud arreſtum ſcribitur in ſtilo parla. arreſto 404.) licet Bal. contrarium teneat in c. dilectis. de appel. tamen ſecundum ordinationes patriæ Occitanæ ante bonorum diſcuſsionem poteſt quis excommunicari. diuerſum eſt in hac conſuetudinaria patria. Et

tria. {Et ſi quis fuerit excommunicatus, adhuc poterunt capi eius bona per iudicem ſecularem: quia excommunicatio non eſt ſolutio.& ita conſuluit Guido Papæ conſil.99. Ioannes Borreli.}

8 Vel ſi bona capta fuerint, adhuc perſona capi poterit, vt eſt in ordinatio.linguæ Occitanæ. arti.45.& executio fuit pronunciata iuſta in hoc Senatu, in qua & perſona, & bona capta erant. anno 1537.die 10.Aprilis, quando perſona & bona erant ſimul obligata, alioqui non: vt dictum fuit ſuperius.

Bonis captis an perſona capi etiã poſſit. Areſtum.

9 Sed communis practica eſt, vt quando clericus vel alius non habet immobilia, quòd iudex ſecularis permittat cenſuris vti contra illum debitorem,& quòd poſſit excommunicari, facta certioratione iudici ſeculari debitorem nihil habere,quod ſeruiẽs referet.Ego vidi areſtum,quo permiſſum fuit vti cẽſuris:quamuis clericus declaraſſet ſe habere immobilia:ſed interrogatus vbi eſſent,non declarauerat,anno 1534.die 6.Iulij, quia de his quæ non ſunt, & non apparent, idem eſt iudicium.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.

Vti cenſuris permittitur contra clericum hãtẽ tem immobilia. Areſtum.

10 Item debitor ob debitum carceratus,non liberatur à carceribus, licet velit dare fideiuſſores idoneos,ſed debet præciſè ſoluere.glo.ſing.in l.vlt.in glo.fi.ff.ſi cert.pet.per l. 4. §. ait prætor. de re iudi.ne obligationes oriantur ex obligationibus,vt ibi.

11 Niſi fuiſſet carceri mãcipatus propter timorem fugæ, tunc fideiuſſoribus datis erit relaxandus à carceribus,iuxta l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſdare cogant.Bald.in margar.in verbo debitor. q.25.vide Dec.conſil.73.præſtantiſsime.& 75.& pro tenui.

In carceribus detentus an liberetur dando fideiuſſores.

12 Amplia hunc text.vt quando debitor ſic obligatus prius fuerit captus,bona etiam illius capi de iure poſſunt.teſte Bar.in l.conſentaneum.col.5.verſ.venio,& aſſumo.C.quomodo & quando iudex.per tex.in c.fi.§. vlt.vt lite non conteſtata.idem tenent Bal. & Pau. in l. qui legati. C. vt in poſſ.legato.& in l.1.in fi.vbi Iaſ.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp.l.ignorare.in fi.C.de reſtitutio.& l.fi.ff.ſi cer.pet.& in l.inter eos.§.creditum.ff.de ſolutio.tum quia carcer non ſoluit debitum.Bal. in c.dilectis filiis.col.2. de appel. per illum tex. tum etiam quia illa remedia ad vnum finem tendunt,videlicet ad ſolutionem:ergo permiſſa cenſetur,teſte Bar.in l.edita actio. C. de edend. vbi concludit duo remedia ad vnum finem tendentia poſſe cumulari,poſt Dinum in reg.nullus pluribus.de regu.iur.in 6.& in conſuetud.Bitur.nouis arti. 17. rubr. de executio. & hæc ſequuntur communiter doct.in d.l.edita.{Vnde dicit Vlpia.in l.item.6.in fi.ff.quibus mod.pig.vel hypothe. ſoluit:his verbis,in ſatiſdatione autem non vtimur Attilicini ſententia, qui putabat, ſi ſatiſdetur alicui certę pecuniæ,recedere eum à pignoribus debere.}

Bona an capi poſſint,ſi perſona detinetur.

13 Ideo ſolent ponere notarij in inſtrumento,vno remedio per aliud non ceſſante. de quo per Boer.in repetitio.l.conſentaneum.C.quomod.& quando iudex.quæſt.5. in fin.& ſic patet quòd non debet perſona capi non diſcuſsis bonis, quando corpus debitoris obligatum non eſt: quia prehenſio & captura eſt remedium ſubſidiarium, ad quod peruenietur tunc demum, quando aliud remedium non competit. §. quod autem. in authent. de fideiuſſor. colla. 1. Roma. ſic firmat.conſil.241.ſpectabilib.col.2.& Alex.conſi.159.circa.in fi.vol. 2. Patruus meus in l. nemo. de exact.tributo.libr.10.Feli.in c.quod ad conſultationem.col.7. de re iud. Boer. in §. 13. de iuriſd.

Clauſula in inſtrumẽtis contra debitores ponenda.

14 omnium iud.in conſuetu.Bituri.& in ſtylo parlamenti.rubr.de obliga.& ſolutio. † Vbi ſic ſtatutum eſt, Nõ detinebuntur aliqui pro debito,niſi ſint ſpecialiter obligati ad hoc &c.Et ſic eſt primus caſus, inquo pro debito quis carceribus detineri poteſt, quando eſſet expreſsè ab hoc obligatus:vt ſuperius dixi, maximè in curiis rigoroſis, vt in curia parui ſigilli Montiſpeſſulani, & conuentionum Nemauſi.

Statutũ ut nullus pro debito detineatur.

15 Vnde fuit latum areſtum per quod clericus obligatus ad perſonam, fuit remiſſus ad carceres iudicis eccleſiaſtici, donec ſoluiſſet:cognitio tamẽ ſuper verificatione literarum regiarum ſuper reſciſione contractus fuit remiſſa ad Præpoſitum Pariſi.anno 1544.die 14.Februar.in audientia cauſſarum criminalium quam vulgus Tornelam vocat.{Tamen anno 1331.in menſe Iulio fuit condemnatus prępoſitus Danchiæ, vt remitteret Ioan. Greſsillon clericum captum ab epiſcopo Sueſsionen. ad eundem, licet præpoſitus diceret illum clericum fregiſſe carcerem præpoſiti, ob id ipſe præpoſitus acceperat clericum in carcere epiſcopi, quod non erat licitum: nam propter carceris effractionem, non priuatur clericus clericali priuilegio, vt not.in c.cum non ab homine. de iud.& ſpoliatus erat epiſcopus,& ſic reſtituendus c.in literis.& per totum de reſti. ſpolia.}

Clerici literæ coram iudice ſeculari uerificantur, ipſe tamen in carceribus detinetur epiſcopi. Areſtum.

16 Secundus quando quis promiſiſſet in licitatione,& vt dicunt,*En derniere enchere*,tunc carceri mancipari poterit pro ſolutione pecuniæ ibi promiſſę,etiam ſi alio non ſit obligatus modo:vt fuit pronunciatum anno 1519.die 23.Ianuar.nempe is qui ſic promittit,ſtultè agit, & quaſi ridet iudicem,& alios volentes illam rem emere, ob id puniri debet,vt ſtatim ſoluere cogatur:ideo ad iſtam auctionem & licitationem non admittitur quis,niſi pecuniam pręſentem det, etiam ſi vellet conſtituere redditus: & ſic fuit dictum & præceptum factum commiſſariis ne aliquos recipiant licitatores,niſi pecuniam præſentem darent anno 1536.die 19.Martij. nam cui data eſt poteſtas vendendi, non eſt data poteſtas habendi fidem de pretio, & ſic ſolutionem expectandi: vt doc.ſcribunt in l.ſingularia.ff.ſi certum petat.

Areſtum.

Areſtum.

17 Tertius caſus eſt in ſuſpecto de fuga.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.cred.Iaſ.in §.1.de actio.in inſtitu.& docto.in c.1.de iudic.& ſuperius ſcripſi,artic.ſexto.

18 Quartus ratione priuilegij, vel ſtatuti: vt in Montepeſſulano poteſt forenſis capi, etiam ſi non ſit perſonaliter obligatus,vt ſuperius ſcripſi.idem eſt in debitis ex cauſſa nundinarum Lugdunen.

Cõſeruator nũdinarum in quibus iu

riſdictionē habeat.

dunen.oam debitor etiam capi poterit,ſi non ſoluat,ac ſi eſſet perſonaliter obligatus, & hoc ex priuilegio nundinarum, quod in tribus caſibus exerceri in praxi ſolet, primo quando debitum eſt pro facto nundinarum: & quando creditor & debitor ſunt mercatores frequeotes in oundiois,&(vt dicunt) *marchans frequentans les foyres:* & ſi ſolutio ſit deſtinata ad nundinas, his concurreutibus dicunt conſeruatorem nundinarum cognoſcere poſſe,non aliàs (facit glo.in l.1.C.de inſtito.actio.) de hac materia tractaut doctor.in titulo ff.& C. de nundinis,per totum.idem in aliis nundinis ſic priuilegiatis.

Pro debito publico capi quis poteſt.

19 Quintus caſus eſt,pro debito publico quis capi poteſt per tex.& ibi Rebuſ.& Ioan.de Plate.io l.nemo.C.de exactor.tributo.libr.10.(§.publicorum.in auten.de manda.princip. colla. 3.) & ideo pro collectis & impoſitionibus capi debitores ſolent. quod priuilegium non habebit conductor,ſeu vt dicunt, firmarius fiſci: quia ex mutatiooe perſonæ mutatur conditio rei. Bar.in l. per procuratorem.ff.de acqui.hæred. hoc expreſsim docet Guido Papæ io deciſ. Delphinal. q. 208.iuxta materiam.Solet tamen Rex hoc coocedere ſuis firmariis, vt etiam per perſooæ apprehenſionem compelli poſsint debitores fiſcales & quod cooductores aliis fiſci priuilegiis coocra debitores vti poſsint.& ita ſolet fieri in hac patria:& ita exercetur in curia geoeralium iuſtitię.facit.l.hi qui.C.de conuenien.fiſc.debito.& Franci.Marc.in deciſ.ſuis q.199.in 2.parte.

Recommendari captus an poſsit pro debito.

20 Sextus ſi is,qui noo eſt obligatus in perſona, in carceribus alia ex cauſſa fuerit, poterit ibi recommendari ex cauſſa authoritate iudicis pro alio debito.teſte Bart.in l.fi.ff.ad legem Iul.pecu. alibi addidi quaudo hoc fieri poſsit io l.fi.ff.quod metus cauſſa.

21 Septimus quando eſt cuſtos booorum authoritate curiæ, & iudicis, quem depoſitarium iuſtitię vocat Bal.in l.acceptam.C.de vſur.& ſuperius dictum extitit.

Vendens publice bona per carceres cogi poteſt ut pretium uel rē reddat.

22 Octauus qui vendunt bona publicè,ſi aſſueti ſint retinere illa, poſſunt in carceres detrudi, ſi illa bona à partibus recepta adhuc non vendita non reſtituant,vel ſi vendita ſiot, pretium habitum non reddant:vt eſt in conſue. Bitur. in rub.de executio.artic.31. in oo. quod eſt iuri conſentaneum.vt l.1.ff.de æſtimato.actio. vbi doct.Et in l.ſi tibi rem.& l.ſi gratuitam.in fi. ff. de præſcrip.verb.

23 Vltimus caſus,quando appareret notoriè debitorem non eſſe ſolueodo, tunc oon facta diſcuſsione booorum cap poterit.l.1.C.de capien.fiſci.debit.lib.11.vbi docto.per gloſ.ſing.in l.fi. ff. de reb.cre.requiritur tamē quædam declaratio,& iudicis permiſsio in hoc caſu,teſte Rom.conſi. 163.Conſtituto.& conſi.241.col.2.vide Petr.Iaco.in ſua pract.in rub.de ceſsio.booo. in fi.Et hoc ſeeuatur in Francia:vt quædā adhibeatur diſcutio ſummaria:quia de hoc notorio oportet quod conſtet.cle.appellanti.de appel.& quòd iudex hoc permittat.

Reo capto fideiuſſor capi etiā poterit.

24 Item quando reus, & fideiuſſor ſunt ad corpus obligati, & renunciatio facta eſt.authent. præſente.C.de fideiuſ.ſi reus ſit captus, etiam fideiuſſor capi poterit:nec captura rei liberat fideiuſſorem,vel econtrario:ſed ſolutio ſic.Bal.in c.cootingit.col.5.de dolo.per l.hæres.à debitore.§. quod ſi ſtipulator.vbi Bart.ff.de fideiuſſo.doct.io l.creditor in 2.ff.ſi cer.pet.Imò ſi fideiuſſor ab illa prehenſione appellaret,non iuuaretur reus quominus interim caperetur.per gl.in l.creditor. in principio.ff.manda.

25 Et iſta prehenſio poterit fieri non ſtatim, ſed poſt vnius prehenſionem ſeu capturam, alter capi poterit.teſte Ange.in l.oemo.col.2.C.de exacto.tributo.lib.10.Quem refert & ſequitur Hippol.in rubr.de fideiuſſo.q.peoul.

Executio fieri quādo poſsit in fideiuſſorem, ſi facta ſit in principalem.

26 Imò etiam peodente lite contra reum principalem non impediunt executio contra fideiuſſorem,& contra vt aſſerit.Alex.in ad itio.ad Bart.in l.creditor.§.quod ſi ſtipulator. ff.manda. & Bal.in l.fi.C.de fideiuſſor.

27 Fallit quando per primam executionem eſſet plenè ſatiſſactum creditori.Angel.in l.qui reſtituere.col.2.ff.de rei veud.requiritur tamen quòd actualiter ſit ſatiſſactum.Iaſ.in d.l.1.ff. ſi quis ius dicen.non obtemper.

28 Secundò fallit quando cooſuetudo, vel ſtylus curiarum eſſet in contrarium: is enim tunc eſſet ſeruandus.c.ex literis.de conſtitut.c.fi.de conſuetud.

29 Tertio non procedit,quando conuentio eſſet in contrarium.Nam pacta ſeruari debent:vt præcipitur in l.iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pact.

30 Quartò quando primus captus ſoluiſſet,tunc alius non capitur: quia debitore ſoluente fideiuſſor eſt liberatus,vel econtrario,quoad primum creditorem.l.ſi familia.& ibi docto.ff.de iuriſd.omnium iud.& ſuperius dictum extitit, quòd bona fides non patitur:vt bis debitum exigatur.vt in l.bona fides.ff.depoſ.& eſt regula iuris.

Cancellatione pendente in carceribus detinetur perſona in perſonam obligata.

31 Quintò quando quis ageret ad reciſionem contractus, ſeu obligatorij inſtrumenti:tūc non fiet executio pendente cancellationis iudicio.Bertrand.conſi.43.Etiam io primo vol. ſecundum nouam impreſsionem:contrarium tamen eſt verum, & obſeruatum: Aliàs ſemper pars ageret ad cancellationem inſtrumenti,vel ſcedulæ. nam ſicut quando allegatur inſtrumentum falſum condemnabitur debitor interim pendeute falſi quæſtione ad garniendum per modum prouiſioois. l.2.C.ad legem Cornel.de falſ.ita & pendente cancellatione:vt ſuperius dictum extitit.arti.1. & 2. tameo ſi expreſsè inhibitiooes fueriot à iudice, ne pendente cancellationis cauſſa debitor caperetur,his inhibitionibus obediendum eſſet,donec aliter prouideatur, vel opponere ſe pars poterit,& ſi oppoſitio non recipiatur,appellare.(Hodie tamen fideiuſſores non tenentur ad garniendum ante

dum ante dicuſsionem principalis, vt iudicauit Senatus anno 1533. die 16. Martij, etiam ſi tanquam principalis obligatus eſſet. anno 1534. die 7. Maij, niſi renunciatum eſſet authen. preſeute. C. de fideiuſſor.}

Mulier an pro debito capi poſſit. *Areſtum.*

32 Vltimò de iure nulla honeſta mulier pro debito prehendi poteſt, nec capta detineri, etiam ſi perſonaliter fuerit obligata. per text. in authen. ſed hodie. C. de offic. diuerſo. iud. Iaſ. in l. plerique. ff. de in ius vocan. & ibi Soci. ac Dec. in l. fœminę. ff. de reg. iur. & ſic extat areſtum in ſtylo parlament. areſto 171. item anno domini &c.

33 Excipiunt quidam debita nundinarum Campaniæ, pro quibus ſi mulier ſuo nomine obligata fuerit in perſona capi poterit: vt eſt in magno conſue. rub. *de l'execution des lettres.* lib. 2. fortius pro debito fiſcali, nec ſeruatur illa authen. ſed nouo iure. in hoc. & pro adminiſtratione tutelę Bar. in l. ſi quis ſub conditione. num. 18. ff. de teſta. tut. doct. in authen. matri & auiæ. C. quãdo mulier tutel. offi. fungi debeat. etiam pro emenda ex quocunque delicto deſcendẽte. Boer. in deciſio. Burdeg. quæſt. 349. quæritur an ciuiliter. nec in his iuuatur Velleiano, nec etiam ſi rogauerit aliquem, vt mutuaret filio ſuo, pro quo ſoluere promiſit, quæ poſteà impetrauit literas regias, ab vtilitate quarum reiecta fuit, & ad garniendum condemnata in Senatu anno 1545. die 26. Nouembr. quia in rem ſuam interceſsiſſe videtur. quo caſu non iuuatur Velleiani exceptione. l. aliquando. ff. ad Velleia. & in caſibus deſcriptis in l. 2. ibidem. per gloſ. & hodie mulier obligata ad corpus in carceribus detineri ſolet ex obſeruatione iudiciorum, quicquid in cõtrarium dicatur. {Et quædam Saturnina religioſa de Lãpamone fuit condemnata ad tenendum carcerem in manibus epiſcopi Buthenen. donec obedierit areſtis curiæ, Auſtre. teſte in ſtilo parla. areſto 210.}

Areſtum.

Faire perquiſition des biens meubles.

GLOSSA QVARTA.

Ordo iuris in executione hodie ſublatus.

1 Hic corrigitur l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. vbi ſic dicitur, in venditione itaque pignorum captorum facienda, primò quidem res mobiles, & animalia capi pignori iubentur, mox diſtrahi: quarum pretium ſi ſuffecerit, bene eſt: ſi non ſuffecerit, etiam ſoli pignora capi iubentur, & diſtrahi, &c. de iure ſic fiebat executio: vt in d. §. in vẽditione ſcribitur. verùm quia in his executionibus multoties infiniti proceſſus oriebantur, allegabant enim debitores ſe habere bona mobilia, & ſe mouentia, & tamen ſeruiens acceperat ſiue ſayſierat bona immobilia, ob id petebant executionem nullam pronunciari: & qui cadebat à ſyllaba in hac executoria materia, cadebat debito: ideo prouidè ſtatutum fuit hîc, apparitorem poſſe capere bona mobilia, vel immobilia, & illa bona, ex quibus facilè inueniet pecunias, vt ſibi breui ſoluatur. vide Petrũ de Ferra. in forma executio. ſententiæ diffinitiuæ. verſi. ſed quid dices. & hîc tolluntur infinitæ doctorum opiniones poſitę, tàm in d. §. in venditione, quàm per Fel. & alios in c. quod ad conſultationem. col. 8. de re iud. vbi quidam tranſgreſsionem ordinis poſiti in d. §. in venditione annullare proceſſum aſſerunt. ſed hîc vides liquido declaratũ, quòd non annulletur in hoc regno, & de ſtylo parlamenti Gratianopolitani hoc ante iſtam ordinationem ſeruabatur: vt refert Guido Papę, in deciſ. Delphi. q. 281. in ſtatuto &c. Ad quem fortè reſpectum habuit author huius ordinationis.

In rebus minorũ ſit perquiſitio mobilium. *Areſtum.*

2 Sed etiam hodie ſolet fieri perquiſitio in rebus minoris: vt fuit areſto deciſum anno 1545. in mẽſe Decembr. die 10. in magna camera: & obſeruatur deciſio l. magis puto. §. ne paſsim. ff. de re. bi eo. & ſolẽnitates ibi deſcriptę: nec debet credi tutori aſſerenti nulla bona mobilia adeſſe, ſed perquirere oportet: vt in d. areſto patet. {Etiam de iure non ſufficit, quòd apparitor referat nil inueniri in bonis talis minoris, & ſe feciſſe diligentiam, ſed requiritur iudicis pronunciatio, decernentis diſcuſsionem eſſe ſufficiẽtem. per tex. in l. ſtipulatio. §. habet. vbi Bar. & alij. ff. de no. oper. nunciа. quod eſt notandum. & pars cuius intereſt poterit ab hac pronunciatione appellare, ſi grauari ſe videat.}

Solẽnitates requiſita in licitat. omnibus rerũ minorum. *Areſtum.*

3 Et hodie ſenatuſconſulto Pariſi. cautum eſt, cum qua ſolennitate res minorum immobiles vendi debeant, quod ad verbum ſubijcio, ne ſuper his deinceps dubitetur, ſic: *Et au ſurplus ha ordonné & ordonne noſtre dicte court, que au pays de Lyonnoys, & aultres circonuoiſins de droict eſcript, eſtans du reſſort d'icelle court, lon gardera d'oreſnauant en matiéres de criees les ſolennitez, que lon ha accouſtumé garder en pays couſtumier, ſignamment quand il ſera queſtion de crier, & ſubhaſter heritages de mineurs. Aſcauoir que apres le commandement de payer, qui ſera faict à vn tuteur: & il ne paye, & declaraire n'auoir biens des mineurs, dont il ſera tuteur, pour ſatisfaire au payemẽt, ſera enioinct & ordonné par le iuge dudict lieu, audict tuteur apporter vn eſtat ſommaire de la recepte, & deſpenſe, qu'il aura iuſques alors faicte, pour les mineurs, pour apres cela veu par le iuge ordonner, ſi lon procedera par ſayſie, & ſur les heritages, & choſes immeubles deſdictz mineurs. Et quand les criees ſeront ordonnées eſtre faictes, les encheres ſeront miſes, & attachées par huictaines, pour le moins à l'entrée & parte de l'auditoire du lieu, & ſiege où ſe pourſuyuront les dictes criees, à ce que les dictes encheres puiſſent venir à la notice de chaſcun, pour l'encherir, ſi bon ſemble: & ſera ceſte preſente ordonnance publiée à Lyon, & aultres lieux circonuoyſins du reſſort de la dicte court, à ce que aucuns n'en puiſſent pretendre cauſe d'ignorance.* Quod areſtum fuit latum anno 1545. die 27. Ianu. {quod elucidatur in tract. de præco. in 2. tomo commenta. ad conſti. reg.}

Duo prædia capta ſimul uendi non debent.

4 Quæro ſi duo prædia capta ſayſitáue fuerint:an ſimul vendi debeant?Reſpon.non,ſed ſeparatim:quia poterit eſſe quòd vnus emet prædium vnum, & nollet vtrumque emere. Sæpe enim confines fundos etiam ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra acquirere.l.ſi cui fundus.ff.de legat.2. & ita cenſuit Senatus Pari.anno 1383.etiam poterit eſſe,quòd vnum ſufficiet ad debitum ſoluendum.diuerſum eſt in pari boum,ſeu equorum,vel mularum,tunc ſimul vendi poſſunt, & vno pretio:quia iſtæ res facilius iunctę quàm ſeparatæ,inuenient emptorē,& maiori pretio æſtimabuntur.l.ædiles.in 2.§. ſi fortè vſque ad fi.ff.de ædilit. edict. idem in mobilibus ſeruatur: quia bona magni valoris interdum iunguntur cum bonis minimi valoris,& ſic venduntur.vnde vidi libros nouos,dum licitantur,iungi cum veteribus,& antiquis,& ita æſtimabantur & vendebãtur, nec volebant eos ſeparare,vt inutiles venderentur cum vtilibus.

Areſtum.

Mais ſuffira dudict commandement deuëment faict à perſonne,ou à domicile.

GLOSSA QVINTA.

Contra ſententiã quæ exceptio opponi poſſit.

1 ET ſic requiritur quòd ſeruiens præcipiat debitori, ſi inueniatur domi,alioqui vxori, vel alteri præcipiet domi, & poſteà capiet bona. Quæro ſi capiendo bona ratione ſententiæ,quæ in rem tranſiuerat iudicatam,debitor ſe opponat,& velit allegare ſententiæ ſimulationem,vt pote latam pro vſuris,& ſtare vult de hoc iuramento creditoris,an hìc iurare teneatur?Reſpondeo non, quando exceptio allegata competebat ante ſententiam,vel tempore ſententiæ, quia illud iuramentum ſuccedit in locum probationis teſtium, vel inſtrumentorum.l.in contractibus.§.illo.C.de non numera.pecu.glo.& docto.in l.generaliter.in prin.de reb.cre.C.quæ probationes ante ſententiam fieri debent,& non poſt:& imputetur parti, cur hoc non allegauit.nec poteſt iſtam exceptionem, vel aliam peremptoriam paucis exceptis, poſt ſententiam allegare.l.peremptorias.C. ſenten.reſcin.non poſſe. Si verò allegetur exceptio, quæ poſt ſententiam orta eſt,vt pote quod tranſegerit poſt ſententiam,vel pactus fuit non petere:tunc iurare creditor tenebitur:quia hæ exceptiones probari etiam poſt ſententiã poſſunt tanquam de nouo ortæ.l.eleganter.§.ſi poſt.ff.de condi.inde.l.poſt rem.ff.de trãſactio.l.1.C.de iuris & facti ignor.Petr.de Ferra.in practica ſua in forma executio. ſentent.diffinitiuę.verſic.rurſum quęritur.& exceptiones,quæ poſt rem iudicatam opponi ſolent,ſcribit gl.& doct.in d.l.1. & ego ipſe ſcripſi in tracta.meo de exceptionibus.

2 Item propter alternatiuam,*ou à domicile*,ſufficit ſeruienti ſi domi faciat præceptum vxori, vel alij domeſtico ibi inuento,poſtquàm ab illis requiſierit debitoris pręſentiam,& eam habere non potuerit,poſteà capiet bona:vt hæc alternatiua aliquid ad ius cõmune addat:vt not.in l.4.§.prætor.ff. de damno infec. per Bar.& de hac alternatiua ſcripſi in §.ſtatuimus.2.in glo.aut de col.in concorda.

Requiſita in hoc text.

3 Et ſic requiritur hìc,quòd primò ab apparitore præceptum debitori fiat,ibi, *ou y ha commandement*,aliàs executio non valeret:vt ſuperius dictum extitit.art.1.

4 Secundò quòd fiat præceptum de ſoluendo,ibi,*de payer*: ſecus ſi fieret præceptum de comparendo:tunc enim haberet locum art.6.ſuprà eo.

5 Tertiò quòd fiat illud præceptum in vim executionis inſtrumenti,vel ſententiæ,ibi, *en toutes executions*,alioqui ſi fieret ſimpliciter ſine cauſſę cognitione reſolueretur in vim ſimplicis citationis:vt ſuprà dixi art.6.

6 Quartò quòd debitor non ſoluat ad præceptum viatoris, alioqui non poſſet poſteà aliqua res debitoris capi, & tamen dicitur in hoc text.*ſayſie & main miſe*.quæ fiunt in recuſationem ſolutionis.

7 Quintò quòd præceptum ſit ritè & debitè factum, & quando dicatur debitè factum tex. reſpondęt,*à perſone,ou à domicile*:& ſuperius in hoc arti.declaratum extitit.

8 Sextò quòd poſt pręceptum res ſit capta,ibi,*ſayſie,ou main miſe*. ante pręceptum capta nõ ritè capta eſſet:vt ſuperius hoc eodem artic.expreſſum eſt.

9 Septimò quòd iſtius pręcepti,& geſtorum facta ſit relatio per ſeruientem, alioqui non dicitur expletum:vt in text.*l'exploict*.

10 Octauò quòd validum ſit tàm pręceptum, quàm executio, & relatio.ibi, *pour la validité de l'exploict*:ergo ſi non valeat præceptum cum relatione,non ſeruabitur quod hìc ſcribitur.vnde ſi ſeruiens referret ſe inueniſſe partem in templo audientem miſſam, vel veſperas, & ei præcepiſſe ibi,vt ſolueret,& partem nihil dixiſſe,vel dixiſſe vt expectaret,aut alia verba,ob id iuit domum,& cepit bona mobilia,illam executionem nullam pronunciabit iudex,quia executio non eſt ritè facta,ſic nec expletum:vt ſcripſi artic.1.ſuper eo.tamen artic. ſe.dicitur de hoc diſputari non debere.vide.tex.ſeq.

Idem artic. LXXV.

Articulus duodecimus.

Et encores ne ſera diſputé de la validité ou inualidité dudict commandemēt, quand il y aura terme certain de payer,par les obligations,ou par les ſentences,iugemens,ou condemnations deuëment ſignifiez.

GLOSSA

GLOSSA VNICA.

1 ET quia olim de apicibus iuris in his executionibus diſputabatur, de quibus dixi art. præce.& declarãrut in l.à Diuo pio.ff.de re iud.vt primò res mobiles,quàm aliæ caperentur,& aliæ ſolennitates ibidem deſcriptæ:tamen ex quadam æquitate decernit hic, vt iuris reiiciantur ſubtilitates.per cap.dilecti de iudi.& quòd non diſputetur de illo præcepto facto,quando terminus ad ſoluendum erat debitori præſtitutus;& quòd ſolùm æquitas conſideretur hîc.

2 Requiritur tamen,quòd primò fiat præceptum de ſoluendo:alioqui ſi prius caperentur bona,malè capta pronunciauit Senatus anno 1527.die 2. Aprilis ante Paſcha. quod nos arg.à contrario ſenſu huius text.& articuli præced. dicere poſſumus ibi, *dudict commandement*: etiam ſolet facere ſeruiens præceptum parti: vt ſoluat decem, ad quæ eſt obligata ad ſoluendum in die paſchatis:& quia tempus lapſum eſt: ideo præcipit vt ſoluat,alioqui capit pignora:quãuis quidã dicant præceptum non eſſe faciendum, ſi ſit certus terminus ſoluendi: ſed contrariũ dicit tex.

Areſtum.

3 Sed ſi illud præceptum ſit factum die feriata,vel alia, ſeu domi,vel alibi, fruſtra opponet debitor:quia ſufficit contra eum,qui in termino debet ſoluere, qualecunque præceptum: cùm & terminus & dies interpoſita interpellet pro homine.l.magnam.C.de contrah.& commit. ſtipul. ſcripſi plenè in l.habere.ff.de verb.ſign.& hoc vult dicere hîc tex.dicens.*& ne ſera diſputé de la validité,ou innalidité du dict commandement*: ergo *fault commandement*.ſed licet ſit inutile,non de hoc diſputabitur, eò quòd iam fuit oſtenſa ſententia: vt inferius dicetur. & requiritur quòd obligationes, & ſententiæ debitè ſignificatæ fuerint parti: vt inferius dicetur per hunc text.ibi,*deüement ſignifiées*.

4 Et ſic primò requiritur in hoc art.quòd aliquis ſit debitor:nam ſi detineret rem, ad quã eſſet condemnatus,manu militari eſſet ei res auferenda.l.qui reſtituere.ff.de rei ven.& non haberet locum iſte tex.loquens *des obligations*.

Requiſita in hoc tex.

5 Secundò quòd debeat in certo termino,ideſt,in feſto beati Ioannis,Magdalenes,vel alio die. ibi,*aura terme certain de payer*:alioqui ſi nõ eſſet certus terminus:tũc opus eſſet præcepto valido,ſumẽdo argumentũ à cõtrario.idem tamẽ dicerẽ,ſi non eſſet certũ tempus ab homine,ſed à iure, vt in obligationibus,in quibus dies nõ ponitur,præſenti die debetur.l.in obligationibus. ff. de iud.

6 Tertiò ꝙ ſit debitor inſtrumenti obligatorij,ſententiæ areſti,aut alterius cõdemnationis vide licet præcepti facti in confeſſum.de quo ſcripſi in l. ſi debitori.ff.de iud. & ſic *ſentences*, refertur ad iudices,*iugemens*,ad areſta,*condemnations*,ad præcepta in cõfeſſum:vt nihil ſit in tex.ſuperfluũ.

7 Quartò quòd illa ſententia,ſeu obligatio ſit debitori oſtenſa, ibi,*ſignifiées*, nam & ſupplicationes,quæ dantur Senatui,& omnia,quæ præiudicium parti afferunt, ipſi oſtendi debent: ideo ſolet Senatus dicere,fiat & parti ſignificetur.probatur in l.de vno.ff.de re iud.

Supplicationes oſtendi parti debẽt & ſignificari,ac ſententiæ,& quomodo.

8 Quintò quòd debitè fuerit ſententia oſtenſa,ibi,*deüement*.licet aliquis verbo diceret me condemnatum,non dicitur debitè ſignificare:ſed is qui obtinuit ſententiam per ſe vel per procuratorem coram notariis,vel teſtibus debet dicere debitorem eſſe condemnatum à tali iudice ad decem aureos:& ipſe debet oſtendere debitori dictam ſententiam, requirens vt adimpleat quæ in ſententia,vel obligatione contenta ſunt. & iſta notitia poteſt fieri ſine apparitore:& tunc pars, ſi velit,appellat:& ab illo tempore decendium ei computatur.per c.concertationi.de appel.in 6.Sed ſi pars non appellet, elapſo termino iuris, pars debet ſententiam tradere ſeruienti ad exequendum:& ille præcipiet parti ad ſoluendum,& in eius recuſationem capiet pignora,& de hoc præcepto apparitoris loquitur hic tex.non de ſignificatione ſententiæ: quia oſtenſio ſententiæ facit vt poſteà non curetur an præceptũ ſit validũ,vel ne:quia debitor ab eo tẽpore, quo ſciuit ſententiã contra eum latam,debebat prouidere,vt ſolueret:quod ſi non fecit,in culpa fuit,igitur ſufficit præceptũ apparitoris etiam inualidũ:& hoc vult dicere tex.ſi tamẽ quis condẽnatus ad ſoluendũ, appellet,poterit pars aduerſa durante appellatione petere,vt garniat, & iudex cõdemnabit appellantẽ ad garniendũ,nec aliquid dicitur ob hoc innouare. doct.in c.cũ appellationibus.& c. non ſolum de appel.in 6.& ita vidi ſeruari, quod eſt vtile in praxi contra calumniantes & litigioſos.

Quæro bonis mobilibus captis pro executione,quid debeat facere ſeruiẽs,qui ea cepit?Reſpõ. Terminũ debet aſsignare parti cuius bona ſunt capta ad videndũ illa venundari,& dari plus offerenti:& poſtea pretiũ tradetur creditori cautione data.l.1.§.fi.C.de iure do.impe.l.pen. ſi vend. pign.agatur.l.1.ſi in cauſ.iud.ſed deducentur prius expenſæ licitationis gratia factæ,vt ibi nota.

Practica uiatoris poſtquam bona mobilia ceperit.

9 Secũdò nullo reperto emptore prouidere debet iudex,ꝙ creditor iuſto pretio emat dicta bona tanquã alter extraneus:& ſi quid ſupererit vltra debitum,reſtituetur debitori:vel ſi quicquam de debito ſuperſit,ius ſaluum remanet creditori ad illud conſequendum.l.2.& vlt.C.ſi in cauſ.iud.

10 Vel ſi creditor obtulerit aliquid, & poſteà apparuerit onus reale hypotheca fortè, poterit ante decretum renunciare oblationi, & vt dicunt, *auant le denier à Dieu*.

Creditor poſt oblationem in licitatione an poſſit renunciare oblationi.

Vel poterit amicus creditoris aliquam pecuniam pro illis bonis promittere, cum onere ſoluendi cenſum rei tantũ,non alia onera,quę ſi appareant volo,dicet amicus,iſtud pretiũ oblatum eſſe nullum,nec in aliquo mihi obeſſe poſſe:& ita ſeruat praxis eorum, qui ſibi prouidere volũt.

11 Vel iudex poteſt decernere, ꝙ creditori res inſolutum dẽtur, quas ſi ſimpliciter accipit, pro toto debito accepiſſe videtur:ideo bonum eſt,vt pars declaret pro qua quãtitate accipit:vt ſit ius ei ſaluum pro reſiduo.l.ſi ex maiore.C.de except.l.fi.in fi. C.de iure do.impet.Cynus in l.ordo.

Datio inſolutum quomodo fieri debeat.

Duo prædia capta ſimul uendi non debent.

4 Quæro ſi duo prædia capta ſayſitáue fuerint:an ſimul vendi debeant?Reſpon.non,ſed ſeparatim:quia poterit eſſe quòd vnus emet prædium vnum, & nollet vtrumque emere. Sæpe enim confines fundos etiam ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra acquirere.l.ſi cui fundus.ff.de legat.2. & ita cenſuit Senatus Pari.anno 1383.etiam poterit eſſe,quòd vnum ſufficiet ad debitum ſoluendum.diuerſum eſt in pari boum,ſeu equorum,vel mularum,tunc ſimul vendi poſſunt, & vno pretio:quia iſtæ res facilius iunctę quàm ſeparatæ,inuenient emptoré,& maiori pretio æſtimabuntur.l.ædiles.in 2.§. ſi fortè vſque ad fi.ff.de ædilit. edict. idem in mobilibus ſeruatur: quia bona magni valoris interdum iunguntur cum bonis minimi valoris,& ſic venduntur.vnde vidi libros nouos,dum licitantur,iungi cum veteribus,& antiquis,& ita æſtimabantur & vendebãtur, nec volebant eos ſeparare,vt inutiles venderentur cum vtilibus.

Areſtum.

Mais ſuffira dudict commandement deuëment faict à perſonne,ou à domicile.

GLOSSA QVINTA.

Contra ſententiã quæ exceptio opponi poſſit.

1 ET ſic requiritur quòd ſeruiens præcipiat debitori, ſi inueniatur domi,alioqui vxori, vel alteri præcipiet domi, & poſteà capiet bona. Quæro ſi capiendo bona ratione ſententiæ,quæ in rem tranſiuerat iudicatam,debitor ſe opponat,& velit allegare ſententiæ ſimulationem,vt pote latam pro vſuris,& ſtare vult de hoc iuramento creditoris,an hîc iurare teneatur?Reſpondeo non, quando exceptio allegata competebat ante ſententiam,vel tempore ſententiæ, quia illud iuramentum ſuccedit in locum probationis teſtium, vel inſtrumentorum.l.in contractibus.§.illo.C.de non numera.pecu.glo.& docto.in l.generaliter.in prin.de reb.cre.C.quæ probationes ante ſententiam fieri debent,& nõ poſt:& imputetur parti, cur hoc non allegauit.nec poteſt iſtam exceptionem, vel aliam peremptoriam paucis exceptis, poſt ſententiam allegare.l.peremptorias.C. ſenten.reſcin.non poſſe. Si verò allegetur exceptio, quæ poſt ſententiam orta eſt,vt pote quod tranſegerit poſt ſententiam,vel pactus fuit non petere:tunc iurare creditor tenebitur:quia hæ exceptiones probari etiam poſt ſententiã poſſunt tanquam de nouo ortæ.l.eleganter.§.ſi poſt.ff.de condi.inde.l.poſt rem.ff.de trãſactio.l.1.C.de iuris & facti ignor.Petr.de Ferra.in practica ſua in forma executio. ſentent.diffinitiuę.verſic.rurſum quęritur.& exceptiones,quæ poſt rem iudicatam opponi ſolent,ſcribit gl.& doct.in d.l.1. & ego ipſe ſcripſi in tracta.meo de exceptionibus.

2 Item propter alternatiuam,*ou à domicile*,ſufficit ſeruienti ſi domi faciat præceptum vxori, vel alij domeſtico ibi inuento,poſtquàm ab illis requiſierit debitoris pręſentiam,& eam habere non potuerit,poſteà capiet bona:vt hæc alternatiua aliquid ad ius cõmune addat:vt not.in l.4.§.prætor.ff. de damno infec. per Bar.& de hac alternatiua ſcripſi in §.ſtatuimus.2.in glo.aut de col.in concorda.

Requiſita in hoc text.

3 Et ſic requiritur hîc,quòd primò ab apparitore præceptum debitori fiat,ibi, *ou y ha commandement*,aliàs executio non valeret:vt ſuperius dictum extitit.art.1.

4 Secundò quòd fiat præceptum de ſoluendo,ibi,*de payer*: ſecus ſi fieret præceptum de comparendo:tunc enim haberet locum art.6.ſuprà eo.

5 Tertiò quòd fiat illud præceptum in vim executionis inſtrumenti,vel ſententiæ,ibi, *en toutes executions*,alioqui ſi fieret ſimpliciter ſine cauſſę cognitione reſolueretur in vim ſimplicis citationis:vt ſuprà dixi art.6.

6 Quartò quòd debitor non ſoluat ad præceptum viatoris, alioqui non poſſet poſteà aliqua res debitoris capi, & tamen dicitur in hoc text.*ſayſie & main miſe*. quæ fiunt in recuſationem ſolutionis.

7 Quintò quòd præceptum ſit ritè & debitè factum, & quando dicatur debitè factum tex. reſpondet,*à perſone,ou à domicile*:& ſuperius in hoc arti.declaratum extitit.

8 Sextò quòd poſt pręceptum res ſit capta,ibi,*ſayſie,ou main miſe*. ante pręceptum capta nõ ritè capta eſſet:vt ſuperius hoc eodem artic.expreſſum eſt.

9 Septimò quòd iſtius pręcepti,& geſtorum facta ſit relatio per ſeruientem, alioqui non dicitur expletum:vt in text.*l'exploict*.

10 Octauò quòd validum ſit tàm pręceptum, quàm executio, & relatio.ibi, *pour la validité de l'exploict*:ergo ſi non valeat præceptum cum relatione,non ſeruabitur quod hîc ſcribitur.vnde ſi ſeruiens referret ſe inueniſſe partem in templo audientem miſſam, vel veſperas, & ei præcepiſſe ibi,vt ſolueret,& partem nihil dixiſſe,vel dixiſſe vt expectaret,aut alia verba,ob id iuit domum,& cepit bona mobilia,illam executionem nullam pronunciabit iudex,quia executio non eſt ritè facta,ſic nec expletum:vt ſcripſi artic.1.ſuper eo.tamen artic. ſe.dicitur de hoc diſputari non debere,vide.tex.ſeq.

Idem artic. LXXV.

Articulus duodecimus.

Et encores ne ſera diſputé de la validité ou inualidité dudict commandemẽt, quand il y aura terme certain de payer,par les obligations,ou par les ſentences,iugemens,ou condemnations deuëment ſignifiez.

GLOSSA

GLOSSA VNICA.

1 ET quia olim de apicibus iuris in his executionibus diſputabatur, de quibus dixi art. præce.& declarãtur in l.à Diuo pio.ff.de re iud.vt primò res mobiles,quàm aliç caperentur,& aliæ ſolennitates ibidem deſcriptæ:tamen ex quadam æquitate decernit hîc, vt iuris reiiciantur ſubtilitates.per cap.dilecti de iudi.& quòd non diſputetur de illo præcepto facto,quando terminus ad ſoluendum erat debitori præſtitutus,& quòd ſolùm æquitas conſideretur hîc.

2 Requiritur tamen,quòd primò fiat præceptum de ſoluendo:alioqui ſi prius caperentur bona,malè capta pronunciauit Senatus anno 1527.die 2. Aprilis ante Paſcha. quod nos arg.à contrario ſenſu huius text.& articuli præced. dicere poſſumus ibi, *dudict commandement*: etiam ſolet facere ſeruiens præceptum parti: vt ſoluat decem, ad quæ eſt obligata ad ſoluendum in die paſchatis:& quia tempus lapſum eſt: ideo præcipit vt ſoluat,alioqui capit pignora:quãuis quidã dicant præceptum non eſſe faciendum, ſi ſit certus terminus ſoluendi: ſed contrariũ dicit tex. *Areſtum.*

3 Sed ſi illud præceptum ſit factum die feriata,vel alia, ſeu domi,vel alibi, fruſtra opponet debitor:quia ſufficit contra eum,qui in termino debet ſoluere, qualecunque præceptum: cùm & terminus & dies interpoſita interpellet pro homine.l.magnam.C.de contrah.& commit. ſtipul. ſcripſi plenè in l.habere.ff.de verb.ſign.& hoc vult dicere hîc tex.dicens.*& ne ſera diſputé de la validité,ou inualidité du dict commandement*: ergo *fault commandement*.ſed licet ſit inutile,non de hoc diſputabitur, eò quòd iam fuit oſtenſa ſententia: vt inferius dicetur. & requiritur quòd obligationes, & ſententiæ debitè ſignificatæ fuerint parti: vt inferius dicetur per hunc text.ibi,*deüement ſignifiées*.

4 Et ſic primò requiritur in hoc art.quòd aliquis ſit debitor:nam ſi detineret rem, ad quã eſſet condemnatus,manu militari eſſet ei res auferenda.l.qui reſtituere.ff.de rei ven.& non haberet locum iſte tex.loquens *des obligations*. *Requiſita in hoc tex.*

5 Secundò quòd debeat in certo termino,ideſt,in feſto beati Ioannis,Magdalenes,vel alio die. ibi,*aura terme certain de payer*:alioqui ſi nõ eſſet certus terminus:tũc opus eſſet pręcepto valido,ſumẽdo argumentũ à cõtrario.idem tamẽ dicerẽ,ſi non eſſet certũ tempus ab homine,ſed à iure, vt in obligationibus,in quibus dies nõ ponitur,præſenti die debetur.l.in obligationibus. ff. de iud.

6 Tertiò ꝙ ſit debitor inſtrumenti obligatorij,ſententiæ areſti,aut alterius cõdemnationis vide licet præcepti facti in confeſſum.de quo ſcripſi in l. ſi debitori.ff.de iud. & ſic *ſentences*, refertur ad iudices,*iugemens*,ad areſta,*condemnations*,ad præcepta in cõfeſſum:vt nihil ſit in tex.ſuperfluũ.

7 Quartò quòd illa ſententia,ſeu obligatio ſit debitori oſtenſa, ibi,*ſignifiées*, nam & ſupplicationes,quæ dantur Senatui,& omnia,quæ præiudicium parti afferunt, ipſi oſtendi debent: ideo ſolet Senatus dicere,fiat & parti ſignificetur.probatur in l.de vno.ff.de re iud. *Supplicationes oſtendi parti debẽt & ſignificari,ac ſententiæ,& quomodo.*

8 Quintò quòd debitè fuerit ſententia oſtenſa,ibi,*deüement*.licet aliquis verbo diceret me condemnatum,non dicitur debitè ſignificare:ſed is qui obtinuit ſententiam per ſe vel per procuratorem coram notariis,vel teſtibus debet dicere debitorem eſſe condemnatum à tali iudice ad decem aureos:& ipſe debet oſtendere debitori dictam ſententiam, requirens vt adimpleat quæ in ſententia,vel obligatione contenta ſunt. & iſta notitia poteſt fieri ſine apparitore:& tunc pars, ſi velit,appellat:& ab illo tempore decendium ei computatur.per c.concertationi.de appel.in 6.Sed ſi pars non appellet, elapſo termino iuris, pars debet ſententiam tradere ſeruienti ad exequendum:& ille præcipiet parti ad ſoluendum,& in eius recuſationem capiet pignora,& de hoc præcepto apparitoris loquitur hic tex.non de ſignificatione ſententiæ: quia oſtenſio ſententiæ facit vt poſteà non curetur an præceptũ ſit validũ,vel ne:quia debitor ab eo tẽpore, quo ſciuit ſentẽtiã contra eum latam,debebat prouidere,vt ſolueret:quod ſi non fecit,in culpa fuit,igitur ſufficit præceptũ apparitoris etiam inualidũ:& hoc vult dicere tex.ſi tamẽ quis condẽnatus ad ſoluendũ, appellet,poterit pars aduerſa durante appellatione petere,vt garniat, & iudex cõdemnabit appellantẽ ad garniendũ,nec aliquid dicitur ob hoc innouare. doct.in c.cũ appellationibus.& c. non ſolum de appel.in 6.& ita vidi ſeruari, quod eſt vtile in praxi contra calumniantes & litigioſos.

Quęro bonis mobilibus captis pro executione,quid debeat facere ſeruiẽs,qui ea cepit?Reſpõ. Terminũ debet aſsignare parti cuius bona ſunt capta ad videndũ illa venundari,& dari plus offerenti:& poſtea pretiũ tradetur creditori cautione data.l.1.§.fi.C.de iure do.impe.l.pen. ſi vend. pign.agatur.l.1.ſi in cauſ.iud.ſed deducentur prius expenſæ licitationis gratia factæ,vt ibi nota. *Practica uiatoris poſtquam bona mobilia ceperit.*

9 Secũdò nullo reperto emptore prouidere debet iudex,ꝙ creditor iuſto pretio emat dicta bona tanquã alter extraneus:& ſi quid ſupererit vltra debitum,reſtituetur debitori:vel ſi quicquam de debito ſuperſit,ius ſaluum remanet creditori ad illud conſequendum.l.2.& vlti.C.ſi in cauſ.iud.

10 Vel ſi creditor obtulerit aliquid, & poſteà apparuerit onus reale hypotheca fortè, poterit ante decretum renunciare oblationi, & vt dicunt, *auant le denier à Dieu*. *Creditor poſt oblationem in licitatione an poſſit renunciare oblationi.*

Vel poterit amicus creditoris aliquam pecuniam pro illis bonis promittere, cum onere ſoluendi cenſum rei tantũ,non alia onera,quę ſi appareant volo,dicet amicus,iſtud pretiũ oblatum eſſe nullum,nec in aliquo mihi obeſſe poſſe:& ita ſeruat praxis eorum, qui ſibi prouidere volũt.

11 Vel iudex poteſt decernere, ꝙ creditori res inſolutum dẽtur, quas ſi ſimpliciter accipit, pro toto debito accepiſſe videtur:ideo bonum eſt,vt pars declaret pro qua quãtitate accipit:vt ſit ius ei ſaluum pro reſiduo.l.ſi ex maiore.C.de except.l.fi.in fi.C.de iure do.impet.Cynus in l.ordo. *Datio inſolutum quomodo fieri debeat.*

C.de execut.rei iud.Bart.in l.à Diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iud.

Et quando bona dantur in ſolutum creditori,debet creditor ſibi illa adiudicari facere ſecundũ æſtimationem expertorum,quæ antè fieri debet:& pro illo pretio per probos æſtimato, iudex creditori decernet.text.in d.l.1.C.ſi in cauſ.iud.& hoc debet iudex decernere,quando non inuenitur iuſtus emptor,vel nullus.l.2.vbi Bal.C.illo tit. Sic fuit iudicatum Neapoli, vt in deciſ.Neapol.358.in cauſſa patet.

12 Tertiò poteſt prouideri:nam creditor poſsidere poteſt bona capta, & fructus recipere, donec eidem integrè ſolutum fuerit, & fructus illos cum debito compenſabit.l.1.in fin.ff. de pig. l.1.C.de diſtract. pig. & ſingulis annis curare debet,vt fructus recollecti æſtimentur deductis impenſis,vt poſteà clarum ſit,quæ receperit,quídue dederit.

13 Quartò poteſt etiam debitor in carcerem detrudi:vt ſuprà declaraui artic. proximo.

Præceptum non eſt neceſſarium, contra extraneum Areſtum.

14 Vltimò hoc præceptum de ſoluendo non eſt neceſſarium,quando fit areſtum contra exterum,ſiue forenſem:quia dum fieret ei præceptum,fortè occultaret equos, & alia bona ſua mobilia:ne ergo detur locus fraudi, valet areſtum etiam non facto præcepto de ſoluendo. ſic fuit dictum contra dominum Marinum de Montechenu magiſtrum hoſpitij Regis,anno 1527.die 23. Maij. & fit areſtum vſque ad debitoris confeſsionem, & vt dicunt practici, *iuſques à ce que ledict debteur ait confeſsé ou nyé ſa ſcedule,& eſté à droict.*Adde hîc quæ plenè ſcripſi ſuperius art.6.

Quinque remedia creditori dantur ratione inſtrumenti ſigillati,uel ſententiæ.

15 Ex prædictis patet,quòd creditori ratione inſtrumenti ſigillati vel ſententiæ,quintuplex datur remedium.

Primum quòd res debitoris quaſi in pignus teneantur.d.l.à Diuo pio.§.ſi pignora.ff.de re iud. gloſſ.ſing.in l.1.C.de prætor.pigno.quam notat Bald.in Marguarita,in verbo pignus.q.4.& Lanfranc.in repetit.c.Quoniam contra.in verbo interlocutiones.col.16.de probatio.

16 Secundum quòd ſi velit creditor,vt ei adiiciantur bona pro quantitate debiti,hoc ei concedetur, ſi alius vltra non offerat.d.§.ſi pignora.& §.fi.in authent.de fideiuſſor. Bal. in l.ordo.col.2. C.de executio.rei iud.vide Purpu.in l.2.§.mutui datio. nu.117.ff.ſi cert.pet.

17 Tertium,quia in licitatione creditor poterit rem captam emere, ſicut alius extraneus, teſte Vincent.Hercula.in d.§.ſi pignora.in fi.per text.in l.2.C.ſi in cauſ.iud.quando conſtat emptorem non inueniri,alioqui ſecus:vt conſuluit Soci.conſi.37.quidam Nicolaus.col.2.vol.4.hodie ſi plus quàm alius dederit recipietur,& præferetur.

Declaratio ad rub.C.de iure domin. impetrand.

18 Quartum quòd ſi debitor procuret,quòd emptor bonorum captorum non inueniatur,poterit creditor dominium à principe per literas regias iuſto pretio ſibi decerni petere:vt docet Bal. in l.ordo.col.1. C. de executio.rei iud. & ſuperius dictum extitit:& ſic declaratur rub.C. de iure domin. impetrand.

19 Quintum quòd iudex in ſolutum poteſt dictam rem captam adiudicare creditori.teſte Bar. in d.§.ſi pignora.& Bald.in l.2.C.ſi in cauſ.iud.Salicet.in l.ordo.& l.fin.de executio.rei iudi.Soci. d.conſil.37.in 4.volumine.

Cautela pro eo qui rem recipit in ſolutum.

20 Et quando res datur in ſolutum,cautela eſt,quòd proteſteris,& in inſtrumento adiudicationis facias inſcribere,quòd per illam dationem in ſolutum non intendis recedere ab hypotheca, neque à fideiuſſorum obligatione:alioqui ſi res euinceretur,& debitor non eſſet ſoluendo,creditor eſſet in periculo:vt pulchrè docet Bart.& alij in l.ſi quis aliam.ff. de ſolutio. Cepol. Cautel. 147.eſt magna quæſtio.

Seruientes quando in domibus poni poſſunt.

21 Sextum remedium eſt,quòd ſi aliquis debitor poſt condemnationem velit ſubterfugere, & bona ſua abſcõdere,ſeu ad alium rei ſuæ dominium transferre,vel eſt inobediens curiæ,adeò vt commodè aliter non poſsit cogi, tunc poni poterunt in domo illius debitoris viatores, donec ſoluerit,quos vocant comeſtores,& cuſtodes, quia breui poterunt comedere omnia domus bona,& quidam etiam cineres furarentur.dicit gloſ.in l.Iulia.ff.de actio. empti. & in caſu criminis aſsignari hi diabolici apparitores(malos dico)domibus ſolẽt,& in executionibus priuilegiatis ſigillorum:nempe iſti nuncij & ſeruientes omnia temerare conſueuerunt.l.defenſionis.& l.prohibitum. C. de iure fiſci. aliàs regulariter apparitores domibus aliquorum debitorum non debent deputari. Sed ſupradictos caſus ex quibuſdam curiæ libris deſcripſi,quos notes. { Alioqui ſcribit Petrus Iacob.in ſua praxi titul.de ſtatu curiarum. verſ.Item quandoque iudices ſeruientes ſine iuſta cauſſa in domibus ſubditorum ponunt,quos vocant comeſtores, quod ius venit à dęmone meridiano,vel fortè magis ab Aquilone.}

22 Vltimum eſt, quòd creditor poteſt poſt factum præceptum debitori ſuo ſiſtere & areſtare id quod debetur ſuo debitori vſque ad quantitatem debiti concurrentem, & petere vt debitum conſignetur in manu curiæ,& hoc facilè iudex concedet:vt ſuperius ſcripſi : & eſt in conſuetud. Bitur.nouis,rub.de executio.artic.23.reliqua ſuprà dicta ſunt.

Hos duodecim legum regiarum articulos quàm breuiſsimè, & vtiliſsimè potui tibi elucidaui,alios executionum cauſſam, vel prouiſionum tangentes proſequor in tractatu de ſenten.exeсо.& in tractatu de ſentent.præiudicialibus,ſeu prouiſionalibus, & in aliis tractatibus. ſuperiora autem, beneuole lector, ſcripta noſtra ſi æquo animo (vt alia mea ſoles) ſuſceperis,alia primo quoque tempore offerre tibi mea exoptat vrgens affectio:in quibus ſi tuas benignas præter animi ſpem offenderim aures,quęſo,boni conſule.Deo opt. max.eiuſq; matri virgini gratias agens, hîc finem impono. Amen. *Spes mea Chriſtus.*

TRACTATVS

TRACTATVS

DE CHIROGRAPHORVM ET CEDVLARVM RECOGNITIONE INCIPIT.

Totius tractatus ſumma.

AD huius tractatus,&materię elucidatiouem,in primis pręfari oportet de ſcriptura, quotuplex ſit. Secundò,an ſcriptura priuata probet,& quando. Tertiò, quando executionem habeat. Quartò, de hypotheca.Quintò, an exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita executionem prohibeat.Vltimò, quantum attinet ad materiæ huius praxim, elucidabimus legum regiarum articulos huic materiæ congruentes.{ Et ſic procedit iuriſcon.in l.1.ff.de ſuſpec.tutor.}

Scriptura duplex,publica,& priuata.

1 Primò igitur dicemus ſcripturam eſſe duplicem : quædam eſt publica,altera priuata,probatur in l.ſcripturas. C. qui potiores in pignore habeant.Publica eſt ſolennis & ritè ordinata ſcriptura,per authenticæ perſonæ manum publicæ cauſſa memoriæ facta.c.quoniam contra.de probatio.ita ſcribit Specula.in tit.de inſtru.editio.§.1. & de hac publica ſcriptura loquitur text.c.1.& 2.de fide inſtru.& abundè ſcripſi in præfa.ad tracta. de literis obligat.ſuprà & hæc ſcriptura vocatur inſtrumentum publicum:de quo plenè idem Specu.in eo.tit.§.nunc dicendum. vbi ſex modis dici publicum inſtrumentum ſcribit. ac Barba. & alij in rub. de fide inſtru. poſt gloſ.in l.generali.C.de tabula.lib.10.

2 Scriptura autem priuata eſt omnis ſcriptura, quæ non eſt publica, ſed à priuatis perſonis,id eſt non publicis confecta:& de hac loquimur in iſto tracta. vnde dicit Card.in d.c.2. de fide inſtrumento.omnem ſcripturam dici priuatam præter ſcripturam notariorum,& actorum iudicialium,& hoc modo priuata capitur magis largè, vt comprehendat omnem non publicam,etiam authenticam,teſte Innoc.in c.1.de fide inſtru.ſed hìc accipimus ſcripturam priuatam, non publicam,nec authenticam,ſed aliam quamcunque priuata manu factam.

Iudicis ſcriptura priuata eſt.

3 Ex quo infertur,quòd ſcriptura iudicis,etiam ſi habeat teſtes inſcriptos,cenſetur priuata:quia ſcribere non eſt iudicum officium,ſed tabellionum. teſte Imol. in c.1.col. penult. de fide inſtrument,per c. quoniam.de probatio.Bal.in c.cùm à nobis.in fi.de teſtib.dicens ſiue ſcriptura fiat in iudicio,ſiue extra à iudice,poterit per teſtes reprobari:quia non eſt publica.

Regis ſcriptura an probet.

4 Secundò, literæ manu propria Regis etiam Francorum ſcriptæ, licet is ſit publica perſona, etiam in his quæ ad ſuum pertinēt officium,quia ad eius officium non ſpectat ſcribere, priuatæ dicentur,& propterea non faciunt fidem,niſi ſigillo,vel aliis adminiculis iuuentur : vt conſuluit Bald.nominatim conſil.464.quædam ſcriptura.col.1.in 1.volu.per l.fi.C.de conuen.fiſc.debitorib. lib.10.& ideo fiſcus facit ſcripturas per tabelliones, vel alios officiales ad hoc deputatos.l.1. C.de apoch.public.eo.lib.

5 Fallit ſi conſuetudo contrarium dictaret,vt in Scotia:tunc illi ſcripturæ Regis,licet non ſit publica,cõſuetudine dictãte ſtabitur.per c.cùm dilectus.in fi.de fide inſtr.& ſic literæ ſignatæ *du cachet du Roy*,in arduis non faciunt fidem:ſed requiruntur literæ authenticæ.& quando conſuetudo vel ſtatutum diſponit,quòd credatur libris mercatorum,etiam in fauorem ſcribentium,debet intelligi de pertinentibus ad artem principaliter: & ſic in his quæ tangunt negotiationem, non in aliis:vt ſcribit Ioan.Andr.in addi.ad Specul.in titul.de inſtru. editi.§. nunc dicendum. & Roma. conſ.205.in puncto.col.1.refert Iaſ.conſil.103. in hoc paſſu.col.vlt.vol.pri.

Scriptura ſacerdotis parochialis priuata eſt & notarij.

6 Tertiò infertur,quòd literæ factæ à ſacerdote parrochiali etiam curato,non ſunt publicæ.per c.cùm eſſes.de teſta.nam oportet,vt publicentur.l.publicati.C.de teſta.ergo non ſunt publicę:igitur erunt priuatæ.

7 † Nec eſt inconueniens priuatam ſcripturam à publica perſona emanare : quia in hoc, id eſt quoad ſcribendum non eſt publica,ſed priuata per text. in l.3. de offi. præſid.ff. vbi magiſtratus eſt publica perſona in ſuo territorio, extra verò territorium eſt priuata: & ſic extra officium, cui aliquis eſt præpoſitus, dicitur priuatus : quod eſt notandum : ideo rector vniuerſitatis dum inſtruit pueros in ſuo collegio, vel alibi,& eos verberat, hoc non facit tanquam rector, ſed tanquam priuata perſona.

Priuata ſcriptura à publica perſona emanare poteſt.

8 Quartò inferunt,quòd ſcriptura quam facit notarius tanquam priuatus,quæ non habet publicam formam poſitam,in gl.l.generali.C.de tabula.li.10.ſed ſolùm habet à notario ſubſcriptionem, dicitur priuata:quia notarius de ea non eſt rogatus:nec ſolennitas publici inſtrumēti adhibetur,quod oportet in §.nos.in auth.de tabellioni.collat.4.nam notarius pro ſe ſcribens,non potuit rogare ſeipſum.differentia enim eſt inter rogatum,& rogantem.arg.ca.vlt.de inſtitut.nec potuit in ſua cauſſa eſſe iudex,& publicam adhibere formam.l.vna.C. ne quis in ſua cauſſa iudicet.

quod tenuit Innocent.in c.1.de fide inſtrumen.text.gloſſ.& ibi Bald.& Angel.in d.l.ſcripturas. & in rubr.C.de fide inſtrument.col.3.verſicul.ſed dubitatur nunquid notarius. Feli. in d.ca.2.col.1. Roman. conſil.204. pro diſcutienda.in princip.Alex.conſil.168. viſo puncto.in 2.volu.ſequitur Hippol.in rub.de probatio.fol.33.col.3. in paruo volumi. ideo ſi duo notarij tanquam amici & non tanquam notarij aliquid pro eorum negotiis familiaribus ſcripſerint,dicetur ſcriptura priuata.teſte Bal.in cap. à nobis. in fin.de teſti. ſic conſuluit.d.Petr. Pau. Pari. conſil.80. difficultas. col.1.in 4.vol.

9 Si tamen formam publicam ſeruauerint etiam in ſuis actibus, dicitur publica ſecundum Bald.conſil.43.quædam ſcriptura.in primo volu. & conſil.467. quædam ſcriptura.in 5. volumi. non ſolent tamen in forma publica ſcribere ſua inſtrumenta, ſed ſi recipiant mutuum,vel aliam rem, confitentur recepiſſe, & ſcripturam conficiunt, quæ tunc priuata eſt,& vocatur chirographum,vel cedula.

10 Indubio præſumitur,quòd tanquam notarius conſcripſerit,quando inter alios conficit ſcripturam:quia præſumitur illud quod communiter fieri conſueuit.l.excepto.C.locat.l.domini. de agrico.& cenſit.lib.11.hæc expreſsè tenet Lanfranc.in repetit.c.quoniam contra.col.86.verſic. ſecundò requiritur,in verb.interlocutiones.de probatio.

Epiſcopi ſcriptura priuata dicitur.

11 Quintò ſcriptura facta ab epiſcopo dicitur priuata,quia nullo iure cautum,quod vim habeat publicæ ſcripturæ:text.in c.cùm à nobis.vbi Bal.expreſsè.in fi.de teſt.plus dicit,quòd omnis ſcriptura regulariter eſt ſcriptura priuata:vt not.in l.quædam.§.nummularios.ff.de eden.& ibi gloſ. ideo ſi epiſcopus propria manu ſcripſerit cautionem vſurarij,vel eius teſtamentum,vel collationem beneficij:illi ſcripturæ non credetur in præiudicium alterius,quia eſt ſcriptura priuata:vt aſſerit ibidem Bal.& inſtrumenta domeſtica, ſine aliis adminiculis non probant.l. inſtrumenta. C. de probatio.& ideo collationes epiſcoporum,vel aliorum collatorum,non recipiuntur ſine teſtibus,nec cum illorum domeſticis cenſuit Senatus Pariſi.anno 1527.die 7. Iunij,vt ſcripſi in rubr. de colla.in concorda.

Areſtum.

Menſulariorum & mercatorũ ſcripturæ an ſint priuatæ.

12 Sextò omnes ſcripturæ mercatorum,menſulariorum, ac aliarum perſonarum, quibus ſcribendi officium non eſt commiſſum,priuatæ ſunt:vt aſſerit Bar.& alij.in l.admouẽdi.ff.de iureiu. gl.Bal.& Sal.in l.in bonæfidei.C.de reb.cre.alle.tex.g.in l.emptor.in fi.ff.de pact. & ideo ſcriptura publicanorum priuata eſt,& illi non plenè creditur.teſte Iaſ. conſil.103.in hoc paſſu. vol.3. nam quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat.l. quantæ.ff.de publica.& vectigal.

Scriptura priuata triplex.

13 Secundò præmittendum eſt,quòd hæc ſcriptura priuata triplex eſt,ſcilicet chirographum,ſeu ſchedula,epiſtola,& liber rationum:prima vocatur chirographum,ſiue ſchedula,chirographum dicitur manualis ſcriptura.ἀπὸ χείρος,quod manum ſignificat,& γράφω,ſcribo,quòd ſcit ſcriptura,quam aliquis ſua manu ſcripſit.l.ſeruum filij §.cum qui.ff.de lega.1.& iuriſcon. ſic communiter vocant,vt in l.emptor.in fi.de pact.ff.& aliis in infinitis locis.

Chirographarius quis.

14 Inde chirographarius, qui ſcripſit ſe debitorem ſua ſcriptura, & chirographarius creditor, cui ex chirographo debetur.l.bonis.ff.de priuileg.credit.Nebriſſen.in dictione ad leges. vbi ſcribit differentiam inter chirographum, & ſyngraphum,vbi in chirographo tantùm quæ geſta ſunt ſcribi ſolent,in ſyngrapho etiam contra fidem veritatis pactio ſcribitur.hoc non probat iuribus, nec ego vidi hac differentiam à iure ſeruatam, vel probatam. eam tamen probat Aſcon.Pedia. grauis & Claſſicus autor.

Scheda & cedula quid ſit.

15 Item hoc chirographum à iuris interpretibus cedula vocatur: & in hoc aduertere debemus, quòd ſceda:vel,vt alij volunt,cum aſpiratione ſcheda,eſt folium chartæ,ſiue papyri,nondũ compactum & ligatum:vt Plinius ait li.13.c.12.ſed ratio deprehendit vitium vnius ſchedæ reuulſione plures infeſtante paginas: alij ſchedam putant tabellam ſiue pagellam phyliraceam, hoc eſt tiliaceam qua pro chartis priſcos vti ſolitos hiſtoriographi & poetæ tradiderunt.hodie græcum vulgus vocat ſchedas tabulas eas,quibus ſupputatores numeris ſcribendis vtuntur vt mox litu ſpongię leniter aboleri poſſunt, gallicè *des tablettes*, & ad huius ſimilitudinem notarij vocant ſcripturam ſchedam, cui addere & diminuere eſt liberũ,donec concludatur:vnde partibus dari ſolent, vt hoc fiat:& poſteà concluditur,& recitatur.gl.in l.fideicommiſſa.§.1.ff.de leg.3.Paul.in l.contractus. C. de fide inſtrumento. ſchedulas verò Quintilianus, & alij quamplures pro libris monumentisque literarum capiunt.teſte Catel.Cotta.in 2. parte memora. in ver. librorum, & ſic ſchedulas generaliter accipiemus hic,tam pro chirographis,quàm pro aliis ſcripturis priuatis:& communis vſus ſcribendi detraxit ſ, & h, & ſcribit cedulam. illum inſequar ſcribendi communem vſum:quia in populari ratione noſtra verſatur materia,populariter loqui neceſſe erit.vt dicit Cicero.& terminis practicantium vtar.quia materia exigit.communis tamen loquendi vſus diſtinguit cedulam à libro rationum,& aliis ſcripturis priuatis,& vocat *cedule*,ſicut de iure etiam acceptilationem,*quictance*,& ſic diuerſa habent nomina.

Apocha quid ſit,aliter quam differt.

16 Præterea cedula vocatur à iuris interpretibus apocha, quæ datur à parte parti:vt ſi ſcripſero me recepiſſe decem à Titio cauſſa depoſiti, & poſtea dem illam ſcripturam Titio, hæc apocha vocatur,& dicitur de recento.l.ſi acceptolatum.§.1.ff. de acceptilatio.ibi inter acceptilationem & apocham hoc intereſt,quòd acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit:apocha non aliàs,quàm ſi pecunia ſoluta ſit.glo.in l. vlt.§. Titius.ff.de conditio.indeb.&

gloſ.1.

glo.1. in l.plures apochis.C.de fide inſtru.§.ſi quis vult.in authen.de inſtru.cautel.& fide.colla.6. & de iſta hîc loquimur.& hanc ex cõmuni vſu vocamus cedulam, ſecundum Panor.in c.2.col. 4.de fide inſtrum.& ibi Card.& Itali vulgò apodiſſam vocant.teſte Salicet.in l. plures apochis.in princ.C.de fide inſtrument.

17 Et ſic chirographum,cedula,apocha,& apodiſſa ſunt ſynonyma,ſecundũ eos. ego verò puto chirographum generaliter accipi pro manuali & priuata ſcriptura, maximè pro ea ſcriptura, quam quis facit de pecunia mutua, in qua confitetur ſe habuiſſe,& promittit reddere: idem in cedula.ſed apocha eſt in qua creditor confitetur ſe recipiſſe pecuniam ſibi debitam,quam ſi non receperit,non contingit liberatio: ſecus in acceptilatione,in qua creditor confitetur ſe recepiſſe pecuniam ſibi debitam,quam ſi non receperit, tamen pro accepta habet:& ſic liberatur debitor. d.l.ſi acceptolatũ. & pro hac ſententia eſt tex.in l.Lucius.2.§.tutelæ iudicio.ff.de admi.tutor. & in l.quicunque.C.de apoch.pub.lib.10.ob id ſi recipiam pro quadrante penſiones meæ domus decem,& hoc ſcribam:illa ſcriptura apocha vocatur,quamuis contrarium dicant doc.in d.l.plures apochis.C.de fide inſtru. Antipocha verò ſeu antapocha dicitur chirographum, quod debitor creditori conficit:vt docet Celi.in lib.7.c.21. vulgo *contrecedule*. *Chirographum,cedula, apocha & apodiſſa an differãt.*

18 Alia eſt ſcriptura,quæ appellatur epiſtola,quæ ab abſente abſenti mittitur. de qua in l.publia. §.fi.ff.depoſ.& l.quintus.illo tit.doct.in l.admonendi.de iureiuran.& ferè quæ dicuntur in cedula locum habere poſſunt in epiſtola: vt ibi per docto.& differentiam inter epiſtolam & librum rationum ſcribit Matheſila.not.79.not.doctrinam. *De epiſtola.*

19 Alia eſt ſcriptura priuata,quæ vocatur liber rationum: de qua in l.rationes & inſtrumenta. C.de probatio.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem.ff.de edend.tradit.Bart.& alij in d.l.admonendi.& in l.nuda ratio.de donatio.ff. *Liber rationum an probet.*

20 Et hæ ſcripturę priuatæ ſupplentur ſeptem modis,vt probent.tria prima ſupplementa ſunt in confectione,videlicet maior ſolennitas,maior authoritas, & contrahentium ſubſcriptio: alia tria ſupplemẽta ſunt poſt cõfectionem,videlicet iudicialis examinatio,loci deputatio: & tẽporis obſeruatio,ſeptimũ loci conſuetudo.hæc proſequere vt per Bal.in rub.C.de fide inſtrumen. col. antepenult.vſque ad fin.& liber rationis pro ſcribente non probat, ſed pro tertio,vel contra tertium facit ſemiplenam probationem inſpecta qualitate ſcribentis,& aliis conſideratis,quæ ſcribũt doct.in l.quædam.§.nummularios.ff.de edend.& in d.l.admonendi.& Ioan.de Ana.conſi.53.viſis & conſideratis.Auſrer.in deciſio.Tholoſa.q.49.& Boer.in deciſ.Burdegal.q.105.an poſſeſſio. *Septem modis ſupplentur ſcriptura priuata.*

21 Tertiò notandum eſt, quòd hæc ſcriptura priuata fit tribus modis: interdum quis ſibi ipſi ſcripturã facit,dicendo alium eſſe ſuũ debitorem:& illi nulla adhibetur fides:ideo dicit Imperator exemplo perniciosum eſſe, vt ei ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria debitores conſtituit:vnde neque fiſcum, neque alium quemlibet, ex ſuis ſubnotationibus debiti præbere poſſe oportet.l.exemplo.C.de probat.l.fi.de conueniend.fiſc.debitorib.lib.10. *Scriptura priuata tribus fit modis.*

22 Secundò quis alij facit ſcripturam priuatam,de eo fortè quod recepit:& hæc contra ſcribentem probat.l. publia.in fi.ff.depoſi.& inferius abundantius tractabitur.

23 Tertiò interdum quis ſibi & alij facit ſcripturam: vt eſt liber rationum, de quo ſuperius ſcripſi,& inferius etiam dicetur.

24 Item quia de cognitione ſcripturæ hîc tractabitur, cognoſcere chirographum eſt relegere, & recognoſcere.l.cognoſcere.ff.de fide inſtrument.vbi abundè ſcripſi,*recognoiſtre*. hîc dicimus & iuriſcon.interdum vocat approbare literas.in l.ſi procuratorem. ibi.hoc enim caſu eius approbatis.ff.de procurator. *Cognoſcere ſcripturam quid ſit.*

Aduertendum eſt duo potiſsimè in hoc tractatu eſſe expedienda.Primum,an ſcriptura priuata probet,& quæ,& præſertim hoc in patria iuris ſcripti proderit.Secundum,an & quæ ſcriptura executionem habeat:& hoc erit magno emolumento quoad ordinationem regiam, quam infrà deſcribam.primùm per concluſiones breui elucidabitur,quarum prima eſt.

25 † Chirographum,cedula,ſiue apocha in iudicio recognita plenè probat.l.publia.ff. depoſ.l. cum antiquitas.C.de teſta.ſiue ſit epiſtola,liber rationum,vel alia ſcriptura:l.cùm de indebito.§. fi.ff.de probatio.Alex.conſil.191.viſa ſcriptura.col.1.in 2. vol.Barba.conſil.53.à Ioue.in 3. vol.quia indignum eſt,quod quis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt,vt hoc infirmare valeat.c.per tuas.in fi. de probatio.l.generaliter.C.de non nu.pecu. *Scriptura recognita probat.*

26 Intellige quando expreſsè eam confiteretur:ſecus ſi tacitè,ſcilicet tacendo.Bal.in c.1.col.pe. de fide inſtr.refert Feli.in c.2.col.3. illo tit.hodie in cõtumaciam partis iudex condemnat partem abſentem, ac ſi præſens eſſet,ſaltem ad garniendum in vim illius tacitæ confeſsionis, non tamen prodeſſet contra tertium, ſed tantùm, contra confitentem.Bal.in l.ſcripturas. C.qui potio.in pig. habeant.Alex.in l.2.§.fi.ff.ſi cert.pet.& conſil.25.viſo inſtrumento. col. 2. in 2. volu.quod eſt repetitum. libr.3.conſi.90.Corne.conſi.128.viſis ſcripturis.in 1.vol.vide alias limitationes per Bald. in l.Deo nobis.in 5.not.C.de epiſcop.& cleric.

27 Secunda concluſio, Per recognitionem chirographi probatur etiam debitum adeò quòd confitens chirographum eſſe ſcriptum à ſe,etiam de debito plenam facit fidem authent.qui propter.vbi glo.& docto.C.de non nume,pecu.l.ſcripturas.qui potior in pigno.habeant. *Debitũ confiteri uidentur recognoſcẽs chirographũ.*

28 Tertia cõcluſio,Scriptura probata à teſtibus dicentibus eam eſſe Titij ſcripturã, facta comparatione cũ aliis Titij ſcripturis:ſi conueniat cõparatio cum approbatione teſtiũ,plenè probat. *Teſtiũ probatio cum comparatione probat.*

probatur non hæres, an debeat in expenſis, damnis & intereſſe condemnari: quod non videbatur, poſtquàm non eſt hæres, ſed contrarium eſt verum: quia reus condemnatur in expenſis ratione contumaciæ. l. ſancimus. C. de iud. vbi Iaſ. & alij. Itaque poſtquam fuit contumax, expenſas debet, ſed non nocebit eidem in principali. nam expreſſe hoc dicit iſte tex. ibi, *ſans preiudice des droictz dudict pretendu heritier au principal.* Nam executio non fiet contra iſtum non hæredem, licet ratione contumaciæ expenſas ſoluat.

Practica cõtra heredẽ bona mobilia uẽdentẽ.

4 Quæro, ſi defunctus inſtituat hæredem alibi commorantem, vbi debeat conueniri. Reſpon. vbi defunctus debuit. l. hęres. ff. de iud.

5 † Quid ſi teſtator non reliquit niſi bona mobilia, quæ hæres extraneus vendit, & poſteà creditores iſtum ſequi nõ poterũt, quomodo eis prouidebitur? Reſpon. creditores poterunt petere vt ſiſtantur & areſtentur bona illius defuncti, donec cautionem præſtiterit de iudicio ſiſti, vbi defunctus debuit, & de iudicatum ſoluendo: vt inueni in nouis conſuetud. Bitur. rub. de executio. artic. 14. imò ſi vnus ſit hæres in mobilibus: alter vero in immobilibus, dabitur electio creditoribus, vt alterum conueniant: quamuis ex conſuetudine hæres mobilium debita ſoluere teneatur, condemnabitur tamen hæres immobilium ſalua ſibi actione contra hæredem mobilium: vt iudicatum fuit in hoc Senatu anno 1536. die 2. Auguſti. & in mente curiæ retentum.

Areſtum.

Et ſi l'exploict n'eſt libelle, ſe fera par deux defaulx.

GLOSSA QVARTA.

1 ET ſic requiſita ſuperius artic. proximo requiruntur, & hic antequam iudex poſsit declarare inſtrumentum executorium aduerſus iſtum hęredem in hoc vltimo caſu: ideo ea vide ad intellectum huius finis text.

2 Iſta practica eſt iuri conformis. Nam dicit Bal. in l. per diuerſas. quæſt. 10. C. manda Quod ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum garentigiæ habeat executionem contra hæredem defuncti, oportebit tamen quòd prius citetur hæres, & liquidetur, an ſit hæres, & an talis ſit perſona, contra quam poſsit fieri executio, & debet declarari: vt hic probat Fel. in cap. quia. Gu. col. penul. de iud.

Practica iuri cõformis ut hæres citetur.

3 Idem ſi fieri poſsit executio contra tertium detentorem, vt ſic procedi debeat. teſte Bart. in l. 1. §. neceſſario. ff. ſi ventris nomine mulier in poſſeſsionem miſſa ſit. Bald. in l. 1. in fi. C. de executio. rei iud. vbi ſi lata ſit ſententia contra poſſeſſorem, & quidam tanquam colonus rem detineat à quodam tertio, contra illum non fiet executio, niſi citato eo cuius eſt colonus. per d. §. neceſſario. alia dicam in tracta. de ſenten. executo. his nunc contentus.

Idem artic. LXXII.

Articulus nonus.

Et pourra neantmoins le creancier, ſi bon luy ſemble, faire executer les obligations, ou condemnations contre le maintenu heritier, ſans preallablement faire faire la dicte declaration de la qualité d'heritier, de laquelle ſuffira informer par le proces, ſi elle eſt demenee a la charge des deſpens, dommages, & intereſt, ſi la dicte qualite n'eſt verifiée.

GLOSSA PRIMA.

Executio inſtrumenti obligatorij uel ſententiæ quando ante declarationem fieri poſsit.

1 ADdit hic arti. ad præcedentem, videlicet vt hęres non ſolùm poſsit citari viſurus declarari inſtrumentum executòrium contra eum, verùm etiam ſine declaratione poterit fieri executio in hæredem, vel in aſſertum talem: vt probat iſte text. Et ſic per iſtum text. poteſt executio inſtrumenti obligatòrij ſigillati fieri contra hęredem ante

2 declarationem. † Et idem in ſententia lata contra defunctum, vt exequi poſsit cõtra hęredem per verbum tex. *condemnations*. licet de iure non poſsit fieri executio cõtra hæredes damnati, nec pro hærede victoris, niſi præcedente ſummaria cognitione: vt nominatim ſcribit Ioannes Faber, in l. fin. C. de executio rei iud. per c. quia. Gu. & ibi Innoc. & docto. de iud. ideo præcedens praxis eſt tutior vt aſſerit & bene Ioann. Couſtant. hic. & pro ea conſuluit Barba. conſil. 73. magnanimus. nu. 7. & ſeq. in 4. vol.

Cautela pro hærede in quem executio fit ante declarationem.

3 Vnde quidam durum hunc artic. aſſerunt, dicentes abſurdum eſſe antequàm ſit aliquis hęres declaratus: quòd in eum fiat executio nempe ſi is, qui executionem facit, non eſt ſoluendo, poſtquàm vẽdiderit bona mea, nihil ab eo exigere potero, ſi nihil habeat: ergo executio nõ debet fieri ante declarationem. Ego verò puto hoc non eſſe iniquum. quia ſi capiantur bona Titij hæredis aſſerti, is poterit ſe opponere: & ſi non recipiatur, appellare, & apparitor ceſſabit ab executione: & quamuis ſeruiens capiat aliqua bona, non tamen omnia: & quamuis caperet omnia, non tamen vendentur non audito Titio opponente: qui ſi in oppoſitione neget ſe hęredem, iudex dilationem concedet actori ad probandum illam qualitatem, quam ſi non probauerit, reſtituẽtur ei bona ratione executionis capta: & actor condemnabitur in expenſis, damnis, & intereſſe, & ſic de-

4 bet tolli hoc abſurdum, & nihil vel parum præiudicij aderit. † Si verò ſit hæres, iuſtam tamen exceptionem alleget: & iudex per prouiſionem dicat executorium inſtrumentum, illa bona nõ diſtrahentur, niſi cautione data: vnde poſtea à fideiuſſore, ſi reus nõ ſit ſoluẽdo, exigetur: &

ideo

ideo non inuenio tàm abſurdum, ſicut cæteri putant: imò iuſtè ſtatutum eſt, vt capiantur bona iſtius hæredis obligati, ne fortè pendente proceſſu ea celet, & occultet, ac fortè conſumat. { Hodie tamen rex Henric. 1. iſtum articulum abrogauit, & nullo modo habere locum vult, vt patet in edicto ipſius publicato anno 1549. in menſe Februa. }

Contre le maintenu heritier.

GLOSSA SECVNDA.

1 PRactica igitur §. præcedentis eſt, vt hęres obligati citetur viſurus declarari inſtrumentum contra eum executorium: ſi tamen pars hac praxi non vtatur, poterit recta via executio fieri contra aſſertum hæredem: caueat tamen, quòd ſi is, in quem facta eſt executio, non reperiatur hęres: exequens condemnabitur ad expenſas, damna, & intereſſe executionis factæ, & ad mulctam: vt in artic. ſequent. ideo pręcedens practica tutior eſt.

Praxis notabilis contra hæredes debitoris.

2 Itaque primò fiet executio per ſeruientem: & demum manu munita recipietur hęres opponens, qui apparitor diem aſsignabit, in quo ſi hęres pręrenſus compareat, & dicat ſe hæredem non eſſe, oportet quod creditor probet illum hęredem, antequàm iudex declaret executionem perficiendam, vel executorium inſtrumentum contra illum, & antequàm bona capta vendantur, alioqui grauat hęredem.

3 † Si tamen declaret in aliquo caſu executionem perficiendam eſſe, & bona vendenda: tunc hoc debet fieri cautione data, ne hæres ſit deterioris conditionis, quàm principalis debitor contra l. hęredem. ff. de regulis iuris. Et ne facta executione, & venditis bonis is, qui executionem fecit, forte pecuniam conſumat, & poſteà nulla alia bona habeat ad ſarciendum damna, & expenſas: & ſicut hęres ſi eo petente fieret executio, cauere teneretur; vt ſuprà artic. 3. dictum extitit: ita ſi fiat contra hęredem is, qui executionem proſequitur, cauere illi debet: quia melioris non eſt conditionis is, qui in locum defuncti ſuccedit, quàm defunctus foret, ſi exequeretur tex. in authent. de iureiur. à moriente pręſta. colla. 4. & quod ipſis, qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. l. quod ipſis. ff. de reg. iur. & cùm quis in alicuius locum ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſerit. l. inuitus. §. cùm quis. ibidem.

Cautio danda hæredibus debitoris.

4 Vidi dubitari, ſi duo litigent de hęreditate Titij ſuper interdicto vti poſsidetis, in quo quilibet dicit ſe hęredem eſſe & poſſeſſorem: in quem interim fiet executio? Reſpon. in illum, qui bona defuncti poſsidet, quia eſt hęres cum effectu. l. ſi filiusfa. §. 1. ff. de tributo. actio. vt ſuprà dixi, qui licet ſuccumbat, tamen de hoc non tenetur, quia erat æs alienum, quod in primis eſt detrahendum. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſta.

Si duo litigent ſuper hæreditate in quem fiet executio.

5 Si vero vterque poſsideret bona defuncti, tunc contra vtrunque pro rata tamen parte bonorum, quæ poſsidet, & hæredem ſe dicit. l. 1. C. ſi cert. petat.

6 Si autem neuter poſsideat: ſed res ſit in manu ſequeſtri, ſeu commiſſarij: tunc declarabitur executorium in commiſſarium, ſuper bonis tamen, quæ defunctus habebat: & ita ſeruatur.

7 Quæro pendente lite inter duos de hæreditate, cui ſoluetur? Reſpon. debitor in iudicio debet offerre, & conſignare, & ſoluere ei: qui hæres apparebit; nam quando eſt contentio inter duos ſuper fundo, colonus poteſt dicere ſe vtrique non daturum fructus, offerre tamen ſe daturum illi, qui obtinebit, debet: gloſ. & docto. in l. litibus. in fi. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & Bald. in l. Lucius. ff. famil. erciſc.

Duobus contendentibus cui interim fiet ſolutio.

8 Facit quòd Cardi. Alex. not. in c. 1. col. 9. quo tempore miles inueſtitur, petere debeat ſcribit, quòd ſi duo domini contendunt de Baronia, vaſallus poteſt differre poſt annum inueſtituram, dummodò intra annum offerat, ſe velle inueſtituram recipere ab eo, qui eſt verus dominus, & proteſtetur quòd per eum non ſtat. facit quod pulchrè etiam decidit D. Boer. in deciſ. Burdeg. q. 106. inter duos. vbi idem dicit in emphiteota, & alijs debentibus redditus: quod eſt notandum.

Dominis litigantibus cui homagium fieri debeat.

A la charge des deſpens, dommages, & intereſtz, ſi la dicte qualité n'eſt viriſiée.

GLOSSA TERTIA.

1 ET ſic vult dicere text. quòd ſi creditor non probet illum hæredem eſſe, in quem facta eſt executio, condemnabitur in expenſis, damnis, & intereſſe prouenientibus ex illa captione bonorum indebitè facta per ſeruientem, quod eſt notandum: quia aliquando iſta plus aſcendent, quàm debitum principale.

Si non probetur hæres, fit executio contra exequentem.

2 Sed non dicitur hic, in quo proceſſu debeat probari hæc hæredis qualitas an in principali, vel an in prouiſione: ſed ſimpliciter dicit text. *de la qualité de l'heritier, de laquelle ſouffira informer par le proces.* Reſpon. intelligi debere de primo proceſſu. arg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſig. vbi plenè ſcripſi: quia iudex non debet condemnare aliquem tanquam hæredem, ſi non ſit: ideo in prima oppoſitione ſi reus neget ſe hæredem, tenebitur actor hoc probare antè quàm declaretur inſtrumentum cõtra illum executorium, vel executionem perficiendam: alioqui grande præiudicium pararetur debitori prætenſo: vt ſuperius dictum extitit.

Hæres quomodo probetur.

3 Quomodo probatur quis hæres? Reſponde per teſtamentum, in quo eſt inſtitutus, vel per teſtes in teſtamēto deſcriptos: in quo fuit nominatus hæres à teſtatore, iuxta l. iubemus. C. de teſta.

Item ſi geſſerit ſe pro hærede. l. pro hærede. ff. de acquir. hæred.

Vel ſi probetur quòd adierit hæreditatē: quia tunc cum debitoribus quaſi contrahere videtur. l. apud. §. fi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. & §. hæres. de obliga. quæ ex cauſ. contract. naſcun. in inſtit.

Item ſi dicat illum hæredem ab inteſtato: id eſt ſucceſſorem, debet probare illum conſanguineum proximum, & bona illi delata poſsidere, vt patet per tot. titul. ff. de ſuis & legit. hæred. & aliis legitimis modis, quos ſcripſi in gl. vlt. rub. de nominatio. regia. in concord.

Idem artic. LXXIII.

Articulus decimus.

Et auſsi d'vne amende enuers nous & la partie, que nous voulons eſtre impoſée par la calumnie des demandeurs en matiere d'execution s'ilz ſuccumbent, comme auſsi contre les obligez, qui n'ont fourni calumnieuſement, & ſans cauſe au contenu de leur obligation dedans le temps ſur ce par eulx promis & accordé.

GLOSSA PRIMA.

1 IS qui executionem fecit contra hæredem aſſertum, ſi non probet illum hæredem eſſe, debet condemnari ad expenſas, damna, & intereſſe: vt in articu. præcecedenti dictum extitit: hìc verò addit quòd etiam ad mulctam, quam emendam dicimus, condemnetur.

Emenda quando non taxatur, arbitraria eſt.

2 Quæret aliquis, ad quam emendam condemnari debet? Reſpon. arbitraria eſt poſtquàm non exprimit, quam velit imponi. per text. in l. 1. ff. de effracto. non potuit hanc emendam taxare, ſed pro calumnia cuiuſcunque imponi debet.

3 Et hìc calumnia ponitur pro malitia & tergiuerſatione: quam litigantes quidam adhibere ſolent in cauſsis: quamuis calumniari propriè ſit falſa crimina intendere. text. in l. 1. ff. ad Turpilia. & gl. in proœ. inſtitu.

Calumniari etiam dicitur, qui facit actum à iure prohibitum. Bal. & Alex. in l. ſi idem. §. quod ſi mutue. ff. de iuriſ. omniū iud. ſcripſi in l. ſi calumnietur. ff. de ver. ſig. {Aliâs incipit, Si caluitur.}

Euidens calumnia quæ dicatur & præſumpta.

4 In euidenti calumnia dicitur eſſe, qui facit contra formam iuris, vel ſtatuti, ſeu conſuetudinis, aut contra euidentiā facti. Bar. conſi. 64. ſuper puncto, quem refert Purpura. in q. 4. rub. de acceſſor. nu. 123. {Et euidens calumnia dicitur illa, quæ apparet ex actis, vel legitimis præſumptionibus. l. licet. ff. de lega. 1. Bar. in l. fi. ff. de public. iud. docui in d. l. ſi caluitur.}

5 Præſumpta eſt, quæ ex aliquibus colligitur coniecturis, quæ tollitur per oblationem probationum in promptu, teſte Panor. in c. ſuper eo. in fi. de offi. dele. Abundè ſcripſi de dolo vero & præſumptò in l. latæ culpæ. ff. de verb. ſigni.

Calumnia quomodo probetur, & excuſetur.

6 Ex prædictis ergo patet calumniam probari actoris, ſi non probauerit illum hæredem, in quem executionem fecit: & ideo ſuccumbet, iſta vult dicere tex. in fi. ibi, *s'ilz ſuccumbent.*

7 † Niſi excuſetur, quia erat creditoris hæres, & oſtendit inſtrumentum obligatorium, ſed erat ſolutum prædeceſſori, & reus ſolutionis inſtrumentum apud ſe habebat: tunc qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam ignorantiam habere cenſentur. l. qui in alterius. ff. de re. iur.

8 † Idem ſi teſtes ſunt mortui, quibus probare poterat illum hæredem eſſe. gloſ. ſingu. in c. 1. in fi. de electio. in 6.

9 Excuſabitur à calumnia aliis etiam modis, vt pote ſi agatur de facto alieno, vbi ignorantia eſt tolerabilis. l. fi. ff. pro ſuo.

Procurator an ſuccumbens in executione ad mulctam teneatur.

10 Vnde procurator ſi hanc executionem fecerit, non condemnabitur ad mulctam, ſi error interuenerit: nec dominus eius excuſatur, ſed ad expenſas, damna, & intereſſe tenebitur, ſi iſtam executionem fieri mandauerit.

11 Intelligerem, quòd ſi reus ſuccumberet pro parte, quod non tenetur ad mulctam: quia non cenſetur calumniari, niſi in totum ſuccumbat. per not. in cap. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſta. vnde ſi probauerit eum hæredem pro parte, licet executio fuerit ad totum debitum facta, excuſari vidi à calumnia: niſi appareret ex ſua confeſsione, vel aliâs, quod ſi ſciebat alium hæredem, & tunc ad expenſas, damna, & intereſſe tenetur, non verò ad mulctam, ſi de calumnia non appareat.

Comme auſsi contre les obligez qui n'ont fourny calumnieuſement, & ſans cauſe au contenu de leur obligation &c.

GLOSSA SECVNDA.

1 QVemadmodum igitur mulctari creditor debet, qui indebitè executionem contra prætenſum hæredem facit, ſi non probetur hæres ita & debitor, qui non ſoluit tempore præſtituto ſine cauſſa, die fortè in obligatorio inſtrumento deſcripto: ſed requiritur calumnia antequam debitor ad mulctam condemnari poſsit: & de hac mulcta debitoris non ſoluentis loquitur art. 95. in ordina. no. public. anno 1539.

2 Et

2 Et calumnia preſumitur,& probatur,quando ſine cauſſa debitor non ſoluit : vt hîc patet, & re ipſa:vt dicitur in l.ſi quis aliter.ff.de ver.obl.ergo ſi per bellum non licuit,aut peſtem,aliámue cauſſam calumnioſè non cenſetur facere:& ſic non condemnabitur ad mulctam. *Calumniari an præſumatur debitor non ſoluens tēpore præſtituto.*

Item non dicitur debitor calumnioſè facere, ſi cùm non haberet pecuniam, nec aliam rem mobilem, offerat rem immobilem meliorem, vel plures res in creditoris electione relinquens, quam capere velit in ſolutum:tunc iudex hoc arbitrari debet cautione euictionis data : vt probat tex.in §.quod autem.in authen.de fideiuſſor.collat.1.& in authent.hoc niſi.de ſolutio.doct.in l.2. §.1.ff.cert.peta.

Vide articulos ſequentes,de calumnia loquentes.

3 Si calumnioſè quis propoſuerit recuſationem contra iudicem:pro quolibet facto,& articulo recuſationis propoſito in curiis ſupremis,condemnatur proponens in viginti libris, in curiis verò inferioribus in decem.artic.14.in ordina.nouiſsimis.& in artic.39.ex edicto Regis hodie ad ſexaginta libras turonenſes,& ad expenſas, damna & intereſſe condemnatur. quod fuit dictum anno 1545.die 1.Aprilis,ante Paſcha. *Calumnioſè recuſans punitur.* *Areſtum.*

4 Item punitur pars denegans factum ſuper quo interrogatur,pro quolibet facto ad decem libras,ſi calumnioſè denegauerit.

5 Item arti.ſeq.punitur eadem pœna,qui calumnioſè factum propoſuit,& arti.ſeq. qui proponit factum reprobatorium contra teſtem,pro quolibet facto in curiis ſupremis propoſito ad viginti libras:cuius dimidia pars fiſco applicatur,& parti altera,& in curiis inferioribus in dimidia, id eſt ad decem libras,& arti.80.opponentes proclamantibus,ſi ſuccumbant, condemnari debent ad emēdam ſexaginta librarum, in curiis ſupremis,in inferioribus in viginti libris Regi applicandis,& aliis 20.applicandis partibus.& idem art.88. quod omnis temerè litigans condemnari debet ad expenſas,dāna & intereſſe ratione calūnię prouenientis.& art.100.dicitur quod ſi pars calumnioſè affirmauerit condemnatum maiores fructus recepiſſe,quàm pars confeſſa fuerit, condemnabitur ad emendam.& arti.92.qui impetrauerit literas ad articulandum facta noua calumnioſè,condemnabitur in curiis ſupremis ad ſexaginta libras : in curiis autem inferioribus ad viginti libras Regi, & ad decem libras parti.de hac calumnia vide quæ plenè ſcripſi in l. ſi calumnietur.ff.de verbo.ſignif. *Caſus de calūnia loquētes in ordinatio.*

Idem *artic.* LXXIIII.

Que toutes executions où y a commandement de payer,ne ſera beſoing pour la validité de l'exploict de criees ou autre ſayſie & main miſe de perſonne, ou de biens faire perquiſition de biens meubles, mais ſuffira du dict commandement deuëment faict à perſonne ou à domicile. Articulus vndecimus.

GLOSSA PRIMA.

1 IN omni executione quę ſiue in vim inſtrumenti obligatorij,ſiue literarum de debitis,ſiue in vim ſententię prouiſionalis, rei iudicatę, vel alterius executionis fit, oportet in primis per iſtum tex.quòd apparitor pręcipiat debitori,vt ſummam debitam,vel aliam quantitatem ſeu rem creditori perſoluat : quòd ſi non faciat, tunc ſeruiens res mobiles debitoris capiet,eiq́ue diem ad vendendum illas conſtituet:vel ſi agatur de quantitate:vt de tritico,vino, vel aliis rebus debitis : tunc poſt pręceptum debitori factum res illę debitę,ſi inueniantur,capientur:vel alię res mobiles,vt ſuprà dictum extitit art.1.& dies conſtituetur coram iudice,ad æſtimandum illam quantitatem vini,aut frumēti debitam,per probos viros, cęterùm ſi ſe opponat debitor,vel appellet,venditio differtur donec oppoſitio fuerit à iudice deciſa,vel appellatio.ſed res remanebunt captæ in manibus commiſſarij teſte Imbert.in inſtitut.Forenſ.in 1.parte,pagi.19.& non inuentis mobilibus,nuncius capit,ſiue ſayſit immobilia:quod ſayſimentum parti intimat,& diem præſtituit ad locum publicum,vbi res immobiles licitantur pro more, ſed alio nunc iure vtimur,vt infra dicam. Si tamen pars dixerit ſe non habere pecuniam, non debet pars adire officialem, qui præcipiat iſti ſub pœna excommunicationis, vt ſoluat : ſed prius fiet diſcuſsio immobilium, aliàs malè iudicatum ſenatus pronunciauit, anno 1528.die 7. Maij.contra quendam nuncium Niuernen.qui ſic fecerat. *Praxis in rebus debitis uel pecunia exequēdi.* *Areſtum.*

Item ſi aliqua bona ſpecialiter ſint obligata, illa prius capi debent, quàm alia:alioqui executio iniuſta dicetur per nota.in l.æde.C.locat.

Ne ſera beſoing pour la validité de l'exploict de criees ou aultre ſayſie & main miſe.

GLOSSA SECVNDA.

1 DIfferentia videtur fieri hîc inter *main miſe, & ſayſie*, vnum tamen pro altero frequentius ponitur. & dicitur hîc declaratiuè *main miſe par ſayſie:* quia dum apponitur manus regia ſuper aliqua re, ſayſitur : & promiſcuè his vtimur vocabulis: & ſic quoad executionem non requiritur diſcuſsio bonorum debitoris:ſed capi poſ-

ſunt bona debitoris mobilia, vel immobilia ſayſiri, & poſteà plus offerenti dari.

Non ſe opponës proclamationibus quando ius ſuum amittat.

2 Quid ſi quis nō ſe opponat iſtis proclamationibus factis per ciuitatem de his bonis captis? Reſp. perdit debitum, etiam ius hypothecæ amiſiſſe videtur. l. ſi eo tempore. C. de remiſsio. pig. reſtituetur tamen ſi abſens fuerit ex iuſta cauſſa. per d. l. ſi eo tempore. ibi, preſentes, & minor, ac eccleſia. vt abundè ſcribit Boer. in deciſio. Burdeg. q. 112. an tempus. & q. 241. ſed quid. vbi plura allegat areſta. ibi vide. & gl. in §. præterea. 1. de prohib. feudi alienat. per Feder. Bal. & alios. in l. fi. C. de in integr. reſtitu.

Fiſcus ſuccedens ex confiſcatione ad quæ debita teneatur.

3 Etiam fiſcus ſuccedit cum onere, quamuis bona vacantia accipiat, per l. quidam. §. quoties. ff. de legat. 1. & l. in facto. §. fiſcus. de condit. & demonſtrat. l. 2. C. ad legem Iuliam. de vi publica. licet quidam contra teneant, quibus reſpondeo in l. hæredis. 2. ff. de verbo. ſigni.

Dominus directus cenſum non perdit ex confiſcatione.

4 Itaque dominus directus, quem fondiarium vocant, non perdit cenſum ſuum ſed redditus, & reliqua ſic, vt dicunt quidam de conſuetudine, qua dicitur, *le ſeigneur foncier ne pert ſon cens, dict chef de cens: ou capital, ou menu cens: mais la rente qui regarde l'ediſice eſt perdue.* doctor. in l. 1. & 2. C. de iure emphit. l. habere ff. de euictio. {Dixi in trac. de præconiis in 2. Tomo.}

5 Imò ſi maritus & vxor debeant decem: & quilibet fuerit obligatus inſolidum, ſi publicentur bona, ob delictum vnius, contra alterum executio inſolidum fieri poterit ratione obligationis inſolidum, maximè quia vno ceſſante, alter tenetur. argu. §. affinitatis. de nupt. in inſtit. l. Stichum. ff. de ſolutio. & Dec. in l. vna. C. de plus petitio.

De perſonne ou de biens.

GLOSSA TERTIA.

Capi quãdo debitor poſſit & detineri pro debito.

ET ſic innuit hic tex. quòd ſi perſona capta ſit, vel bona, non diſputabitur de validitate: & ſic perſona capi pro debito poteſt, quod eſt verum, quando debitor erat obligatus in perſonam, aliàs capi non poſſet per gloſ. ſing. in l. 3. §. tutores. in verbo, vinculis. ff. de ſuſpect. tuto. quam ſingularẽ dicit Bald. in Margarita: in verbo, carceratus. quæſt. 10. & in verbo finis. quæſt. 43. & in tractat. de carcerib. fol. 2. Alex. & Iaſ. in l. à Diuo pio. §. in venditione. col. 2. de re iudi. ff. & Iaſ. in §. 1. nu. 50. inſtit. de actio. Socian tract. de cita. arti. 20. quæſt. 24. pro hoc eſt etiam tex. in l. nemo. C. de exacto. tribut. lib. 10. Alex. uot. in conſi. 159. circa. in fi. vol. 2. & habetur in ſtylo parlamenti in rub. de oblig. & ſolutio. {Et hoc cautum fuit lege Papiria ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur, pecuniæ debitæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet, ita nexi ſoluti, cautúmque in poſterum ne necterentur, teſte Liuio ab vbr. condita.}

2 Etiam de conſuetudine regni non capitur perſona bonis non diſcuſsis: ſi non ſit obligatum corpus debitoris, alioqui ſic. teſte Ioanne Farb. in §. pen. in fi. de iure perſo. & in §. fi. col. pen. de actio. ſequitur Chaſſa. in conſu. Burgund. rub. *des rentes.* §. 3. nu. 9. & Pyrrhus in conſue. Aurelianen. rub. de executio. facit tex. in c. ex reſcripto. & ibi Ioan. Andr. de iureiur. & quod not. Bart. in l. alia. §. 1. col. 2. ff. ſolu. mat. & in l. Titio centum. §. Titio genero. de condit. & demonſtra.

3 Imò non ſolùm eſt neceſſaria ad perſonæ prehenſionem excuſsio bonorum debitoris, ſed etiam fideiuſſoris eius: cùm facultates quoad effectum ſolutionis cenſeantur aggregatæ bonis debitoris. l. ſi plures. ff. de fideiuſſorib. quem not. Hippol. ſing. 3. ad hoc &c. Et quamuis olim multi dubitarent an perſona capi poſsit, quando quis eſt in ea obligatus, antequàm bona diſcuſſa ſint: tamen videmus hic diſcuſsionem non eſſe neceſſariam: vt etiam conſuluit Panor. conſil. 42. in quæſt. in 2. volu. ratione conuentionis, quæ valet: nam ſicut poteſt quis in multis caſibus detineri in carcere pro debito, donec ſatisfecerit. l. 1. C. qui bonis cede. poſſunt. l. cum eo. vbi Albe. ff. ad legem Iuliam peculat. & per pactum hoc fieri poterit. Angel. expreſsim in d. l. nemo. Bar. & alij

Reprobata conſuetudo capiẽdi propria authoritate. Areſtum.

4 in d. l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. † Tamen anno 1528. die 15. Decemb. in hoc Senatu fuit reprobata conſuetudo ciuitatis Sueſsion. per quam propria authoritate licebat capere debitores extraneos, & ad carceres ducere, cauſſa fortè maioris ſcandali & tumultus vitandi: ſed hoc licebit per iudicem.

Praxis contra obligatum ad corpus.

5 Hodie fit præceptum obligato de ſoluendo: qui ſi non ſoluat, & obligatum ſit corpus, capitur etiam ſine alia bonorum diſcuſsione, & ad carceres ducitur. & ſi ſit clericus debitor, ad carceres iudicis eccleſiaſtici trahetur: ſi laicus ad carceres iudicis laici: & ita ſeruari vidi in practica, maximè hoc ſeruant curiæ parui ſigilli, & conuentionum Nemauſi.

6 Item quia hæc obligatio facta de perſona & bonis eſt facta in fauorẽ creditoris, ob id eodem fauore vti ſibi licet. l. quod fauore. C. de legib. Boer. in repetit. l. conſentaneum. in 5. & 6. concluſ.

Excommunicari debet pro debito habens bona ante diſcuſsionem. Areſtum.

7 C. quomodo & quando iudex. Guido Papæ ſing. 105. ſi aliquis. † Imò ex conſuetud. Franciæ quamdiu obligatus habet bona, non poteſt excommunicari: quia anima non eſt obligata, & ſi excommunicetur, abſoluetur ſumptibus creditoris. ita vidi obſeruari in curiis Franciæ. & die 3. Maij anno 1537. fuit dictum, malè iudicatum per bailliuum Carnotenſem, qui permiſerat vti cenſuris, non facta diſcuſsione bonorum {Aliud arreſtum ſcribitur in ſtilo parla. arreſto 404.} licet Bal. contrarium teneat in c. dilectis. de appel. tamen ſecundum ordinationes patriæ Occitanæ ante bonorum diſcuſsionem poteſt quis excommunicari. diuerſum eſt in hac conſuetudinaria patria. Et

tiã. {Et ſi quis fuerit excommunicatus, adhuc poterunt capi eius bona per iudicem ſecularem: quia excommunicatio non eſt ſolutio.& ita conſuluit Guido Papæ conſil.99. Ioannes Boreli.}

8 Vel ſi bona capta fuerint, adhuc perſona capi poterit, vt eſt in ordinatio.linguæ Occitanæ. arti.45.& executio fuit pronunciata iuſta in hoc Senatu, in qua & perſona, & bona capta erant. anno 1537.die 10.Aprilis, quando perſona & bona erant ſimul obligata, alioqui non: vt dictum fuit ſuperius.

Bonis captis an perſona capi etia poſsit.
Areſtum.

9 Sed communis practica eſt, vt quando clericus vel alius non habet immobilia, quòd iudex ſecularis permittat cenſuris vti contra illum debitorem,& quòd poſsit excommunicari, facta certioratione iudici ſeculari debitorem nihil habere, quod ſeruiẽs referet. Ego vidi areſtum, quo permiſſum fuit vti cẽſuris: quamuis clericus declaraſſet ſe habere immobilia: ſed interrogatus vbi eſſent, non declarauerat, anno 1534.die 6.Iulij, quia de his quæ non ſunt, & non apparent, idem eſt iudicium.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.

Vti cenſuris permittitur contra clericum haĕtem immobilis.
Areſtum.

10 Item debitor ob debitum carceratus, non liberatur à carceribus, licet velit dare fideiuſſores idoneos, ſed debet præcisè ſoluere.glo.ſing.in l.vlt.in glo.fi.ff.ſi cert.pet.per l. 4. §. ait prætor. de re iudi.ne obligationes oriantur ex obligationibus, vt ibi.

11 Niſi fuiſſet carceri mãcipatus propter timorem fugæ, tunc fideiuſſoribus datis erit relaxandus à carceribus, iuxta l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſdare cogant.Bald.in margar.in verbo debitor. q.25.vide Dec.conſil.73.præſtantiſsime.& 75.& pro tenui.

In carceribus detentus an liberetur dando fideiuſſores.

12 Amplia hunc text.vt quando debitor ſic obligatus prius fuerit captus, bona etiam illius capi de iure poſſunt.teſte Bar.in l.conſentaneum.col.5.verſ.venio,& aſſumo.C.quomodo & quando iudex.per tex.in c.fi.§.vlt.vt lite non conteſtata.idem tenent Bal. & Pau. in l. qui legati. C. vt in poſſ.legato.& in l.1.in fi.vbi Iaſ.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp.l.ignorate.in fi.C.de reſtitutio.& l.fi.ff.ſi cer.pet.& in l.inter eos.§.creditum.ff.de ſolutio.tum quia carcer non ſoluit debitum.Bal. in c.dilectis filiis.col.2. de appel. per illum tex. tum etiam quia illa remedia ad vnum finem tendunt, videlicet ad ſolutionem: ergo permiſſa cenſetur, teſte Bar.in l.edita actio. C. de edend. vbi concludit duo remedia ad vnum finem tendentia poſſe cumulari, poſt Dinum in reg.nullus pluribus.de regu.iur.in 6.& in conſuetud.Bitur.nouis arti. 17. rubr. de executio. & hæc ſequuntur communiter doct.in d.l.edita.{Vnde dicit Vlpia.in l.item.6. in fi.ff.quibus mod.pig.vel hypothe. ſoluit: his verbis, in ſatiſdatione autem non vtimur Attilicini ſententia, qui putabat, ſi ſatiſdetur alicui certę pecuniæ, recedere eum à pignoribus debere.}

Bona an capi poſſint, ſi perſona detinetur.

13 Ideo ſolent ponere notarij in inſtrumento, vno remedio per aliud non ceſſante. de quo per Boer.in repetitio.l.conſentaneum.C.quomod.& quando iudex.quæſt.5. in fin.& ſic patet quòd non debet perſona capi non diſcuſsis bonis, quando corpus debitoris obligatum non eſt: quia prehenſio & captura eſt remedium ſubſidiarium, ad quod peruenietur tunc demum, quando aliud remedium non competit. §. quod autem. in authent. de fideiuſſor. colla. 1. Roma. ſic firmat.conſil.241.ſpectabilib.col.2.& Alex.conſi.159.circa.in fi.vol. 2. Patruus meus in l. nemo. de exact.tributo.libr.10.Feli.in c.quod ad conſultationem.col.7.de re iud. Boer. in §. 13. de iuriſd.

Clauſula in inſtrumẽtis contra debitores ponenda.

14 omnium iud.in conſuetu.Bituri.& in ſtylo parlamenti.rubr.de obliga.& ſolutio. † Vbi ſic ſtatutum eſt, Nõ detinebuntur aliqui pro debito, niſi ſint ſpecialiter obligati ad hoc &c. Et ſic eſt primus caſus, in quo pro debito quis carceribus detineri poteſt, quando eſſet expreſsè ab hoc obligatus: vt ſuperius dixi, maximè in curiis rigoroſis, vt in curia parui ſigilli Montiſpeſſulani, & conuentionum Nemauſi.

Statutũ ut nullus pro debito detineatur.

15 Vnde fuit latum areſtum per quod clericus obligatus ad perſonam, fuit remiſſus ad carceres iudicis eccleſiaſtici, donec ſoluiſſet: cognitio tamẽ ſuper verificatione literarum regiarum ſuper reſciſione contractus fuit remiſſa ad Præpoſitum Pariſi.anno 1544.die 14.Februar.in audientia cauſſarum criminalium quam vulgus Tornelam vocat.{Tamen anno 1331.in menſe Iulio fuit condemnatus prępoſitus Danchiæ, vt remitteret Ioan. Greiſillon clericum captum ab epiſcopo Sueſſionen. ad eundem, licet præpoſitus diceret illum clericum fregiſſe carcerem præpoſiti, ob id ipſe præpoſitus acceperat clericum in carcere epiſcopi, quod non erat licitum: nam propter carceris effractionem, non priuatur clericus clericali priuilegio, vt not.in c.cum non ab homine. de iud.& ſpoliatus erat epiſcopus,& ſic reſtituendus c.in literis.& per totum de reſti. ſpolia.}

Clerici literæ coram iudice ſeculari verificantur, ipſe tamen in carceribus detinetur epiſcopi.
Areſtum.

16 Secundus quando quis promiſiſſet in licitatione,& vt dicunt, *En derniere enchere*, tunc carceri mancipari poterit pro ſolutione pecuniæ ibi promiſſę, etiam ſi alio non ſit obligatus modo: vt fuit pronunciatum anno 1519.die 23.Ianuar.nempe is qui ſic promittit, ſtultè agit, & quaſi ridet iudicem,& alios volentes illam rem emere, ob id puniri debet, vt ſtatim ſoluere cogatur: ideo ad iſtam auctionem & licitationem non admittitur quis, niſi pecuniam pręſentem det, etiam ſi vellet conſtituere redditus: & ſic fuit dictum & præceptum factum commiſſariis ne aliquos recipiant licitatores, niſi pecuniam præſentem darent anno 1536.die 19.Martij. nam cui data eſt poteſtas vendendi, non eſt data poteſtas habendi fidem de pretio, & ſic ſolutionem expectandi: vt doc.ſcribunt in l.ſingularia.ff.ſi certum petat.

Areſtum.
Areſtum.

17 Tertius caſus eſt in ſuſpecto de fuga.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.cred.Iaſ.in §.1.de actio.in inſtitu.& docto.in c.1.de iudic.& ſuperius ſcripſi, artic.ſexto.

18 Quartus ratione priuilegij, vel ſtatuti: vt in Montepeſſulano poteſt forenſis capi, etiam ſi non ſit perſonaliter obligatus, vt ſuperius ſcripſi.idem eſt in debitis ex cauſſa nundinarum Lugduneo.

Cõſeruator nũdinarum in quibus tu

riſdictionē habeat.

dunen.nam debitor etiam capi poterit,ſi non ſoluat,ac ſi eſſet perſonaliter obligatus, & hoc ex priuilegio nundinarum, quod in tribus caſibus exerceri in praxi ſolet, primo quando debitum eſt pro facto nundinarum: & quando creditor & debitor ſunt mercatores frequentes in nundinis,&(vt dicunt)*marchans frequentans les foyres*:& ſi ſolutio ſit deſtinata ad nundinas, his concurrentibus dicunt conſeruatorem nundinarum cognoſcere poſſe,non aliàs (facit glo.in l.1.C.de instito.actio.) de hac materia tractant doctor.in titulo ff.& C. de nundinis,per totum.idem in aliis nundinis ſic priuilegiatis.

Pro debito publico capi quis poteſt.

19 Quintus caſus eſt,pro debito publico quis capi poteſt per lex.& ibi Rebuf.& Ioan.de Plate.in l.nemo.C.de exactor.tributo.libr.10.(§.publicorum.in auten.de manda.princip. colla. 3.) & ideo pro collectis & impoſitionibus capi debitores ſolent, quod priuilegium non habebit conductor,ſeu vt dicunt, firmarius fiſci: quia ex mutatione perſonæ mutatur conditio rei. Bar.in l. per procuratorem.ff.de acqui.hæred. hoc expreſsim docet Guido Papæ in deciſ. Delphinal. q. 208.iuxta materiam.Solet tamen Rex hoc concedere ſuis firmariis, vt etiam per perſonæ apprehenſionem compelli poſsint debitores fiſcales & quod conductores aliis fiſci priuilegiis contra debitores vti poſsint.& ita ſolet fieri in hac patria:& ita exercetur in curia generalium iuſtitię.facit.l.hi qui.C.de conuenien.fiſc.debito.& Franci.Marc.in deciſ.ſuis q.199.in 2.parte.

Recommendari captus an poſsit pro debito.

20 Sextus ſi is,qui non eſt obligatus in perſona, in carceribus alia ex cauſſa fuerit, poterit ibi recommendari ex cauſſa authoritate iudicis pro alio debito.teſte Bart.in l.fi.ff.ad legem Iul.pecu. alibi addidi quando hoc fieri poſsit in l.fi.ff.quod metus cauſſa.

21 Septimus quando eſt cuſtos bonorum authoritate curiæ, & iudicis, quem depoſitarium iuſtitię vocat Bal.in l.acceptam.C.de vſur.& ſuperius dictum extitit.

Vendens publice bona per carceres cogi poteſt ut pretium uel rē reddat.

22 Octauus qui vendunt bona publicè,ſi aſſueti ſint retinere illa, poſſunt in carceres detrudi, ſi illa bona à partibus recepta adhuc non vendita non reſtituant,vel ſi vendita ſint, pretium habitum non reddant:vt eſt in conſue. Bitur. in rub.de executio.artic.31. in no. quod eſt iuri conſentaneum.vt l.1.ff.de æſtimato.actio. vbi doct.Et in l.ſi tibi rem.& l.ſi gratuitam.in fi. ff. de præſcrip.verb.

23 Vltimus caſus,quando appareret notoriè debitorem non eſſe ſoluendo, tunc non facta diſcuſsione bonorum capi poterit.l.1.C.de capien.fiſci.debit.lib.11.vbi docto.per gloſ.ſing.in l.fi. ff. de reb.cre.requiritur tamē quædam declaratio,& iudicis permiſsio in hoc caſu,teſte Rom.conſi. 163.Conſtituto.& conſi.241.col.2.vide Petr.Iaco.in ſua pract.in rub.de ceſsio.bono. in fi.Et hoc ſeruatur in Francia:vt quædā adhibeatur diſcutio ſummaria:quia de hoc notorio oportet quod conſtet.cle.appellanti.de appel.& quòd iudex hoc permittat.

Reo capto fideiuſſor capi etiā poterit.

24 Item quando reus, & fideiuſſor ſunt ad corpus obligati, & renunciatio facta eſt.authent. præſente.C.de fideiuſ.ſi reus ſit captus, etiam fideiuſſor capi poterit:nec captura rei liberat fideiuſſorem,vel econtrario:ſed ſolutio ſic.Bal.in c.contingit.col.5.de dolo.per l.hæres.à debitore.§. quod ſi ſtipulator.vbi Bart.ff.de fideiuſſo.doct.in l.creditor in 2.ff.ſi cer.pet.Imò ſi fideiuſſor ab illa prehenſione appellaret,non iuuaretur reus quominus interim caperetur.per gl.in l.creditor. in principio.ff.manda.

25 Et iſta prehenſio poterit fieri non ſtatim, ſed poſt vnius prehenſionem ſeu capturam, alter capi poterit.teſte Ange.in l.nemo.col.2.C.de exacto.tributo.lib.10.Quem refert & ſequitur Hippol.in rubr. de fideiuſſo.q.penul.

Executio fieri quādo poſsit in fideiuſſorem,ſi facta ſit in principalem.

26 Imò etiam pendente lite contra reum principalem non impediunt executio contra fideiuſſorem,& contra vt aſſerit.Alex.in ad itio.ad Bart.in l.creditor.§.quod ſi ſtipulator. ff.manda. & Bal.in l.fi.C.de fideiuſſor.

27 Fallit quando per primam executionem eſſet plenè ſatiſfactum creditori.Angel.in l.qui reſtituere.col.2.ff.de rei vend.requiritur tamen quòd actualiter ſit ſatiſfactum.Iaſ.in d.l.1.ff. ſi quis ius dicen.non obtemper.

28 Secundò fallit quando conſuetudo, vel ſtylus curiarum eſſet in contrarium: is enim tunc eſſet ſeruandus.c.ex literis.de conſtitut.c.fi.de conſuetud.

29 Tertiò non procedit,quando conuentio eſſet in contrarium.Nam pacta ſeruari debent:vt præcipitur in l.iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pact.

30 Quartò quando primus captus ſoluiſſet,tunc alius non capitur: quia debitore ſoluente fideiuſſor eſt liberatus,vel econtrario,quoad primum creditorem.l.ſi familia.& ibi docto.ff.de iuriſd.omnium iud.& ſuperius dictum extitit, quòd bona fides non patitur:vt bis debitum exigatur.vt in l.bona fides.ff.depoſ.& eſt regula iuris.

Cancellatione pendente in carceribus detinetur perſona in perſonam obligata.

31 Quintò quando quis ageret ad reciſionem contractus, ſeu obligatorij inſtrumenti:tūc non fiet executio pendente cancellationis iudicio.Bertrand.conſi.43.Etiam in primo vol. ſecundum nouam impreſsionem:contrarium tamen eſt verum, & obſeruatum:Aliàs ſemper pars ageret ad cancellationem inſtrumenti,vel ſcedulæ. nam ſicut quando allegatur inſtrumentum falſum condemnabitur debitor interim pendente falſi quæſtione ad garniendum per modum prouiſionis. l.2.C.ad legem Cornel.de falſ.ita & pendente cancellatione:vt ſuperius dictum extitit.artic.1. & 2. tamen ſi expreſsè inhibitiones fuerint à iudice, ne pendente cancellationis cauſſa debitor caperetur,his inhibitionibus obediendum eſſet,donec aliter prouideatur, vel opponere ſe pars poterit,& ſi oppoſitio non recipiatur,appellare.(Hodię tamen fideiuſſores non tenentur ad garniendum ante

dum ante

dum ante dicuſsionem principalis,vt iudicauit Senatus anno 1533.die 16.Martij,etiam ſi tanquam principalis obligatus eſſet. anno 1534. die 7. Maij,niſi renunciatum eſſet authen. præſente. C. de fideiuſſor.}

32 Vltimò de iure nulla honeſta mulier pro debito prehendi poteſt, nec capta detineri, etiam ſi perſonaliter fuerit obligata.per text.in authen.ſed hodie.C.de offic.diuerſo.iud. Iaſ. in l.pleriqueff.de in ius vocan.& ibi Soci.ac Dec.in l.fœminę. ff. de reg.iur. & ſic extat areſtum in ſtylo parlament.areſto 171.item anno domini &c. *Mulier an pro debito capi poſsit. Areſtum.*

33 Excipiunt quidam debita nundinarum Campaniæ, pro quibus ſi mulier ſuo nomine obligata fuerit in perſona capi poterit:vt eſt in magno conſue.rub.*de l'execution des lettres* lib.2.fortius pro debito fiſcali, nec ſeruatur illa authen. ſed nouo iure. in hoc.& pro adminiſtratione tutelæ Bar.in l.ſi quis ſub conditione.num.18.ff.de teſta.tut.doct.in authen.matri & auiæ.C.quãdo mulier tutel.offi.fungi debeat.etiam pro emenda ex quocunque delicto deſcendente.Boer. in deciſio.Burdeg.quæſt.349. quæritur an ciuiliter.nec in his iuuatur Velleiano, nec etiam ſi rogauerit aliquem,vt mutuaret filio ſuo,pro quo ſoluere promiſit,quæ poſteà impetrauit literas regias,ab vtilitate quarum reiecta fuit, & ad garniendum condemnata in Senatu anno 1545. die 26. Nouembr.quia in rem ſuam intercesſiſſe videtur. quo caſu non iuuatur Velleiani exceptione. l. aliquando.ff.ad Velleia.& in caſibus deſcriptis in l.1. ibidem. per glóſ.& hodie mulier obligata ad corpus in carceribus detineri ſolet ex obſeruatione iudiciorum, quicquid in cõtrarium dicatur. {Et quædam Saturnina religioſa de Lãpamone fuit condemnata ad tenendum carcerem in manibus epiſcopi Buthenen.donec obedierit areſtis curiæ, Auſtre.teſte in ſtilo parla.areſto 210.} *Areſtum.*

Faire perquiſition des biens meubles.

GLOSSA QVARTA.

1 HIc corrigitur l.à Diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iud.vbi ſic dicitur, in venditione itaque pignorum captorum facienda, primò quidem res mobiles, & animalia capi pignori iubentur,mox diſtrahi:quarum pretium ſi ſuffecerit,bene eſt: ſi non ſuffecerit,etiam ſoli pignora capi iubentur,& diſtrahi,&c. de iure ſic fiebat executio: vt in d.§.in vẽditione ſcribitur.verùm quia in his executionibus multoties infiniti proceſſus oriebantur,allegabant enim debitores ſe habere bona mobilia,& ſe mouentia,& tamen ſeruiens acceperat ſiue ſayſierat bona immobilia, ob id petebant executionem nullam pronunciari:& qui cadebat à ſyllaba in hac executoria materia,cadebat debito:ideo prouidè ſtatutum fuit hîc, apparitorem poſſe capere bona mobilia,vel immobilia,& illa bona,ex quibus facilè inueniet pecunias,vt ſibi breui ſoluatur.vide Petrũ de Ferra.in forma executio.ſententiæ diffinitiuæ.verſi.ſed quid dices.& hîc tolluntur infinitæ doctorum opiniones poſitę,tàm in d.§.in venditione,quàm per Fel. & alios in c.quod ad conſultationem.col.8.de re iud. vbi quidam tranſgreſsionem ordinis poſiti in d.§.in venditione annullare proceſſum afferunt.ſed hîc vides liquidò declaratũ,quòd non annulletur in hoc regno,& de ſtylo parlamenti Gratianopolitani hoc ante iſtam ordinationem ſeruabatur:vt refert Guido Papę,in deciſ.Delphi.q.281.in ſtatuto &c. Ad quem fortè reſpectum habuit author huius ordinationis. *Ordo iuris in executione hodie ſublatus.*

2 Sed etiam hodie ſolet fieri perquiſitio in rebus minoris:vt fuit areſto deciſum anno 1545.in mẽſe Decembr.die 10.in magna camera:& obſeruatur deciſio l.magis puto.§.ne paſsim.ff.de reb. eo.& ſolẽnitates ibi deſcriptę:nec debet credi tutori aſſerenti nulla bona mobilia adeſſe,ſed perquirere oportet:vt in d.areſto patet. {Etiam de iure non ſufficit, quòd apparitor referat nil inueniri in bonis talis minoris,& ſe feciſſe diligentiam,ſed requiritur iudicis pronunciatio,decernentis diſcuſsionem eſſe ſufficiẽtem. per tex.in l.ſtipulatio.§.habet.vbi Bar.& alij.ff.de no.oper.nunciat. quod eſt notandum.& pars cuius intereſt poterit ab hac pronunciatione appellare,ſi grauari ſe videat.} *In rebus minoris fit perquiſitio mobilium. Areſtum.*

3 Et hodie ſenatuſconſulto Pariſ. cautum eſt, cum qua ſolennitate res minorum immobiles vendi debeant,quod ad verbum ſubiicio, ne ſuper his deinceps dubitetur,ſic: *Et au ſurplus ha ordonné & ordonne noſtre dicte court,que au pays de Lyonnoys,& aultres circonuoiſins de droict eſcript,eſtans du reſſort d'icelle court,lon gardera d'oreſnauant en matières de criees les ſolennitez, que lon ha accouſtumé garder en pays couſtumier, ſignamment quand il ſera queſtion de crier, & ſubhaſter heritages de mineurs. Aſcauoir que apres le commandement de payer,qui ſera faict à vn tuteur:& il ne paye, & declaraire n'auoir biens des mineurs,dont il ſera tuteur,pour ſatisfaire au payemẽt,ſera enioinct & ordonné par le iuge dudict lieu,audict tuteur apporter vn eſtat ſommaire de la recepte,& deſpenſe,qu'il aura iuſques alors faicte,pour les mineurs,pour apres cela veu par le iuge ordonner,ſi lon procedera par ſayſie,& ſur les heritages,& choſes immeubles deſdictz mineurs. Et quand les criees ſeront ordonnées eſtre faictes,les encheres ſeront miſes,& attachées par huictaines, pour le moins à l'entrée & porte de l'auditoire du lieu,& ſiege où ſe pourſuyuront les dictes criees,à ce que les dictes encheres puiſſent venir à la notice de chaſcun,pour l'encherir,ſi bon ſemble:& ſera ceſte preſente ordonnance publiée à Lyon, & aultres lieux circonuoyſins du reſſort de la dicte court,à ce que aucuns n'en puiſſent pretendre cauſe d'ignorance.* Quòd areſtum fuit latum anno 1545.die 27.Ianu. {quod elucidatur in tract.de præco.in 2.tomo commenta.ad conſti.reg.} *Solẽnitates requiſitæ in licitationibus rerũ minorum. Areſtum.*

GLOSSA VNICA.

1 ET quia olim de apicibus iuris in his executionibus diſputabatur, de quibus dixi art. prçce.& declarãtur in l.à Diuo pio.ff.de re iud.vt primò res mobiles,quàm aliç caperentur,& aliæ ſolennitates ibidem deſcriptæ:tamen ex quadam æquitate decerniт hìc, vt iuris reiiciantur ſubrilitates.per cap.dilecti de iudi.& quòd non diſputetur de illo præcepto facto,quando terminus ad ſoluendum erat debitori præſtitutus;& quòd ſolùm æquitas conſideretur hìc.

2 Requiritur tamen,quòd primò fiat præceptum de ſoluendo:alioqui ſi prius caperentur bona,malè capta pronunciauit Senatus anno 1527.die 2. Aprilis ante Paſcha. quod nos arg.à contrario ſenſu huius text.& articuli præced. dicere poſſumus ibi, *dudict commandement:* etiam ſolet facere ſeruiens præceptum parti: vt ſoluat decem, ad quæ eſt obligata ad ſoluendum in die paſchatis:& quia tempus lapſum eſt: ideo præcipit vt ſoluat,alioqui capit pignora:quãuis quidã dicant præceptum non eſſe faciendum, ſi ſit certus terminus ſoluendi: ſed contrariũ dicit tex. *Areſtum.*

3 Sed ſi illud præceptum ſit factum die feriata,vel alia, ſeu domi,vel alibi, fruſtra opponet debitor:quia ſufficit contra eum,qui in termino debet ſoluere, qualecunque præceptum: cùm & terminus & dies interpoſita interpellet pro homine.l.magnam.C.de contrah.& commit. ſtipul. ſcripſi plenè in l.habere.ff.de verb.ſign.& hoc vult dicere hìc tex.dicens.*& ne ſera diſputé de la validité,ou innalidité du dict commandement:* ergo *fault commandement.* ſed licet ſit inutile,non de hoc diſputabitur, eò quòd iam fuit oſtenſa ſententia: vt inferius dicetur. & requiritur quòd obligationes, & ſententiæ debitè ſignificatæ fuerint parti: vt inferius dicetur per hunc text.ibi, *deũement ſignifiées.*

4 Et ſic primò requiritur in hoc art.quòd aliquis ſit debitor:nam ſi detineret rem, ad quã eſſet condemnatus,manu militari eſſet ei res auferenda.l.qui reſtituere.ff.de rei ven.& non haberet locum iſte tex.loquens *des obligations.* *Requiſita in hoc tex.*

5 Secundò quòd debeat in certo termino,ideſt,in feſto beati Ioannis,Magdalenes,vel alio die. ibi, *aura terme certain de payer:* alioqui ſi nõ eſſet certus terminus:tũc opus eſſet prçcepto valido,ſumẽdo argumentũ à cõtrario.idem tamẽ dicerẽ,ſi non eſſet certũ tempus ab homine,ſed à iure, vt in obligationibus,in quibus dies nõ ponitur,præſenti die debetur.l.in obligationibus. ff. de iud.

6 Tertiò ꝙ ſit debitor inſtrumenti obligatorij,ſententiæ areſti,aut alterius cõdemnationis videlicet præcepti facti in confeſſum.de quo ſcripſi in l. ſi debitori.ff.de iud. & ſic *ſentences*, refertur ad iudices, *iugemens*, ad areſta, *condemnations*, ad præcepta in cõfeſſum:vt nihil ſit in tex.ſuperfluũ.

7 Quartò quòd illa ſententia,ſeu obligatio ſit debitori oſtenſa, ibi, *ſignifiées*, nam & ſupplicationes,quæ dantur Senatui,& omnia,quæ præiudicium parti afferunt, ipſi oſtendi debent: ideo ſolet Senatus dicere,fiat & parti ſignificetur.probatur in l.de vno.ff.de re iud. *Supplicationes oſtendi parti debẽt & ſignificari,ac ſententiæ,& quomodo.*

8 Quintò quòd debitè fuerit ſententia oſtenſa,ibi, *deũement.* licet aliquis verbo diceret me condemnatum,non dicitur debitè ſignificare:ſed is qui obtinuit ſententiam per ſe vel per procuratorem coram notariis,vel teſtibus debet dicere debitorem eſſe condemnatum à tali iudice ad decem aureos:& ipſe debet oſtendere debitori dictam ſententiam, requirens vt adimpleat quæ in ſententia,vel obligatione contenta ſunt. & iſta notitia poteſt fieri ſine apparitore:& tunc pars, ſi velit,appellat:& ab illo tempore decendium ei computatur.per c.concertationi.de appel.in 6.Sed ſi pars non appellet, elapſo termino iuris, pars debet ſententiam tradere ſeruienti ad exequendum:& ille præcipiet parti ad ſoluendum,& in eius recuſationem capiet pignora,& de hoc præcepto apparitoris loquitur hic tex.non de ſignificatione ſententiæ: quia oſtenſio ſententiæ facit vt poſteà non curetur an præceptũ ſit validũ,vel ne:quia debitor ab eo tẽpore, quo ſciuit ſententiã contra eum latam,debebat prouidere,vt ſolueret:quod ſi non fecit,in culpa fuit,igitur ſufficit præceptũ apparitoris etiam inualidũ:& hoc vult dicere tex.ſi tamẽ quis condẽnatus ad ſoluendũ, appellet,poterit pars aduerſa durante appellatione petere,vt garniat, & iudex cõdemnabit appellantẽ ad garniendũ,nec aliquid dicitur ob hoc innouare. doct.in c.cũ appellationibus.& c. non ſolum de appel.in 6.& ita vidi ſeruari, quod eſt vtile in praxi contra calumniantes & litigioſos.

Quçro bonis mobilibus captis pro executione,quid debeat facere ſeruiẽs,qui ea cepit? Reſpõ. Terminũ debet aſſignare parti cuius bona ſunt capta ad videndũ illa venundari,& dari plus offerenti:& poſtea pretiũ tradetur creditori cautione data.l.1.§.fi.C.de iure do.impe.l.pen. ſi vend. pign.agatur.l.1.ſi in cauſ.iud.ſed deducentur prius expenſæ licitationis gratia factæ,vt ibi nota. *Practica uiatoris poſtquam bona mobilia ceperit.*

9 Secũdò nullo reperto emptore prouidere debet iudex,ꝙ creditor iuſto pretio emat dicta bona tanquã alter extraneus:& ſi quid ſupererit vltra debitum,reſtituetur debitori:vel ſi quicquam de debito ſuperſit,ius ſaluum remanet creditori ad illud conſequendum.l.2.& vlti.C.ſi in cauſ.iud.

10 Vel ſi creditor obtulerit aliquid, & poſteà apparuerit onus reale hypotheca ſortè, poterit ante decretum renunciare oblationi, & vt dicunt, *auant le denier à Dieu.* *Creditor poſt oblationem in licitatione an poſſit renunciare oblationi.*

Vel poterit amicus creditoris aliquam pecuniam pro illis bonis promittere, cum onere ſoluendi cenſum rei tantũ,non alia onera,quç ſi appareant volo,dicet amicus,iſtud pretiũ oblatum eſſe nullum,nec in aliquo mihi obeſſe poſſe:& ita ſeruat praxis eorum, qui ſibi prouidere volũt.

11 Vel iudex poteſt decernere, ꝙ creditori res inſolutum dẽtur, quas ſi ſimpliciter accipit, pro toto debito accepiſſe videtur:ideo bonum eſt,vt pars declaret pro qua quãtitate accipit:vt ſit ius ei ſaluum pro reſiduo.l.ſi ex maiore.C.de except.l.fi.in fi.C.de iure do.impet.Cynus in l.ordo. *Datio inſolutum quomodo fieri debeat.*

K

C.de execut.rei iud.Bart.in l.à Diuo Pio.§.ſi pignora ff.de re iud.

Et quando bona dantur in ſolutum creditori,debet creditor ſibi illa adiudicari facere ſecundũ æſtimationem expertorum,quæ antè fieri debet:& pro illo pretio per probos æſtimato, iudex creditori decernet.text.in d.l.1.C.ſi in cauſ.iud.& hoc debet iudex decernere,quando non inuenitur iuſtus emptor,vel nullus.l.2.vbi Bal.C.illo tit. Sic fuit iudicatum Neapoli, vt in deciſ.Neapol.358.in cauſſa patet.

12 Tertiò poteſt prouideri:nam creditor poſsidere poteſt bona capta, & fructus recipere, donec eidem integrè ſolutum fuerit, & fructus illos cum debito compenſabit.l.1.in fin.ff. de pig. l.1.C.de diſtract. pig. & ſingulis annis curare debet,vt fructus recollecti æſtimentur deductis impenſis,vt poſteà clarum ſit,quæ receperit,quidue dederit.

13 Quartò poteſt etiam debitor in carcerem detrudi:vt ſuprà declaraui artic. proximo.

Præceptum non eſt neceſſarium, contra extraneum Areſtum.

14 Vltimò hoc præceptum de ſoluendo non eſt neceſſarium,quando fit areſtum contra exterum,ſiue forenſem:quia dum fieret ei præceptum,fortè occultaret equos, & alia bona ſua mobilia:ne ergo detur locus fraudi, valet areſtum etiam non facto præcepto de ſoluendo. ſic fuit dictum contra dominum Marinum de Montechenu magiſtrum hoſpitij Regis,anno 1527.die 23. Maij. & fit areſtum vſque ad debitoris confeſsionem, & vt dicunt practici, *iuſques à ce que ledict debteur ait confeſsé ou nyé ſa ſcedule,& eſté à droict.* Adde hîc quæ plenè ſcripſi ſuperius art.6.

Quinque remedia creditori dantur ratione inſtrumenti ſigillati,uel ſententiæ.

15 Ex prædictis patet,quòd creditori ratione inſtrumenti ſigillati vel ſententiæ,quintuplex datur remedium.

Primum quòd res debitoris quaſi in pignus teneantur.d.l.à Diuo pio.§.ſi pignora.ff.de re iud. gloſſ.ſing.in l.1.C.de prætor.pigno.quam notat Bald.in Marguarita,in verbo pignus.q.4.& Lanfranc.in repetit.c.Quoniam contra.in verbo interlocutiones.col.16.de probatio.

16 Secundum quòd ſi velit creditor,vt ei adiiciantur bona pro quantitate debiti,hoc ei concedetur, ſi alius vltra non offerat.d.§.ſi pignora.& §.fi.in authent.de fideiuſſor. Bal. in l.ordo.col.2. C.de executio.rei iud.vide Purpu.in l.2.§.mutui datio. nu.117.ff.ſi cert.pet.

17 Tertium,quia in licitatione creditor poterit rem captam emere, ſicut alius extraneus, teſte Vincent.Hercula.in d.§.ſi pignora.in fi.per text.in l.2.C.ſi in cauſ.iud.quando conſtat emptorem non inueniri,alioqui ſecus:vt conſuluit Soci.conſi.37.quidam Nicolaus.col.2.vol.4.hodie ſi plus quàm alius dederit recipietur,& præferetur.

Declaratio ad rub.C.de iure domin. impetrand.

18 Quartum quòd ſi debitor procuret,quòd emptor bonorum captorum non inueniatur,poterit creditor dominium à principe per literas regias iuſto pretio ſibi decerni petere:vt docet Bal. in l.ordo.col.1. C. de executio.rei iud. & ſuperius dictum extitit:& ſic declaratur rub.C. de iure domin. impetrand.

19 Quintum quòd iudex in ſolutum poteſt dictam rem captam adiudicare creditori.teſte Bar. in d.§.ſi pignora.& Bald.in l.2.C.ſi in cauſ.iud.Salicet.in l.ordo.& l.fin.de executio.rei iudi.Soci. d.conſil.37.in 4.volumine.

Cautela pro eo qui rem recipit in ſolutum.

20 Et quando res datur in ſolutum,cautela eſt,quòd proteſteris,& in inſtrumento adiudicationis facias inſcribere,quòd per illam dationem in ſolutum non intendis recedere ab hypotheca, neque à fideiuſſorum obligatione:alioqui ſi res euinceretur,& debitor non eſſet ſoluendo,creditor eſſet in periculo:vt pulchrè docet Bart.& alij in l.ſi quis aliam.ff. de ſolutio. Cepol. Cautel. 147.eſt magna quæſtio.

Seruientes quando in domibus poni poſſunt.

21 Sextum remedium eſt,quòd ſi aliquis debitor poſt condemnationem velit ſubterfugere, & bona ſua abſcõdere,ſeu ad alium rei ſuæ dominium transferre,vel eſt inobediens curiæ,adeò vt commodè aliter non poſsit cogi, tunc poni poterunt in domo illius debitoris viatores, donec ſoluerit,quos vocant comeſtores,& cuſtodes, quia breui poterunt comedere omnia domus bona,& quidam etiam cineres furarentur.dicit gloſ.in l.Iulia.ff.de actio. empti. & in caſu criminis aſsignari hi diabolici apparitores(malos dico)domibus ſolẽt,& in executionibus priuilegiatis ſigillorum:nempe iſti nuncij & ſeruientes omnia temerare conſueuerunt.l.defenſionis.& l.prohibitum. C. de iure fiſci. aliàs regulariter apparitores domibus aliquorum debitorum non debent deputari. Sed ſupradictos caſus ex quibuſdam curiæ libris deſcripſi,quos notes. { Alioqui ſcribit Petrus Iacob.in ſua praxi titul.de ſtatu curiarum. verſ.Item quandoque iudices ſeruientes ſine iuſta cauſſa in domibus ſubditorum ponunt,quos vocant comeſtores, quod ius venit à dęmone meridiano,vel fortè magis ab Aquilone.}

22 Vltimum eſt, quòd creditor poteſt poſt factum præceptum debitori ſuo ſiſtere & areſtare id quod debetur ſuo debitori vſque ad quantitatem debiti concurrentem, & petere vt debitum conſignetur in manu curiæ,& hoc facilè iudex concedet:vt ſuperius ſcripſi : & eſt in conſuetud. Bitur.nouis,rub.de executio.artic.23.reliqua ſuprà dicta ſunt.

Hos duodecim legum regiarum articulos quàm breuiſsimè, & vtiliſsimè potui tibi elucidaui,alios executionum cauſſam, vel prouiſionum tangentes proſequor in tractatu de ſenten.execo.& in tractatu de ſentent.præiudicialibus,ſeu prouiſionalibus, & in aliis tractatibus. ſuperiora autem , beneuole lector, ſcripta noſtra ſi æquo animo (vt alia mea ſoles) ſuſceperis,alia primo quoque tempore offerre tibi mea exoptat vrgens affectio:in quibus ſi tuas benignas præter animi ſpem offenderim aures,quęſo,boni conſule.Deo opt. max.eiuſq; matri virgini gratias agens, hîc finem impono. Amen. *Spes mea Chriſtus.*

TRACTATVS

TRACTATVS

DE CHIROGRAPHORVM ET CEDVLARVM RECOGNITIONE INCIPIT.

Totius tractatus ſumma.

AD huius tractatus,& materię elucidationem, in primis pręfari oportet de ſcriptura, quotuplex ſit. Secundò, an ſcriptura priuata probet,& quando. Tertiò, quando executionem habeat. Quartò, de hypotheca. Quintò, an exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita executionem prohibeat. Vltimò, quantum attinet ad materiæ huius praxim, elucidabimus legum regiarum articulos huic materiæ congruentes. (Et ſic procedit iuriſcon. in l.1.ff.de ſuſpec.tutor.)

Scriptura duplex, publica, & priuata.

1 Primò igitur dicemus ſcripturam eſſe duplicem : quædam eſt publica, altera priuata, probatur in l.ſcripturas. C. qui potiores in pignore habeant. Publica eſt ſolennis & ritè ordinata ſcriptura, per authenticæ perſonæ manum publicæ cauſſa memoriæ facta. c. quoniam contra. de probatio. ita ſcribit Specula. in tit. de inſtru. editio. §.1. & de hac publica ſcriptura loquitur text. c.1. & 2. de fide inſtru. & abundè ſcripſi in præfa. ad tracta. de literis obligat. ſuprà & hæc ſcriptura vocatur inſtrumentum publicum: de quo pleniè idem Specu. in eo. tit. §. nunc dicendum. vbi ſex modis dici publicum inſtrumentum ſcribit. ac Barba. & alij in rub. de fide inſtru. poſt gloſ. in l. generali. C. de tabula. lib.10.

2 Scriptura autem priuata eſt omnis ſcriptura, quæ non eſt publica, ſed à priuatis perſonis, id eſt non publicis confecta: & de hac loquimur in iſto tracta. vnde dicit Card. in d. c.2. de fide inſtrumento. omnem ſcripturam dici priuatam præter ſcripturam notariorum, & actorum iudicialium, & hoc modo priuata capitur magis largè, vt comprehendat omnem non publicam, etiam authenticam, teſte Innoc. in c.1. de fide inſtru. ſed hic accipimus ſcripturam priuatam, non publicam, nec authenticam, ſed aliam quamcunque priuata manu factam.

Iudicis ſcriptura priuata eſt.

3 Ex quo infertur, quòd ſcriptura iudicis, etiam ſi habeat teſtes inſcriptos, cenſetur priuata: quia ſcribere non eſt iudicum officium, ſed tabellionum. teſte Imol. in c.1. col. penult. de fide inſtrument, per c. quoniam. de probatio. Bal. in c. cùm à nobis. in fi. de teſtib. dicens ſiue ſcriptura fiat in iudicio, ſiue extra à iudice, poterit per teſtes reprobari: quia non eſt publica.

Regis ſcriptura an probet.

4 Secundò, literæ manu propria Regis etiam Francorum ſcriptæ, licet is ſit publica perſona, etiam in his quæ ad ſuum pertinēt officium, quia ad eius officium non ſpectat ſcribere, priuatæ dicentur, & propterea non faciunt fidem, niſi ſigillo, vel aliis adminiculis iuuentur : vt conſuluit Bald. nominatim conſil. 464. quædam ſcriptura. col.1. in 1. volu. per l. fi. C. de conuen. fiſc. debitorib. lib.10. & ideo fiſcus facit ſcripturas per tabelliones, vel alios officiales ad hoc deputatos. l.1. C. de apoch. public. eo. lib.

5 Fallit ſi conſuetudo contrarium dictaret, vt in Scotia: tunc illi ſcripturæ Regis, licet non ſit publica, cōſuetudine dictāte ſtabitur. per c. cùm dilectus. in fi. de fide inſtr. & ſic literæ ſignatæ *du cachet du Roy*, in arduis non faciunt fidem: ſed requiruntur literæ authenticæ. & quando conſuetudo vel ſtatutum diſponit, quòd credatur libris mercatorum, etiam in fauorem ſcribentium, debet intelligi de pertinentibus ad artem principaliter : & ſic in his quæ tangunt negotiationem, non in aliis: vt ſcribit Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in titul. de inſtru. editi. §. nunc dicendum. & Roma. conſ.205. in puncto. col.1. refert Iaſ. conſil.103. in hoc paſſu. col. vlt. vol. pri.

Scriptura ſacerdotis parochialis priuata eſt & notarij.

6 Tertiò infertur, quòd literæ factæ à ſacerdote parrochiali etiam curato, non ſunt publicæ. per c. cùm eſſes. de teſta. nam oportet, vt publicentur. l. publicati. C. de teſta. ergo non ſunt publicę: igitur erunt priuatæ.

7 † Nec eſt inconueniens priuatam ſcripturam à publica perſona emanare : quia in hoc, id eſt quoad ſcribendum non eſt publica, ſed priuata per text. in l.3. de offi. præſid. ff. vbi magiſtratus eſt publica perſona in ſuo territorio, extra verò territorium eſt priuata: & ſic extra officium, cui aliquis eſt præpoſitus, dicitur priuatus : quod eſt notandum : ideo rector vniuerſitatis dum inſtruit pueros in ſuo collegio, vel alibi, & eos verberat, hoc non facit tanquam rector, ſed tanquam priuata perſona.

Priuata ſcriptura à publica perſona emanare poteſt.

8 Quartò inferunt, quòd ſcriptura quam facit notarius tanquam priuatus, quæ non habet publicam formam poſitam, in gl. l. generali. C. de tabula. li.10. ſed ſolùm habet à notario ſubſcriptionem, dicitur priuata: quia notarius de ea non eſt rogatus: nec ſolennitas publici inſtrumēti adhibetur, quod oportet in §. nos. in auth. de tabellioni. collat.4. nam notarius pro ſe ſcribens, non potuit rogare ſeipſum. differentia enim eſt inter rogatum, & rogantem. arg. ca. vlt. de inſtitut. nec potuit in ſua cauſſa eſſe iudex, & publicam adhibere formam. l. vna. C. ne quis in ſua cauſſa iudicet.

quod tenuit Innocent.in c.1.de fide inſtrumen.text.gloſſ.& ibi Bald.& Angel.in d.l.ſcripturas. & in rubr.C.de fide inſtrument.col.3.verſicul.ſed dubitatur nunquid notarius. Feli. in d.ca.2.col.1. Roman. conſil.204. pro diſcutienda.in princip.Alex.conſil.168. viſo puncto.in 2.volu.ſequitur Hippol.in rub.de probatio.fol.33.col.3. in paruo volumi. ideo ſi duo notarij tanquam amici & non tanquam notarij aliquid pro eorum negotiis familiaribus ſcripſerint,dicetur ſcriptura priuata.teſte Bal.in cap. à nobis. in fin.de teſti. ſic conſuluit.d.Petr. Pau. Pari. conſil.80. difficultas. col.1.in 4.vol.

9 Si tamen formam publicam ſeruauerint etiam in ſuis actibus, dicitur publica ſecundum Bald.conſil.43.quædam ſcriptura.in primo volu. & conſil.467. quædam ſcriptura.in 5. volumi. non ſolent tamen in forma publica ſcribere ſua inſtrumenta, ſed ſi recipiant mutuum,vel aliam rem, confitentur recepiſſe, & ſcripturam conficiunt, quæ tunc priuata eſt,& vocatur chirographum,vel cedula.

10 Indubio præſumitur,quòd tanquam notarius conſcripſerit,quando inter alios conficit ſcripturam;quia præſumitur illud quod communiter fieri conſueuit.l.excepto.C.locat.l.domini. de agrico.& cenſit.lib.11.hæc expreſsè tenet Lanfranc.in repetit.c.quoniam contra.col.86.verſic. ſecundò requiritur,in verb.interlocutiones.de probatio.

Epiſcopi ſcriptura priuata dicitur.

11 Quintò ſcriptura facta ab epiſcopo dicitur priuata,quia nullo iure cauetur,quod vim habeat publicæ ſcripturæ:text.in c.cùm à nobis.vbi Bal.expreſsè.in fi.de teſt.plus dicit,quòd omnis ſcriptura regulariter eſt ſcriptura priuata:vt not.in l.quædam.§.nummularios.ff.de eden.& ibi gloſ. ideo ſi epiſcopus propria manu ſcripſerit cautionem vſurarij,vel eius teſtamentum,vel collationem beneficij:illi ſcripturæ non crederur in præiudicium alterius,quia eſt ſcriptura priuata:vt aſſerit ibidem Bal.& inſtrumenta domeſtica, ſine aliis adminiculis non probant.l. inſtrumenta. C. de probatio.& ideo collationes epiſcoporum,vel aliorum collatorum,non recipiuntur ſine teſtibus,nec cum illorum domeſticis cenſuit Senatus Pariſ.anno 1527.die 7. Iunij,vt ſcripſi in rubr. de colla.in concorda.

Areſtum.

Menſulariorum & mercatorū ſcripturæ an ſint priuatæ.

12 Sextò omnes ſcripturæ mercatorum,menſulariorum, ac aliarum perſonarum, quibus ſcribendi officium non eſt commiſſum,priuatæ ſunt:vt aſſerit Bar.& alij.in l.admonēdi.ff.de iureiu. gl.Bal.& Sal.in l.in bonæfidei.C.de reb.cre.alle.texg.in l.emptor.in fi.ff.de pact. & ideo ſcriptura publicanorum priuata eſt,& illi non plenè creditur.teſte Iaſ. conſil.103.in hoc paſſu. vol.3. nam quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat.l. quantæ.ff.de publica.& vectigal.

Scriptura priuata triplex.

13 Secundò præmittendum eſt,quòd hæc ſcriptura priuata triplex eſt,ſcilicet chirographum,ſeu ſchedula,epiſtola,& liber rationum:prima vocatur chirographum,ſiue ſchedula,chirographum dicitur manualis ſcriptura,ἀπὸ χείρος,quod manum ſignificat,& γράφω.ſcribo,quòd ſcit ſcriptura,quam aliquis ſua manu ſcripſit.l.ſeruum filij.§.cum qui.ff.de lega.1.& iuriſcon. ſic communiter vocant,vt in l.emptor.in fi.de pact.ff.& aliis in infinitis locis.

Chirographarius quis.

14 Inde chirographarius, qui ſcripſit ſe debitorem ſua ſcriptura, & chirographarius creditor, cui ex chirographo debetur.l.bonis.ff.de priuileg.credit.Nebriſſen.in dictione ad leges, vbi ſcribit differentiam inter chirographum, & ſyngraphum,vbi in chirographo tantùm quę geſta ſunt ſcribi ſolent,in ſyngrapho etiam contra fidem veritatis pactio ſcribitur.hoc non probat iuribus, nec ego vidi hac differentiam à iure ſeruatam, vel probatam. eam tamen probat Aſcon.Pedia. grauis & Claſsicus autor.

Scheda & cedula quid ſit.

15 Item hoc chirographum à iuris interpretibus cedula vocatur: & in hoc aduertere debemus, quòd ſceda:vel,vt alij volunt,cum aſpiratione ſcheda,eſt folium chartæ,ſiue papyri,nondū compactum & ligatum:vt Plinius ait li.13.c.12.ſed ratio deprehendit vitium vnius ſchedæ reuulſione plures infeſtante paginas: alij ſchedam putant tabellam ſiue pagellam phyliraceam, hoc eſt tiliaceam qua pro chartis priſcos vti ſolitos hiſtoriographi & poetæ tradiderunt.hodie græcum vulgus vocat ſchedas tabulas eas,quibus ſupputatores numeris ſcribendis vtuntur vt mox litu ſpongię leniter aboleri poſſunt, gallicè *des tablettes*, & ad huius ſimilitudinem notarij vocant ſcripturam ſchedam, cui addere & diminuere eſt liberū,donec concludatur:vnde partibus dari ſolent, vt hoc fiat:& poſteà concluditur,& recitatur.gl.in l.fideicommiſſa.§.1.ff.de leg.3.Paul.in l.contractus. C. de fide inſtrumento. ſchedulas verò Quintilianus, & alij quamplures pro libris monumentisque literarum capiunt,teſte Catel.Cotta.in 2. parte memora. in ver. librorum, & ſic ſchedulas generaliter accipiemus hîc,tam pro chirographis,quàm pro aliis ſcripturis priuatis:& communis vſus ſcribendi detraxit ſ, & h, & ſcribit cedulam. illum inſequar ſcribendi communem vſum:quia in populari ratione noſtra verſatur materia,populariter loqui neceſſe erit.vt dicit Cicero.& terminis practicantium vtar.quia materia exigit,communis tamen loquendi vſus diſtinguit cedulam à libro rationum,& aliis ſcripturis priuatis,& vocat *cedule*,ſicut de iure etiam acceptilationem,*quictance*,& ſic diuerſa habent nomina.

Apocha quid ſit,aliter quàm d. ſcret.

16 Præterea cedula vocatur à iuris interpretibus apocha, quæ datur à parte parti:vt ſi ſcripſero me recepiſſe decem à Titio cauſſa depoſiti, & poſtea dem illam ſcripturam Titio, hæc apocha vocatur,& dicitur de recepto.l.ſi acceptolatum.§.1.ff. de acceptilatio.ibi inter acceptilationem & apocham hoc intereſt,quòd acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit:apocha non aliàs,quàm ſi pecunia ſoluta ſit.glo.in l. vlt.§. Titius.ff.de conditio.indeb.&

glo.1. in l.plures apochis.C.de fide inſtru.§.ſi quis vult.in authen.de inſtru.cautel.& fide.colla.6. & de iſta hîc loquimur.& hanc ex cõmuni vſu vocamus cedulam, ſecundum Panor.in c.2.col. 4.de fide inſtrum.& ibi Card.& Itali vulgò apodiſſam vocant.teſte Salicet.in l. plures apochis.in ptinc.C.de fide inſtrument.

17 Et ſic chirographum,cedula,apocha,& apodiſſa ſunt ſynonyma,ſecundũ eos. ego verò puto chirographum generaliter accipi pro manuali & priuata ſcriptura, maximè pro ea ſcriptura, quam quis facit de pecunia mutua; in qua confitetur ſe habuiſſe,& promittit reddere: idem in cedula.ſed apocha eſt in qua creditor confitetur ſe recepiſſe pecuniam ſibi debitam,quam ſi non receperit,non contingit liberatio: ſecus in acceptilatione,in qua creditor confitetur ſe recepiſſe pecuniam ſibi debitam,quam ſi non receperit, tamen pro accepta habet:& ſic liberatur debitor. d.l.ſi acceptolatũ. & pro hac ſententia eſt tex.in { l.Lucius.2.§.tutelæ iudicio.ff.de admi.tutor. & in } l.quicunque.C.de apoch.pub.lib.10.ob id ſi recipiam pro quadrante penſiones meæ domus decem,& hoc ſcribam:illa ſcriptura apocha vocatur,quamuis contrarium dicant doc.in d.l.plures apochis.C.de fide inſtru. Antipocha verò ſeu antapocha dicitur chirographum, quod debitor creditori conficit:vt docet Celi.in lib.7.c.21.vulgo *contrecedule*.

Chirographum,cedula, apocha & apodiſſa an differat.

18 Alia eſt ſcriptura,quæ appellatur epiſtola,quæ ab abſente abſenti mittitur. de qua in l.publia. §.fi.ff.depoſ.& l.quintus.illo tit.doct.in l.admonendi.de iureiuran.& ferè quæ dicuntur in cedula locum habere poſſunt in epiſtola: vt ibi per docto.& differentiam inter epiſtolam & librum rationum ſcribit Matheſsila.not.79.not.doctrinam.

De epiſtola.

19 Alia eſt ſcriptura priuata,quæ vocatur liber rationum: de qua in l.rationes & inſtrumenta. C.de probatio.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem.ff.de edend.tradit.Bart.& alij in d.l.admonendi.& in l.nuda ratio.de donatio.ff.

Liber rationum an probet.

20 Et hæ ſcripturę priuatæ ſupplentur ſeptem modis,vt probent.tria prima ſupplementa ſunt in confectione,videlicet maior ſolennitas,maior authotitas, & contrahentium ſubſcriptio: alia tria ſupplemẽta ſunt poſt cõfectionem,videlicet iudicialis examinatio,loci deputatio: & tẽporis obſeruatio,ſeptimũ loci conſuetudo.hæc proſequere vt per Bal.in rub.C.de fide inſtrumen. col. antepenult.vſque ad fin.& liber rationis pro ſcribente non probat, ſed pro tertio,vel contra tertium facit ſemiplenam probationem inſpecta qualitate ſcribentis,& aliis conſideratis,quæ ſcribũt doct.in l.quædam.§.nummularios.ff.de edend.& in d.l.admonendi.& Ioan.de Ana.conſi.53.viſis & conſideratis.Aufrer.in deciſio.Tholoſa.q.49.& Boer.in deciſ.Burdegal.q.105.an poſſeſsio.

Septem modis ſupplentur ſcripturæ priuatæ.

21 Tertiò notandum eſt, quòd hæc ſcriptura priuata fit tribus modis: interdum quis ſibi ipſi ſcripturã facit,dicendo alium eſſe ſuũ debitorem:& illi nulla adhibetur fides:ideo dicit Imperator exemplo perniciosum eſſe, vt ei ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria debitores conſtituit:vnde neque fiſcum, neque alium quemlibet, ex ſuis ſubnotationibus debiti præbere poſſe oportet.l.exemplo.C.de probat.l.fi.de conueniend.fiſc.debitorib.lib.10.

Scriptura priuata tribus fit modis.

22 Secundò quis alij facit ſcripturam priuatam,de eo fortè quod recepit:& hæc contra ſcribentem probat.l. publia.in fi.ff.depoſi.& inferius abundantius tractabitur.

23 Tertiò interdum quis ſibi & alij facit ſcripturam: vt eſt liber rationum, de quo ſuperius ſcripſi,& inferius etiam dicetur.

24 Item quia de cognitione ſcripturæ hîc tractabitur, cognoſcere chirographum eſt relegere, & recognoſcere.l.cognoſcere.ff.de fide inſtrument.vbi abundè ſcripſi,*recognoiſtre*. hîc dicimus & iuriſcon.interdum vocat approbare literas.in l.ſi procuratorem. ibi.hoc enim caſu eius approbatis.ff.de procurator.

Cognoſcere ſcripturam quid ſit.

Aduertendum eſt duo potiſsimè in hoc tractatu eſſe expedienda.Primum,an ſcriptura priuata probet,& quæ,& præſertim hoc in patria iuris ſcripti proderit.Secundum,an & quæ ſcriptura executionem habeat:& hoc erit magno emolumento quoad ordinationem regiam, quam infrà deſcribam.primùm per concluſiones breui elucidabitur,quarum prima eſt.

25 † Chirographum,cedula,ſiue apocha in iudicio recognita plenè probat.l.publia.ff. depoſ.l. cum antiquitas.C.de teſta.ſiue ſit epiſtola,liber rationum,vel alia ſcriptura:l.cùm de indebito.§. fi.ff.de probatio.Alex.conſil.191.viſa ſcriptura.col.1.in 2. vol.Barba.conſil.53.à Ioue.in 3. vol.quia indignum eſt,quod quis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt,vt hoc infirmare valeat.c.per tuas.in fi. de probatio.l.generaliter.C.de non nu.pecu.

Scriptura recognita probat.

26 Intellige quando expreſsè eam confiteretur:ſecus ſi tacitè,ſcilicet tacendo.Bal.in c.1.col.pe. de fide inſtr.refert Feli.in c.2.col.3. illo tit.hodie in cõtumaciam partis iudex condemnat partem abſentem, ac ſi præſens eſſet,ſaltem ad garniendum in vim illius tacitæ confeſsionis, non tamen prodeſſet contra tertium, ſed tantùm, contra confitentem.Bal.in l.ſcripturas.C.qui potio.in pig. habeant.Alex.in l.2.§.fi.ff.ſi cert.pet.& conſil.25.viſo inſtrumento. col. 2. in 2. volu.quod eſt repetitum. libr.3.conſi.90.Corne.conſi.128.viſis ſcripturis.in 1.vol.vide alias limitationes per Bald. in l.Deo nobis.in 5.not.C.de epiſcop.& cleric.

27 Secunda concluſio, Per recognitionem chirographi probatur etiam debitum adeò quòd confitens chirographum eſſe ſcriptum à ſe,etiam de debito plenam facit fidem authent.qui propter iam.vbi glo.& docto.C.de non nůme,pecu.l.ſcripturas.qui potior in pigno.habeant.

Debitũ confiteri uidetur recognoſcẽs chirographũ.

28 Tertia cõcluſio,Scriptura probata à teſtibus dicentibus eam eſſe Titij ſcripturã, facta comparatione cũ aliis Titij ſcripturis:ſi conueniat cõparatio cum approbatione teſtiũ,plenè probat.

Teſtiũ probatio cum comparatione probat.

l comparationes.vbi docto.C.de probat.text.in §.ſi quis igitur.ibi,ex vtroque fidem percipias.de inſtru.cautel.& fide.col.6.Bart.in authen.& ſi contractus.de fide inſtru.Alex.conſi.181.n.4.& ſeq. in 4.volu.& pro iſta comparatione facienda poterit compelli debitor negans ſuam eſſe ſcripturam,ad ſcribendum aliam.§.ſi quis igitur.in authen.de inſtr.cautel.& fide.col.6.& ibi Ang.quem ſequitur Hippol. de Marſi.in l. de minore.§. tormenta. col.penul.ff.de quæſtio. & Soci.in l. qui agnitis.in 2.nota,per illum text.ff.de except.

Chirographum à teſtibus recognitum plenè probat.

29 Quarta concluſio,Chirographum ſubſcriptione duorum vel trium teſtium munitum,& ab ipſis teſtibus,poſteà recognitum plenam facit fidem.l.nuda.vbi Bar.ff.de dona.& in d. authen. & ſi contractus.C.de fide inſtr.Alexan.conſil.123.diſcuſsis.col.2.in 1.vol.& conſi.76. ponderatis.in 3.vol.ac conſi.118.viſo proceſſu.in 4.vol. vbi aſsignat rationem hanc:videlicet, quia teſtes in hoc caſu non poſſunt decipi,cùm recognoſcant ſua ſigna,& poſſunt rationem exprimere,quia viderunt eam à partibus ſcribi,vel ſubſcribi,& ſic probabunt:quia in his ſubſcriptionibus facilè non erratur:vt etiam conſuluit Areti.conſi.64.diligentes.col.2.ac ſeq.per d.l.ſcripturas.& Soci.conſi. 284.in cauſſa.col.6.vol.2.

Scriptura teſtibus munita ſi non fuerit recognita an probet.

30 Quinta concluſio,Cedula manu debitoris ſcripta, vel ſubſcripta, & ab eo negata, ſi fuerit trium ſubſcriptione teſtium munita,licet teſtes non fateantur nec diffiteantur ſcripturam,vtpotè quia abſunt,vel mortui ſunt,ſi facta comparatio vndique bene reſpondeat,tàm ad ſcripturam, quàm ad teſtium ſubſcriptionem,ſemiplenè probabit:vt aſſerit Bar.in d.authen.& ſi contractus. circa finem.adiicitur enim comparatio reſpondens & conueniens,quandò literarum ſimilitudo eſt ferè per omnia,aut in maiori parte. nam ſi in totum eſſet ſimilitudo, quod eſt difficile, plenè probaret.per §.ſi quis igitur.ibi tamē nō per omnia ſimilis.in authē.de inſtru. cautel.& fide.colla. 6.Areti.d.cōſil.64.ſi verò pro maiori parte eſt ſimilitudo, ſemiplene probat Curtius. & moderni in d.l.admonendi.facit quod dicit Bal.in l.curatoris.col.2.verſi.tertia concluſio.C. de negot.geſt.

Scriptura negata probata per comparationem an probet.

31 Sexta concluſio eſt,Scriptura priuata manu debitoris ſcripta, & à teſtibus tribus ſubſcripta, qui cum parte eam ſcriptā à debitore negent:tūc facta cōparatione facit talem qualē pręſumptionem:quæ minus eſt quàm ſemiplena probatio:ſi verò comparatio ſit facta tàm literarum debitoris,quàm teſtium,& bene correſpondeāt vndique facerent ſemiplenam probationem.Sal.in l.in bonęfidei contractibus.C.de reb.credi.ratio eſt:quia ſicut comparatio contra debitorem probat, ita contra teſtes,cùm non ſit diuerſa ratio.teſte Purpura.in d.l.admonendi.num.175.cum ſeq. de iureiurand.ff.

32 Septima concluſio,Cedula debitoris, manu ſcripta, & in iudicio ab ipſo negata,ſi duorum tantum teſtium ſubſcriptione munita fuerit,qui ſubſcriptiones eorum recognoſcant,& debitoris ſcripturam eſſe dicant,probat ſemiplenè:vt docet Bar. in d. auth.& ſi contractus, quia tres & non pauciores teſtes requiruntur.in d.l.ſcripturas.cum authen.ibi poſita.qui ſi non interueniunt, non probant niſi ſemiplenè.

Duo teſtes de actu deponētes plenè probant ſecus ſi de ſcriptura.

33 Octaua concluſio,teſtes de ſcriptura deponentes,illam dicentes eſſe ſcripturam Caij,ſemiplenè probant:vt ſuperius dictum extitit : ſi autem deponant de veritate contentorum in chirographo,videlicet quòd viderunt mutuare,plenè probant quando ſunt teſtes ad actum ſufficientes.Bart.in d.auth.& ſi contractus. Corne.conſil.58.in hac conſultatione. col.1.cum ſeq.in 3.vol. quia dum deponunt de tenore contractus, videlicet ſe vidiſſe,non decipiuntur : ſed quando dicunt eſſe ſcripturam talis, tunc poſſunt decipi:quia poteſt eſſe alterius:ſimilima tamen huic ſcripturæ,& ideo non plenè probant.§.ideo:in authent.de inſtru.cautel.& fide.Soci.in conſil. 274.in cauſſa.in 2.volu.& Feli.in c.2.col.2.de fide inſtrum.

Comparatio an faciat plenam fidem.

34 Imò poſſet eſſe tanta fides teſtium, vel comparationis literarum, quæ faceret plenam fidem. teſte Bar.& aliis in d.l.admonendi.ff.de iureiurand.vt quando eſſent honeſti viri,& prouidi.c.niſi.de præben.& literis prædıti,qui in hac ſcriptura decipi facilè non poſſent. Purpur. in d. l. admonendi.num.177.cum ſeq.

Scripturæ non recognitæ non probāt ſed operantur effectum.

35 Nona concluſio.Scriptura priuata,quæ nec teſtibus,nec à parte,nec literarum comparatione comprobatur, non facit quidem ſemiplenam probationem, ſed aliqualem præſumptionem. Bar.in d.l. admonendi.de iureiurand.Adde quòd etiam ſi eſſent nullæ ſcripturę,adhuc non probant,ſi non recognoſcantur,nec plenè,nec ſemiplene.Soci.conſil.33 proſequendo.col.2.& cōſil. 41.antequàm.col.4.in 1.vol.operantur tamen effectum deferendi iuramentum purgatorium. per ca.ſi.de iureiurand.quod probat Soci.conſil.104.poſt reditum.in 1.caſu.lib.1.vbi tradit, an debeat ex ea puniri falſi.facit tex.in l.inſtrumēta.C.de probatio.ibi,ſi non aliis quoq; adminiculis adiuuentur.Bar.in l.nuda ratio.ff.de donatio.Feli.in c.2.col.1. de fide inſtr. per illum text.ibi, alicuius firmitatis exiſtit.ſi tamē reperitur apocha ex antiquo facta,licet nullo adminiculo ſit ſuffulta,probat ſemiplenè.teſte Specul.in titu.de inſtru.edictio.§.nunc dicendum. verſic.quid ſi producens. ſequitur Iaſ.in repetitio.d.l. admonendi. colum.85. ff. de iureiurand. refert Hippol. in ſing.436. latè ſatis.

Scriptura à tertio facta quando probet.

36 Decima concluſio.Cedula manu tertij facta, à partibus non ſubſcripta, ſed trium teſtium ſubſcriptione munita,aſſerentium ſe de partium voluntate ſubſcripſiſſe,ſi fuerit à dictis teſtibus recognita,plenam facit fidem.gl.in c.2.de fide inſtru.& ibi.Ioan.de Imol.& Iaſ.conſil.129.in caſu. vol.1.Si verò teſtes illā non recognoſcant,vtpote quia abſunt, vel mortui ſunt, ſi cōparatio ſubſcriptionis teſtiū fiat,ſemiplenè,probat:vt docet Ioan.Baptiſta in d.l.admonēdi. col.25. de iureiur.

Si autem

Si autem comparatio non interuenerit.Roma.in d.l.admonendi,dicit nullam fidem facere:tamen iudex examinabit qualitatem perſonæ,quæ ſcripſit,quæ ſi fuerit honeſta, & alia veriſimilia interuenerint,faciet ſemiplenam fidem:vt ſuprà dictum eſt.& ſcribit Deci.conſil.510.in caſu. col. 1.vbi dicit non eſſe credendum aſſerenti ſe de mandato alicuius ſcripſiſſe,allegat Bald.in rubr.de fide inſtru.col.antepenul.

37 Vndecima.Chirographum manu tertij factum,nullam habens ſubſcriptionem partium vel teſtium,nullam facit fidem.per text.in c.2.ibi nullius firmitatis. de fide inſtr. alioqui eſſet in poteſtate tertij obligare alium:quod reprobant iura eo inſcio, & inuito, cum conſenſus debeat interuenire in obligatione.Ang.in §.1.inſti.de obli.ſi tamen appareat mandatum fuiſſe alicui, vt ſcriberet:illa ſcriptura obligat,ac ſi fuiſſet facta per mandantem.no.in l.diuus.§.Senatus.ff.de fal.non tamen creditur illi tertio,quod ſcripſerit de mãdato talis.Imol.conſil.91.in cauſſa.col.1.quod eſt bene notandum,teſte Hippol.ſing.471.ſæpe.

38 Duodecima concluſio. Cedula manu tertij facta,& trium teſtium ſubſcriptione munita, ſi à duobus ex tribus fuerit abſente vel mortuo tertio recognita,ſemiplenè probat.argu.l.3.§.tu magis ſcire potes.ff.de teſtib.Ioan.Baptiſta.in d.l.admonendi.& Alex.conſil.118.viſo proceſſu.col.2. in 4.vol. Aret.conſil.64.diligenter.col.4.

39 Decimatertia concluſio, Scriptura priuata non continens diem,nec tempus,vbi tempus eſt de ſubſtantia probationis,non probat:vt no.in l.cùm tabernam.§.idem quæſiit.ff.de pignorib.& quando requirat diem dicemus infrà.alia multa vide in d.l.admonendi.& d.c.2.hęc breui ſcripſi: vt lectores ad faſtidium multitudine verborum non inducam,plura ſi vellem ſcripturus.

Priuata ſcriptura ſine die non probat.

40 Nota valere conuentionem factam inter partes,vt ſtetur, & fides adhibeatur ſcripturæ priuatæ.de quo ſcribit Bal.in l.de quibus.verſ.item per pactum.col.2.ff.de legib.Alex.in l.1.§.fi.ff. de verb.oblig.ſicut dixi de penſione,vt poſsit ex conuentione partium exigi bullis etiam non expeditis:ſed ex ſimplici ſignatura.in tracta.de pacific. poſſeſſorib. num. 137. in 21. conclu. & hoc maximè quando agitur de ſcriptura iam facta:quia tunc non datur occaſio delinquendi. Alex. conſil.113.viſo & diligenter.libr.4.& Dec.in c.2.col.3.de fide inſtru.etiam vt habeat executionem: vt inferius dicetur num.104.

Cõuentio vt ſcripturæ priuatæ ſtetur valet.

41 Fallit quando non eſſet ſolenniter confecta , quia non eſſet ſubſcripta & à partibus , teſtibus , vel alio eorum nomine: vt firmat Rom.conſil.205. in puncto. per l.4.§.condemnatum.ff. de re iudic.

42 Supereſt ſecundum attingere,videlicet an ſcriptura priuata habeat executionem , & de iure communi certum eſt non habere,cùm publica executionem non habeat : vt probat l.minor. 25. annis per fideicommiſſum.ff.de minorib.vt abundè ſcripſi in præfatio.ad tractatum de liter.obli.

43 Itaque de iure oportet quòd creditor,qui chirographum habet,cõueniat debitorem ſuum; & petat ab eo debitum:quia ſi illud neget,producet actor ſcripturam priuatam debitoris,quam ſi confiteatur,probat,& debet per iudicem condemnari:ſi autem neget , ſuprà dixi quam fidem faciat:hæc practica elicitur ex dictis Bar.& Imol.in l.nuda.ff.de donatio. & in authen. & ſi contractus.C.de fide inſtrument.authent.contra qui propriam.de nõ numera.pecunia.Bal.expreſsè conſil.275.factum tale eſt,in 3.vol.& hac praxi vtebatur olim patria,quæ iure ſcripto regitur.ſed alio iure hodie vtimur, nempe ſcriptura priuata à parte recognita , habet executionem paratam per ordinationem,quam ſtatim ſubiiciam inferius.

Praxis ſcripturæ priuatæ.

44 Practica ergo no.& plana ex his Franciæ legibus eſt,vt tu,qui habes cedulam alicuius,citare facias eum viſurum recognoſcere,ſiue(vt dicunt)confiteri,vel negare ſuum chirographum:& ſi confiteatur ſe ſcripſiſſe,vel alium ſuo mandato,tenebitur munire manum,& garnire ſummam contentam in cedula:ſi verò reus illam neget,datur dilatio actori ad probandum, nec condemnatur reus ad garniendum,vel ſoluendum, donec probatum fuerit eum ſcripſiſſe: vt habetur in ſtylo parlamenti rubri.de actio.perſonal.§.item ſi ſub literis.

45 Et de hac recognitione loquitur tex.in c.relatum.in princ.de iurepatro.& text.in c.1. in fine, de foro competent.libr.6.vbi dicit gloſ. eſſe de conſuetudine Franciæ inuentas has recognitiones,quod etiam probat Roma.conſil.373.in caſu propoſito.col.1.& Dec.in c.1.in 4.not. in prima lectura.de iudic.ſed hodie videte legem regiam inferius deſcriptam, quæ huic conuenit conſuetudini:vt videlicet quilibet poſsit citari *à recognoiſtre ou nier ſa cedule:*quæ recognita executionem habet:vt dictum extitit:ſed quod ſit de iure probat.l.cognoſcere.vbi ſcripſi.ff.de verb.ſigni.

Recognitiones à cõſuetudine inuentæ.

46 Ratio iſtius conſuetudinis & legis regiæ eſt:quia confeſſus pro iudicato habetur.l. vna. C. de confeſsis.& iudicatum habet executionem.l.à Diuo pio.§.primo.& ſeq.ff.de re iudica. ſic & iſta confeſsio.item in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis.l.proinde.in ſecundo.§. fi.ff.ad legem Aquil. & dicit Bald. in l. cum te. C.de tranſactio. quòd idem operatur confeſsio, quod publicum inſtrumentum factum in contractibus:& ideo nulla probatio requiritur.l.1. & per totum.ff. de confeſſ.

Rationes quare ſcripturis recognita habeat executionem.

Item cauſſa vitandi circuitum,qui eſt vitandus.l.dominus.ff.de condictio.indebit.cle.auditor. de reſcript.& vt celerius lites expediantur,quod intereſt reipublicæ.l.properandum.C.de iudic. capitulo finem.de dolo.

47 Item valet hæc conſuetudo,ſicut ſi diſponeret, quòd cedulæ iudicatorum haberent executionem,teſte Bal.in conſilio 140.proponitur.in fin.in primo volumine. Soci. conſilio 41. Ante-

Conſuetudo valet vt ſcri

ptura executionē habeat.

quam in tertia quæſtione,volum.primo.& etiam valet ſtatutum.Corne.cōſilio 297.in præſenti. in tertio volumine.Barbat.conſil.86.illud.col. 6. in tertio libr. maximè quando eſt recognita coram principe.Petr.Beluge in ſpecu.principum.rubric.26.§.Ieſu Chriſti.fol.134.vide Bald.quid in literis principis.conſilio 44. dominus Baillardinus,in primo volumi. in conſil. 275.factum tale eſt.in 3.volumi.& multò fortius,hæc lex regia firma,rationabilis atque iuri conſona erit.

Scriptura ſine die recognita tantū executionem habet.

48 Amplia etiam ſi illa ſcriptura non eſſet ſolennis,fortè,quia in ea non interuenerat dies,nec ſubſcriptio:tunc ſi pars recognoſcat ſe illam ſcripſiſſe,tenebitur garnire : vt in hac ordinatio. habetur.& hoc etiam aſſerit Bar.in l.alia.verſi.ſed pone.col.ſecunda.C.de his quib. vt indig. dicens quòd licet inſtrumentum ſiue cedula non ſit ſufficiens ad probandum : tamen partis confeſsio rata manet, etiamſi confeſsio non fiat abſolutè, ſed per relationem ad inſtrumentum. nam veritas eſt tàm in inſtrumento, quàm in confeſsione:ſolennitas verò eſt in confeſsione,licet non in inſtrumento : ergo valet confeſsio. argument.l.primæ. §.debitum.ff.de conſti. pec. & ſcriptura ſic recognita eſt maior quolibet inſtrumento , etiam publico, & quibuſcunque teſtium depoſitionibus,teſte Bald.conſil.192.proponitur.col.3.verſi.ſed ſupereſt,in ſecundo volu. quod patet: quia poſt recognitionem condemnatur is, qui eam recognouit ad garniendum.

Quadruplex ſolennitas.

49 Intellige quando ſolennitas reſpicit inſtrumentum,ſecus ſi negotium principale:vt pote ſi pars confiteatur ſcripturam priuatam,in qua nudo pacto promiſit,vel rem ſacram,aut aliud prohibitum polliceri:tunc non procederet manus munitio.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo. obligat.& de quadruplici ſolennitate ſcribit Bald.in l.iuriſgentium.§.quod ſere. ff.de pact. & gl. in c.ſi fortè.de electio.in 6.doc.in l.ſciendum.de verbo.obliga.

Recognoſcēs ſcripturas & debitum negans ſoluere cogitur.

50 Secundò amplia,etiam ſi quis recognoſceret ſubſcriptionem tantùm, vel ſcripturam , licet negaret debitum,adhuc procedit quod hic dicitur:vt garnire teneatur:quod probatur in tex.ordina.ibi,*apres le ſeing cogneu*.ergo non requiritur cognitio contentorum in cedula:ſed ſufficit recognitio ſuæ ſcripturæ:& ideo iudex ſolet illum condemnare ad garniēdum,ſaluis ſuis defenſionibus:& ſic vidi ſeruari.hoc ſcribit Raphael de perlionibus in repetitio.l.inter chartolas. nu. 10. de conueniend.fiſc.debitorib.lib.10.

Subſcriptio partis eſt virtutis ſcripturæ.

51 Tertiò amplia ſiue fuerit ſcripta à debitore , ſiue tantùm ſubſcripta : quia tantum operatur ſubſcriptio,quantum ſcriptura etiam cum ſubſcriptione.l.fideiuſſor.§. pater.ff.de pignorib. l. ſicut.§.non videtur.quib.modis pig.vel hypoth.ſoluit.l.ſi ego.§.dotis.ibi vt is ſubſcribat, quas res acceperit,de iure dot.l.ſi per epiſtolam de acquiren. hæredit.l.ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. de verborum obligation.§. primo.inſtitu.de emptio.l.cùm antiquitas.C.de teſtament.gloſ. & Bartol. in l.emptor.§.Lucius ff.de pact.c.ſi quis presbyterorum.cum gl.de rebus eccle.nō alienan. Petr. de Ferrar.in ſua practi.in ſorma oppoſi.contra inſtrumenta.in fi.Iaſ.in authent. ſi quis in aliquo. col.ſecunda.C.de edend.Bertach.in tractat. de epiſcop.in prima parte lib.tertio.verſic.ſciēdum. & Dec.in capitul.quoniam.col.24.de probatio.ſiue ſit ſubſcriptio generalis,ſiue ſpecialis.gloſ.in l.prima.§.inter filium.ff.de falſ.

Scripturam non ſubſcriptam recognoſcere quis cogitur.

52 Et ideo dixi per dictum §.pater.aliquem teneri ad recognoſcendum chirographum, quod ſcripſerat,licet non ſubſcripſiſſet:quia tantum operatur ſcriptura,quantum ſubſcriptio,& econtrario.in l.ſubſignatum:vbi ſcripſi.ff.de verb.ſigni.

53 Ex hoc infert Angel.in d.§.Griſogonus.quòd ſi ſtatutum dicat,quòd ſcriptura manu debitoris facta habeat executionem paratam, habebit etiam locum in ſcriptura à tertio facta, & à debitore ſubſcripta:quia ſubſcribens videtur etiam in effectu ſcripſiſſe ſecundum Alex. & alios in d.§.Griſogonus.& facit text.in l.ſticho.§.ſeruus.ff.de ſtatuliber.& l.diuus.§.planè. §. ſubſcribere. de falſ.Alex.conſi.47.ponderatis his.col.2.libr.2.ſequitur Barba.conſi.58.omnipotentem.col. 11. vol.3.& in c.ſi quis presbyterorum.col.2.de reb.eccl.non alienand.licet contrarium tenuerit Iaſ. in authent.ſi quis in aliquo.col.3.C.de edend.

Negans ſubſcriptionem punitur.

54 Secundò facit,quod voluit Bald.in authenti.contra qui propriam.col.1.C.de non nu.pecu. vbi concludit authenti. illam non ſolùm habere locum in negante ſuam cedulam à ſe ſcriptam: ſed etiam in negante cedulam à ſe ſubſcriptam.facit l.1.ff.de conſtitu.princip. ſequitur Angel. in §.idem iuris.col.17.verſ.quid ſi eſt ſcriptura.inſtitu. de exceptio. dicens Baldi opinionem veriorem.licet Salicet.contrarium teneat.in d.authen.contra qui propriam, alioqui ſequeretur abſurdū:quòd ſi quis faceret ſcribi per alium,& ſe ſubſcriberet,vt epiſcopi,abbates , & alij magni viri, quòd nunquam tenerentur:quod eſſet valde abſurdum.

Subſcriptio quando nō operetur executionē.

55 Fallit quando ſcriptura requireretur pro forma,quia tunc ſubſcribens non haberetur pro ſcribente:vt docet Areti.in dicto §.Griſogonus.col.tertia.per illum text.& Iaſ.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.& hoc expreſsim tenet Albert.Brunus. in tractatu de forma & ſolennita. actus.rubric.ex quibus conſiſtant forma & ſolennita.verſicul.idem quæro an ſubſcribens : quod non eſt in hoc regno,ideo ſubſcribens ſolet ad garniendum(vt prædixi)condemnari.

56 Secundò limita quando ſubſcriberet ſe,vt teſtis.l.Caius.ff.de pignora.actio.l. titia.§. lucia.ff. de legat.2.l.ſi pater.C.de fideiuſſorib.Bar.in l.ſicut.§.non videtur. quib. mod. pig. vel hypothe. ſoluit.dicens idem eſſe quando ſubſcribit ſe vt notarius, quia non facit ad ſe obligandum , ſed ad tribuendum robur ſcripturæ : & actus vltra intentionem operari non debet. iuxta l. non omnis.ff.ſi certum pet.ſic firmat Bartol.& alij.in l.quæ dotis.ff.ſolut.matri.facit text. in c. ex literis. de tranſactio.Iaſ.in d.§.Lucius.quia diuerſis ex cauſis apponitur ſubſcriptio.de quibus per Specula.in

cula.in tit.de probatio.§.videndum.verſic.opponitur autem.alias limitationes tradit Soci.in tracta.fallentiar.reg.385.ſubſcribens.& Fel.in c.quoniam contra.col.19.de probat.

57 Quartò extende etiam ſi alius ſuo mandato ſcripſerit,quia tūc habetur,ac ſi debitor ſcripſiſſet.l.diuus Claudius.§.item.ibi videri enim ipſius domini manu ſcripta:cuius voluntate ea ſcripta ſunt.ff.de falſ.l.ſi ego.§.dotis.de iure dotium.Panor.& Imol in c.cum inter. de re iud. col. 4. numero.7.C.de edend.Iaſ.in l.edita.col.4.numero 7.C.de edend.& in d.§.Griſogonus.col.3.vbi dicit facere ad ſtatutum,quo cauetur , quòd quis non admittatur ad excipiendum contra propriam ſcripturam : in qua continetur promiſsio pecuniæ , quòd tale ſtatutum habebit locum, etiam ſi ſcriptura non ſit manu propria ſcripta,ſed alterius manu, de eius tamen mandato : ſic & hîc habebit executionem,etiam ſcripta per alium,& recognita per eum,cuius mandato fuit ſcripta,ſi pars confiteatur ſuo mandato ſcriptam,licet dicat poſteà ſoluiſſe, vel aliud alleget : tamen garnire tenebitur ſaluis ſuis exceptionibus,niſi ſuam incontinenti probaret exceptionem.

Scriptura meo mandato ſcripta habet executionem.

58 Idem ſi illiteratus neſciens ſcribere apponeret aliquod ſignum, quod poſtea recognoſceret eſſe ſuum.probatur in artic.2.ibi,*ſignee du ſeing manuel* in ſtilo Bitur.argument.l.optimam. C. de contrahend.ſtipulat.Melius in dicto §. Griſogonus.ibi aſsignante &c.& infrà dico,ne illiteratus melioris ſit conditionis quàm literatus.argu.l.Seruius.ff. quod vi aut clam. c. eum qui , de præbend.in 6.

Signum recognoſcens garnire tenetur.

59 Quinto amplia ſiue recognoſcat per ſe,ſiue per procuratorem ad hoc habētem expreſſum mandatum:nam qui per alium facit,perinde eſt ac ſi ipſe faceret.l.1.§.videor.ff.de vi & vi armat. per l.certe.§.1.de precario.regul.qui per alium.de reg. iu.libr. 6. licet periculoſum ſit recognoſcere per alium : tamen iudex condemnat ad garniendum poſt recognitionem factam per procuratorem.

Recognitio per procuratorē facta nocet domino.

60 Sextò amplia,etiam ſi exterus acciperet hîc mutuò pecunias, & faceret cedulam, quā poſteà hic recognoſceret. nam habebit poſteà executionem , ſicut contra ciuem : quia conſuetudo reſpiciens actum factum in loco conſuetudinis ligat etiam extraneos.text.in cap. contra mores. 8.diſtinctio.& cap.illa.12.diſtinctio.l.ſi fundus.ff.de euictio.cùm contrahens cenſeatur tacitè contraxiſſe ſecundum loci conſuetudinem,vbi contrahit:licet conſuetudo adhuc non eſſet præſcripta.Areti conſil.11.procedendum.col.vltima per text.in l.final.C.de fideiuſſorib.Bartol.& alij. in l.1.C.de ſumma trinitat.latè Roch.Curtius.in repetitionib.c.final.in 12.quæſt. de conſuet. hodie nulla de hoc extat dubitatio,cùm legem habeamus de hoc regiam, quæ in hoc regno eſt obſeruanda,& quibuſcunque ibi degentibus.

Exterus recognoſcens cōdēnatur.

61 Septimò amplia,etiam ſi quis recognoſceret cedulam ſuo ſigillatam tātùm ſigillo,licet non ſua manu ſcriptam.nā apocha ſignata ſigillo debitoris plenè probat contra eū gl.in l.2.C.de reb. alien.nō alienand.Paul.in d.l.admonendi.& vulgò dicimus,*a recognoiſtre ou nyer ſon ſeing.* ſignum autem quandoque pro ſigillo accipitur.l.ad teſtium.ff.de teſta.l.fi.in fin.& ibi glo.C.de bonis authorit.iudic.poſsidend.& ſic habebit locum manus munitio,poſt recognitionem ſui ſigilli.facit. d.§.Griſogonus.ibi aſsignante:& ibi docto.& in deciſio. Tholoſa.q.31.item &c. ſi aduerato & c. dixi in l.ſubſignatum.ff.de verbo.ſigni.

Sigillum recognoſcens ſuum condēnatur.

62 Non tenetur tamen quis recognoſcere ſigillum,quando probat per alium interpoſitum,vt potè quia illud perdiderat , vt cenſuit Senatus pro comite de Longua villa contra dominum de Alba petra:vt refert Auſrer.in areſto.111.item pro comite:ideo inuenta eſt hæc clauſula , quæ in fine ſigilli apponi ſolet. & in fidem promiſſorum iuſsimus has literas ſigilli noſtri appenſione communiri.Bal.in l.2.per illum tex.C.de reb.alie.non alienan.quæ ſi falſa fuerit,non obligat.

Areſtum.

63 Primò limitatur quando eſſet in cedula promiſſa res quæ non poſſet tradi & in quam non cadit manus munitio,nec commercium.l.ſed Celſus.ff.de contrahen. emp. vt liber homo, campus Martius,res ſacra,religioſa vel publicis vſibus deſtinata, & aliæ prohibitæ ibidem.& in l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obli.in illis enim caſibus iudex non condemnabit partem ad garniendum,alioqui perperam faceret:& ab eo appellandum eſſet:& illa ſententia non eſſet executoria:vt ſcripſi in tracta.de ſenten.executo.artic.vlt.

Caſus in quibus non habet executionem cedula.

64 Secundo limita,quando promiſſum in cedula non eſſet liquidum,ſed incertum, tunc non procedit prouiſio : vnde qui promitteret damna , vel id quod intereſt reſtituere , antequàm appareat,condemnari non debet ad prouiſionem.& hoc probatur ibi,*que appert.*& in §.planè.de teſtam.mili.in inſti.hoc probat Soc.conſil.41.antequam.in 1.vol.poſſet ergo reus vti cautela.l. ſtatuliber rationem.ff.de ſtatuliber.videlicet deponere vnum ſolidum,ſe offerens reliquum præſtare,& ſatiſdationem de ſoluendo illud,quando apparebit eum plus debere : vt ſcripſi in tracta. de liter.obligato.artic.1.gloſ.*oppſitions.*

Prouiſio rei non liquidæ executionē non habet.

65 Tertiò limita,quando illa cedula referret aliam,vt ſi in cedula contineretur ſe recepiſſe centum ex cauſſa,quæ in alia cedula continetur : tunc non fieret manus munitio, niſi alia ſcriptura producatur.per tex.in auth.ſi quis in aliquo,ibi,nulla ex hac memoria fiet exactio. C. de edend. Roma.conſil.305.quoad ſeptimum.in vltima quæſt.quod eſt verum : quando ſubſtantia referretur ad aliam,ſecus ſi ad aliud, ſine quo munitio fieri poſſet : vt ſi confiteretur centum aureos reſtantes ex obligatione tali:tunc iudex condemnabit,ac ſi nulla fieret relatio.hoc no.in d. auth. ſi quis.& Bauer.in §.nihil.col.5.cum ſeq.de teſt.in inſti.

Scriptura aliam referens quādo habeat executionem.

66 Quartò reſtringe quando cedula eſſet ſine cauſſa facta.l. cùm de indebito.§.fi. ff. de probatio.l.2.§.

Sine cauſſa cedula non valet.

tio.l.2.§.circa.ff.de doli excep.ideo ſi ſimpliciter quis confiteretur debere centum tali,ex hac ſcriptura iudex non decerneret prouiſionem antequàm cauſſa probata ſit {Nec condemnabit ad garniẽdum, vt iudicauit ſenatus pro Dapeſtegni appellante à pręposito hoſpitij regis,contrà Dominum de chaſteau Moreau,anno 1527.die 10.Decembris.} & tunc bonũ eſſet interrogare reum qua ex cauſſa debet,quod ſi confiteatur ex cauſſa rationabili,& legitima, garnire tenebitur, aliàs non:vt latè tradit Rapha.de perlioni.in repetit.l.inter.nu.22.col.5.& ſeq.C.de conueniend.fiſ.debitori.libr.10. Dec. in c.2.de fide inſtr.col. 3. cùm etiam ſine cauſſa non plenè probet : vt ſcribit Roma.conſ.292.pro habenda.in fin.& conſil.373.in caſu.Sed hodie ſi ſcriptura ſit recognita, in dubio condemnatur recognoſcens:& facto garnimento(vt practici dicũt)opponere poterit ſuas exceptiones,& defenſiones:vt probat Fel.late in c.ſi cautio.de fide inſtru.

Cõſuetudo Tholoſana ut ſine cauſſa ſcriptura ualeat.

67 Eſt etiam Tholoſæ conſuetudo,quòd inſtrumenta debitorum valent:quamuis ibi nõ contineantur cauſſæ,pro quibus pecuniæ debentur : vt in conſuetudine Tholoſana. rub. de fide inſtrumento.artic.2.Sed an generalis cauſſa ſufficiat : vt ſi dicat, confiteor ex omnibus cauſsis me debere,non videtur,indiſcretè enim confiteri cenſetur:vt d.l.cùm de indebito:vt in fi. ff. de probatio.& diuerſitas cauſſarum obſcuram reddit cedulam.l.ita fidei.ff.de iure fi.niſi eſſent quædam cauſſæ anteà nominatæ,vt cauſſa mutui, vel aliæ:vel niſi inſpecta qualitate perſonæ fiat conſideratio:vt ſi quis cautionem ſcribat primario collegij,vel cõuictor ſuo hoſpiti,in qua ex omnibus cauſsis confiteatur illi debere decem:tunc intelligetur ex omnibus cauſsis victus & doctrinę, vel ex omnibus cauſsis victus,& ita cẽſuit Senatus de quadam cedula facta hoſpiti de triginta libris, quæ vix legi poterat,tamen ad garniendũm condemnauit confitentem ex omnibus cauſsis.anno 1544.die 2.Decem.& an & quando confeſsio vel obligatio probet ſine cauſſa,vide Fel.& alios in c.ſi cautio.de fide inſtrumen.& Hip.in l.1.§.præterea.nu.93.& ſeq.ff.de quæſtio.& in rubr.de probatio.fol.12.in paruo vol.ac ſing.249.obligatio ſine cauſſa.

Areſtum.

An appellatione inſtrumentorum veniat priuata ſcriptura,vide Soc.in conſ.41.antequàm.col. 5.in 1.vol.ſcripſi in tracta.de liter.oblig.in præfatio.nu.3.

Recognitio in iudicio fieri debet.

68 Quintò limita,quando recognouiſſet extra iudicium,tunc non procedit,quod hic dicitur in tex.legis regiæ:quia garnire non teneretur, niſi coram iudice hoc ſit recognitum.nam multa
69 valent propter calorem iudicij, quæ aliàs non valerent. † Vt confeſsio abſente parte facta valet in iudicio.l.certum.§.ſi quis abſente parte.ff. de confeſſ. Item cõfeſsio ſine cauſſa in iudicio facta valet.gl.in l.1.in fi.ff.de interrogato.acti.& alibi dixi.ideo ſi quis confeſſus fuerit dictam cedulam coram duobus notariis, probabit : ſed non fiet ob hoc executio : idem ſi in chirographo confitebatur ſe debere,ſed non promittebat ſoluere, tunc non condemnabitur ad garniendum ſed audietur ſcribens,vt infrà dicam.

Actus ab uno notario ualet:licet ex lege uel conſuetudine duo interuenire debeant. Contra procuratorium apud acta factum opponi nil poteſt.

70 Item ſcriptura ſemel in iudicio producta,& in actis regiſtrata facit plenam fidem,licet non
71 reperiatur originalis:vt aſſerit.Bal.in l.fi.C.de fide inſtru. † Adde quòd licet ex ſtatuto,vel conſuetudine,vt eſt Pariſiis,duo notarij requirantur in aliquo actu,tamen valebit actus,licet duo notarij non interueniãt:ſi is actus fiat apud acta.teſte Hippo.in rub.de probat.fol.3.col.2.vbi hoc anno legendo illum ti.in decretalib.dixi.facit text.in l.1.in fi.cum l.ſeq.ff.de appe.facit etiam ſin-
72 gulat.deciſio.Angel.in §.ſin autem.col.2.de ſatiſd.in inſti. † Vbi dicit quod contra mandatum factum apud acta,non poteſt aliquid opponi:ideo ſis cautus, vt conſtituas tuum procuratorem coram iudice ſedente pro tribunali,& aduerſario præſente : vt poſteà nihil opponi poſſit.doc.in l.1.C.de ſatiſda.

73 Sextò limita,quando is,qui eam cedulam recognouiſſet,non poſſet obligari, vt potè furioſus,prodigus,cui eſt bonis interdictum,vel infans.Nam hi garnire non tenẽtur,qui obligari non poſſunt.l.in negotiis.ff.de re.iur.l.is cui bonis.de verbo. oblig. & text.ordinatio. loquens de debitore recognoſcente debet intelligi de habili. l. 1. & ibi multa addidi.C.de ſacroſanct. eccleſ.& inferius abundantius dicetur.artic.1.

74 Septimò derogatur,quando quis recognouiſſet chirographum tacitè : tunc enim non haberet locum,quod hic dicitur : vtpotè ſi in libello producto coram iudice narraret quis cedulam iam dictam, & ſic tacitè eam recognoſceret : tamen per illam tacitam recognitionem non condemnabitur ad garniendum:vt conſuluit Socy.conſil.41.antequam. in 3.dubio.volu.1.faciunt quę not.Iaſ.& alij in l.cùm quid.ff.ſi cert.petat. Aliæ limitationes colligi ex ſequentibus poterunt, & vide caſum,in quo non tenetur quis recognoſcere in tracta.de ſenten.executo.art.1.in gloſ.

Recognitio quomodo fiat.

75 Primò quæro,qualiter fiat recognitio?Reſpon.per debitoris confeſsionẽ in iudicio factam, dicentis ſe ſcripſiſſe illam cedulam,de qua agitur.l.generaliter. C.de non nu.pec.Primò citabitur pars ad recognoſcendum ſuum chirographum,vel ad negandum : ſi dixerit illud ſcripſiſſe,condemnabitur ad garniendum:vt in artic.ſeq.dicetur.

76 Item recognitio poteſt fieri per teſtes,qui fuerunt præſentes, quando pars ſcripſit : & hi viderunt ipſam partem illud chirographum ſcribentem:& ipſi ſunt inſcripti,aut ſubſcripti dicto chirographo.vt in §.ſi quis igitur vult.in authen.de inſtru.cautel.& fide.colla.6.Innoc.in c.2.col. 2.de fide inſtru.

77 Prætereà per comparationem literarum.l.comparationes. C.de fide inſtr. doct. in l. admonendi.ff.de iureiuran.Hipp.in rub.de probatio.fol.35.verſic.vlterius.col.1.& ſeq.& aliis iuſtis modis per iudicem exquirendis.

78 Secundò quæro, an omiſſa lege regia, vel conſuetudine, iudex poſsit interrogare reum, an ſcripſerit dictam cedulã, reſpõde, ſic: poterit enim producens cedulã petere ex officio à iudice, vt interroget eum, contra quem fit productio, an talem apocham ſcripſerit, & huiuſmodi interrogationi reus tenebitur reſpondere. teſte Bal. in authen. contra qui propriã. in fi. C. de nõ nu. pec. *Reus interrogatus an ſcripſerit, reſpondere tenetur.*

79 Tertiò quæro, quando poterit fieri iſta interrogatio, etiam omiſſa conſuetudine? Reſpon. vbicunque iudicem mouerit æquitas, & ſic etiam ante litem conteſtatam. in l. vbicunque. ff. de interroga. actio. Roma. conſil. 373. in caſu propoſito. col. 1. Dec. in c. 1. in 4. not. in prima lectura. de iudi. & in hac patria communiter fit ante litem conteſtatam, & antequam ſuper principali procedatur, vt prouiſio & manus munitio fiat ſtatim facta recognitione. *Quando interrogari reus poßit.*

80 Quartò quæro, nunquid ab hoc præcepto parti facto, vt reſpondeat an ſcripſerit ipſe vel alius ſuo mandato, poſsit appellari? Bal. conſi. 335. à mandato. in 4. vol. firmat non poſſe: quia reus non grauatur, cùm de facto ſuo interrogetur, & poſsit, ſi velit reſpondere: ideo ſine grauamine illato, vel comminato non poteſt appellare. c. cum ceſſante. de appell. & ſi appellet, ad mulctã condemnabitur tanquam temerè appellans. *Appellare non licet à præcepto de reſpondendo.*

81 Quintò quæro, dum fit diſcuſsio bonorum alicuius, producitur cedula mille aureorum, quam debitor recognoſcit: an iſta recognitio prę iudicet creditoribus? Reſp. non, niſi de debito aliter appareat: vt firmat Soc. conſ. 78. viſis actis. in 4. vo. per tex. in l. 2. ff. quæ in fraud. cre. Bar. in l. poſt contractum. col. vlt. de dona. alioqui eſſet in poteſtate debitoris præiudicare tertio: quod non eſt dicendum. per l. rem alienam. ff. de contrahend. empt. & per hoc daretur materia calumniandi. contra l. conuenire. ff. de pac. dotal. *Recognitio creditoribus non nocet.*

82 Limita quando ille tertius haberet cauſſam à ſcribente. l. repetita. ff. de fide inſtru. l. ex ſextante. §. latinus. de exceptio. rei iud. Henric. Boic. in c. ſi inſtrumenta. de fide inſtrumento.

83 Etiam quando ſcriptura eſſet à tribus teſtibus maſculis ſubſcripta: nam tunc videbitur ceſſare præſumptio fraudis. l. ſcripturas. C. qui potior. in pigno. habeantur. & ibi Barto. & alij. Petr. de ancha. conſil. 28. rationes. & Ioan. de Ana. conſil. 40. in quæſtione. Iaſ. in d. §. Griſogonus. & Dec. in d. c. 2. col. 2. ratio eſt: quia ſicut non ſtatur dicto ſolius deponentis viua voce, ita ſi conficiat ſcripturam: tamen ſi dictum ſuum probaretur per tres teſtes, valeret: ſic erit quando ſcriptura eſt per tres teſtes approbata. Bologni. in additio. ad Ioan. de Ana. d. conſil. 40. quando eſſent teſtes non ſuſpecti: vt in d. l. ſcripturas, ſcribitur.

84 Sextò quęro, an valeat ſcriptura priuata ſine ſubſcriptione? Breuiter reſpondeo quòd non, niſi cedula ſit ſcripta propria manu: & appoſitum ſit in ipſa nomen ſcribentis proprium, vt in quorum fidem hanc præſentem cedulam propria manu ego Petrus Rebuffus ſcripſi, &c. vel fuerit ſcriptum, ego Petrus Rebuffi confiteor recepiſſe talem ſummam à tali: quamuis illa ſcriptura non ſit ſubſcripta, recognita tamen executionem habebit. l. cùm antiquitas. circa fi. C. de teſta. & Bald. in procę. ff. circa fi. facit l. ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. ff. de teſta. vbi idẽ dicit Bar. in literis mercatorũ, quæ non habent effectum, niſi ſint ſubſcriptæ, vel propria manu ſcriptæ, etiã ſi eorum ſigillo eſſent ſignatæ. ſequitur Hippol. in rubr. de probat. fol. 33. verſi. prędicta. & Bertach. in tracta. de epiſcop. in 1. parte verſic. ſubdendum eſt: dicens idem in conſiliis doctorum, quæ non valent, niſi fuerint ſubſcripta, etiam ſi propria manu doctoris fuerint ſcripta. probat Fel. in d. c. 2. Alex. & alij in d. l. admonendi. quia ſcriptura non videtur completa, nec concluſa, ſine ſubſcriptione, niſi aliter probaretur per teſtes ſecundum eoſdem. *Scriptura priuata ſine ſubſcriptione an valeat.*

Conſilia doct. nõ ſubſcripta non valent.

85 Septimò quæro, an in ſcriptura priuata requiratur dies & annus, videtur quòd ſic: quia non debet eſſe maioris authoritatis in probando, quàm publica. Sed publica requirit annum & diem antequàm probet. per tex. in authen. vt prępona. no. Imperato. coll. 2. l. generali. C. de tabula. libr. 10. ergo & priuata.

86 Item probatur: quia ſi non apponeretur dies, non poteſt probari an præſcriptum ſit debitum, vel an mandatum per literas datum ſit præſtitum ante iudicium, vel poſt: nec poteſt videri venire in iudicium, qui poſt iudicium acceptum venit. l. non poteſt videri. ff. de iud. & huius ſententiæ fuit Butr. in prima conſti. C. quòd requiratur dies. *Dies & annus an in ſcriptura priuata requiratur.*

87 Item vltra cum poteſt probari per l. ſcripturas. C. qui potior. in pig. habeant. vbi ratione hypothecæ requiritur dies, vt cognoſcatur prioritas. ergo &c.

88 Contrarium tamen eſt communiter verum. per tex. in l. cùm tabernam. §. idem quæſiit. ff. de pigno. ibi videtur non idcirco obligationem pignorum ceſſare, quòd dies vel conſules adhibiti, vel tabulæ ſignatæ non ſint. tex. ſimilis in l. in ſumma. §. idem Labeo. 2. ibi non diem & conſulem, ac liquidum exquirendum. ff. de aqua pluuia arcend. gl. in c. dicenti. §. ſancimus. 25. quęſt. 2. Ioan. Fabr. in §. item verborum. col. 2. inſtitu. de inutilib. ſtipula. Alexan. conſil. 70. viſo proceſſu. col. 3. in 1. vol. & conſil. 42. in cauſſa. in fi. in 3. vol. Dec. & alij in d. c. 2. de fide inſtrumen. ratio eſt: quia ſcriptura priuata regulariter non facit fidem, niſi contra ſcribentem. d. l. publica. & ideo ſufficit qualitercunque fuerit ſcripta: & imputet ſibi ſcribens quare diem non appoſuit. argumen. l. veteribus. ff. de pac. Bonifac. Vital. in §. fi. in procę. Clement. Lanfranc. in repeti. c. quoniam. in verb. inſtrumentorum productiones. in fi. de probatio. & ſi eſſet recognita, haberet locum manus munitio, vt hîc. nec me mouet, quòd in ſcriptura publica requiratur annus & dies: ſed hoc eſt, quia in illa ſolennitas eſt à iure introducta, quæ non procedit in hac ſcriptura priuata, niſi ratione hypothecæ, & in ſeq. caſibus.

89 Primò fallit quoad præiudicium tertij, vt ſi procuratorem in ſcriptura priuata conſtitui, talis conſtitutio tenet quoad meum præiudicium,& conſtituentis,ſed non ad præiudicium illius, cum quo litigare intendo:quia fortè tempore conſtitutionis procurator erat excommunicatus: & ſine die hoc non poteſt probari : ideo non valebit , vel procuratorium allegari poterit eſſe factum poſt litem conteſtatam.And.& Dominic.in c.abbate.de reg.iur.libr.6.Petr.de bella pertica.in l.generaliter.col.3. C.de non numera.pecu.Alexand.conſil.132.in cauſſa.col.1.in 4.volu.

90 Secundò fallit in §.quantum.in authent.quib.mod.natura.efficiunt. legit.col. 6. Alex. in l. prætor.col.1.ff.de eden.vbi idem dicit,in libro rationum vt requiratur dies.& in d.§.quantum.eſt ſpeciale in cauſſa matrimonij,quia agitur de maximo præiudicio , vtpotè de ſeruitute perpetua, prout latè not.Neuiſa.in ſua ſilua nup.Dec.in d.cap.2.nume.14.Iaſ.conſi. 129. in caſu col. 1. volumine.1.

91 Tertiò limita in teſtamentis & vltimis voluntatibus , in quibus etiam ſi fiant inter liberos, requiritur tempus.authen quod ſine.C.de teſta.alioqui non valent:& quia ius eſt nouiſsimum, illi eſt ſtandum.prout conſuluit Alex.conſil.126.diſcuſsis.col.2.in 1. volu. Corne.conſil.307.veſtrum.col.2.in 3.vol.vbi decidit,quid ſi teſtetur ad pias cauſſas.& Alex.cōſi.4.attentis.col. 4.in 7. volu.quia pluties teſtamentum mutari poteſt:& vltimum valet:ideo de tempore debet apparere, vt ſciamus eſſe vltimum.§.poſteriore.inſtim. quib. non eſt permiſſum facere teſtament. l. ſancimus.C.de teſtamen.Guido Papæ conſil.55.omiſſa.col.2.Panor.conſil.98.in quæſtione.vol.2.

92 Quartò fallit,quando tempus eſſet de ſubſtantia actus, & poſſet infringi tempore:vt quādo agitur de prioritate hypothecę d.l.ſcripturas.C.qui potior.in pigno.habeant.Bal.in prima conſtitutione C.in §.quibus.col.2.docto.in d.c.abbate.ſequitur Barba.in proœ.clem.§.ſane.col. 20. & ſeq.& conſil.27.vbi Chriſtus.col.3.in 3.vol.& in repetitio.rub.de fide inſtru.col.79.verſic.5. ſi ita eſſet,in paruo vol.

93 Quintò derogatur in libris rationum,per tex.in l.1.§.editiones.ff.de edend.& ibi docto. ſic conſuluit Alexand.conſil.84.in cauſſa.col.1.in 7.volu.

Nomen Regis an ſit in cedula apponendum.

94 Notandum quòd in quibus caſibus requiritur tempus in priuata ſcriptura,debent exprimi non ſolùm anni,menſes,dies,ſed etiam nomen Imperatoris in imperio,& Regis in regno. per l. 2.§.diem.ff.quemadmodum teſt.aperiant.§.quantum.in authent.quib.mod.natu.efficiunt.legit. & in authent.vt præpona.no.Impera.in prin.Bal.expreſsè & alij.in d.authent.quod ſane.ſequitur Alex.conſil.76.ponderatis.col.3.verſic. incipe.in 3. vol. ſed hoc non ſeruaretur in praxi. nam ſi annus,menſis,& dies adeſſent,hoc ſufficeret:quia non eſt moris nomen Regis in priuata deſcribere ſcriptura,maximè in cedula:& ideo minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt.l.minimè.ff.de legib.

Locus an ſit in ſcriptura priuata ſcribendus.

95 Octauò an requiratur appoſitio loci in cedula? dicendum eſt quòd non:vt probatur in l.1. C.de apoch.public.lib.10.gloſ.in c.abbate ſane. de re iud.in 6. & hoc expreſsè tenet Matheſil. in no.45.not.quod tempus.vbi dicit tempus & locum non eſſe de ſubſtantia ſcripturæ priuatæ. per d.§.idem quæſiit.l.eum tabernam.ff.de pignorib. quia vbique poteſt quis & recipere, & promittere,diuerſum eſt in publica:quia in vno loco poſſet eſſe notarius , vel promiſſor & in alio non: & etiam in publica requiritur locus,vt ſit facultas reprobandi ſcripturam de falſo. per gloſ. in d. c.abbate. per l.optimam.C.de contrahen.& committend.ſtipula.gl.in c.dicenti.§.ſancimus. 25.q. 2.& hæc ratio ceſſat in ſcriptura priuata.l.damus.C.ad leg.Cornel.de falſ.Barb.in d.§.ſane.col.2. in proœ.clemen.Alex.plenè in l.de pupillo.§.qui nunciat.col.2.ff.de no.oper.nunciat. Laufranc. in repet.c.quoniam contra.in verb.inſtrumentorum productiones.in fi.de probatio.

96 Si tamen quæſtio penderet ex loco , vtpote , quia pars vna affirmat certo loco aliquid factum, alia negat : & tunc oportet quòd locus probetur per ſcripturam , vel teſtes ſupplendo id, quod ſcripturæ deficit.l.eum actum.ff.de nego.geſt.l.matrem.C.de probatio.Bal.conſil.354.quęritur.in 3.volu.

Nolens recognoſcere quomodo cogatur.

97 Nonò quæro,quid ſi ſcribens non vult eam cognoſcere , quomodo ſuccurratur? Reſpon. habetur pro recognita.probatur per c.fi.de confeſ.lib.6.ſiue interrogatus noluerit reſpōdere,ſiue non comparuerit.Aufret.in ſtylo parlamenti in 1.parte rubr.de defectu ſuper actio.perſonal.verſi. item aduerte.docet Corne.conſil.296.in præſenti.col.1.in 3.vol.hoc etiam probatur artic.2.

Recognitio per contumaciam parat garnimentum.

98 Decimò quæro,quando habetur pro recognita,vtpotè per contumaciam,an cogatur debitor munire manum?videtur quòd non. nam quando fuit contumax debitor non cognouit : vt tex.requirit legis regiæ:ergo non cadit manus munitio,nec garnimentum.Secundò text.loquens in cògnitione,debet intelligi in vera,& non in ficta.l.3.§.hæc verba.ff.de nego.geſt.Tertiò conſuetudo vel ſtatutum loquens in caſu vero,non habet locum in caſu ficto.d.§.hæc verba.& l.1.ff. ad l.falcid.

Contrarium tamen ſeruat practica,iſta ratione:quia tantum debet operari fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero.l.ſi filiusfa. ff. ſi certum pet. ſed ſi pars verè recognouiſſet ſcripturam,deberet fieri manus munitio, ergo & quando fictè recognouit:videlicet per contumaciam, vel alio modo.nec obſtant ſuprà adducta:quia quandoque conſuetudo loquens in caſu vero,vel ſtatutum,extenditur ad caſum fictum:vt eſt text.in d.l.1.§.1.& ibi plenè Alex.& Vincent.ff. ad legem falcid. & hoc quando æquiparantur per viam regulæ. per c.cùm dilectus.& c.ad audiētiam. de cleric.non reſident.vel quando habent eandem rationem, ſeu eundem effectum producunt.

Alex.conſil.

Alex.conſil.178.in occurrenti.col.vlt.& in 2. vol. item interpretatatione paſsiua bene extenditur ſtatutum ad caſum fictum, vt ibidem dicitur. Et poſtquàm text. loquitur de cognitione generaliter & indefinitè,debet intelligi de quacunque, cùm indefinita æquipolleat vniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de legat.2.c. vt circa.& ibi glo.magiſtra de electio. lib.6.quia quod per te ſtat,tibi eſt imputandū:vt dicitur à contrario in regula,in iure ciuili.ff.de reg.iur.alioqui cōtumax nunquā ſoluecret,nec garniret: & ſic nullus cōparere vellet. Et hoc intelligatis,quòd ex ſola contumacia nō tenetur cōtumax garnire:ſed poſtquā defectū iudex contra abſentem cōceſſerit,in defectū condēnabit deficiētē ad garniendū.& ita fit in iudiciis.probat Hoſtiē.in ſumma de dolo & cōtumacia.

99 Vndecimò an hic text.habeat locum in literis credentię confeſſatis,& recognitis,videlicet quòd habeant executionem paratam? Repon.quòd non: quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem.l.non omnis.ff.ſi cer.pet. & literæ credentiæ dicuntur magis commendatitiæ quàm obligatoriæ:ideo non obligant ſcribentem.l.fi. C. quod cum eo.l.eleganter.§.fi.de dolo.ff.l.ſi verò non remunerandi.§.cùm quidam.mandat.& iſtæ literæ ſunt in duplici differentia,generales & ſpeciales:generales,vt latori præſentium in his,quæ vobis dixerit, plenā dabitis fidem:ſpeciales,vt præſentium nuncio latori,de intentione mea plenè informato,in noſtro negotio plenam dabitis fidem.Bar.in l.Lucius.ff.de fideiuſſo.& in iſtis etiā ſi recognoſcātur,ſiue ſint generales,ſiue ſpeciales,non habet locum manus munitio:quia tantum mandatur, vt tali credatur:non ergo mandatur,vt mutuet eidem,aut contrahat.Ergo non tenetur mandans. *Literæ credentiæ ſunt duplices.*

100 Imò etiam ſi mandaret,vt illi mutuaret, per illam epiſtolam non caderet manus munitio, antequā appareret alterum recepiſſe:quia nō apparet debitum, antequàm alter receperit:ergo nō cadet manus munitio. not.in l.ſi verò nō remunerandi.§.ſi quis mandauerit.in fi.ff.mandat.vide Bar.in l.ſi pupilli.§.1.ff.de nego.geſtis.Bald.in l.multum intereſt.colum. 4. C. ſi quis alteri vel ſibi.& in rubr.de conſti. pecu.col.3. vnde ſi per epiſtolam rogaueris quendam, vt Titio latori det centum aureos:niſi appareat Titium recepiſſe,non tenebitur garnire is,qui epiſtolam cōſcripſit: vt plenè ſcribit Hippol. in rubr.de probatio. verſi. quid autem in literis credentiæ. & de literis Cambij ibidem.fol.præcedent.tractat.verſi.vlterius quæri poteſt.ideo ſis cautus,quando ad mandatum alicuius numeras pecuniam, vel concedis rem alicui vt ab illo apocham recipias, in qua confiteatur ſe recepiſſe id,quod ſibi mandatum erat. *Epiſtolæ an & quando executionem habeat.*

101 Duodecimò quæro ſi quis recognoſceret cedulam, in qua tantùm ſe ſubſcripſerat:& nihil erat ſcriptum,quando ſubſcripſit, ſed fuiſſe datam ad commendationem faciendam,non ad obligandum aſſerebat,an teneatur garnire poſt recognitionem? Reſpon.teneri per artic.ſequen. ordina.regiæ.nam poſtquàm apparet eum debitorem, garnire debet facta cōdemnatione, ſed poſteà poterit hoc opponi. nam non obligatur etiam princeps apponendo ſigillum cedulis vacuis, quas vulgari ſermone *blanc ſigné*, vocamus,vel *blanc ſeellé*, licet iurium interpretes vocent eam cedulam vacuā.Ang.& alij in l.ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus.ff. de ver.oblig. nec intelligitur pars cōfirmaſſe ea,quæ poſteà ſcribuntur in papyro vacua.Fel.in c.quoniam.col.19.verſic.limita quin- *De cedula vacua & blanc ſigné.*

102 to.de probatio.†Imò nec obligatus ſubſcribēs, niſi legerit cōtenta in ſcriptura præcedēte, cui ſe ſubſcribit.tex.not.in l.fi.& ibi Bal.C.plus valere quod agitur.Bertach.in d.tract.de epiſco.li. 3.in 1.parte.verſic.ſciendū.dicens pluries ſe conſuluiſſe.& Iaſ.in d.§.Griſogonus.& Barba.conſil. 58. omnipotentem.col.11.in 3.volumi.quod poteſt prodeſſe innocentibus aduocatis,qui aliquando ſubſcribunt,antequam aliquid de contentis videant,tutius eſt tamen videre. *Subſcribens antequam legat an obligetur.*

103 Debebit tamen ſubſcribens, vel ſigillans cedulam vacuam probare, hoc modo datam, vel ſe non legiſſe:nam contra conſcribentem,quòd ſcienter ſe ſubſcripſerit,præſumitur: ideo fieret executio ſecundum Alex.cōſi.147.ponderatis.col.3.in 2.vol.ſequitur Purpura.in d.l. admonēdi. num.178.verſi.quarta concluſio. vnde hoc caſu iudex per modum prouiſionis ad garniendum condemnaret,reſeruatis in principali ſuis reo defenſionibus.

104 Poſtremò notandus eſt caſus valde ſing. in quo poſſum ſine iudice & ſine libello mandare executioni,quod conuentum extitit:videlibet ſi conueneris cum debitore tuo,vt ſoluat quod debet in feſto paſchatis:& ſi non ſoluerit id temporis,quod poſsit fieri executio contra eum, ac ſi iudicatum eſſet,& ac ſi eſſet condemnatus debitor: tunc poterit fieri executio contra debitorem,atque ſi ob eam rem iudicatum eſſet.per tex.ſing.in l.cum quaſi.§.ſi plures.ff.de fideicōmiſſa.liberta.& ibi Bar.& Alber.facit l.ſi cōuenerit.de re iud.& gl.in l.2.C.cōmunia vtriuſq; iudi.debet tamen conſtare,quòd ille ſcripſerit:& ſic conueniendus eſſet debitor,vt recognoſceret coram iudice: & iudex tunc eum condemnaret.nunc inſeram text.ordinat. regiæ,quam breui elucidabo:quia iſtæ præfationes ſuſtulerunt materiam deſcriptam in text.legis Regiæ,& ſupplebunt ea, quæ hic longius ſcribi potuiſſent. *Executio ſine condemnatione fieri poteſt.*

François. artic. X C I I. des publ.1539.

Que toutes parties, qui ſeront adiournées en leurs perſonnes, en cognoiſſance de cedule, ſeront tenuz icelles cognoiſtre, ou nyer en perſone, ou par procureur ſpecialement fondé, par deuant le iuge ſeculier, en la iuriſdiction duquel ſeront trouuez ſans pouuoir alleguer aucune incompetence: & ce auant que partir du lieu, Articulus primus.

où les dictes parties ſeront trouuées : aultrement les dictes cedules ſeront tenues pour confeſſées par vn ſeul default, & emporteront hypotheque du iour de la ſentence, comme ſi elles auoyent eſté confeſſées.

Quilibet ſuum recognoſcere tenetur chirographũ.

1 IN primis quæreret quiſpiam ad huius artic. intellectum, quis teneatur ſuum recognoſcere chirographum, *ſa cedule?* Reſpon. hic tex. ordina. regiæ, quòd omnes tenentur, ſic, *toutes parties*. & ſic vtramque comprehendit partem, videlicet actorem & reum : etiam ſi pars fuerit valetudine corporis affecta, dummodo ſanitas mentis in ea fuerit, ſicut teſtamentum facere poteſt. l. 2. ff. de teſtament. & probat hoc verbum *toutes*, qui totum dicit, nihil excludit, l. Iulianus. ff. de lega. 3. & verbum *parties*, de qua inferius ſcribam. { Hic articulus extractus fuit ex arreſto curiæ prolato anno 1357. die 4. Iulij, in quo fuit dictum clericos cogendos recognoſcere chirographa coram iudicibus regiis ſub pœna (vt dicunt) temporalitatis ſaiſiendæ ſeu capiendæ. }

Praxis curiarum ſuper recognitione cedule.

2 Notandum eſt, quòd ſolent practicantes in hac Pariſienſi ciuitate hac vti praxi. Primo porrigunt ſupplicationem iudici contra partem, in qua narrant mutuum, vel aliam cauſſam debiti. Secundò illi ſupplicationi adiungunt cedulam, & petunt à iudice, quòd talis, qui mutuum recepit, vt apparet per ſuam cedulam, veniat ad confitendum dictam cedulam, vel negandum. Tertiò iudex concedit ſupplicanti, vt citetur illa pars : & interdum ad partis requiſitionem ſolam, apparitor citat partem, & hoc frequentius fit.

Quartò citatur, & in citatione mittitur exemplum, quod copiam vocant: & ad illum effectum citatur, vt veniat ad confitendum, vel negandum, &c.

Quintò ſi compareat pars citata confiteri tenebitur, aut negare quod ſcripſit, ſi eam ſe ſcripſiſſe negauerit pars, petit diem ad verificandum illam ſcripturam. ſic *à verifier deüement la dicte cedule eſtre eſcripte de ſa main*, quod fit vel per teſtes, vel per comparationem: vt ſuperius dictũ extitit.

Sextò ſi non comparuerit ob contumaciam, pro recognita habebitur, & confeſſata: vt in hoc text. dicitur, & inferius dicetur non ipſo iure per hanc ordinationem : ſed requiritur iudicis pronunciatio.

Septimò ſi pars ſcripſiſſe confiteatur, & nihil contra cedulam dicat (quod rarum eſt) quominus ſoluere debeat, ad ſoluendum condemnatur: ſi verò dicat ſe ſcripſiſſe ſeductus dolo, aut metu, condemnabitur ad garniendum pendente proceſſu: ſaluis ſuis exceptionibus, quas in proceſſu principali probare poterit, hæc eſt ſumma proceſſus in hac materia recognitionis.

3 Ex quo infertur quòd nõ ſolùm is qui ſcripſit, ſed & qui ſubſcripſit, recognoſcere tenetur. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. ſcripſi ſuprà eo. & in l. ſubſignatum. ff. de verb. ſignifi.

Areſtum.

4 Secundò hæres defuncti ſcripturam recognoſcere etiam tenetur, & vxor viri, vt docet Ioãnes Gallus in q. per areſta. q. 146. per areſtum &c. & per Aufrer. areſto 157. vbi Regina Hieruſalem, & eius filij fuerunt condemnati ad recognoſcendum ſigillum patris in literis appoſitum: videte tamen aliud areſtum ibidem areſto 3. & in additio ibidem. {Et facta recognitione erit executoria, vt cenſuit Senatus contra Priorem S. Martini de Campis Pariſ. vt refert Aufrer. in ſtylo Parlam. areſto 172. Item nota quòd pro emenda. }

Epiſcopus & alius clericus recognoſcere tenetur, ſed remittitur ad ſuũ iudicẽ. Areſtum.

5 Tertiò etiam epiſcopus recognoſcit, ſed poſteà remitti ſolet, & clericus, & alius quiuis ad ſuum competentem iudicẽ facta recognitione, *auant la garnizon*: vt fuit pronunciatum pro epiſcopo Aurelianen. D. de Ganayo anno 1519. die 8. Iulij contra abbatem de Beaupré & religioſum, cui erat facta ceſsio à ſuo abbate { vt patet in ſtylo parla. arreſto 405. } ratio inferius dicetur. & is iudex competens ad quem fuit facta remiſsio, condemnabit in primo termino debitorem, qui cedulam recognouit ad garniendum cautione data, niſi ſuam oppoſitionem legitimam docuerit: vt eſt in conſuet. Bitur. rub. de execut. art. 11. vbi limitatur, quando chirographum non erat liquidum, vel erat conditionale : & adhuc conditio non erat purificata: vt eſt in l. cedere diem. de verbo. ſigni. ff. Et ita lex regia ſtatuit, vt recognoſcere teneatur, ſed non garnire: ergo iudex cõpetens non condemnabit ad garniendum, ſi pars ad ſuum petat remitti iudicem, & ita ſeruatur: licet quidam iudices contrarium faciant, ne circuitus fiat. per l. dominus. ff. de condictio. indebit. hæc tamen ordinatio non permittit, niſi { recognitionem: ſic fuit dictum contra Abbatem *des Seaulx*, vt recognoſceret, quia nolebat recognoſcere corã Præpoſito Pariſienſi proſequente do. de Conty, anno 1509. die 27. Nouemb. Vide Aufrer. in ſtylo parla. arreſto 205. Item in eodem parlamento. Si tamen agatur de crimine commiſſo à clerico in laicum vulneratum, tunc iudex ſecularis condemnat clericum ad garniendum, & cogit vt iudicatum faciat, & ſoluat, vt ſcripſi in tit. de ſen. prouiſio artic. 1. gloſ. 4. in fi. inferius. }

Inſtitoris ſcripturam dominus recognoſcit.

6 Quartò etiam dominus tenetur cognoſcere ſui inſtitoris chirographum vel negare, vt docet Imbert. in inſtit. forenſib. lib. 1. §. rurſus. Sed refragatur glo. in §. ſi quis autem. in verb. eos tutores. in authent. de triente & ſemiſſe. colla. 3. dicens. non tenetur gerens alterius ſcripturam negans, cùm nec alienas literas poſsit cognoſcere, vt ſuas. Imò etiam quandoque vix ſuas cùm aliter iuuenis, aliter ſenex ſcribat. §. 2. in authent. de inſtrumen. cautel. & fide. colla. 6. cui reſpondet Imber. hoc moribus noſtris antiquatum eſſe. Ego verò puto illam gloſſ. loqui in eo, qui negat

ſcripturam

ſcripturam ſui inſtitoris, vel negotium gerentis, vt non incidat in dupli pęnam: per authent. contra qui propriam. C. de non nume. pec. quia iuſtè excuſatur in aliena ſcriptura: ſed hìc loquimur, quòd quælibet pars tenetur confiteri, vel negare, ob id ſi ignoret an ſit inſtitoris ſcriptura, poterit eam negare, & liberum erit actori eam probare, & verificare: & ita ſeruat curiarum praxis: nec poſſet pars dicere ſe non teneri confiteri, vel negare, cùm non ſit ſua ſcriptura, quia ad recognoſcendum tenetur: vt prædixi.

7 Quid ſi facta recognitione debitor petat exemplum chirographi? Reſp. non ſolet de ſtylo dari, ſed ei tantum legi debet in iudicio, & exhiberi. idem in literis obligatoriis, ne falſi materia excogitetur: & ne quis arma contra ſe paret l. nimis graue. C. de teſtib. iudex tamen ex cauſſa poteſt hoc concedere, ſi æquum & iuſtum decerant.

Exemplum chirographi uel inſtrumēti an cōcedi parti debeat.

8 Quintò hic tex. loqui videtur in reo citato, ibi *adiournez en leurs perſonnes*, ergo videtur non habere locum in actore: tamen quia text. dicit *toutes parties*, etiam videtur includere actorem tàm ratione generalitatis, *toutes*, quàm verbi, *partie*, pars ſiue *partie* intelligitur tàm de actore, quàm reo: ex conſuetudine loquendi, etiam de iure. c. ſi. de iudic. & c. 1. de foro compet. dico in l. nomen. §. 1. ff. de verb. ſign. vnde ſi reus produceret acceptilationem actoris, vel alterā ſcripturā contrà eum, etiā is tenebitur cognoſcere: vt probat hic tex. *toutes parties*. &c. & ſic quilibet generaliter tenetur.

9 Primò limita in inhabilibus, quia illa verba ordinationis, *toutes parties*. debent intelligi de habilibus. per l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. dixi abundè in interpreta. authent. habita. C. ne filius pro patre. in verb. omnium iudicum. & in tracta. de liter. obligato. artic. 1.

Inhabiles recognoſcere nō tenētur.

10 Ex quo infertur, quòd infans non tenetur recognoſcere ſcripturam per eum factam, cum ſit inhabilis: tùm quia fari non poteſt, tū quòd intellectum & ſenſum non habeat. l. ſi infanti. C. de iure delib. l. in negotiis. ff. de reg. iur. multa ſcripſi in tracta de pacif. poſſeſſorib. in 4. limita.

11 Secundò amens, & furioſus, cùm non ſint habiles, ad recognoſcēdum, cogi non debēt: quia nullū negotium gerere poſſunt. d. l. in negotiis. ff. de reg. iur. & quamuis iſta verba (*toutes parties*) generalia ſint (vt prædixi) tamen inhabiles non comprehenduntur: & eadem verba deſcribuntur, videlicet *toutes parties*, in rubr. *des arbitres*. arti. 1. vbi etiam dixi in furioſo non habere locum, demente, & pupillo, qui ſine authoritate tutorum vel curatorum compromiſerunt: vt non valeat illorum compromiſſum, nec pœnæ adiectio. l. diem. §. coram. ff. de arbitr.

Infās, amēs, furioſus, & alij non recognoſcunt.

12 Et ſic generalitas iſta reſtringitur, teſte Floriano in l. penul. ff. de iuris & fact. ignorant. & Panor. in c. cùm ſit. nu. 11. de foro competent. Bauer. in §. 1. col. 19. de teſtament. in inſtit. & Euerard. in locis legalib. fol. 7. & ſeq. in loco à generalitate.

Generalitas reſtringitur.

13 Tertiò idem in ebriis, vt tempore ebrietatis cognoſcere non cogantur: quia id temporis iacent ſepulti, & neſciunt quid loquantur. c. ſane. 15. q. 1. Ieiuni ergo ipſi recognoſcere tenebuntur: vt in teſtimonio loquitur. tex. in c. 1. de teſtib. Alij autem quolibet tempore, cùm non ſit à iure certum præſtitutum tempus ad recognoſcendum. Si tamen iſte allegaret ſe ebrium id temporis, quo illam cedulam conſcripſit, hac allegatione non obſtante, facta recognitione condemnatur ad garniendum: quia hæc exigit probationem: ideo interim garniet.

Ebrius an recognoſcere teneatur.

14 Quartò procedit in fatuo, & frenetico, vt ſupradicta ratione, non recognoſcant. cap. c m dilectus. de ſucceſsio. ab inteſta. Iaſ. in l. furioſum. C. qui teſta. facere poſſunt. Bal. & alij in l. humanitatis. C. de impuber. nam hic tex. primò requiritur, quòd ille qui recognoſcere debet ſit pars: ſed infans, furioſus & prædicti non poſſunt dici partes: vt in rub. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habent: ergo non comprehendentur in hoc tex. vt recognoſcere teneantur.

15 Quintò ſi non ſcripſerit, nec ſubſcripſerit, ſed eo mandante fuerit cedula facta, adhuc recognoſcere cogitur. c. cum inter. vbi gl. in verbo, ſua. & ibi Fel. col. 3. de re iud. Pyrrhus in conſu. Aurelianen. rub. de exec. crimina. c. 22. quia per aliū faciens, perinde eſt ac ſi faceret, per regul. iur. facit pulcher text. in l. libellorum. verſic. item ſubſcribere debet is, qui dat libellum, ſe profeſſum eſſe, vel alius pro eo, ſi literas neſciat. ff. de accuſat. & ſuperius dictum extitit.

Mandans ſcribi recognoſcit.

16 Sextò idem puto in ſigillo vt ſi quis ſuum chirographo appoſuerit ſigillum, vt illud cogatur recognoſcere, teſte Corſet. in ſing. incipient. epiſtola. in 1. etiam ſi non appoſuiſſet niſi ſignum ſuum: vt vulgò dicunt, *ſa marque*, quia neſciebat ſcribere: tunc etiam habebit locum iſte text. vt recognoſcere eum oporteat: vt ſuperius ſcripſi, & facta recognitione ad garniendum condemnabitur. { Tamen citatus ad recognoſcendum ſigillum prædeceſſoris, non tenetur reſpondere coram conſiliariis ſupplicationum, quia non erat obligatio perſonalis, ſed hypothecaria de qua non poſſunt ipſi cognoſcere. vt docet Aufrer. in ſtylo parla. in arreſt. 4.}

Sigillum ſuū quis recognoſcere teneatur.

17 Secundò requiritur in text. quòd is, à quo recognitio petitur, ſit citatus: probatur in hoc artic. ibi, *qui ſeront adiournez*, igitur ante citationem extra iudicium fortè requiſita pars recognoſcere non tenetur: quod patet per verba ordinationis, ibi *qui ſeront adiournez*, ergo *qui ne ſeront adiournez ne ſeront tenuz*.

18 † Poterit tamen iudex inuentæ parti in iudicio ad alterius partis requiſitionem præcipere vt cognoſcat: quia illud præceptum vim citationis habet. l. 2. C. quomodo & quando iudex. Corſet. in ſing. incipient. citare in 2. & Barba. in c. ex literis. num. 15. de reſcrip. niſi breuem peteret dilationem ad deliberandum, qui in hoc caſu non ſolet denegari.

Citatus eſſe debet, ut quis recognoſcere teneatur.

19 Tertiò requiritur quòd citatio facta fuerit in perſona debitoris, nec ſufficeret fieri domi: vt in tex. ordinationis habetur, ibi, *en leurs perſonnes*. & ſic datur limitatio ad l. 1. ff. de liber. agnoſcen. videlicet ꝙ citatio vel in perſona, vel domi fieri poſsit: quod eſt verū, niſi in ordinatione, vel lege

Citatio ut quis recognoſcat, quomodo fieri debeat.

exprimeretur, quod fieret in perſona: vt hîc dicitur: quia à verbis legis non eſt recedēdum, ſi non conſt t de contraria mente. l. ſi non aliter. ff. de legat. 3. ſi tamen ſe domi occultaret, & appareret ibi eſſe, tunc citationes domi factæ ſufficerent, ne dolus ſit eidem commodo: quod eſſe non debet. c. ex tenore. de reſcript. ſed duæ citationes tunc requirerentur antequam haberetur pro confeſſo, vel cedula pro recognita.

Citari expreſsè debet ad recognoſcendū.

20 Quartò requiritur, vt quis ſit citatus expreſsè ad recognitionem, vt hîc, *en recognoiſſance:* itaque ſi ſimpliciter fuiſſet citatus, non ſufficeret: quia per text. ordinationis requiritur expreſsio in citatione: vt ad recognoſcendam cedulam citatus fuit. per hæc verba. ibi, *en cognoiſſance de cedule.* nam citatio cauſſam continere debet. l. 2. §. legatis. ff. de iudic. & ibi ponderat Iacob. vt reus paratus veniat reſponſurus. c. fi. 5. q. 2 glo. in c. ſi epiſcopus. 3. q. 2. l. 1. ff. de edend. & tunc reus non habet dilationem ad deliberandum quam aliâs haberet, authent. offeratur. C. de litis conteſta. plenè hoc tractaui in rubr. de citatio. { in ordi. reg. 2. tomo. }

Tex. in cedula loquēs an in alia ſcriptura locum habeat.

21 Quintò requiritur, quòd ſit citatus ad cognoſcendum cedulam: ibi, *de cedule.* quid ergo ſi fuerit citatus ad cognoſcendum epiſtolam, vel literas credentiæ, vel librum rationum, cùm iſta differant, idem videtur eadem ratione, teſte Panor & aliis. in c. 2. de fide inſtrum. poſt Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. videte Areti. conſil. 5. videtur. vbi dicit, an appellatione ſcripturæ priuatæ veniat liber rationum, putarem tamen ex mente huius text. & ordinationis idem dici poſſe: & ſi cōditor huius ordina fuiſſet interrogatus ſuper hoc, veriſimile eſt, quòd de his omnibus ita reſpondiſſet, argument. l. Titius. §. Lucius ff. de liber. & poſthu. & quia eadem ratio videtur: ſed ordinatio loquuta eſt de cedula: quia frequentius cognoſcitur, quàm alia ſcriptura, tamen in aliis etiam locum habebit per authen. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſi. glo. in cle. 1. de reſcript. quod intelligunt, ſi illæ literæ obligatoriæ fuerint: vt eſt inter areſta Aufre. areſto. 341. & videatur areſtū 420. idem. tamen etiam ſi non fuerint obligatoriæ, ſed coadiuuent, poteſt pars compelli ad recognoſcendum etiam acceptilationem, quam quictantiam vocant: & ita ſeruatur in praxi.

Areſtum.

Recognitio partis tertio non præiudicat.

22 Sextò requiritur, quòd citatus cognoſcat, vel neget, aliâs procedetur, vt inferius ſcribitur. illa tamen confeſsio non præiudicabit tertio ad prioritatem, aliâs eſſet in poteſtate debitoris præiudicare tertio contra l. ſcripturas. C. qui potior. in pigno. habeant. Dec. in c. ſecundo, col. 2. de fide inſtrument. poſt Panor. & alios ibidem, & ſuperius ſcripſi.

Recognitio ſaluis ſuis defenſionibus fit.

23 Sed poteſt iſte confiteri ſuam eſſe ſcripturam, ſaluis ſuis exceptionibus: & illa recognitio non præiudicabit ei quo ad ſuas defenſiones: ideo ſolent ſic citati recognoſcere, ſaluis meis defenſionibus, ſiue exceptionibus recognoſco, quas allegare poſtea poterunt, coram iudice ſuo adquem remittantur facta recognitione, etiam ante garnimenti ſententiam.

24 Item non cogitur quis ſcripturam confiteri, ſed poteſt eam negare, ſi illam non ſcripſerit ibi, *recognoiſtre, ou nier.* aliàs eam negare non debet ſub pœna dupli. auth. contra qui propriā. C. de non nume. pec. c. per tuas. de probatio. & ſi negata fuerit, probari poterit per teſtes, per cōparationem literarum, & per alias probationes: vt in toto titul. de inſtrument. cautel. & fide col. 6. & in l. comparationes. C. illo tit. doctor. in d. authent. contra qui propriam. & ſuperius abundantius dixi in præfatio in 1. quæſtio. num. 31. cum ſeq.

Recognoſcere quis tenetur etiam ante tempus ſolutionis.

25 Igitur tenetur recognoſcere etiam ante tempus ſolutionis, ſi fuerit ad hoc citatus, ſine tamen pręiudicio ſuo, & ſic non debet condemnari ad garniendum tunc: vt fuit dictum anno 1526. die 17. Aprilis in magna camera. facit l. in omnibus bonæfidei. ff. de iudic. ſed tantùm recognoſcit, quia interim mori, vel ſe abſentare poſſet: & tunc pars non habebit hypothecam antequàm veniat dies, vel conditio: quia non poteſt eſſe hypotheca ante debitum: vt ſcripſi in l. creditores. ff. verbo. ſignifi. & habetur inferius artic. ſequent.

Areſtum.

Speciale mādatum in recognitione requiritur.

26 Septimò in text. ponderatur, quod pars recognoſcere debet, vel per ſe, vel per procuratorem ſpecialem, ibi, *en perſonne, ou par procureur ſpecialemēt fondé:* & ſic non ſufficeret procurator generaliter conſtitutus, etiam cùm libera, quia eſt hîc expreſſum: & ſic eſt vnus caſus requirens ſpeciale mandatum. alios ſcripſi in concord. rub. de electio. derogat. in fi. vt in recognitione ſcripturæ requiratur ſpeciale mandatum.

Coram quo iudice recognitio fieri debeat, & in quo loco.

27 Octauò quæritur, coram quo quis teneatur recognoſcere? Reſpon. tex. ordi. coram iudice ſeculari, ibi *par deuant le iuge ſeculier.* ex quo infertur, quòd coram notario etiam cauſſæ, vel ſcriba, recognoſcere non tenetur: & cùm hîc non exprimat iudicem regium, ſufficit quòd ſit iudex ſecularis, etiam non regius, & ideo iudex baronis, vel alius, in illo loco iuriſdictionem ordinariam habens, poterit cogere ad recognoſcendum, etiam exterum, alioquin text. dixiſſet *nos iuges*, vel aliud verbum: & vbi lex hoc non dicit, nec ego addam. arg. text. in l. de pretio. ff. de public. ergo & de regio, & de alio iudice ſeculari iuriſdictionem ordinariam in loco habente loquitur iſte text.

Et ſi plures ſint iudices in ciuitate ſeculares, coram altero tenetur, qui ordinarius iudex ſit ciuium: vt infrà dicam. & ſi ambo ordinarij fuerint, locus erit pręuentioni. l. ſi quis poſtea. de iudic. ff. & ſic in conſequens fieri iſta recognitio in iudicio debet: quia alibi ius dicere iudex non poteſt, vt areſto curiæ cautum extitit, & alibi dico, vide quæ plene ſcripſi in §. cum verò. in titul. de colla. in concorda.

Hodie cautum eſt lege regia, vt coram Seneſcallis & Bailliuis fieri etiam iſta cognitio poſsit: tamen illa recognitione facta hi tenentur remittere ad præpoſitos, & ad alios iudices inferiores proprios partium, in rubr. *des Seneſchaulx Baillifz.* ordi. 27. artic. 16.

Item

Iudices eccleſiaſtici non cogunt ad recognoſcēdum nec conſeruatores.

28 Item hæc ordinatio loquitur, vt recognitio fiat coram iudice ſeculari ibi, *le iuge ſeculier.* Ergo non procedit coram iudice eccleſiaſtico: nec potuit conditor in alienam meſſem falcem imponere c. nouit. de iudi. nec coram conſeruatoribus etiam laicis fiet iſta recognitio: quia tantùm ordinariis iudicibus competit: vt cenſuit Senatus anno 1531. die 26. Aprilis. & hoc probat iſte tex. ibi, *par deuant le iuge ſeculier, en la iuriſdiction duquel ſeront trouuées*: ergo loquitur de iudicibus in illo territorio iuriſdictionem habētibus, & territorium, quod non habent conſeruatores, vel alij delegati: & ideo recognitio iſta coram illis nō fiet, nec coram iudice appellationis: vt fuit in magna camera pronunciatum anno 1527. die 10. Maij. pro Franciſco Dobin appellante contra Petrū Richardet: & citatus exterus coram iſtis recognoſcere non tenetur, niſi cauſſa coram illis agitaretur, tunc partes ratione cauſſæ recognoſcere tenebuntur: alioqui incompetentia contra prædictos allegabitur coram iudice appellationis, vel alio non habente territorium: niſi quando non poſſet haberi copia ipſius ordinarij iudicis: vt cenſuit Senatus anno 1527. die 10. Maij. quia multa propter neceſsitatem fiunt, quæ aliàs non fierent. l. 1. ff. de offic. conſul. c. ſi quis propter. de furt. Petr. Girard. ſing. vlti. facit pulcher tex. in l. 1. C. in quibus cauſsis col. libr. 11. ibi adeat iudicem, cuius primum habere potuit præſentiam &c. { Imò anno 1525. die 18. Martij. placuit Senatui cedulam coram iudice eccleſiaſtico recognitā non habere hypothecam, quia iſta hypotheca datur in vim harum ordinationum, & recognitionis, igitur non erit alio modo hypotheca niſi de iure, quod non eſt ſublatum per hanc ordinationem.}

Areſtum.

29 Poteſt tamen fieri iſta recognitio de iure coram iudice eccleſiaſtico. c. Romana. §. fi. capiendo argu. à contrario ſenſu. de foro competent. in 6. quamuis hæc ordinatio ſuum deneget auxilium iſtis: vt ſi laicus coram iſtis ad recognoſcendum conueniretur, non teneretur coram illo recognoſcere per iſtam ordinationem, ſed allegare incompetētem iudicem poſſet: quod non faceret in alio iudice ordinario, etiam non ſuo: vt ſuperius dictum extitit: clericus autem de iure recognoſcere tenebitur coram hoc iudice eccleſiaſtico ſuo. fuit tamen condemnatus à Senatu ad garniendum laicus, qui coram officiali Lingonenſi recognouerat ſuam cedulam, anno 1527. die 27. Maij: ſed iſta ordinatio id temporis facta non erat, nec publicata.

Repertus in territorio iudicis ſecularis recognoſcere tenetur.

30 Nonò requiritur quòd recognoſcere habens reperiatur in iuriſdictione iudicis ſecularis, coram quo conuenitur, aliàs extra iuriſdictionem illius iudicis regulariter citari non poſſet ad cognoſcendum coram iudice non ſuo. argument. d. l. c. 1. §. penult. & ſequent. de foro competent. in 6. & ſufficit quòd fuerit inuentus, vel repertus. ibi, *trouuées.* ſufficit etiam quòd ſit inuentus in aliqua parte iuriſdictionis, licet non in illo loco, in quo iuriſdictio exercetur per iſtum tex. ibi, *& la iuriſdiction duquel ſeront trouuez.* & ſic inuentus in quolibet loco iuriſdictionis iudicis citari poterit ad recognoſcendum: vt hîc. vide Feli. in ca. Rodulphus. de reſcript. & ſi citatus fuerit aliquis extra iuriſdictionem, ſi compareat poteſt allegare incompetentiam, & ſi iudex pronunciet ſine præiudicio reſpondendum, male iudicat: vt cenſuit Senatus anno 1545. die 2. Iunij. { Etiam citatus ad recognoſcendum non reperitur in iuriſdictione Seneſcalli Pictauen. appellans fuit receptus, & citatio annullata, quia oportet quòd ſit repertus anno 1529. die 4. Maij}

Incompetēs iudex quādo allegari poſsit.

31 Decimò is qui conuenitur ad recognoſcendum, non poteſt iudices allegare incompetentes ibi, *ſans pouuoir alleguer aucune incompetence,* etiam ſi vera eſſet, & ſic tollitur incompetentia quoad ſcripturæ cognitionem, eò quòd non præiudicatur, alio modo recognoſcenti, cùm non cōdemnetur ad garniendum ab illo iudice, ſed ad ſuum forum remittitur: illa tamen recognitio valet, adeò vt poſteà coram ſuo iudice non poſsit negare illam ſcripturam, ſi ſit ſemel recognita. facit c. 1. §. fin. de foro compet. in 6. vnde quando fiunt contractus, quorum probatio ex conſuetudine fit per ſigilla iudicum ſecularium, tales literæ ſigillatæ ita probant contractum coram iudice competenti contra clericos, ſicut cōtra laicos, & ſicut inſtrumenta laicorum tabellionum, vt ſcribit Ioan. Andr. & Peruſ. in cap. ſeculares. de foro compet. in 6. docto. in cap. at ſi clerici. illo titul. in decretal.

32 Poſſet fortè allegare incompetentiam, ſi conueniretur coram iudice parui ſigilli in Montepeſſulano, vel conuentionum Nemauſi, coram quibus non conueniuntur qui illi curiæ non ſunt obligati: ideo non poteſt pars allegare aliquam incompetentiam ratione iuriſdictionis non ſuæ, ſed ſi ciuis, poſſet allegare iſtum iudicem ad hoc incompetentem, etiam poterit & citatus ad coguoſcendum coram illis. nam ſi ciuis conueniretur coram Bailliuo Palatij, vel iudice ſancti Germani, poſſet allegare illos iudices incompetentes. idem erit & in extero citato coram illis ad recognoſcendum, ſed ſi conueniretur coram iudice ordinario, non poſſet ciuis quicquam allegare: ergo nec exterus quoad recognitionem. & ſic non teneretur recognoſcere citatus coram iudice lutorum Tholoſæ, vel in Montepeſſulano coram iudice vindemiarum: ſed allegaretur incompetentia, nec obſtat iſte text. dicens *ſans alleguer aucune incompetence,* verum eſt quando citaretur coram iudice habente iuriſdictionem, & territorium: vt dictum extitit: & hoc declarat text. iſte *en la iuriſdiction duquel ſeront trouués.*

Citatus coram Senatu an recognoſcere teneatur, & coram iu-

33 Item citatus coram Senatu recognoſcere fuit coactus Remundus de ſaulx. inſtante vicecomite de Vilemur, anno 1354. die 7. Martij.

34 † Et etiam recognoſcere quis tenetur coram iudice à quo appellauit: licet ex conſuetudine quorundam locorum ſit in omnibus cauſsis exemptus, non tamen quo ad hoc, ſi erat iudex ordinarius ciuium: vt alibi de hoc dixi in tracta. de appellationibus. in ordinat. reg. inferius.

dice appellationis. Areſtum. Exemptus per appellationem re cognoſcit. Quando quis recognoſcere teneatur.

Vndecimò quando quis iſtam recognitionem facere teneatur? Reſpondet ordina.regia tunc faciendam eſſe, quando quis citatus eſt, *& ce auant que partir*, videlicet antequam diſcedat à iudicio: alioqui ſi diſcederet poſt citationem cedula haberetur pro recognita. facit ca. meminimus. c. ſuggeſtum. & c. ad hæc. in 4. de appel. vbi reus qui poſt citationem in cauſſa appellationis recedit, etiam ad curiam, habetur pro contumace: & iudex contra illum procedere poteſt, ſi tamen egrediatur cauſſa curandi corpus, & ſoluendi debitum naturæ, & poſteà iudice ſedente reuertatur, idem eſſet ac ſi non diſceſsiſſet. per l. cùm antiquitas. C. de teſtam. docto. in c. 1. de iudic. iuncta l. diuus. ff. de in integ. reſtitut.

Literæ ſtatus ad impedictum recognitionem non proſunt. Areſtum.

36 Imò ſic citatus non poterit allegare literas ſtatus, vt ſuper hac recognitione ſuperſedeatur: prout fuit dictum in hoc Senatu anno 1525. in menſe Ianuario cõtra domi. Morlet *du Mazeau* generalem Franciæ pro domino de Samblançay: vt ſcripſi in tractat. de literis ſtatus, in ordinat. reg.

37 † Et ideo ſolet iudex iſtum citatum cogere ad recognitionem per areſtationem equi, & aliorum bonorum, quæ habet in illius iuriſdictione, non obſtantibus oppoſitionibus, vel appellationibus, donec recognouerit: vt eſt ſtatutum in conſuetud. Bitur. rub. de executio. artic. 10. per text. in l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. vel cedula habetur pro recognita: vt in ſequen. dicetur.

38 Imò etiam recognoſcere tenebitur antequàm dies ſolutionis vel conditio euenerit, tamen garnire tunc non tenebitur: ſed quia debitor interim mori poſſet, ob id iſta recognoſcit: quæ tamen recognitio non grauat, ideo etiam ante tempus fieri poteſt: vt ſuperius dixi. arg. l. in omnibus. ff. de iudic.

Dilatio ad recognoſcẽdum quando detur.

39 Duodecimò iſtam recognitionem tenebitur citatus facere, antequàm à iudicio diſcedat: vt in text. patet ibi, *auant que partir du lieu où les dictes parties ſeront trouuées*, ergo non dabitur dilatio ad recognoſcendum: alioqui iſte text. non procederet. ſed diſtinguendum eſt, quod aut exemplum chirographi miſſum eſt cum citatione, vel ad hoc citatus eſt: & tunc cùm reus ſit certus, vel eſſe debeat, dilationem non habebit, per not. in l. 1. ff. de edend. & in authen. offeratur. de lit. conteſta. C. ſi verò citatus ex tempore fuerit non viſa copia cedulæ, breuem poterit petere dilationem, quam iudex denegare non ſolet: & ita poteſt conciliari vtraque opinio.

Scriptura in cõtumaciam pro recognita habetur & de dictione alioqui.

40 Decimotertiò ſi pars non compareat, vel comparendo recognoſcere nolit, aut differat, de iure poteſt cogi: vt ſuperius dixi, vel habetur ſcriptura pro recognita: vt probat hic tex. *autrement les dictes cedules ſeront tenues pour confeſſées*. nam iſta dictio *aultrement*, ſignificatur per dictionem aliter, vel alioqui, quæ non ſolùm facit orationem conditionalem, ſed etiam continet in ſeipſa diſpoſitionem contrariam præcedenti deciſioni: & exponitur *aultrement*, ſi prædicta non fuerint. teſte Bart. in l. 1. col. 3. ff. de condict. & demonſt. Peruſ. in ca. mandato. col. 2. de præbend. in 6. ſcripſi in glo. concordato. in verbo alioquin. §. monaſteriis. de nomina. regia.

Effectus recognitionis in hypotheca conſiſtit.

41 Vltimò quæritur, quis ſit recognitionis effectus? Reſpõde, quòd hypothecam habebunt tales literæ recognitæ à tempore recognitionis: vt in tex. probatur ibi, *& emporteront hypotheque*.

Sed nonne ſuperfluus eſt hic effectus: quia cedula hypothecam inducit à die, quo eſt confecta. l. ſcripturas. C. qui potio. in pignor. habeant. Reſpon. hoc intelligi debet, quando eſt recognita: & ſic per hunc defectum habetur pro recognita, vel quando eſt tribus teſtibus ſubſcripta: vt ibi, & artic. ſeq. dicetur.

Areſtum.

42 Poterit etiam iudex declarare bona ſita in loco, vbi cedula recognoſcitur eſſe hypothecata, antequàm remittat partem: vt fuit iudicatum Pictauis in iuridicis conuentibus anno 1541. licet hoc non ſit neceſſarium: quia authoritate legis hypotheca fit per iſtam legem. { Item iudex facta recognitione poteſt recognoſcentẽ condemnare ad garniendum, etiam ſi ſtylus curiæ in contrarium ſit, vt Senatus iudicauit pro Iohan. Thynot Bologuien. contra Auguſtinum vuillent. anno 1528. die 12. Ianuarij.

Tertius effectus eſt, vt cedula recognita plene probet contra recognoſcentem. ita Modeſt. ſcribit in l. ſi procuratorem. ibi, literis eius approbatis. ff. de procura. }

43 Primò limitemus non procedere in furioſis, & perſonis inhabilibus, ſuprà expreſsis, in prin. huius artic.

Hypotheca quando ex priuata ſcriptura non interueniat.

44 Secundò limitetis, quando ex illa cedula non naſceretur obligatio. Imbert. in inſtitutio. forenſib. vbi allegauit Ioan. Gallum in quæſtio. per areſta. in fi. in areſtis additis ad Ioan. Gallum, & incipit, *entre maiſtre Helye &c.* & ſuperius dixi. & maximè quando citatus diceret ſe feciſſe expenſas, quas deduci peut, tunc debet fieri illa deductio. argument. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condic. indebiti.

45 Tertiò quando ſcriptura, vel ſubſcriptio non diceretur eſſe illius, qui eam ſubſcripſit, vt pote quia ſuum non ſcripſit cognomen, teſte Corſet. in ſing. in verbo, epiſtolam.

Iudex quando recognoſcentem non ſubditũ condemnare poſsit.

46 Quartò facta recognitione, iſte iudex non poterit condemnare recognoſcentem, ſi reus non fuerit eidem iudici ſubditus, ſed ad ſuum iudicem remittet, nec quidem poteſt eum condemnare ad garniendum, maximè clericum, qui à ſeculari iudice non condemnabitur: & ita audiui ſæpius iudicatum in Senatu Pariſien. per capitulum ſeculares. de foro compet. in 6. & Ioan. Pyrrhus hoc docet in conſuetud. Aurelianen. rubr. de executio. inſtrumentorum capitulo 20. quamuis contrarium teneat Aufrer. in quæſt. 126. quem ſequitur Bened. in capitulo Raynutius. in verbo, & vxorem. numero 426. de teſtam. ſed primæ ſententiæ adhæret Imbert. in

Conciliatur

47 libro primo inſtitu. forenſ. §. commodiſsimè. † Ego verò puto opiniones ſic conciliari poſſe

poſſe,quòd ſi agatur de ſola recognitione cedulæ coram iudice ſeculari, quoad hoc ille ſecularis erit clerici iudex competens:facta verò recognitione eſt functus officio ſuo,& ideo ad ſuum iudicem eſt clericus remittendus:& ita fuit olim remiſſus epiſcopus Carnoten.me præſente à ſenatu ad ſuum iudicem.Si verò materia quæ tractatur coram iudice ſeculari non tendat ad recognitionem,ſed ad contractus fortè reſciſionem,tunc pendente lite ſuper reſciſione, condemnabitur etiam clericus in vim prouiſionis ad ſoluendum id,quod in inſtrumento continetur, nec tunc remittitur:& ita in hoc Senatu fuit condemnatus epiſcopus Maleacen. ad ſoluendum mille libras ſuo fratri,in quibus conſtante inſtrumento erat obligatus,cuius inſtrumẽti reſciſionem & cancellationem epiſcopus petebat,anno 1541. die vltima Iunij. quia pendente reſciſione, quis contractum ſeruare debet:igitur qui de reſciſione cognoſcit, quouſque eidem appareat contractum reſcindendum, ſeruari faciet. & ita vbicunque iudex ſecularis cognoſcit principaliter de materia,ſi interueniat recognitio, clericum vel alium cõdemnabit:quia eſt ſemper ad hoc iudex. ſi verò principaliter de recognitione agatur coram iudice incompetente, ea facta clericus, vel laicus ad iudicem ſuum remittetur, coram quo prouiſio petetur:quod notandũ eſſe cenſeo:licet nemo hactenus plenè attigerit:vt iuriſconſ.ait in l.quod meo.§.penul.ff.de acquiren.poſſe.alia,vt prolixitatem vitem,miſſa nunc faciam:& ſatis erit hic artic.nunc explicatus. *ſententiæ contrariæ,quã do clericus coram ſeculari garnire teneatur. Areſtum.*

{Quintò Cedula approbata ab ipſo ſcribente facit vt quis condemnari ad garniendum debeat, vt ſuperius dictum fuit,ſecus ſi verificatio facta per teſtes fuerit, & ita cenſuit Senatus anno 1543.in menſe Februario,inter officiales Lugdunen.& do.Decc.

Sextò ſi contractus ſit vltro citróque obligatorius, vt eſſe debet.l.labeo.2. §.contractum.ff.de verbo.ſignifi.& non fuerit adimpletus ex altera parte,ſaltem per oblationem.l.Iulianus. §.offerri. ff.de actio. empt. non inducit condemnationem ad garniendum,vt quis ſic debeat condemnari, quia partes videntur ab eo reſilire. l.1.& ſeq. C. quando liceat ab emptio.diſced.& ita cenſuit Senatus anno 1544.die 15.Februa. inter magiſtrum Renatum Chaudiere,& magiſtrum Ioannem des Landes.}

Francoys. artic. X C I I I.

Si aucun eſt adiourné en cognoiſſance de cedule, & compare,ou conteſte denyant ſa cedule,& par apres elle eſt prouuée par le creancier, l'hypothecque courra, & aura lieu du iour de la dicte denegation & conteſtation. Articulus ſecundus.

1 EX hoc text.ſequentia habentur.(*Si aulcun*)id eſt ſi aliquis, & per hoc verbum comprehenditur mulier:verbum enim ſi quis, aut aliquis tàm maſculos quàm fœminas complectitur.l.1.vbi abundè ſcripſi.ff.de verb.ſignificati. & quia hæc lex eſt regnicolis generalis. *Declaratio articu.2.& ſumma.*

Secundò habemus in hoc text.*eſt adiourné en cognoiſſance de cedule.* non ſufficeret ergo ſimplex citatio:vt in artic.præcedenti ſcripſi.

Tertiò in hoc tex.eſt,*compare ou conteſte denyant ſa cedule,* vix poteſt quis comparere, & negare cedulam,niſi conteſtetur:& ideo melius fortè eſſet *compare & conteſte,* & ſic copulatiuè : comparendo enim conteſtatur denegando cedulam.l.1.C.de lit.conteſta.c. vno. eo. vel ſæpe coniuncta pro diſiunctis,& diſiuncta pro coniunctis accipiuntur.in l.ſæpe.ff.de ver.ſign.

2 Quartò in text.eſt,*& par apres elle eſt prouuée.*& ſic oportet quòd cedula negata probetur. ſed quomodo?Reſpon.per comparationem teſtium, vel alio modo poterit : alioqui nullius effectus erit cedula negata non probata:vt not.doct.in l.generaliter.C.de non numer.pecu.& intellige ſiue ſtatim fuerit probata,ſiue poſteà longo interuallo, per hoc verbum, *par apres,* id eſt poſt negationem, & ſufficit quandocunque probetur, ante tamen inſtantiæ triennij peremptionem.l. properandum.C.de iudic.& de quo proſit hæc hypotheca,inferius dicetur.{Et de hac approbatione loquitur tex.in l.ſi procuratorem.ff.de procura.ibi,literis eius approbatis.}

3 Quintò à quo probanda ſit ſcriptura negata tex.Reſpon.*par le creancier,*à creditore,ſed quare non à debitore,nam creditor videtur habere præſumptionem pro ſe, cùm ſcripturam debitoris habeat?Reſpon. debitor negatiuam facilè probare non poſſet:quia factum negãtis per rerum naturam nulla eſt directa probatio.c.quoniam.de probatio.& poſtquàm eſt negata,non eſt præſumptio quòd illius ſit negantis:ideo non oportet, quòd ipſe hoc probet:ſed qui illud affirmat, hoc probare habet,& ſic creditor.l.ei qui.ff.de probatio.& l.actor.C.eo.& ſic neganti ſe ſcripſiſſe non imponitur hic pœna dupli,vt dicitur in authen.contra.de non numerata pec.vnde dixi in proximo ſuprà ordi.non habere locum pœnam illius authẽt.in hoc regno,ſed pœna eſt arbitraria contra negantem,quæ interdum eſt maior. *A quo probari cedulã negatam oporteat.*

Vltimò iſte articulus ſtatuit à quo tempore locum habeat hypotheca,& dicendum eſt, quando quis confitetur chirographum, ab eo die incipiunt bona debitoris creditori obligata eſſe, ſi ſtatim facta citatione confiteatur:ſed quando debitor negat ſuam ſcripturam, & poſteà creditor eam probat, hypotheca currit à die negationis, & ſic à die conteſtationis. per iſtum text. {Quia non ſolet deterior fieri conditio eorum qui litem conteſtati ſunt, ſed plerumque melior.l.non *Quando incipiat hypotheca.*

4 ſolet.ff.de reg.iur.† † Et boe eſt per fictiooem tranſlatiuam de tempore ad tempus : fingit enim conditor hypothecam à die negatiooís,ac ſi illo die recognita fuiſſet:& hæc fictio eſt à iure approbata,& ſic fingit interdum ius,per fictionem enim poſtlimioij aliqnem fuiſſe in ciuitate fingit qui nō fuit.§.ſi filiusfa.quib.modis ius patr.poteſta.ſoluit.& retro pecuniam fuiſſe ſolutam, per l.ſolutionem.ff.de ſolutio.& retro occiſum,qui hodie moritur.in l.huic ſcripturæ.& l.ait lex. ad legem aquil.ff.vt plenè docet Bar.in l.ſi is qui pro emptore.col.4. verſi. quinto. principaliter quæritur.ff.de vſucap.& ego ipſe ſcripſi, dum iura interpretarer ciuilia apud Bituriges. & legendo in primo meo ingreſſu illam legem,ſi quis.quod eſt vtile ad ſequentia.

5 Primò eſt, quòd ſcriptura debitoris etiam ab ipſo recognita , & poſteà producta contra tertium poſſeſſorem,vel alium creditorem habentem pro ſe publicum inſtrumentum,non valet,nec illi præiudicat,niſi ſit trino teſte notata:quia tuoc ſi ſit prior inſtrumento,præualebit publico inſtrumento.caſus in l.ſcripturas.C.qui potior.in pigno.habeant.& quomodo intelligatur,ibi plenè doctores probant.

6 Secundo habens hypotbecam ex ſcriptura priuata tempore anteriorem , præfertur alteri habenti hypothecam poſteriorem,etiam ex publico inſtrumento : ſi ſecundus creditor confiteatur ſcripturam priuatam manu debitoris ſcriptam,vel ſubſcriptam:vt docet Bal.coſil.198.ad iotelligentiam.vol.1.quod eſt repetitū vol.5.conſi.466.ſequitur Ancha.conſi.28.ratiooes cum ſequent. per d.l.ſcripturas.& hoc ratiooe præſumptioois quia publica cenſetur credibilior,ad quam præſumptionem oou eſt recurrendum confitente aduerſario , & ſic habita veritate , non tenebitur tamen reſpondere aduerſarius habens publicum inſtrumentum ſuper cedula. nam qui accuſare & agere volunt , probationes habere debent. l.qui accuſare. C. de edend.nec enim debet parare arma contra ſe.l.omis.C.de teſtib.

Teſtes ſubſcripti an eſſe debeāt, & quomodo deponere poſſunt.

7 Tertiò ſcriptura priuata hypothecam conòneus,non ſubſcripta trino teſte , ſed ab eis recognita, præfertur ſcripturæ publicæ poſterioti tempore , ſecuodum Ioan.de cacialupis. in repetitiooe l.admonendi.ff.de iureiuran.quia non refert ao teſtes ſint ſcripti,vel ſubſcripti,dum tamen viua voce coadiuuent ſcripturam:vt firmat Bart.in d.l.ſcripturas.& Bald.d.conſil. 466. Nec obſtat d.l.ſcripturas.requirēs teſtium ſubſcriptionem,quia iotelligitur io teſtimonio vocis mortuę: ſecus in teſtimonio vocis viuæ.probat Sue.conſil.274.in cauſſa.col.2.cum ſeq.in 2.vol.

8 † Vbi dicit quòd quando teſtes depouunt de veritate contentorum in inſtrumento , plenè probant:vt quando teſtes dicunt vera eſſe,quæ in illa ſcriptura continentur,& reddūt ratiooem, quia viderunt,& fuerunt præſentes,quando cootractus, & hypotheca facta fuit. aliquando verò teſtes dicuntur deponere de ſcriptura,vt quando deponunt, quòd illa cedula fuit ſcripta modo, & forma,loco,& tempore,prout in ea continetur,& tunc non probāt:quia potuit ſic fieri,tameo ab alio,vel ſine cauſſa,aut aliàs non bene.

Subſcriptio partiū cum teſtibus probat ſicut ſcriptura.

9 Quartò cedula manu tertij facta & ſubſcripta à partibus & trino teſte notata , qui recognouerunt eam,plenam facit fidem,etiam contra tertium.d.l. ſcripturas. quia paria ſunt ſubſcribere, vel ſcribere:vt infrà dicam.& ita fuit iudicatum Neapoli:vt patet in deciſ.104. dubium cōtingit. & ſi princeps mandet,vt pro rata ſoluatur creditoribus fugitiuorum,ceſſabunt priuilegia.ſed hypothecarij præferentur chirographariis,tam ſimplicibus,quàm priuilegiatis : vt not.in l.aſsiduis. C.qui potior.in pigno,habea.Bald.in rubr.de rubr.de reſcrip.col.15.

De exceptione non numeratæ pecuniæ plura nota.

10 Verumenimuero quia in his executionibus plerūque ſolet executio non numeratæ pecuniæ opponi,ideo hîc dicam illius praxim,tàm patriæ iuris ſcripti,quàm conſuetudinariæ.

Cōfeſſus recepiſſe ſine ſcriptura iuuatur doli exceptione.

11 Primò præmittendum eſt qoòd aliquando quis ſine ſcriptura , & coram teſtibus cooſitetur ſe recepiſſe pecuoiam à Titio : & tunc ſi noo receperit, & creditor petat, poterit repelli per doli exceptionem.l.2.§.circa.in fi.ff.de doli exceptio. quia dolo facit,qui petit,quod non numerauit: vt ibidem dicitur. & Iaſ.in l. qui pecuniam.in fi.ff.ſi cert pet.videtur teneri glo.in l.ſi non ſingoli.C.illo titul.

Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum etiam in confeſsione facta ſine ſcriptura.

12 Poterit etiam dari exceptio non numeratæ pecuniæ ſecundum Salice. in l.ſi ex caotione. in 10.oppoſ.C.de noo numera.pecu.per l.aduerſus.in verſic.quaſi credita.illo titul.idem tenet Barto.in d.l.ſi ex cautione,dicens ſiue confiteatur in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis,habet locum hęc exceptio.quod ſequitur Feli.in cap.ſi cautio,col.16. verſicu.fallit tertiò in confeſsione, de fide inſtrument. facit tex. vltra eum. in l.non figura. ff. de action. & obligat.ibi , placuit non minus valere quod ſcriptura,quàm quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur.& l. pactum quod bonafide, de pact.C.

13 Aliquando confitetur qois in ſcriptis ſe habuiſſe,& recepiſſe pecuniam , quam non habuit, illam tamen ſpe numerationis per ſtipulationem promittit reddere, ſi non receperit , & petatur ab eo , poterit opponere exceptiooem in factum.l. cum vltra.C.de non nume.pecu.Sali. in d.l. ſi ex cautione. oppo. 10. & vide diſtioctionem in l.cum vltra.per Petr.& Bal. quando poſsit opponere exceptionem in factum , vel non numeratæ pecuniæ , in praxi ferè idem in his concludit reus.

Confitens ſibi debitum, recepiſſe iuuatur exceptione.

14 Interdum confitetur quis in ſcriptis habuiſſe pecuniam ſibi verè debitam,& dicit quòd de illa pecunia eſt contentus, & accepto fert. & quictat(vt ita loquar)debitorem, tuoc ſi ſpe futuræ numeratioois,hoc agat, poterit exceptionem noo numeratæ pecuniæ intra triginta dies opponere,poſteà non,per text.in l.in contractibus.§.ſuper cæteris.C.de non nume.pecu. ſic conſuluit

Federic

Federic.conſi.128.creditor.poſt Bald.conſil. 199.Petrus.in 1. voluminc.rationem huius temporis diuerſam ſcribit Porc. in §.1. in gloſſ. extendatur. dc liter. obligatio. in inſtiu. quia lex præſumit debitores egentes facilius inclinari ad confitendum, vt creditori complaceant, & pecunias ſuſcipiant,quam creditores,qui non ſunt adeò egeni.Imò optant,vt pecunia apud debitores diutius permaneat,vt poſsint vſuras conculcare,& viam ad inferos ſibi parare,dicit Cy.in d.§.ſuper. vel hoc eſt fauore liberationis.

15 Intellige de iure ciuili, ſecus de iure canonico:quia non debet quis locupletari cum aliena iactura.reg.locupletari.vbi expreſsè Ioan.And.de regu.iur.in 6.& omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt.c.fi.de præſcript.ſic decidit Aufrer.in deciſio.Tholo.q.418.item &c.an ſi creditor.hoc etiam in quatuor caſibus limitat Speculator,in titu.de confeſsis.§.nunc videndum.verſic. cæterum.hodie ſeruatur,nam in ſoro ciuili creditor impetrat literas regias , quòd non obſtante confeſsione ſua & lapſu temporis 30.dierum, vel alio , ſi poſsit probare pecuniam non numeratam admittatur ad petendum debitum:& Rex illi concedit:& ſic vidi ſeruari in curiis ſecularibus, & in curiis eccleſiaſticis,ſine literis ipſo iure auditur.

Praxis regni quoad exceptionē nō numeratæ pecuniæ.

16 Poſtremò præmitto quòd interdum quis confitetur ſpe futuræ numerationis in ſcriptis ſe habuiſſe pecuniam,quam non habuit , ſi creditor confiſus de illa cedula pecuniam ibidem contentam petat , debitor prætenſus opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ : de qua hîc loquimur,& in toto titul. C.de non nu.pecu.& infrà dicam.

17 Regula eſt,quòd licet quis ſit confeſſus recepiſſe mutuam pecuniam,quam non recepit,poterit tamen exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere. per totum titul. C.de non nume.pecu.& inſtitut.de litera.obligatio.

18 Ratio eſt:quia debitores neceſsitate obſtricti de facili confitentur ſpe futuræ numerationis mutuum , ideò huic facilitati ſuccurritur per non numeratæ pecuniæ exceptionem : ne illicita fiat extorſio. l. illicitas. ff. de officio præſidis. & quia eſt contra ius gentium , quòd quis repetat , quod non dedit : & quòd cum iactura aliena quis locupletetur. l. cùm amplius. §. is natura debet. ff. de regulis iur. l. bona fides. depoſiti. Bald. in l. 1. C. eodem. de non numerat. pecunia.

Ratio cur hæc exceptio detur.

19 Amplia,ſiue confiteatur in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis. Bart. & alij in d. l. ſi ex cautione.& ſuprà dixi.

20 Secundò amplia, ſiue confiteatur in inſtrumento publico, ſiue in ſcriptura priuata. glo. & doct.in d.l.ſi ex cautione.contra Petr.licet opinio Petri poſsit ſaluari,quando in inſtrumento publico quis promittit ſtipulatione interpoſita:& tunc exceptio in factum datur,per d.l. cum vltra, vel quando inſtrumentum publicum dicit Titium habuiſſe:vt infrà dicam in 7.limitatione, vbi dicam obſeruari Petri opinionem.

In inſtrumētum publicum opponi poteſt hæc exceptio.

21 Tertiò amplia,etiam ſi quis diceret,hanc confeſsionem facio non ſpe futuræ numerationis, quia pecuniā habui & recepi,adhuc poterit hæc opponi exceptio.teſte Bald.in l. ſi ex contractu. C.de non nume.pecu.& Imol.in c.ſi cautio.col.2.de fide inſtrument.quia qua fragilitate inducitur ad confitendum,inducitur & ad alia verba adiiciendum,& renunciādum.l.doli.§.diuerſum. ff. de nouatio. quod eſt verum , quando in ſcriptura priuata , ſecus ſi in publica ponerentur illa verba,quæ habuit & recepit.Porcus in d.§.primo.col.5. vide infrà in 7. limitatione : & Alexand. conſil.179.viſa.in 2.volumine.

22 Quartò extende etiam ſi debitor dediſſet pignus:quia pignus dedit, vt pecuniam reciperet, quam ſi non recepit,non tenet pignus.l.1.C.de non nume.pecu.quia multi darent corpus & animam , vt pecuniam haberent. Legimus enim de nonnullis , qui diabolo non veriti fuere , hæc dona facere.

Etiam dato pignore opponitur hæc exceptio.

23 Amplia etiam ſi confitens iuraſſet ſe recepiſſe.per l.fin.C.de non nume. pecu. ſing. ſecundum Iaſ.in l.ſi conuenerit.col.3.ff.de iuriſdict.omnium iudic.& in l.qui pecuniam.col. prima. ſi certum petatur.& Iaco.in l.ſecunda.§.mutui autem.in fin.illo titul.ſequitur Alexand. conſil. 28. viſis. in 2.quæſt.in 1.volumi.& conſil.89.viſo puncto.in fi.libr.2.& conſil.27.viſis.nu.26. in 4.lib. de Petrucia in tractat.de virib.iura.in 4.effectu.

Iuramētum non tollit hanc exceptionem.

24 Quia ſicut confeſsio habet tacitam conditionem, ſi pecunia numeretur:ita & iuramētum. d.l.fina.etiam ſi renunciaret cum iuramento : tunc habita diſpenſatione iuramenti & impetratis literis regiis admittetur ad opponendum iſtam exceptionem , aliàs audiri non ſolet.argumen.l. non dubium.C.de legib.& ita ſeruat practica:licet Bald.teneat in d.l.final. non requiri diſpenſationem,quando confitens iurat ſe recepiſſe:quia iuramentum habet conditionem tacitam,ſi mihi fidem ſeruaueris.l.quæro.§.inter locatorem.vbi ſcripſi. ff.locati. & creditor non numerans poſt confeſsionem habitam non ſeruat fidem debitori.Ergo non tenetur debitor.l.final.ff.qui ſatiſda. cogant.& ibi gloſ.ſecus ſi iuraſſet pecuniam verè numeratam : quia tunc abſolutio à iuramento requiritur ſecundum Bald.ibi quem ſequitur Feli.in d.c.ſi cautio.col.10. ampliatio.1.ego puto in vtroque caſu abſolutionem petendam,& ita praxis ſeruat:& hoc eſt tutius.

25 Fallit quando creditor iuraſſet omnia in inſtrumento contenta eſſe vera deferente debitore:quia tunc non poterit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ,nec alia tanquam res ſit iureiurando deciſa.argument.l.primæ.C.de iureiurand.ita ſing.limitat Franciſ.Cremen.ſing 152.volo date nouam.Allegat Bald.in repet.l.2.ff. de iureiurand.Nec obſtat d.l.fi. C. eo. quia loquitur in

Cautela ad tollēdū hāc exceptionē.

iuramen

iuramento aſſertorio,hic in deciſorio:quod eſt ootandum,vt ſcias vti,vt in fi.inſtru.dicas, quòd debitor detulit creditori iuramentum, & creditor iurauit omnia contenta, in inſtrumento eſſe vera:tuoc nihil poterit oppooi.vide Bald.in l.fi.in fi.C.eo.

26 † Attamen eadem facilitate qua iurat debitor, eadem deferet iuramentum ſpe futuræ numerationis creditori,vel creditor cautus faceret apponere illã clauſulam: ideo arbitror.quòd ex æquitate ſuccurritur iſti,& per literas regias releuabitur is,qui ſic eſſet obligatus,ſi probet pecuniam ſibi oumeratam noo fuiſſe,vt fraudibus & malitiis obuietur.

Renuncians huic exceptioni adhuc iuuatur eo.

27 Sextò extende,etiam ſi renunciaſſet exceptioni noo numeratæ pecuniæ. gloſ. ſingu. in d.l. ſi ex cautione.ſecundũ Bal.in marg.in verb.renunciatio.in to.q.& Feli.in c.ſi diligẽti. Cotrela.§. limita.1.de foro competeot. & in d. c.ſi cautio. vbi limitat. ibi ſequitur Vital. de camba.in tracta. clauſula.in fol.302.col.3.Aufrer.in deciſio.ſuis,q.374.Alex.cõſi.179. viſa.in 2.vol.& Corne.cõſil. 52.quotidianus.col.2.in 1.vol.Bal.cõſi.196.quædam mulier.io 3.vol. Tùio quia inducerentur creditores ad delinquendum.nam poſtquàm haberent cedulam, & hanc renunciationem, nollent mutuare:quod fieri ooo debet.l.coouenire.ff.de pact.dotal.l.iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pact. Tùm quia eadem fragilitate, qua inducuntur ad confiteodum inducerentur ad renunciandum, arg.l.ſi mulier.2.ibi ex cooſequentia ſuæ fragilitatis.C.ad vellea.Alex.d.conſi.179.viſa ſcriptura. in 2.vol.tanta eſt enim fragilitas debitoris inquirentis pecuniam,quòd facit inſtrumentum qualitereunque creditor vult. nam dicitur communi adagio: Qui ſubmergitur,oon reſpicit, quid bibat,nec debitor quid faciat:imò obligaret corpus ſuum,vxoris,& filiorum,& animam aliquaodo.quod eſt deterius.Angel.in §.idem iuris.col.18.cum ſeq.de exceptio.in inſtitu.

Renũciatio huius exceptionis quid operetur.

28 Item quia renunciatio huius exceptioois noo poteſt facere efficacem obligationem,quę eſt ante bienoium inefficax:ergo non tenet renunciatio.Bal.in d.l.ſi ex cautiooe col.3. Operatur tamen illa reounciatio præſumptionem iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium,niſi per coufeſsionem.Hippol.Marſ.ſing.222.exceptio oon numeratæ pecuniæ, vbi allegat Bald.in conſi.ſed corruptè.tu illum videto.in Francia ſemper debitor poſt ſcripturã priuatam oportet quòd probet non numeratam, quia præſumptionem confeſsionis & ſcripturæ habet coutra ſe:vt ſæpius dixi.

Pactum de non opponẽdo an tollat non numeratæ pecuniæ exceptionem,& quid operetur.

29 Septimò etiam ſi debitor faceret pactum expreſſum de non opponendo exceptionem non numera.pec.adhuc tatoeo illam oppooere poterit:vt firmat Spec. in titul. de obliga. & ſolut. §.1. verſic.ſequitur.& Bal.in l.in contractibus.in prin.3.q.C.de non nu.pecu.

30 Et ratio eſt,nam propter eandem fragilitatem induceretur ad faciendum pactum, ſicut ad confitendum,vel renunciandum.Operatur tamen hunc effectum etiam reountiatio,quòd transfert onus probandi in debitorem.Salt.in d.l.ſi ex cautione.in 1.& 2.queſt. ſequitur Imol. in c. fi. de ſolutio. & Aotho.in additio.ad Huber.de booocurſo. rubr. de peremptio. exceptio.folio 60. colum.3. quod reprobat Decius in dicta l. qui pecuniam. in fin. prima tamen ſententia tenetur commuoiter.

Confitens ſine figura iudicij exceptionem opponit.

31 Octauò etiam ſi confiteretur in iudicio,non in figura iudicij, nec iudice ſedente pro.tribunali,ſed coram notario,& io inſtrumento garentigiato.Bald.in d.l.in contractibus. in vlti.q. Alber.in d.l.ſi ex cautione.col.2.in fi.licet contrarium dicat ſeruari Bergami.

32 Quia iſtud præceptum venit in conſequentiam confeſsionis,mutui,vel dotis: vnde quatenus tenet principale,tenet præceptum acceſſorium,& noo vltra:vt aſſerit Bal.in d.l.in contractibus.in fi.princ.quia eſt eadem ratio,ſiue fiat in iudicio,ſiue extra iudicium teſte Bal.de litera.obliga.in inſtit.col.vlti.ergo erit eadem iuris deciſio,l.illud.ff.ad legem Aquil. ſcripſi in tracta. de liter.obligat.artic.1. Secus ſi fuerit per viam contentioſæ iuriſdictionis: quia tunc ceſſat præſumptio,quod confeſſus eſt,vt gratificaret creditori:& ideo ceſſabit exceptio,ſecundum Felt. in d. c. ſi cautio.col.11.verſic.amplia ſecundò.per tex.& ibi glo.in l.vna.C.de confeſsis.Bal.conſil. 447. cootrahentes.vol.1.

Confitens maiorem pecuniã quam receperit, exceptionẽ opponit.

33 Nonò amplia etiam ſi confiteatur maiorem pecuniam recepiſſe, quàm receperit, nam in parte noo recepta exceptio iſta competet.per l.maiorem.C.eo quod iuris enim eſt de toto, & de parte.l.qui ſolidum.in prin.ff.de legat.2.l.quę de tota.ff.de rei veod.& hoc caſu debet probare debitor partem non fuiſſe oumeratam: quia eſt præſumptio cootra eum, poſtquàm receperit partem,quòd totum receperit:& quomodo probetur illa negatiua,tradit glo.ibidem in d.l.2.C.eo. probari per coofeſsiones,& per numerationes diuerſis temporibus factas,ſecundum varias quantitates:ad hoc & illam ſing.dicit Bald.in Marga.in verbo negatiua.in 9.q.& Ludo.Roma.conſil. 445.conſultatio.col.1.& Barba.conſil.37.quia omnia.col.4.in 4.vol.& Feli.in c.tertio loco.col.3. de probatio.

Exceptio non numeratæ pecuniæ in aliis rebus locum habet.

34 Decimò extende non ſolùm in pecunia ſtrictè accepta,id eſt in nummis, ſed etiam in omni re quam quis confitetur recepiſſe,& non recepit:pecuniæ enim verbum largiſsimè accipitur, per l.fi.C.de cõſtitu.pec.l.pecuniæ.vbi ſcripſi.ff.de verbo.ſigni.c.totum. 1.q.3.expreſsè hoc tenet, Azo in ſumma.C.de non nu.pec.in princi.Albert.& alij in l.geoeraliter. in princ.C.eo. per d.l. in contractibus.in prin.& §.ſed quoniam.vbi de depoſito loquitur tex.Bar. & alij in l. talis ſcriptura.ff.de legat.1.

Exceptio rei non traditæ quãdo competat.

35 † Licet in rebus io quibus conſiſtit mutuum hæc exceptio vocetur non numeratę pecunię: in aliis verò rebus exceptio rei non traditæ:vt docet Porcus in d.§.1.de liter.obliga. in inſtitu. tamen in

men in mutuo habet biennium ad opponendum hanc exceptionem : in aliis rebus ſtatim ſibi præiudicat,ſi non opponat.l.generaliter. C. de non nume.pec. gloſ. in l.ſi ex cautione. illo titul. Henric.Boic.in d.c.ſi cautio.ratio eſt:quia in mutuo & dote ſæpius contingit cautionem emitti ſpe futuræ numerationis,quàm in aliis contractibus:ideo longius tempus datur ad excipiendum, in aliis contractibus ſtatim præiudicat : quia non ſic de facili fit cautio ſpe futuræ cauſſæ, ſed ratione præteritæ,vel præſentis:& ea quæ raró &c.l.nam ad ea.ff.de legib.Alberic.& Bal.in l. generaliter,col.3.C.eo.& etiam quia debitores magis alliciuntur ad pecuniam habendam,& ſic confitentur facilius ſpe futurę numerationis,cùm per eam omnes ferè aliæ res haberi poſſunt. l. 1.ff. de contrahen.emptio.quod non eſt in aliis rebus:tamen ſi etiam poſt biennum ego probem me non habuiſſe rem,iudex me abſoluet:& ita in curiis ſeruatur ex æquitate,quæ rigori pręfertur.l. placuit.C.de iudic.impetratis tamen literis regiis in hac patria.

36 Vndecimò extende,etiam ſi eſſet ſtatutum in ciuitate,quòd contra inſtrumēta publica non poſsit exceptio opponi,niſi ſolutionis,& ſimulationis, & nulla alia , adhuc poterit exceptio iſta opponi:quia illa confeſsio facta in inſtrumento dicitur quædam ſimulatio.Bartol.Bal. & alij. in l.3.C.de poſtuland.Bal.in l.pecunię.C.de ſolutio.Iaſ.in d.l.qui pecuniam.col.1.ſi cert.pet.ff.ſcripſi in tracta.de liter.obligato.arti.1.

Statutũ ut nulla poßit opponi exceptio an excludat hanc.

37 Duodecimò,ſi menſarius nummularius ſiue campſor promiſit ſoluere pro confitente : adhuc iſta exceptio locum habebit:quia campſor licet ex perſona ſua non poſsit opponere , quòd ſibi non fuit numerata:tamen ex perſona illius,pro qua promiſit,poteſt.gl.& Salic.in l.fruſtra.C. de non nume.pec. per text. in l. tàm mandatori.illo tit. quia poſtquam principalis non tenetur, non debet teneri eius fideiuſſor.l.1.& l.Græce.ff.de fideiuſſorib.

Campſor an iſtam exceptionem opponere poſſit.

38 Decimotertiò amplia,etiam ſi is qui confiteretur dediſſet fideiuſſorem. per d. l. tàm mandatori.& ibi doctor.& facit l.1.C.illo titul.quia quando reus eſt tutus ratione obligationis non natæ,vel natæ inefficaciter,vt hîc:tunc eodem modo eſt tutus fideiuſſor, ſicut principalis. l. ſi teſtamento.§.fi.& l.ſi quis pro eo.§.ſi nummos.ff.de fideiuſſorib.Bal.in l.penul.C.eod. & in tract. de exceptio.abundè ſcripſi.

Fideiuſſore dato an hæc exceptio cõpetat.

39 Decimoquartò extende ad maritum , qui confeſſus fuerit ſe habuiſſe dotem ab vxore , vel à patre vxoris,ſeu alio ſpe futuræ numerationis, vt poſsit exceptionem non numeratæ dotis opponere.l.1.& per totum. C. de dote cauta non numerat. quia præſumitur confeſſus ex facilitate, & matrimonij contrahendi cupiditate. nam qui optat matrimonium contrahere facilè confitebitur:vt appetitum ſuum compleat.Porcus,vbi ſuprà.& etiam in matrimoniis contrahendis multa ſolent interuenire mendacia,& deceptiones:vt patet Geneſ.29.c.de Iacob,qui in matrimonio fuit deceptus,dando ei Liam,licet ſeruiuiſſet pro Rachel filia Labam.pro elucidatione illius tituli.C. de dote cauta.multa addidi in rubric. illius tituli. C. quæ alibi fortè, ſi operæpretium fuerit,extendam.

Maritus dotis non numeratæ exceptionem opponit.

40 Decimoquintò amplia etiam in hęrede,qui intra biennium poterit hanc exceptionem opponere.l.ſi intra.C.eo.& ibi latè docto.& idem in omnibus illis quorum intereſt quocũque modo,ſiue conueniantur vt poſſeſſores bonorum:ſiue ipſi contra alios poſsidentes actionem moueant.l.ſi cui.C.eo.Angel.plenè.in d.§.idem iuris.col.5.in 2.q.debet tamen ex perſona rei opponere,non ex propria:quia debitori & non opponenti debebat pecunia numerari:quod nota cauſidice ad concludendum in libello.

Hæres iſtã exceptionẽ opponit,& alius cuius intereſt.

41 Decimoſextò, etiam ſi cedula fuerit facta per verba præſentis temporis : vt promitto reſtituere decem aureos ad menſem,quos recipio.ita tenet gl.1.in l.ſi ex cautione. C.eo. Azo , & ibi docto.inſtit.de liter.obligatio.in princip.& iſtam opinionem vidit communiter ſeruari Alber.in d.l.ſi ex cautione.col. 1. quia eadem eſt ratio, ſicut quando interponit verba præteriti , & verba præſentis temporis,quæ aliquando pro verbis futuri, vel præteriti accipiuntur : vt plenè ſcripſi in l.verbum oportebit.ff.de verb.ſigni.& illa verba recipio, intelliguntur ſi numeretur : alioqui recipere non poſſum.

Exceptio iſta competit quamuis dicam recipio.

42 Vltimò etiam ſi dederim alicui cum cauſſa,quam non adimpleuit:vt in l.3. C.de poſtuland. potero excipere,vel experiri ad cancellandum : vt ibi ſcribitur. & alię extenſiones poterunt ſuppleri ex dictis per Feli.& alios in cap.ſi cautio.de fide inſtrumento.iſta tamen non ſic inuenietis ad praxim reducta.

43 Primò vitiatur hæc regula in confeſsione facta in vltima voluntate:quia contra ipſam non opponitur hæc exceptio nõ numeratæ pec.per gl.ſing.in l.1.C.de falſa cauſſa adiecta legat.quam ſing.dicit Bald.in titul.de pace conſtant.in verſicu.vaſalli.& in Marguar.in verbo.exceptio.quęſt. 23.ac Barbat.in repetitio.capi.Rainutius.col.3.& ibi Benedic.in verb.in extremis.nu.14. de teſta. & Barba.conſil.60.illud.col.9.& col.21.in 3.volumi.Iaſ.in l.qui pecuniam.col.1.ff.ſi certum peta. & in repetitio.l.admonendi.col.57.num.158.de iureiurand.Hippoly.in pract.criminal.§.diligēter, num.119.& in rubr.ff.de fideiuſſorib.num.42.& conſi.5.in cauſſa.num.16. & conſi. 109. Spiritus. num.3.ac conſil.113.in præſenti.num.12.

Contra confeſsionem in ultima uoluntate factam non opponitur hæc exceptio.

44 Ratio eſt,quia ſpe futuræ numerationis non videtur confiteri, cùm potius cogitet de morte, quàm de cupiditate pecuniæ:ideo præſumitur quòd verè receperit : & ſic non poteſt opponi hæc exceptio per hæredem:quod eſt verum, vt creditor teneatur probare numeraſſe : poterit tamen hæres probare confeſsionem fuiſſe erroneam:vt docet Porcus in d.§.1.quod eſt notandum.

† 45 Et

Confitēs in teſtamento ſi reuocet teſtamentum, an teneatur ex confeſſione.

45 † Et ideo ſi quis confiteatur ſe debere centum in teſtamento,& poſteà reuocet teſtamentum, centum poterunt peti: quia dicitur quidam quaſi contractus, qui non reuocatur ſublato teſtamento. l. hæredes palam. §. fi. ff. de teſtament.

Nec obſtat quòd deambulatoria eſt defuncti voluntas vſque ad mortē. l. 3. §. final. & l. ſequent. ff. de adimend. legat. Reſpon. loquitur in legatis,& aliis mortis cauſſa donationibus: ſecus in contractibus. ita tenet Petr. & Alexand. in l. generaliter. in fin. C. eo. niſi probaret ſe confeſſum animo donandi & legandi: quia tunc ſicut principale reuocatur, id eſt teſtamentum, ſic & legatum. per l. cùm principalis. ff. de regulis iuris. vel niſi probet ſe erraſſe, exiſtimans verum eſſe,& tunc per literas regias audietur.

Contra inuentarium non opponitur hæc exceptio.

46 Secundò limitatur, quando in inſtrumento inuentarij hoc quis confiteretur: quia tunc non poſſet excipere non eſſe numeratum, quod aliquis in inuentario conſcribi paſſus eſt l. final. C. arbitr. tutel. neque enim ſic homo ſimplex, imò magis ſtultus inuenitur, vt in publico inuentario contra ſe ſcribi aliquid patiatur: verba ſunt impera. in d. l. final. nec poterit probari contrarium. vide quæ ibi addidi,& Matthæus de afflict. & decif. Neapol. 324. agitur cauſſa. num. 14. cum ſeq. in Francia tamen impetrando literas regias releuaretur probando errorem,& confeſsionem falſam & hoc principis beneficio, qui tam benignè ſe offert petentibus, & ſubditis, vt nolit aliquem ex his decipi & moleſtari indignè.

Poſt biennium quàdo hæc exceptio opponatur.

47 Tertiò reſtringe poſt biennium, inſtitut. de liter. obligato. quia debitores pecunia egentes conſueuerunt confiteri ad voluntatem creditorum ſpe futuræ numerationis: & ideo propter bonum publicum, & in fauorem debitorum iura ſtatuerunt debitores vſque ad biennium poſſe excipere de pecunia non numerata: & tunc crediteribus incumbit onus probandi numeratam. d. l. aſſeueratio. & Alberic. in dicta l. ſi ex cautione. in fine. latè ad ambas partes Angel. in §. idem iuris. col. 3. de exceptio. in inſtitut. poſt biennium verò tenetur debitor probare non numeratam: quia non eſt veriſimile quòd tanto tempore tacuiſſet, ſi pecuniam non recepiſſet.

48 De æquitate tamen canonica poteſt hęc exceptio ſemper opponi per mille annos: ne quis cum aliena locupletetur iactura. teſte Dino. in regul. locupletari. & ibi latè Boer. in additio. de regulis iuris. libr. 6. ſequitur Angel. conſil. 156. videtur prima fronte: & Iaſ. in dicta l. qui pecuniam. vbi dicit habere locum in terris ſubiectis eccleſiæ quoad temporalia, vt in ciuitate Auinionenſi: & exceptio doli etiam in terris imperij opponi poſt biennium poterit: quia dolo facit petendo quod non numerauit: quod eſt notandum in actu practico, teſte Angel. in d. §. idem iuris. col. 5. verſic. ex quo nota tu cauſidice &c. & iſta opinio ſeruatur in hac Frācia, ſed debitor probat non numeratam: vt dictum ſuperius fuit.

Iurare an teneatur creditor poſt biennium. Areſtum.

49 Et poſt biennium non tenetur creditor nec iurare, nec referre. l. in contractibus. §. illo. C. eo. ita tenuit Henric. de Pyro colonien. inſtitut. de litera. obligatio. in gloſſa. ſcriptura. per dictum §. illo. ex æquitate tamen ſi pars vellet eum conſtituere iudicē, teneretur officio iudicis iurare: prout dixi in tracta. de liter. obliga. in art. 1. glo. 11. & ſic cenſuit Senatus anno 1544. die 30. Ianuarij poſt prandium in magna camera.

Agere ad cancellationem, an poſſit debitor, ſi pecunia nō ei numeretur.

50 Poterit etiam debitor, ſi videat creditorem aſſertum nolle dare pecuniam, agere ſuper cancellatione inſtrumenti, vel chirographi, dicens pecuniam non fuiſſe vnquam numeratam, & ſic inſtrumentum eſſe apud creditorem ſine cauſſa, & ideo cancellandum eſſe, vel chirographum. iſta practica probatur in l. diſſolutæ C. de condict. ex lege. Bartol. in authentic. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſiis. in fine, vel poterit petere, quòd cedula ſibi reſtituatur. gloſ. in d. l. diſſolutæ. & Angel. in d. §. idem iuris. col. 4. & ſic frequentius agitur in reſortu Tholoſano: vt ſcripſi in tracta. de liter. obligato. artic. 1.

Tutor confitens pecuniam pupilli habuiſſe hanc nō opponit exceptionem.

51 Quartò limita in tutore, qui confitetur ſe habuiſſe pecuniam pupilli, tunc etiam ante biennium non poteſt exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere. Iaſ. & alij in l. ſingularia. in §. ſpeciali. ff. ſi certum petatur. & hoc intellige quando pecuniam caperet palàm & bona fide. vt in l. non exiſtimo. ff. de adminiſtratio. tutorum. Alioqui incideret in pœnam, vt ibi & gl. in l. actione. & in l. ſi tutor. ff. de tutel. & ratio. diſtrahend. & diceretur prædo. Soci. conſilio 159. in pręſenti. col. tertia. verſiculo quarto deprehenditur. in ſecundo volumine.

Palàm quando dicatur fieri.

52 Quæro, quando dicatur tutor palam,& bona fide contraxiſſe? Bartol. in l. frater à fratre. col. antepenult. verſicul. tertio quæro quid in contractu. ff. de condict. indebit. dicit palam fieri, quando contractus fit pręſentibus amicis,& conſanguineis pupilli. per l. tranſactionem. C. de tranſact. & in hoc non valeret conſenſus baſtardi. Barba. conſil. 41. col. 6. & ſequent. in 4. volumi. quod facit ad intellectum ſtatuti requirentis conſenſum conſanguineorum.

53 Item dicitur palàm & bona fide, quando iudicis pręſentia interuenit: vt docet Alexan. conſil. 20. ponderatis. col. prima. in 3. volu. & Barbat. conſil. 53. præclare. col. duodecima, in ſecundo volumine. ſequitur Iaſo. in repe. l. admonēdi. col. 7. ff. de iureiurand. & in dicta lege frater. & in l. pacta nouiſsima. 3. nota. C. de pactis. & in tit. qui feud. dare poſſunt. in principio. refert Purpura. in dicta l. admonendi. Cotta in ſecunda parte memor. in verbo, palàm.

Confitens cauſſa mutui quod aliunde debet, exceptionē iſtā nō opponit.

54 Quintò fallit, quando confeſsio mutui facta eſſet ex alia cauſſa: vt debebas ex cauſſa venditionis decem, recognouiſti te illa debere ex cauſſa mutui, licet verè non ſit mutuum: tamen non opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ. l. aduerſus. C. eo Feli. & alij in d. cap. ſi cautio. in vltima limita. col. 14.

Ratio

55 Ratio diuerſitatis eſt : quia quandò confeſsio emanauit ex ſola cauſſa mutui, lex præſumit confeſsiouem factam ex facilitate petentis,& cupiditate complacendi creditori,vt ipſum inuitet ad illi ſubueniendum,& pecuniam mutuandam:ſecus quando emanauit ex cauſſa locationis,vel venditionis:quia nulla præſumitur hic facilitas. nam ſi tibi locare,vel vendere non poſſum,alteri dabitur porrigenti pecunias:ſed hodie facilè non inueniuntur mutuantes pecuniam ſine commodo.Porcus in dicto §.1. col. 6. & hoc caſu debitor etiam ante biennium tenetur probare. Alber.in dicta l.ſi ex cautione.col.3.

56 Ideo quia ibi ex cauſſa præterita fit cedula,tunc magis fit, vt declaret obligationem de præterito fuiſſe, & ſic ſtatim inducit cõſenſum de præſenti:niſi debitor probet prætextu falſæ cauſſæ factũ eſſe.l.2.§.circa.ff.de doli excep.vbi verò fit cautio ſpe futuræ numerationis,nõ habet cõſenſum de præſenti,ſed demum ſecuta numeratione voluit obligari:& ideo creditor habet probare nnmerationem,vel biennij lapſum.docto.in d.l. aduerſus. hodie in Francia debitor ſemper probat, quia habet ſcripturam contra ſe, & ideo hoc caſu poterit probare primam cauſſam non eſſe veram,videlicet ſe nunquam debuiſſe ex cauſſa venditionis,vel alia,& ideo non teneri.

57 Sextò limita, quando ex interuallo ſoluiſſet partem debiti, tunc non poteſt pro alia parte opponere.l.cum fidem.C.eodem qnia videtur fidem cautionis agnouiſſe,niſi proteſtaretur.Bald. ibi,& Anto.tremol.in additio.ad pract.de bonacurſo.rubr.de perempto.exceptio.verſi. exceptio non muueratæ pecuniæ. de æquitate tamen impetratis literis regiis vidi aliquem recipi ad probandum ſe non recepiſſe alteram dimidiam partem:vt etiam ſuperius ſcripſi:cùm ſit bonum argumentum totius ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei vendi.

Soluens partem non opponit exceptionem ad reliquam partem.

58 Item ſi promiſit ex certa ſcientia,tunc nihil opponit, quia donare videtur : ſecus ſi per errorem.probatur in l.cùm de indebito.§.ſi autem pro parte.ff. de probatio.etiam hoc caſu ſuccurretur probato errore.quia qua facilitate confitetur,eadem opponeret hanc clauſulam.

59 Septimò modera quando notarius atteſtaretur in inſtrumento publico numerationem factam fuiſſe per hæc verba, perſonaliter conſtitutus Titius confeſſus eſt habuiſſe decem aureos, quos in mei pręſentia habuit, & recepit ex cauſſa mutui:ſecus ſi diceret,confeſſus eſt ſe habuiſſe, quia tunc exceptionem opponere poterit,de primo eſt text.in l.1.ibi,præſens aſpectus.probet.C. de cano.frumen.vrb.Rom.lib.11.gl.in l.ſi pluribus.ff.de ſolut.Roma.ſing 636.Scis qnod.& Franciſc.de Crema.ſing 44.pone dicitur Feli.& alij in dicto c.ſi cautio.& iſta eſt communis opinio: poterit tamen pars falſum illud inſtrumentum allegare.& probare producendo teſtes, qui interfuerant confectioni inſtrumenti,& aliis legitimis modis,ſi illam pecuniam non receperit.

Notarius ſi aſſerat numeratam pecuniam excludit hanc exceptionẽ.

60 Aduertat notarius ad hoc,vt nunquam ſcribat partem recepiſſe : niſi numeratio fuerit facta eo præſente,& vidente : ſed debet ſcribere Titium confeſſum fuiſſe ſe recepiſſe,alioquin incidit in crimen falſi,quia affert teſtimonium de eo,qnod non vidit.gloſ.in l.ſi ex pretio.in verb. conſcriptum C.ſi certum peta.ſcribens Iudæos dixiſſe Pilato, ſcribe quòd Chriſtus dicit ſe Regem Iudæorum,non quòd ſit Rex.

Cautela pro notariis.

61 Porcus inſtitu.de litera. obliga.colum.2. inquit,cùm ſcholaſticus iniuriam rectori intuliſſet in abſentia notarij,qui poſteà fuit vocatus, vt conficeret inſtrumentum:ſcholaris tunc dixit notarium debere ſcribere,quòd rector dicit ſe iniuriam paſſum fuiſſe à ſcholari:non enim ſcribere debet notarius,quòd iniuria in ſua pręſentia facta fuerit.per l.tutor.§.fi.ff.de vſur.Bal.in conſi.28. in quodam inſtrumento,in primo vol.

Notarius quomodo inſtrumentum conficere debeat.

62 Octauò non procedit,quando eſſet confeſsio geminata:glo.in l.in contractibus.§.ſed quoniam.in verb.penitus.in princ.C.eod.quam ſing. not. Rauen.in verb. geminatio.& Iaſ.in dicta l. qui pecuniam.ſequitur Bald.& Angel.in dicto §.ſed quoniam.& Ioan.Andr.in additi.ad Specul. in tit.de dona.inter virum & vxorem.in rubr.ad fi.Petrus de bella pertic.in l. cùm fidem.in fi. C. eod.Panor.in dicto c.ſi cautio.per Bal. in dicta l. generaliter. & in l.cùm fidem. & ibi Barbat. in additionibus ad eum:illo tit.& in l.in contractibus.§.1.quia geminatio multùm operatur.in l.baliſta.ff.ad Trebellia.Corſet.in ſuo tractatu de geminatis.Hippoly.in conſi.113. in præſenti cauſſa. Roma.in l.ſi verò.§ de viro.fallen.31.ff.ſolut.matri.

Geminata confeſsio excludit exceptionem nõ numeratæ pecuniæ.

Contrariũ tenet Feli.in d.c.ſi cautio,quia eadem facilitate induceretur quis ad cõfitendum bis, & ſæpe,ſicut ſemel,etiã ex interuallo,quia ſemper confideret de numeratione ſibi facienda:ideo ob iſtam confeſsionem geminatã non obligabitur,niſi alia interuenerint ſecũdum eum. & iſtud eſt æquius,& in praxi obſeruatur : dũmodo debitor poſsit probare ſibi nihil fuiſſe numeratum:

63 Nonò fallit,quando quis promiſit dare cauſſa tranſactionis pecuniam non debitã,tunc non iuuatur hac exceptione:quia ſubeſt cauſſa,vtpote quia à lite diſceditur.l.ſi tranſactionis.C.de non nume.pecu.nec ea cauſſa ſolutum repetitur tanquam indebitum.l.in ſumma.ff. de condic. indebit.& l.2. C.illo.tit.Alex.conſi.191.viſa ſcriptura.in ſecundo volu.& iſtud ſeruatur.

Promiſſum in cauſſa tranſactionis non releuatur exceptione.

64 Decimò reſtringe quando ſtatutum ; vel conſuetudo tolleret exceptionem non numeratæ pecuniæ,quia cùm ſit de iure ciuili,inſti.de litera.obligat.ergo poterit tolli per aliud ius ciuile.l. eas.ff.de capit.diminuti.l.nec ex prætorio.ff.de reg.iur.

Statutũ an hanc exceptionẽ tollere poſsit.

65 Intellige quòd poteſt tolli per ſtatutum,vel conſuetudinem quoad forum ſeculare.l.3.in fi. ff.de conſtit.pecu.& in ſtylo Biturigum cautum eſt.rub. de executio.exceptionem non numeratæ pecuniæ non habere locum ad impediendum executionem in caſibus executioni diſpoſitis: ergo in aliis caſibus non diſpoſitis executioni,poterit exceptio non numeratæ pecunię opponi.

Stylus Bituricẽ. an tollat hanc exceptionem.

nam qui in vno prohibet,in alio concedit.l.cùm prætor.ff.de iudic.c.nonne. de præſumpt. Item quod non mutatur,quare ſtare prohibetur.l.ſancimus.C.de teſtament.hîc non mutatur ius:ergo ſtare non prohibetur,niſi in caſibus diſpoſitis executioni.

66 Prætereà diſponit ille articul.4.vt executionem non impediat, ſeu manus munitionem exceptio nõ numeratæ pecuniæ:ergo facta manus munitione nõ prohibet opponi.& iſtud eſt verũ, licet quidam ignari practici indiſtinctè dicant exceptionem non numeratæ pecuniæ Biturigibus non habere locum,ſed ibi non probatur:vt etiam luſcus videre poteſt.

67 Inſuper ille articul.in verſicul.*auſſi quant &c.*Aliud diſponit,videlicet exceptionem hanc non habere locum in inſtrumentis obligatoriis executionem habentibus, ad hoc vt creditor teneatur probare ſe numeraſſe:& ſic ſolum transfert onus probandi in debitorem opponentem:cùm creditor pro ſe habeat inſtrumentum ſigillatum regio ſigillo, vel aliud executionem habens. Si verò pars aliud haberet inſtrumentum, quod non haberet executionem,ſumendo argumentum à contrario ſenſu,quod eſt validũ.l.1.ff.de offic.eius cui eſt manda.iuriſdict.etiam in ſtatutis.Corſet.in ſing. incip. argumentum.tunc hæc exceptio opponi poſſet : & creditor teneretur probare

Conſuetudo regni transfert onus probandi in debitorem.

68 numeraſſe,inſequendo ius commune.dicta l.ſi ex cautione. † Licet de conſuetudine in hoc regno Franciæ regulariter debitor teneatur probare pecuniam non numeratam,etiam ante biennium : quia creditor habens etiam cedulam pro ſe habet ſaltem præſumptionem : ergo ius probandi transfertur in debitorem : & ita ſeruatur in hac conſuetudinaria patria, quicquid in contrarium dicatur.

Stylus curiæ eccleſiaſticæ tollens exceptionẽ non numeratæ pecuniæ nõ valet.

69 Sed quoad forum epiſcopale ſiue eccleſiaſticum non valet ſtatutum,ſeu ſtylus tollens hanc exceptionem:quia cum agatur de peccato,videlicet,vt quis agat ad id, quod non dedit : eccleſia hoc non admittit. c. nouit. de iudic. eccleſia enim cultrix & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri.cap. vno.de aliena.feud. Item quia eſt contra libertatem clericorum : nam aufert eis ius commune, & contra rationem naturalem, & mentem contrahentium.Bald. in ca. cùm omnes, col. penult.de conſtitu. Henric.Boteus in tracta. de ſynodo epiſcopi, concluſione 9.tertiæ partis.

Si verò transferat onus probandi in debitorem, bene valet:vt docet Albert.Brunus in tractat. ſtatuto.in verſicul.excipere.quæſt.8.& ita ſtatuitur in ſtylo curiæ eccleſiaſticæ Bituri.rubr. de ordin.iudiciạ.articu. 6. vbi ſunt hæc verba:Item ſtatuimus exceptionem non numeratæ pecuniæ non eſſe admittendam ad hoc, vt creditor habeat onus probandi, ſi interuenerit ſtipulatio, ſeu ſolutionis promiſsio:in his tantùm duobus caſibus transfert onus probandi : videlicet quando interuenit ſtipulatio,& ſolutionis promiſsio,in aliis non transfert.ergo habebit locum ius commune:licet quidam procuratores ignari indiſtinctè intelligant exceptionem non numeratæ pecuniæ non habere locum in curia eccleſiaſtica, allegantes ſtylum hunc. & articul. qui hoc non probat:vt lippis patet,& tonſoribus.dicit glo.in l.quidam,cùm filium.ff.de verborum obligation. & hodie ſeruamus, vt dixi, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ non probatur à creditore, poſtquam habet inſtrumentum,vel chirographum pro ſe : debitor autem dicens pecuniam non recepiſſe,hoc probare tenetur,nec admittitur ad probandum, donec garnierit:ſed facta recognitione, condemnatur ad garniendum, data ei poſteà dilatione ad probandum pecuniam non fuiſſe numeratam.

In conſcientia non poteſt tolli hæc exceptio.

70 Notandum eſt,quòd licet ſtatutum,vel conſuetudo tolleret hanc exceptionem : tamen in foro conſcientiæ creditor non eſſet tutus.teſte Innoc.& Panor.in c.plerique,de immunit. eccleſia.& Bald.in l.ſi ex cautione.in fi.C.de non numera.pecu.

Mutare nõ cogitur creditor qui chirographũ habet, ſed illud reſtituere ſufficit.

71 Item creditor,qui promiſit mutuare,non cogitur inuitus,licet chirographum acceperit,ſed illud reſtituere ſufficit:vt docet Barto.in l.ſi fideiuſſor creditoris.ff.de fideiuſſorib.quia ſicut debitor non tenetur accipere,ita nec creditor mutuare ratione correlationis.l.fin.C.de indic.viduita. tollend.Dec.& alij in d.l. qui pecuniam. niſi debitor pateretur intereſſe : vt ibidem dicitur : quia tunc ſaltem non mutuando teneretur ad id,quod partis intereſt.

Exceptio iſta licet poſt biennium opponi nõ poſſit, tamẽ officium iudicis implorari poteſt.

72 Item licet exceptio non numeratæ pecuniæ non poſsit poſt biennium opponi, tamen poteſt implorari officium iudicis:vt habetur in additio.ad Panor. in c.fin. de ſolutio.quod dicit eſſe ſing.Hippoly.Marſ.ſing.277.licet ſuprà.vel allegari exceptio ſimulationis, etiam ſi renunciatum fuiſſet huic exceptioni.gloſ.in l.emptione. C. plus valere quod agitur.& ibi multa cumulaui.ſequitur Hippoly.ſing.327. exceptio.ſuperius ſcripſi : & videte quæ dixi ſuper hoc in l. actionis verbo.ff.de verbo.ſigni.

Negans ſuã ſcripturam dupli pœna nõ punitur.

73 Aduertendum eſt, quòd qui propriam ſcripturam in iudicio abnegat, vel numerationem inficiatur, conuictus in duplum punitur,niſi ſacramento illato confiteatur : tunc enim non punitur,niſi ad expenſas circa probationes factas actoris iuramento declarandas.text.in auth. contra qui propriam.C.de non nume.pec.quæ pœna dupli non ſeruatur in hoc Franciæ regno : ſed iudex pro facti qualitate hunc inficiantem conuictum ad mulctam condemnabit pro arbitrio ſuo:& pro qualitate perſonæ & facti imponendam.per ca. fraternitas.12.quæſtione ſecunda. Alia ſi lubet,bone lector,perlegere licebit per totum titul. C.de non nume. pecu. iſta tamen interim ſic digeſta non aſpernaberis,quæ Deus optimus maximus ſcribenda mihi dictauit, cui immenſas ago gratias. Amen.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO NICOLAO PELLEVE, AMBIANENS. EPISCOPO,

omni virtutum genere inſtructiſſimo

Petrus Rebuffus S.

Multis atque magnis tuis beneficiis tibi anteà deuinctus, egregie atque ampliſsime ſenator, cogitabam quibus modis referre gratiam, quinetiam obligatione, aut in ſolidum (vt iuriſconſultorum more loquar) aut pro parte liberari poſſem: initio quidem aliquis locus relictus videbatur: quia tamen me in dies poſteà magis atque magis tua munificentia ornare non ceſſaſti: adeò vt ſemper aliquid acceſſerit ad cumulum tuorum erga me meritorum: factum eſt, vt iam putem deinceps non tecum contendendum beneficiis: nulla namque aut perquàm exigua, mea erga te ſunt, ſed vis (vt conjector) veſtigia Philippi Macedonum Regis ſequi, qui cum Philonis Thebani hoſpitio receptus eſſet, multisq; ab eo officiis affectus, is autem cùm viciſſim à Philippo nihil muneris accipere vellet: ne me (inquit Philippus) beneficentia ſuperatum hac laude ſpolies, quòd hactenus à nemine beneficiis victus fuerim, & maxime cum ſummo loco nobilique genere ortus ſis: quorum proprium eſt liberalitate vti, ex quo perſoluendi debiti ſpem nullam penitus ſupereſſe ſatis noui: ſed quoniam liberalis ingenuique animi eſt cui plurimum debeat, ſi vires in rependendo deſint, ſignificationem tamen non ingratæ voluntatis officioſæ non prætermittere, τοῖς γὰρ εὐεργέταις δεῖ χάριτας ἀποτίνειν. Quare hoc non aliunde petitū munuſculum, ſed induſtria noſtra comparatum, & ingenii velut proprii agri fructum donare, ac offerre, præſertim cum tibi conuenire videam. Tractatum itaque de ſententiis præiudicialibus dicandum cenſui, vt ſit beneuoli, & non immemoris animi argumentū aliquod: & ſanè aptius ad hanc rem nihil viſum eſt his noſtris lucubrationibus in ea potiſsimùm diſciplina, in qua tu & plurimùm excellis: & ab omnibus magnopere laudaris, præter cæteras quæ in te egregiæ ſunt, & eximiæ animi dotes, bonarumq; artium peritiam: quibus omnibus cum maiorum tuorum nobilitatis præſtantia in veſtro ampliſsimo ſenatorio ordine præluxiſti. Hanc igitur quantamcunque partem induſtriæ noſtræ grato animo excipias, rogo. Chartea hæc noſtra remuneratio apud ingenuos virtutis cultores, qualis es tu, auro gratior eſſe ſolet, præſertim cum nunc aliud præſtare facilè nequeam. Vale.

TRACTATVS

DE SENTENTIIS PRAEIVDICIALIBVS, SEV PROVISIONALIBVS.

Frequens prouiſionis materia.

1 AD intellectum huiuſce frequentiſsimæ in palatiis materiæ, poſſum verè præfari id,quod in ſimili doc.in rubr.ff. de in litem iurand. inquiunt. quòd in palatiis & practica iſta materia, non in ſcholis dicitur,& maximè in hoc ſolenni Pariſien.palatio,in quo turba doctiſsimorum virorum, maximè pragmaticorum verſatur;qui hanc materiam exactius,ac perfectius tractare potuiſſent, ſi commodum publicum in animo tantùm habuiſſent.Sed vidẽs eam neceſſariam, in vſuque forenſi frequentiſsimam, & neminem hactenus eam,ne à limine quidem ſalutaſſe,volui hæc pauca in ordinem redigere; vt deinceps iuuenibus hæc incognita materia nota fiat.

Quid ſit prouidere,

2 Et in primis diſcutiendum eſt quòd prouidere eſt premeditari, & antè, vel à longe, & futurum aliquod,antequàm factum ſit,videre; vt inquit Lucas de penna in l.ſi vltra. de decurio.lib. 10.C. & in l. prohibitum.col.2.C. de iure fiſci, ibidem. inde venit prouidentia,quæ eſt quædam prudentia circa futura. glo. in proœ. inſtit.§.quorum,& idem Lucas aſſerit.in l.1.C.de agricol.& cenſit.lib.11.& iſta prouidentia eſt duplex.

3 Quædam diuina,quæ moderatur & temperat vniuerſa: vnde Origenes ſuper Geneſ.2.c.dicit,multa ſine Dei voluntate geri,nihil tamen ſine eius prouidentia: de qua plenè loquitur Bercor.in verbo prouidentia.& Floren.in 4.parte ſummæ.titu.2.c.2.§.3.

Hæreticos quare Deus permittat.

4 Ideo diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit:vt cum interrogant nos ea quę neſcimus,ſic diſcutiamus pigritiam,& diuinas ſcripturas capiamus.ſic ait D.Auguſti. in c.fi.24.quæſt,vlti.de hac etiam tractant Theologi.ad illos reiicio, vt mea ſim ſorte contentus.

Prouidentia ad quæ referatur.

Reprehenditur glo.

5 Altera eſt humana,qua homo interdum ſuæ perſonæ diſcretè prouidet.Deutero.32. vtinã ſaperent,& intelligerent,& nouiſsima prouiderent: & iuriſconſ.ait ſumma prouidentia legitimis tutelas delatas.in l.1.ff.de legi.tuto.& alibi inquit,principali prouidentia fieri debere,id eſt principis prouiſione in l.ſi arrogator.ff.de adoptio.inde princeps dicitur prouidentiſsimus: quia ſuper alios negotiis publicis,& ſui regni prouidere debet.in l.vnum ex familia.in fi.ff.de legat.2.vbi gl. dicit prouidentiam reſpicere arma,ſed dicite prouidentiam in omnibus rebus eſſe poſſe: & ideo non debemus tantùm reſtringere ad arma.& viri prouidi dicuntur ſolertes,& prudentes.cap.niſi eſſent viri prouidi.de præben.& iuriſcon.ait:nec quicquam obſtat vni tantùm ex heredibus prouideri.l. auus.ff.de pact. & idem iuriſconſ.in l.1. in princ.de tigno iuncto.quod lex prouidenter efficit,& in l.qui foueas.ibi,neque ſcierit,vt prouidere potuerit.ad legem Aquil.ff.

Prouideat iudex,quid ſignificet.

6 Et cùm lex dicit,prouideat iudex,intelligitur ex officio.l.cùm ſatis.§.caueant. vbi docto.C. de agricol.& cenſit.lib.11.quod intelligerem verum, quando actio non competebat, aliàs intelligitur,prouideat ordine iuris ſeruato iuxta ea quæ not.docto. in l.vinum.ff.ſi certum petatur. ac ſi dictum fuerit,iuſtitiam adminiſtret.l.illicitas.in princi.ibi,ne quis iniquum lucrum,aut damnum ſentiat,præſes prouideat.ff.de offic.præſid.

7 Interdum prouidetur alicui de dignitatibus,beneficiis,aut officiis eccleſiaſticis, de qua prouiſione loquitur totus titulus de electio.de præbend. & alij ſimiles, etiam ego ipſe de hac prouiſione ſcripſi in rub. de collatio.in concord. & ibi adieci hodie beneficiis prouideri per quinque caſus,& vocatiuum non eſſe in vſu ob malitiam noſtram,vt pote quia nullus vel admodum pauci vocantur tanquam Aaron: ne illi quidem quos æquus amauit Iupiter, aut ardens erexit ad æthera virtus.prouiſio itaque per vocatiuum nunc dormit,& quandoque ſuſcitabitur,ſi viri ſancti eam excitauerint orationibus.

Prouiſio hominis facit ceſſare legis prouiſionẽ cum limitatione.

8 Et prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis; nempe maritus poteſt intendere actiones paraphernales,vxori competentes,ſi vxor illi tradiderit inſtrumẽta:niſi ipſa vxor aliter prouiderit,l.fi.C.de pact.conuent.l.maritus.de procur.& conſanguineus pro conſanguineo agit, niſi alteri fuerit datum mandatum.l. exigendi.ibidem. hoc limitarem non procedere in illis caſibus, in quibus non licet iuri renunciare:tunc prouiſio hominis non tollet legis prouiſionem:vt in tacita hypotheca.probant docto.in l.2.C.de iure emphiteo,& Ioan.Crotus in repetit.l. ſi conſtante.col.35.ff.ſolu.matri.verſic.ſecunda ſit concluſio. ſequitur Gomeſ.in §.fuerat.col.15.num.29. de actio.in inſtit.& in quibus caſibus liceat diſpoſitioni iuris renunciare, abundè tractat Fel. in c. ſi diligenti.de foro competen.

9 Item

9 Item prouiſionem dicunt Canoniſtæ eſſe verbum latiſsimum:gl. & doc.in cle.ſi.de elect. & in c.ſi compromiſſarius.eo.tit.lib.6.& Cardi.in cle.cauſſam.quæſt.4. & cle.in pleriſque.quæſtio.16.illo tit.ob id continet electionem,collationem, nominationem,& poſtulationem, & omnem modum,quo eccleſiis prouidetur,vt nominatim ſcribit Cardina.in clemeor.1.§. fin.de præbend. per c.cu m in illis.§.1.de præbend.in 6.ſcripſi. in §.præfatique ordinarij.in verb.prouiſionem.de colla.in concor.

Prouiſio latiſsimum verbum.

10 Inde dicitur mandatum de prouidendo,quod factum eſt,vt impetranti prouideatur.c.mandatum de præben.lib.6.Fel.in c.in noſtra.correla.32.de reſcript.& plenè habetur in rubr.de mandat.apoſtolicis in concord. ſed cùm iſta ſit iuri pontificio peculiaris , & ſatis à nobis in concor. Franciæ abundè materia tractata,ob id nunc alia exprimere ſuperſedemus , ad illam de qua agitur materiam noſtra retia vertemus.

Mandatum de prouidendo cur ſic dicatur.

11 Alio modo accipitur prouiſio,ſic nempe ferè dicanici vocant prouiſionem illud,quod iuriſconſulti præiudicium dicunt,quaſi præcedens iudicium,ſiue examinationem.Cicero in oratione prima in Verrem ſcribit , primam cauſſam tui amici ſubleuabis , de quo non præiudicium , ſed planè iudicium iam factum putatur. Et in oratione pro Cluentio, vnde iuriſconſ. ſæpius præiudicia pro cognitionibus cauſſarum accipiunt quas ob legitimas rationes præcedere oportet : ſi fortè cum aliis concurrant.

Præiudiciū prouiſione capitur.

12 † Et iſta poteſt dici interlocutoria ſententia præiudicialis:vt per Claudium Cautiunculam in topica iuris.in argum.à præiudiciis.ſcripſi in interpretatione l.Imperatores.ff.de priuileg.cred.

Præiudicialis ſentētia.

Ob id titulum huius tracta.deſcripſi de ſentētiis præiudicialibus,ſeu prouiſionalibus,vt à quolibet intelligi poſsit. Cicero lib. ſecundo de diuinatione ſic ait , Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet,inſidias Imperator,tempeſtates gubernator:ſic & iudex debet prouidere,vt alimenta diſtribuantur,& neceſſaria lite durante,& de hac loquitur iſte tractatus,de quo inferius dicetur fuſius : vnde ſi operæ à liberto petantur., quoties contenditur , an libertus ſit, redditur præiudicium,id eſt condemnatur libertus per modum(vt practici dicunt)prouiſionis : vt operæ præſtentur interim cautione data,& durante proceſſu.text.egregius in l.fi.ff. ſi libertus inge.eſſe dicat.ſic dicens,Quoties de hoc contenditur, an quis libertus ſit,ſiue operæ petantur, ſiue obſequium deſideretur,ſiue etiam famoſa actio intentetur,ſiue in ius vocetur, qui ſe patronum dicit, ſiue nulla cauſſa interueniat,redditur præiudicium:ſed & quoties quis libertum ſe quidem confitetur, libertum autem Caij Seij ſe negat. ibidem præiudicium datur,ecce pulchrum text. de hoc præiudicio.facit text.in l.quoties.ff.de probatio. ibi,licet in præiudicio patronus eſſe videatur.& quia iſta materia eſt ita frequens in forenſi Galliæ iudicio, ſicut alia, quæ ſit in corpore iuris, & tamen per iuris interpretes adhuc parum tractata, quia eis incognita : ideo hæc pauca duxi adſcribenda. Vos quæſo lectores,hæc boni conſulite.

13 Primò, quid ſit prouiſio. Secundò , vnde dicatur. Tertiò , quo iure introducta ſit. Quartò, quam ob cauſſam. Quintò,quis poſsit eam petere. Sextò,quando peti poſsit. Septimò,quanta eſſe debeat. Octauò , coram quibus tractanda ſit. Nonò , quo tempore concedi poſsit. Decimò, quid proſit iſta præiudicialis ſententia. Vndecimò in quibus caſibus concedi ſoleat,dicemus.

Quæ in hoc tracta.continentur.

Et ſic caſus,quos frequenter in curiis vſu venire vidi,inſeram. vltimò ordinationes regias cum aliqua elucidatione inſcribam:quibus viſis,ſatis materiæ prouiſum erit noſtræ.

14 Primò quæro, quid ſit prouiſio. Reſpondeo, eſt pronunciatio præiudicialis iudicis, diuini cultus,ſeu alimentorum ratione,aut alia neceſſaria,& iuſta cauſſa facta.

Prouiſio quid ſit.

15 Primo dico eſſe pronunciationem,quia pronunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus, dicere eos,qui ius habent dicendi,vel cognoſcendi.l.pronunciatum.ff.de verborum ſignificatio. vbi abunde ſcripſi.& in repetit.l.quod iuſsit.in præfa.ff.de re iudica.& antequam fiat prouiſio, requiritur quòd à iudice pronunciatum fuerit faciendam eſſe,alioqui non fiet ſine ſententia iudicis.

Pronunciare quid ſit.

16 Præiudicialis ideo dixi,quia ſi fieret per ſententiam definitiuam, non eſſet prouiſio,nec valeret ſententia definitiua,ſi plenè non eſſet de cauſſa cognitum.l.1. C. de execut.rei iudicat.ideo hæc prouiſio in hoc ſuperat ſententiam definitiuam,vt non obſtante appellatione exequi poſsit: vt inferius dicetur.

Sententia prouiſionalis definitiuā ſuperat.

17 Iudicis dico,ad differentiam arbitri,qui hanc prouiſionem non concedit:etiam quia ſine iudicis pronunciatione non fit hæc prouiſio ipſo iure, vel per ordinationem.l.ait prætor.§.1.de iure deliber.ff.ideo iudicis requiritur miniſterium,& iudicem hic intelligo pro magiſtratu habente iuriſdictionem,vt inferius dicetur.

Iudicis ſententia requiritur.

18 Item dicitur ratione alimentorum fieri,vt videbitur de filio infrà eodem articulo primo, ne interim filius fame pereat:hæc fiet illi prouiſio,& aliis ibidem deſcriptis perſonis: vt inferius per totum videbitur abundantius.

19 Prætereà quia alia ex cauſſa neceſſaria,& iuſta prouiſio fieri debet,vt in cauſſa medicaminū, & in aliis:vt inferius dicetur per totū,ideo dixi in definitione alia neceſſaria,& iuſta cauſſa:& tūc fieri debet quādo perſona,vel res periret,aut in magno periculo eſſet ſi ſibi non prouideretur.l. de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de noui oper. nuncia. & ſic iſta ſufficient ad primam quæſtionem.

Quando prouiſio fieri debeat.

20 Secundò quæro , vnde dicatur prouiſio? Reſpondeo à verbo prouideo.nempe ſicut bonus medicus prouidere ſolet infirmis,& pater filio:ita & bonus iudex,qui etiam dicitur ſubditorum pater.in rub.C.de ratioci.oper.public.& de patribus ciuitatum.& in l.3.C.de his qui ſponte pu-

Prouiſio vnde dicatur.

blica munera ſubeunt.lib.10.& quia in praxi verſamur,practicantium terminis vtar. & cùm oratio in populari ratione verſetur:ideo populariter loqui neceſſe erit: vt Cicero docet faciendum in lib.de finib.bonor.& malo. 3.in princip.

Quo iure prouiſio inuenta ſit.

21 Tertiò quæritur,quo iure inuenta ſit prouiſio?Reſponde de iure ciuili,& vſu practicantium, naturali tamẽ habita ratione, per text.in l.ſi neget,qui maritus fuiſſe dicitur,matrimoniũ eſſe cõtractum,eo quod eam quæ ſe vxorem fuiſſe dicit,ancillam eſſe probare paratus ſit,alimenta quidem liberis præſtare interim compellendus eſt.& per totum.ff.de liberis agnoſcen.l.ſi de inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inoffi.teſta.l.qui de inoffic.ibidẽ.ibi,quoties ſi verè filius eſſet hæres eſſet, aut bonorum poſſeſ.vt interim & poſsideat,& alatur.{ l.1.§.ſed ſi ſub conditione.ff.vt lega. vel fideicom.nom.caueat.}cum aliis multis iuribus, quæ inferius adducentur,& poſteà eam ius canonicum approbauit,vt in c.ex parte.& c.olim.cum ſimilibus. de accuſat. faciunt quæ dixi in præfa.ad l.vnam.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profer.in intereſſe,quo iure ſit inuentum,& demum praxis foren.iſtam adeo materiam auxit,vt inferius liquidò apparebit,vt vix perfectè intelligi poſsit ſine ea,niſi legas,quæ inferius ſcribam:quę magis in palatio profiteor me didiciſſe, quàm in ſcholis, & in docto. libris:ſed hîc coniungam iura cum praxi,vt bonum temperamentum fieri poſsit.

Quare ſit introducta prouiſio.

22 Quartò quæro,quam ob cauſſam prouiſio fieri debeat?Reſpõdeo ob iuſtam & neceſſariam cauſſam,& maximè quando imminet periculũ,ſi non fiat:vt dixi ſuprà in definitione:hoc etiam docet text. in l.ait prætor.§.in cauſſæ.ff. de iure deliberand. vbi ſic dicitur, in cauſſæ cognitione hoc vertitur,an iuſta cauſſa ſit,vt diminuere prætor permittat,ergo & funeris cauſſa diminui permittet.item eorum,quæ ſine periculo non poſſunt præteriri, veſcendi gratia,æquè diminui permittit: ſed vbi vrget,ex aliis,quoque permittere cauſsis eum oportere:vt ædificia ſarciantur, ne agri inculti ſint, ſi qua pecunia ſub pœna debeatur, vt reſtituatur: ne pignora diſtrahantur, ex aliis quoque iuſtis cauſsis prætor aditus diminutionem permittit:neque enim ſine permiſſu eius debet diminutio fieri,ſcilicet hæreditatis:& niſi per modum (vt aiunt practici) prouiſionis:& inferius fuſius explicabitur: & quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio,aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperenda eſt.l.cùm amplius.§.quoties.de regul.iur.ff.vidi tamen prouiſionẽ denegari,quãdo res licitatur, *& en matiere des criees* à Senatu anno 1541. die decima Maij.

Prouiſio ceſſat in licitationibus. Areſtum. Petere prouiſionẽ quis poſsit.

23 Quintò quis poſsit iſtam prouiſionem petere?Reſpondeo is, cuius intereſt ex aliqua iuſta, vel neceſſaria cauſſa.dicta l.ait prætor.& l.ſi neget.ff.de liber agnoſcend.

24 Et ſic iudicium non datur,niſi poſtulatum fuerit.l.quarta.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.niſi de diuinis agatur, in quibus iudex ex officio prouiſionem facere poterit:& quoniam reſpicit vtilitatem publicam:vt dicit Lucas de penna in l.2.C.de lucris aduocat.lib.12.Bartol.& de Ripa.in dicto §.hoc autem iudicium.in iſtis etiam caſibus iudex ſine requiſitione procuratoris Regij prouidere non ſolet:ob id procurator regius hoc petere debet: & ad illius petitionem prouiſio fiet.ideo ſcribit D.Iacobus cap.quarto in epiſtol.Litigatis,& belligeratis, & non habetis, propter quod non poſtulatis.petatur igitur prouiſio,& dabitur.{ Vnde anno 1551. die 2. Iulij in magna camera audiui legatum factum Cordigerib.ſeu fratribus minoribus adiudicatum de Goyeto petente illud legatum non quidem nomine regio,ſed tanquam amicus ſpiritualis monaſtarij illud petebat, & obtinuit. Vide igitur quod licet minoritæ legatum petere non poſsint, tamen amicus ſpiritualis eorum nomine petet,qui poſtea illis diſtribuet.}

Quando prouiſio petatur.

25 Sextò dubitari vidi, quando peti poſsit? Reſpondeo,quidam dicebant ante litem tantùm conteſtatam,& non poſt,cùm exceptiones dilatoriæ poſtea opponi non poſsint.l.ita demum.C. de procurato.cap. exceptionem.de exceptio.ego verò teneo peti poſſe tàm ante litem conteſtatam,quàm poſt,cùm non pereat ſicut dilatoria litis conteſtatione, nec ſit de exceptionibus dilatoriis,de quibus ſcripſi abundè in tracta.meo de except.poſt docto. in c.exceptionem.de except.

Prouiſio in cauſſa appellationis peti ſolet. Areſtum. Areſtum.

26 Imò etiam prouiſio in cauſſa appellationis peti poterit,& decerni: vt nuncupatim Aufrer. docet in ſtylo parlament.eodem tit.in prima parte.§.item dicunt.ita fuiſſe in parlamento iudicatum,aſſerens in facto Richardi de Fauons contra Raymundum de Auſello anno 27. & melius eſſe tũc prouidere, quàm ſi perſona, vel res periret: quia melius eſt in tempore occurrere quàm poſt exitũ vindicare.l.1.C.quãdo liceat ſine iudice ſe vindicare. & huius eſt ſentẽtiæ ſubtilis Molineus in ſuis cõmen.ad cõſu.Pariſ.in tit. de feud.§.42.n.28.{niſi appellatio poſſet ſtatim decidi.}

Cautela petendi prouiſionem.

27 Cauti tamen practicantes ſolent prouiſionem in principio litis ſub proteſtatione petere, quippe cùm filius hæreditatem petit, dicit, peto hæreditatem patris mei,vel peto me manuteneri in poſſeſsione bonorum patris mei, vel diuiſionem hæreditatis. & ſi iſta cauſſa tractum longum, aut dilationem habeat, iterim poſtulo prouiſionem: & ſic ſolent dicere practici Franciæ *ou la cauſe prendroit traict,ou delay,ie demande & requiers prouiſion à moy eſtre faicte &c.* ſi tamen non fuerit ſic petita,poterit poſteà vſque ad finem litis excluſiuè peti.

In executione an prouiſio petatur.

28 Imò etiam in executione, ſi opponerentur executiones, quæ altiorem requirerent indaginem,& reciperentur,iuxta l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebel.poſſet prouiſio peti,cùm ſit fauorabilis: & eadem ratio ſeu maior in hoc caſu locum habere videtur, ne interim fame fortè moriatur vulneratus,vel filius,vel res pereat:& ita vidi ſeruari.

Quanta adiudicari debeat.

29 Septimò quæro,quanta eſſe debeat prouiſio?Reſpondet Maſuer.in rub. de poſſeſsi.§. item & recredentia.dicens adiudicandam eſſe quartam partem eius rei, quæ petitur.argum.l. antiqui.

ibi,quar

ibi,quartam partem ſuperſtiti filio aſsignauerunt.ff.ſi pars hæred.peta.& cõſuetudo & ſtylus curiarum eſt,quòd fiat prouiſio de quarta redditũum parte.argument.l. ſed & ſi reſtituatur.§. final. ff.de iudic.& d.l.antiqui.& hoc Maſue.dicit ſeruari etiam in patria iuris ſcripti.& Aufrer.in ſtylo parlament.eo titu.in prima parte.§.ſed quæ.

30 Ego tamen vidi ſemper prouiſionem concedi arbitrio iudicis, & ſæpius de minori, quàm de maiori parte prouiſum, & in ſexta parte fructuum factam in hoc Senatu Annæ de Turre aſſerit Franci.Marc.in ſuis deciſ quæſt.149.in prima parte, & ſic pro modo facultatum fit, argument.l.final. C.de alend.liber.& perſonarum conſiderata qualitate,& conditione.l. quæro. ff. de iure dotium.l.cùm alimenta.de alimẽt.& cibar.lega.item curato petenti integras decimas,adiudicata à ſenatu fuit quarta pars decimarum per modum prouiſionis, vt viuere interim poſſet:quia dicebantur decimæ infeudatæ, anno 1539. die 17. Iulij: vt plenè ſcripſi in tracta.de congrua portione.

Areſta de prouiſione etiam decimarum.

Areſtum.

31 Octauò quæro,coram quibus iudicibus iſta prouiſio petatur? Reſpõde,coram illis iudicibus, ad quos materiæ principalis cognitio ſpectat:quia regulariter is poteſt de acceſſoriis cognoſcere, qui de principali.regula,cùm principalis.ff.de regul.iur.l.quoties.C.de iudic. & ideo de hac prouiſione cognoſcet is,qui de principali.

Iudex quis prouiſionem concedat.

32 Seruatur tamen in hoc regno contrarium, quòd iudices laici prouiſionem adiudicare poſſunt læſo,vel vulnerato,etiam à clerico ſoluendam:nec is remittetur ad ſuum iudicem eccleſiaſticum in cauſſa principali, donec executio facta fuerit ſuper prouiſione, & ſic hæc prouiſionis materia maximè coram iudicibus ſecularibus exercetur, cùm ipſi ſic vſi fuerint,& ab ordinationibus concedatur.{Et ſi iudex eccleſiaſticus ad aliam prouiſionem clericũ condemnaret, abuieretur,& poteſt tanquam ab abuſu ab eo appellari,vt cenſuit Senatus anno 1524. die 15. Decẽbris. Plus dicens poſſe etiam cogi clericum per iudicem laicum per perſonæ præhenſionem ad hanc prouiſionem ſoluendam: ſed in carceribus iudicis eccleſiaſtici detinebitur,non laici donec ſoluerit.Imò dicunt regales iudicem eccleſiaſticum non poſſe condemnare laicum ad prouiſionem clerico faciendam, licet non debeat eſſe melioris conditionis iudex laicus, quàm eccleſiaſticus, tamen curia Pariſienſ. dixit abuſum fuiſſe officialem Pariſienſ.in eo, quòd purum laicum condemnauerat ad prouiſionem clerici anno 1524.die 14.Februa.Si tamen quis erat clericus tempore delicti commiſsi,& poſtea duxit vxorem,vel viduam, tamen inſpicietur tempus delicti commiſsi.l.cum quędã puella.ff.de iuri.om.iud.Bar.in l.1.ff.de pœn.& ſic poterit cogi per officialem, vt cenſuit Senatus anno 1524.die 2.Martij contra magiſtrum Nicolaum Cheualier aduocatum.}

Clericum remitti nõ ſolet ante ſolutam prouiſionem.

33 Nonò hęc materia prouiſionalis quo tempore concedi ſoleat? Reſpondeo,quolibet tempore.argu.l.ſi rem.§.quolibet tempore.ff.de euictio.feriatis etiam diebus.l.1.ff.de fer.quod non procedit in feriis in honorem Dei introductis:quia in illis omnis iudiciorum ſtrepitus conquieſcere debet.l.fina.C.de fer.docto.in c.fi.illo titu.ſcripſi in ſcholaſtico priuilegio 4.

Quo tẽpore concedi ſoleat prouiſio.

34 Niſi vterque citatus die dominico vel feſto comparuiſſet,& iudex condemnaſſet:nam tunc pars condemnata,quia comparuit,& nihil dixit comparendo, appellare ob hoc non poſſet: & quia non eſt grauata,nec iniuria volenti & comparenti facta eſt.l prima.ff. de iniur. & ideo non fuit recepta pars tanquam appellans à Senatu anno 1543.die 4.Februarij:ſed fuit condemnata ad mulctam:quia licet die dominico citata fuerat,tamen non comparuerat: ideo fuit ad diem lunę expectata.& illo die condemnata,vnde grauata nõ erat. Notate bene,quòd in his executionibus diebus feſtis factis contra debitorem,ſi ob hoc ſolum appellet:ſua vix recipi ſolet prouocatio, ſi procurator regius non petat executionem ſic factam caſſari, & appellet eo quòd die feſto iudicatum extitit.& ipſe ſolet hoc petere, vt dies feſti integri maneant. per l.final.C. de fer. ſed pars non grauatur quandocunque executio fiat, quando debet: ſed procurator regius grauatur, eo quòd non ſeruantur dies feſti,& publicè intereſt,ob id appellare ſolet,quod eſt notandum. nam ita in Forenſi iudicio vidi ſeruari:& ſic hoc caſu bonum eſt habere procuratorem fauorabilem.

Areſtum ut procurator regius executionẽ tempore feriato factã caſſari petat. Areſtum.

35 Decimò quid proſit hæc prouiſionalis ſententia? Reſpondeo tantum prodeſſe quantum alia quælibet ſententia,donec per aliam ſententiam reuocata fuerit.text.in l.adoptiuum.§.primo. ff.de in ius vocand.ibi patroni quidem hic accipiendi ſunt, qui ex ſeruitute manumiſerunt:vel ſi quis præiudicio pronuncietur libertus eſſe,cum alioqui non fuerit.prodeſt etiam ei,cui fit,vt interim alatur, & ne fame pereat:vel vt res interim conſeruetur, & vt hoc etiam non obſtante appellatione fiat, & in hoc aliam etiam definitiuam excedit ſententiam. {Debet tamen iudex in prouiſione pronuntiare inſtrumentum obligatorium, vel chirographum, in quo ſi contineatur tempus ad ſoluendum,non debet condemnatio per prouiſionem fieri,niſi ad tẽpus expreſſum in obligatione, vt condemnet iuxta conuentiones partium:nam contractus ex conuentione legem accipiunt.l.contractus.ff.de reg.iur. Si tamen quis debeat mihi centum hodie, & is debitor cum eum inquietarem,me abſente coram notariis confeſſus fuerit,ſe debere illa centum,quæ promittit ſoluere,ſingulis quoque annis decem, & illud inſtrumentum ad me mittat, ego non obſtante hoc inſtrumento potero petere prouiſionem de tota ſumma,acceptando tantum inſtrumentum ad probationem, non in alio, alioquin poſſet debitor ad voluntatem ſuam differre ſolutionem, & eſſet in ſua poteſtate, quando ſolueret contra iura.l.3.ff. de eo quod certo loco.& debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari poteſt.l.debitorum. C.de pac.& ſicut plus tempore ſoluitur,ita minus.l.ſi cui.in fi.ff.de verb.ſign.quod nõ poteſt debitor facere.}

Quid proſit hæc prouiſio.

Caſus in quibus ſolet fieri prouiſio.

36 Vltimò notandi ſunt caſus, in quibus tùm de iure, tùm de conſuetudine & ſtylo curiarum ſolet fieri prouiſio, vt à diuinis fauſtum fiat initium, ab eis inchoabimus.

In diuinis fit prouiſio.

37 Primus caſus eſt, quando de diuino cultu agitur ne interim diminuatur, vel pereat, ſolet prouideri. per c. ex parte. de conſtitut. & dicit text. in c. peruenit. 2. de appellat. ibi, interim verò alicui perſonæ honeſtæ vices eius in eccleſia præfata committas, & ei de beneficiis illius aſsignes, vnde poſsit congruè ſuſtentari. ecce quomodo pendente etiam appellatione fit prouiſio fauore eccleſiæ, & diuini cultus, tàm eccleſiæ, quàm perſonæ, quæ eccleſiæ ſeruire debet durante prouiſione: iudex enim pendente lite per modum prouiſionis ſeruitium eccleſiæ ſic faciendum eſſe pronunciabit, per illum tex. (Facit c. 1. in fi. ibi, interim autem ſub cura prioris idem monaſterium gubernetur. de ſede vacant.)

Appellari non poteſt à ſententia lata ad pias cauſſas. Iurium conciliatio.

38 Nec de iure à ſententia lata ad pias cauſſas licet appellare. teſte Bald. in l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Alex. in additioni ad Bart. in l. mela. ff. de alimentis & cibar. legatis. quamuis contrarium teneat Roma. in repetitio. authenti. ſimiliter. in 6. priuilegio, in materia iudiciali. col. 11. C. ad legem Falcidi. quæ poſſunt ſic conciliari: quòd ne cauſſa pia pereat, vel periculum patiatur, iudex per modum prouiſionis debet illi ſuccurrere: & ſi ab illa ſententia fuerit appellatum, non obſtante appellatione ſententia iſta executioni mandabitur: quia fiet ſeruitium eccleſiæ non obſtante appellatione, tamen non præiudicatur appellationi, quin poſsit eam appellans proſequi, & quouſque deciſa fuerit appellatio ſentẽtia prouiſionalis ſeruabitur, & non vltrà: hoc modo conciliantur ſententiæ contrariæ: & ſic iudex quando de cultu diuino agitur, per modum prouiſionis condemnare debet, ne cultus pereat diuinus, aut minuatur: & ſi ſimpliciter iudex condemnaret, ſententia non mandaretur executioni, ſed propter ſuperioris authoritatem eidem eſſet deferendum.

In funeralibus prouidetur.

Vide de multiplici funere Lex. lib. 3. de repub. 20. cap. 18. pag. 410.

39 Secundus caſus eſt in funeralibus, in quibus propter vtilitatem publicam, ne inſepulta cadauera iaceant, & fœtore homines inficiantur, illico procedendum eſt. l. ſunt perſonæ. & l. ne corpora. ff. de religioſis & ſumptibus funerum. expedit enim reipublicæ non minùs mortuos humari, quàm viuentes conſeruari. vt ſcribit Bal. in l. ſi. col. 2. C. de neg. geſ. ob id ſi hæredes nolint expenſas pro funere præſtare, iudex per modum prouiſionis ſolet eos condemnare, ſalua repetitione, ſi opus ſit: quæ repetitio fieri poterit actione funeraria. l. ſi quis. §. hæc actio. ff. de religioſ. & ſump. funer. & l. ſi quis ſepulchrum ibidem.

De apio herba funerali.

40 Huc accedat quod Alexander refert in lib. genial. 2. c. 7. in fi. apium herbam ſic vocatam, apud veteres funeralem fuiſſe, & ex apij corona defunctorum tumulos coronari conſueuiſſe, atque in ludis funebribus apio ornari victores, inde Græco adagio vſurpatum eſt τῦ σελίνου δεῖται, id eſt apio opus eſt, vt in mala valetudine, & rebus exciſis, & deploratis, & quoties vitę periculum imminet, apio opus eſſe maiores noſtri dicebant: hæc prouiſio poteſt probari in l. fina. ff. de mortuo inferend. quæ ſic habet, ſi in eo monumento, quod imperfectum eſſe dicitur, reliquiæ hominis conditæ ſunt, nihil impedit, quominus id perficiatur: & ſic oppoſitio & appellatio non impediunt executionem, etiam ſi videamus ſtrictam iuris rationem, appellationibus deferentem: quæ maximè praxi Gallica quaſi Saphirieo lapide illuſtratur.

Actio in factum funeraria vocatur.

41 Alij tamen vocant in factum funerariam: & ita Specula. in titu. de ſepul. §. t. verſicu. porrò qui funus. & quòd funeraria ſit quædam adiectio ſicut actio de peculio. dicit Azo. in ſumma de religioſ. & ſumpt. funer. poſt gloſ. in d. §. hæc actio.

Non auditur appellans in actione funeraria.

42 Sed ego dicerem eſſe nomẽ actionis, quæ funeraria dicitur, per d. §. hæc actio. & vtcunque vocetur, non eſt vis. Vnde hæc actio datur funeranti ad recuperandos ſumptus, quos expoſuit in ſepeliendo mortuum. l. ſi quis ſepulchrum. §. prætor. ff. de religio. & ſumpt. funer. & in hac actione non auditur condemnatus appellans, ne debitoris cadauer ſepeliatur, vt dicit Specu. in titul. de appella. §. in quibus. verſ. octauo. quia eſt res corruptibilis, & citò peritura, & ob id non capit dilationem. l. fina. ff. de appella. recipiend. Benedic. in c. Raynutius. verb. mortuo. in 1. num. 55. & ſeq. de teſtament. igitur per modum prouiſionis iudex ſepeliendum cadauer pronunciabit, & ſepelietur non obſtante appellatione, & ſine eius præiudicio: ſic debent intelligi prædicta, poſteà is qui appellauit, appellationem proſequi poterit, ſed corpus iam erit ſepultum, & expenſæ factæ à condemnato.

Requiſita in actione funeraria.

43 Quæro, quot requirãtur antequàm hæc competat actio funeraria? Specul. & ibi Ioan. Andr. in additio. ad eum in d. tit. de ſepult. in verſi. porrò. tradit octo requiſita: quæ omnia habuit à Rofred. in tracta. libello. in 3. parte rub. de actio. in factum funeraria, & quia ibi procedit ſatis obſcurè: & hæc materia parum eſt à noſtris tradita, ideo breui aliquibus additis, quæ in praxi verſantur tractabo.

Viuus ſepeliri non debet nec condemnari.

44 Primò requirunt ipſi quòd aliquis ſit mortuus: quia viuens non ſepelitur. ca. fraternitatem, de ſepul. ſed hoc eſt indubitabile & ferè ridiculum inſpecta materia: ſed aduertendum eſt, quòd non debet condemnari quis vt viuus ſepeliatur: cùm ſepultura ſit mortuorum. per tot. titul. de ſepul. & ne ſic ſepultus deſperet: quod non eſt permittendum: quippe anima eſt cunctis rebus præferenda. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. quod facit contra eos, qui id moliri ſatagunt: quia in iure iſta pœna, licet aliæ variæ ſcriptę ſint, non reperitur.

45 Secundò quòd in funus mortui fiant ſumptus, nam ſi ad aliam cauſſam fierent, hæc actio non competeret. d. l. at ſi quis. §. hæc actio. & l. ſi quis ſepulchrum. ff. de religio. quia non

poſſet

poſſet vocari funeraria,ſi ad aliam cauſſam ſumptus facti eſſent.& careret nomine, & ſic effectu. l.à nullo.C.de fer.

46 Tertiò quòd ſumptus facti ſint animo recuperandi.d.l.ſi quis ſepulchrum,§.prętor.nam ſi quis pietatis cauſſa faceret,non repeteret,dicta l.at ſi quis.§.ſed interdum.& in dubio non pręſumetur factum cauſſa donationis.l. cùm de indebito.ff. de proba.niſi aliud ſuaderet perſona, & cauſſa.l.quod in vxorem.C.de nego.geſt.

Sumptus funeris qui dicantur.

47 Sumptum intelligere debemus,ſiue fiat pro mortuo ſepeliendo,ſiue cuſtodiendo : vt potè ſi in veſperis mortuus fuerit,ſolet cuſtodiri noctu:& datur cuſtodibus dicentibus officium mortuorum præmium aliquod : ſiue ſumptum fecerit in ducendo mortuum peregrè, vt ſi voluerit ſepeliri in loco remoto,fortè in loco maiorum ſuorum,ſiue fiant vt presbyteri canteut,vel dicāt pſalterium de nocte, vel de die vel vt miſſas celebrent, {quas teſtator teſtamento celebrari iuſſerit,vt hoc anno 1554.in menſe Aprilis vidi,nam in domicella domina de la Barde,quę teſtamento ſuo cauit decem milia miſſarum pro anima ſua, & in remiſsionem peccatorum celebrari, & corpus ſuum fuit traditum ſepulturæ in conuentu fratrum minorum, in ſacello diui Franciſci,} vel ſi quid impenſum eſt in marmore,vel tumulo,vel erga pauperes veſtiendos:& breuiter quicquid eſt impenſum in candelis,& aliis neceſſariis circa corpus,ſeu cadauer dicitur impenſa funeris, quæ poteſt repeti hac actioue.& hæc probantur in d.l.at ſi quis.ff.de religio.& ſumpt.funer. in §.funeris.& §.ſumptus,& per totam legem.

Nudi ſepeliendi ſunt homines,& quare.

48 Tamen expenſæ quę ſunt in precioſis veſtibus, fortè, vt ſic veſtiti ſepeliantur, non repetuntur,cùm homines veſtiti ſepeliri non debeant;vt docet Alber.in d.§.funeris.per text.ibi,non autem oportet ornamenta cum corporibus condi : nec quid aliud huiuſmodi, quod homines ſimpliciores faciunt. quia in die iudicij nudi erimus, & in illo ſtatu quo erat Adam ante peccatum teſte Archidia.in c.nemo per ignorantiam.de conſecra.diſtinc.1.quia nudi egreſsi ſumus,& nudi reuertemur.Iob.1.& c.ſicut.47.diſtinct. poſſunt tamen aliquam veſtem vilem, ſeu linteum album cadaueri relinquere,quo communiter operiuntur,ad oſtendendum,quòd in indumento virtutum,& bonorum operum mortui ſunt repręſentandi domino:vt firmat d.Archi. vbi ſuprà.

Epiſcopi et ſacerdotes nudi nō debēt ſepeliri.

49 Et ciliciis epiſcopi adornantur, in ſignum pœnitentiæ : & ipſi epiſcopi & ſacerdotes non ſunt ſepeliendi ſine veſtimentis : quia veſtes ſacerdotales ſignificant ipſorum virtutes, & bona opera.cap.1.43.diſt.c.nullus.& ibi not.13.q.2.cum quibus prę cęteris,quia lux ſunt mundi,domino ſunt repręſentandi:& in his etiam fieret prouiſio,imò dicit lex,ſanctius eſt de ſuo teſtatorem funerari,quàm aliquos legata conſequi.d.l.at ſi quis.§.ſed & ſi res.ff.de religioſ.& ſump.fune. & in §.ſed pone dicitur,de ſuo enim expedit mortuos funerari : & ſi de his controuerſia fiat,iudex prouidebit etiam appellatione pendente vt hîc.

Pro qualitate & dignitate funerales fiāt ſumptus.

50 Quartò requiritur, quòd funerales fiant ſumptus pro qualitate perſonæ, & dignitate eius, qui funeratus eſt,& pro modo facultatum.d.l.at ſi quis.§.æquum.& illud planè verum eſt, quod Labeo ſcribit,ſi odores & vnguenta ſeruus, emerit, & ad funus erogauerit, quòd ad dominum ſuum pertinebat videri in rem domini verſum.firmat iuriſconſ.in l.& ideo.§.illud. ff. de in rem verſ.Item non eſt credendum teſtatori,ſi vltra iuſtam expendi iubeat ſumptuum rationem:vt ibi. & ideo ſi ſtatueret vt ſepeliatur cum veſte bombicina, & cum ſuis anulis aureis,eidem non eſſet obtemperandum:vt aſſerunt doct.in l.1.§.fi.ff.ad legem falſ.

Contra diſponētes noctu ſepeliri.

51 Nec fortè eſſet credendum etiam diſponenti ſe velle noctu ſepeliri:quia interdiu preces populi conſequentur : & quia laudabilis eccleſiæ ritus eſt,vt interdiu ſepeliantur homines {Et crederem illum de hæreſi ſuſpectum,qui diſponeret ſine lumine & candelis ſepeliendum,quia hoc eſt etiam contra bonos mores,vt docet Petrus Pariſ.in conſil.92. Pro primi.col.2.num. 4. in 4. vol.quod poteſt hodie prodeſſe,cùm multi eccleſiaſticos ritus & ceremonias contemnant, quos Deus cōtemnet.Nec poteſt quis immutare communē eccleſię ſtilum. Ideo non poteſt diſponere quòd ſepeliatur cantando, Te Deum laudamus.quia non eſt ritus talis eccleſiæ,& liberum eſſet cuilibet ſic eccleſiæ conſuetudinem immutare,quod eſt reprobatum in c.nolite.& aliis cap. ſeq. 11.diſt.& ab omnibus ſeruandum eſt quod Romana ſeruat eccleſia.cap. fin.ibidem.} De hoc diuerſo humandi ritu & conſuetudine multa ſcribit Cicero in libr. Tuſculan.quæſtio.1.& Alex.in libr.genial.3.cap.2.& cap.7.& bonum eſſet pompam ſuperfluam tollere ſuper his,vt alibi dicam. videte l.quidam.ff.de conditi.inſtitu. & quę iuris interpretes ſcribunt. ego ipſe dico in l. cùm in teſtamento.ff.de verb.ſig.

Impēſas modicas faciēs quando eas repetat.

52 Aduertendum eſt tamen, quod ſi quis fecerit impenſam funeris tàm modicam quæ potius in contumeliam cedat mortui,quàm honorem,non poteſt illam repetere.d.l.at ſi quis. §. iudex. & ibi Bolog.in ſecundis ſuis interpreta.hoc not.& Vincent.hercula.in d.§. fin. quod eſt notandum contra auaros:& aliàs conſului contra quendam,qui ſepelierat doctorem præbendatū cum duabus candelis,& aliis modicis ſumptibus,vt nihil poſsit repetere. arg.l. in rebus.§. poſſunt. ff. commo.niſi ipſe,qui feciſſet, eſſet adeò pauper, vt aliud exponere non potuiſſet, tunc faciendo quod potuit,eidem nihil debet imputari.l.in iure ciuili.ff.de reg.iuris.

De cōuiuio nuptiarum.

53 Idem refert Alber.in d.§.iudex.in diſpenſatore ad conuiuium fortè nuptiarum,quod faciunt ſolenne regulariter pater & maritus:vnde ſi pater parcè exponat,non repetit expēſas:quia potius eſt in vituperium conuiuij quàm in honorem:ideo tu non procedas ita miſerè,ſi credas Alberic. in l.quæ vtiliter.ff.de neg.geſt.ſed hoc eſt voluntarium,ob id pro voluntate fieri ſolet:& ſuperflua

omnia

omnia reiicienda ſunt:& tantus ciborum apparatus bonis viris diſplicet, dicentibus legem ſumptuariam renouandam.

54 Quintò quòd habeatur ratio temporis: plus enim expenditur in hyeme propter ignem maximè, quàm in æſtate. vt d. §. æquum, & ibi gl. hoc aſſerit. & Rofred. in d. rub. de actio. in factum funeraria, ſed noſtrates plus expendunt tempore æſtatis in conuiuiis, quàm hyemis propter vinum, & plura fercula, quæ id temporis dantur, quàm in hyeme: ideo iſta conuiuia, quæ fiunt gratia mortuorum eſſent reſcindenda, & bona vel pro illorum anima pauperibus diſtribuenda, vel filiis & conſanguineis reſeruanda, & ſic non deuoranda, vt fieri ſolet.

55 Sextò quòd actio alia non competat: quia ſi fuerit promiſſa impenſa funeris reddi per ſtipulationem, hac non ageretur. §. ſi quis. l. at ſi quis. & §. Labeo. & ibi glo. hoc dicit, expreſſum enim facit ceſſare tacitum. l. cum filio. §. filio. ff. de vulga.

56 Septimò requiritur, quòd fiat proteſtatio maximè à conſanguineis, quòd animo repetendi tales ſumptus faciant. d. l. at ſi quis. §. ſed interdum. ibi, oportebit igitur teſtari quenquam quo animo fuerat, ne poſteà patiatur quæſtionem. & §. ſequen. & l. quod in vxorem. de nego. geſt. C.

Succeſſor in beneficio quando teneatur ad expenſas funeris.

57 Octauò hęc actio datur contra hæredem, bonorũ mũc poſſeſſorem, cæteroſque ſucceſſores. §. fin. ibidem: an detur contra ſucceſſores in beneficiis, vide Panor. in diſputa. incipient. Sempronius clericus, & Deci. conſilio 157. quæritur vbi concludunt, quòd conſanguinei, qui ſuccedunt clerico in ſuis bonis, tenentur ad funeris expenſas: ſecus ſi nihil habeat: quia tunc ſucceſſor in beneficio tenebitur ad illas teſte Panor. in c. preterea[?] ium. de pig. vbi vide Bald. & alios. iſta tamen actio non datur contra illum, qui non ſuccedit defuncto ex ſua diſpoſitione, ſed alterius. arg. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. ſic conſuluit Bertrand. conſi. 309. viſo caſu. col. 2. primo vol. ex prima editione niſi in ſubſidium vt dixi in beneficiato.

Priuilegia actionis funerariæ.

58 Notandum eſt quòd hæc actio eſt in multis priuilegiata, primò quia interdicta eſt appellatio, ne cadauer ſepeliatur. l. fi. ff. de appella. recipien. c. ex parte. 1. de ſepul. Specul. in titul. de appellatio. §. in quibus. verſi. octauo intellige, vt ſuprà dixi, quòd fiet executio non obſtante appellatione, tamen appellationem proſequi poterit poſt executionem per legem regiam.

59 Secundò non habet locum nunciatio noui operis contra facientem foſſam, vt mortuus ſepeliatur. argument. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui oper. nunciat. de Ripa, in tractat. de peſte. §. 68. verſicu. ſed ſaboritur. dic vt prædixi.

Intra nouẽ vel quadraginta dies an uidua cõueniatur. Arcſium.

60 Tertiò non poteſt in ius vocari, qui funus ducit. l. 2. ff. de in ius vocand. nec ante nouem dies, vel quadraginta pro more regionum. text. in authent. vlti. C. de ſepul. viola. c. quia alij. 13. q. 2. & ſi quadraginta dies in Francia dentur viduis, ne exire teneantur extra domum: conſequẽs eſt, ne id temporis in ius vocari queant: vt fuiſſe deciſum Chaſſa. in catalogo gloriæ mundi, in 22 parte aſſerit, Peſſulani verò nouem dies, de quibus in d. authent. vlt. tantùm habent.

61 Quartò ſi quis funere domeſtico impeditus non venit ad iudicium, debet ei exceptio dari. l. ſed & ſi quis. §. prætereà. ff. ſi quis cautio. tutius eſt tamen vt mittat procuratorem, ſi expenſas contumaciæ vitare velit, vel excuſatorem in criminalibus: vt in l. quęſitum. ff. de re iud. ſcripſi in trac. de excuſa. & exon. in 2. Tomo.

Pœnæ iuris priuãtes nõ ſeruãtur in regno.

62 Quintò qui exequias prohibet excommunicando infirmum agonizantem, aut alio modo, priuatur ſuo debito. & aliàs punitur: vt in authen. itẽ qui. C. de ſepul. violat. Iacobi. in l. interdum. ff. de iudic. De Ripa. in tract. de peſte fol. 65. & in c. cũ M. nu. 147. de conſtit. & quamuis in Francia non ſeruemus iſtas pœnas iuris priuantes aliquem re ſua: tamen plus ſolent interdum in hoc regno puniri facientes contra ius, quàm pœnis iuris, pro delicti atrocitate: vt ſępius vidi.

63 Sextò hæc actio eſt perpetua hæredi cęteriſque ſucceſſoribus, & in ſucceſſores datur. l. ſi filiusfamiliàs miles. in fi. ff. eo. de religio. & ſump. fune.

Expẽſa contra prohibentem repetitur.

64 Septimò competit hæc actio funeraria contra hæredem, etiam prohibentem expenſas fieri: licet regulariter aliæ non competãt. d. l. at ſi quis. §. item Labeo. quem tex. ſing. nota. Roma. conſi. 428. in terminis. col. 3. & Corſe. ſing. incipien. expenſa. 1. vbi ſcribit quinque caſus, in quibus impenſa contra voluntatem facta repetitur: quod ego arbitrarer procedere quando expendiſſet iuxta patriæ conſuetudinem in cauſsis piis: ſecus ſi in conuiuiis. vt doc. not. in d. l. quod in vxorem. C. de neg. ge. quod facit contra tutores, qui computant pupillis pro conuiuiis mortuorum multa, vt nihil debeant repetere: quia hoc fieri non debet: niſi conſuetudo haberet, quòd presbyteri alerentur, & alij laborantes in ſepultura defuncti. nam ſi ſeminant ſpiritualia, dignum eſt vt metant carnalia, iuxta diui Pauli ſententiam.

65 Octauò præfertur creditor funeris omnibus aliis creditoribus. per l. pen. ff. de relig. & ſump. funer. ibi, impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur: quæ etiam omne creditum ſolet pręcedere, cùm bona ſoluendo non ſunt. & ſic omnibus tacitis hypothecis, hæc impenſa præferri debet, etiam doti, & anterioribus, ſed & expreſsis hypothecis per gl. in d. l. penu. Bar. & alij in l. 1. ff. ſolu. matri. pulchrè Anto. negusant. in tract. de pig. in 2. membro. 5. partis. num. 28. in 13. fallen. & hoc propter vtilitatem publicam. l. 2. ff. de priuil. credito. etiam fortius quòd habenda eſt prius ratio huius expenſę, quàm legatorum, licet eſſent prius facta legata: tamen pro exequiis faciendis poſſunt res legatę vendi, quando alię non ſufficiunt. d. l. at ſi quis. §. ſed & ſi res legatę. vbi dicit tex. ſanctius eſſe de ſuo teſtatorem funerari, quàm aliquem legatum conſequi: etiam præfertur omni æri alieno. l. fi. §. in computatione. C. de iur. deliberand. vbi doct. hoc tradunt.

Nonò

66 Nonò quòd hæc actio datur marito contra hæredes vxoris,vel contra illos, ad quos res reuertitur ſoluto matrimonio.per l.in eum.cum l.ſequenti.ff.de religioſ. etiam ſi maritus promiſiſſet totam & integram dotem reddere, adhuc poterit retinere ex dote expenſas funeris. Curtius cõſi.13.ſtatuto Genuę.col.fi.facit quod notat Bal.in l.fi.C.ad legem fal. & ſic maritus de ſuo non tenetur vxorem funerati,niſi lucretur dotem:vt Tholoſę,æquiſſimum enim eſt viſum veteribus mulieres quaſi de patrimoniis ſuis, ita de dotibus funerari. d.l. in eum.& doct.in l.quod in vxorem. C. de nego.geſtis.& idem quando lucratus eſſet dotis portionem, pro portione tenetur.l. Celſus.ff.de religioſ.cum l.ſequent.& Guido Papa conſil.127. de hoc anno domini.

Marito contra uxoris hæredes funeris impenſarum datur actio.

67 Decimò qui per vim cadauer rapuit,& ſic impediuit quo minus ſepeliretur,pœna legis de vi publica tenetur.l.qui cœtu.ff.de vi public.cuius pœna eſt deportatio.l.qui dolo.§.fi.illo titu. & bonorum confiſcatio.§.penult.de public.iudic.in inſtitu.ad hęc tenetur pœna ſepulchri violati: cuius pœna deſcribitur in l.ſi quis ſepulchrum. C. de ſepulc. viola. imò ſi ſacerdos parochialis corpus eius,qui alibi elegit ſepulturam,violenter rapuerit,vel funus ſpoliauerit,tenetur reſtituere totum quod accepit,& perdit quartam canonicam:vt docet Hoſtien.in c. cùm liberum. de ſepult.quem citat Ioan.Sanſon in conſuetu.Turonen.in rubr.*des ſucceſſions de gens roturiers*.artic.11. circa finem.hodie cùm iſta pœna deportationis non ſoleat imponi de conſuetudine Franciç, arbitrio iudicis pœna relinqueretur:vt firmat Albert.de Gand.in tract.de malefi.rubr.de falſar. col. 2.vtilitates ſepulturæ ſcribit Florentinus in 3.part.ſummę titu.10.c.1.§.3.

Rapiens cadauer quomodo puniatur.

Et an religioſi cauſſa funeris poſsint ire cum.cruce per parrochiam curati?. ſcribit Oldrad. conſil.82.an fratres.vide per Anchar. conſil. 189. & caſus in quibus aliquis ſepultura carere debeat,per Hoſtien.in ſumma de ſepul.& in cap.2.de raptor.Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in rub. *des iuſtices*.§.quinto.glo.*du prince*.

68 Vndecimò qui propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum hærede.l.1.ff.de religio.& ſump funer.& ſic lex fingit mortuum contrahere,vel eum,qui expendit quicquam pro eo:quod memoriæ commendandum eſt.vide quæ ſcripſi in l. verba contraxerunt.ff.de verb.ſigni.

Contrahere cũ teſtatore mortuo quis fingitur.

{Duodecimò vtilitates ſepulturę ſcribit Floren. in 3. parte ſummæ. titul.10.c.1.§.3.& diuerſos humandi ritus Alexand.lib.genial.3.c.2.}

69 Tertius caſus prouiſionalis eſt,videlicet executio teſtamentorum:& hoc iuſtè & ſanctè ſtatutum eſt:quia nihil magis hominibus debetur,quàm vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus.l.1. C. de ſacroſanc.eccleſ.& expedit reipu.vt teſtamenta executioni mandentur.l.vel negare. ff. quemadmodum teſta. aperiantur. hoc expreſsè habetur in ſtylo parlamenti eo. tit. de prouiſione. in 1. parte.§.1.& in magno conſuetudinario,eo.tit.§.1.& 2.facit tex.in l.nulli.§. ſin autem, ibi, ſine vlla cunctatione.C.de epiſcop.& cleric.licet perperam ibi gloſ.exponat pro dubitatione,ego verò exponerem ſine dilatione,ſine mora:vt intelligit Specul.in tit.de inſtrumento.æditio.§. nunc verò aliqua.q.41.quid ſi hæres, & per totum illum §. vbi tradit materiam executionis voluntatis vltimę,ibi vide multas quæſtiones,& vtiles.

Executio teſtamentorũ per prouiſionem fit.

70 Vnde ſi conſanguinei dicant teſtamentum nullum, & executores teſtamenti contrarium: pendente nullitate fit prouiſio executoribus,pro ſoluendis legatis piis,& pro litis perſecutione. ita fuit dictum pro executoribus Decani Pariſien.Lullier.anno 1512.die 17.Februarij.

Prouiſio executoribus fit lite pendente.

71 Quæ ſolutio fiet legatariis, recepta ab eis cautione de reſtituendo, ſi fieri debeat: vt latum etiam fuit areſtum anno 1350.die 5.Februa.quòd probat lex 1.& per totum.ff.ſi cui pluſquam per legem falcid.licuerit.

Arreſta ut legatarijs data cautione ſoluantur.

72 Non ſunt tamen recipiendi executores in interdicto vti poſsidetis,vel in caſu nouitatis:vt vocant practici, ſuper bonis immobilibus defuncti: vt fuit pronunciatum anno 1374. die 1. Decemb.ſed bene ſunt ſayſiti de rebus mobilibus: quamuis hæredes offerant dare pecunias vſque ad valorem legatorũ,& funeralium,ex deciſione Senatus pro executoribus viduæ Nicolai *l'Anglois*,anno 1325.die 1.Martij.{Ideo executores in ſoluendis legatis vocare debent hæredes,pro expenſis funeralibus, & legatis piis, vt iudicauit Senatus anno 1522. vltima Iulij pro Comite de Briene.}

Executores non habent poſſeſſionẽ rerum immobilium. Areſtum:

73 Intellige quando conſtaret teſtamentum non raſum, nec cancellatum eſſe. argu.l. fi. C. de edicto diui Adriani tollend.nam tunc ſi executores contendant ratione executionis alicuius teſtamenti contra bona detinentes, fiet ipſis executoribus prouiſio pro perſecutione cauſſæ. vt in d.ſtylo, parla.continetur:vbi dicit ita interueniſſe areſtum pro Beatrice de Sabur. contra aduertarios.imo anno 1544.die 9.Decẽbris fuit ſeruitoribus paulmier clerici grapherij prouiſum:quamuis dictum eſſet teſtamentum ſcriptum à quodam notario apoſtolico:tamen quia famulis legata relicta erant pauperibus:ideo ad pias cauſſas data cenſebantur.l.1.C.de ſacroſanct. eccle. & gl. in l.ſi quis Titio.de legat.2.ff.

Teſtamentũ non raſum nec cácellatum executioni datur. Areſtum.

74 Secundò intellige,quando teſtamentum erat validum : nam ſi eſſet nullum,executor datus in eo non eſſet executor:& ſic non deberetur ei prouiſio,niſi ex iudicis officio. arg. l. 4. §. condemnatum.ff.de re iud.tex.in l.2.§.1.quemadmodum teſta.aperiant.vbi iuriſcon.ſic ait, teſtamentum autem illud propriè dicitur,quod iure perfectum eſt:ſed abuſiuè teſtamenta quoque ea vocamus,quæ falſa ſunt,vel iniuſta,vel irrita,vel rupta. {Vnde anno 1553.in menſe Martio ante Paſcha prouiſio fuit denegata do. D'eſtree,eo quòd teſtamentum erat factum coram duobus notariis in

Teſtamentũ nullũ quando ſit exequendum.

riis in ciuitate Ambian. vbi non erat conſuetudo, vt omnes actus coram duobus notariis facti valerent,ſicut eſt conſuetudo Pariſi. nam tunc denegata non eſſet prouiſio, & teſtamentum rite conceptum in vno loco vbique valet, ſicut factum in portu ſarracenorum coram duobus teſtibus valet vbique.Bar.in l.2.C.quemadmodum teſta.aper.Bal.in rub.ff.de rerum diuiſio.ſcripſi in l.portus.ff.de verb.ſignifi.}

Ex alienigenæ teſtamento prouiſio.

75 Tamen anno 1300. die 16. Decembr. fuit facta prouiſio executoribus teſtamenti magiſtri Dominici de Alex.& plena bonorum diſtributio:quamuis dictus Alex.fuiſſet alienigena, & exterus:& ſic teſtamentum dicebatur nullum:ſed contrarium eſt verum:nempe teſtari non prohibetur exterus:vt eſt ſcriptum in theſauro Regis ſignato 95. nume.55. vbi reperitur charta Regis ſignata anno 1360. & eodem anno 1.die Martij fuit latum areſtum de bonis exterorum, quid de eis fieri debeat:vt inueni in quibuſdam recollectis cuiuſdam aduocati antiqui.

Poſt cẽtum annos non exequuntur teſtamenta.

76 Item ſi teſtamenta executioni mandari debeant, non obſtante aliqua temporis præſcriptione,tamen poſt centum annos non poterunt exequi:quia iſta præſcriptio cenſetur ſemper excepta.per tex.iuncta gloſ.in §.penulti.in verbo,nulla temporis præſcriptione.in authent.vt de cętero non fiant commutatio.collat.5.ſic conſuluit Alex.conſil.60.omiſſo.in fi.vol.1.

Executio teſtatorum ad quos ſpectet.

77 Quęro,ad quem ſpectet teſtamentorum & voluntatis vltimæ teſtatoris executio? Reſpon. primò competit ei,quem teſtator elegit,ſecundò competet hæredi.l.ſi quis ſepulchrum.§.funus. ff.de relig.& ſumpt.funer.& in authent.de eccleſiaſti.titu.§.ſi quis ædificationem. verſi. ſin autem intra.coll.9.hæredi enim totius ſumma cauſſæ authoritas commiſſa eſt.l.fi.C.de fideicom.

Dominus teſtamenti hæres dicitur.

78 Et hæres dicitur dominus teſtamenti,quia poteſt tabulas vendicare. l.3.ff. quemadmodum teſta.aper.nota.in l.locum.§.ſi ipſe.ff.de tabul. exhiben. ratio colligitur in l. qui pecuniam. ff. de ſtatulib.& ideo executor à teſtatore deputatus exequetur.teſte Archi.in c.epiſcopus.88.diſtinc.& in c.de laicis.12.q.2.& §.ſi quis autem pro redemptione.in auth.de eccl.tit.coll.9.

79 Imò dicunt quidam fideicommiſſariis etiã executionem competere, ſi hæres recuſet.d.§.ſi quis autem pro redemptione.de eccleſi.tit.colla.9.qui hoc non probat: ſed verum eſt, quòd legatarij poſſunt petere, vt executio fiat.teſte Archid. in c. epiſcopus. 88. diſtin. & fideicommiſſarius vniuerſalis reſtitutione ſibi facta exequi poterit, ſicut hęres, quia in locum hæredis eſt.l.1. ff.ad Trebell.

80 Tertiò recuſantibus hæredibus & executoribus, vel negligentibus epiſcopus exequetur.l. nulli.C.de epiſcop.& cleric.c.nos quidem.de teſta.Aufrer.deciſ.112.

81 Quartò ſi epiſcopus negligit,competit metropolitano poteſtas exequendi.§.ſi autem hęc facere.in authent.de eccleſiaſti.titul.col.9.ſub §.ſi quis autem pro redemptione.ibidem.

Parlamẽta exequuntur teſtamenta.

82 Quintò competit etiam principi ſeculari.per l.hæreditas.ff.de peti.hæredi.ibi,principali,vel pontificali authoritate compelluntur,ad obſequium ſupremæ voluntatis:& hodie ſolent procuratores & aduocati regij proſequi hanc teſtamentorum executionem, maximè in parlamentis, & contra laicos non ſoluentes legata pia : vt ſæpius vidi : & compellit etiam ad hoc curia ſuprema epiſcopos, & alios clericos : cum vix allegetur ibi exceptio incompetentiæ ad fines non procedendi:vt ſcribo in tract.meo exceptio.in exceptione dilator.{Et anno 1509. die 17. Decembris fuit in Senatu pronuntiatum, clericum teneri reddere rationem executionis coram Præpoſito Pariſienſi.& anno 1383.1.Februarij,decreuit Curia in negligentiam executorum,qui iuſtam non fecerant executionem,nec reddiderãt computa,vt quatuor conſiliarij audirent computa illorum, & non reciperent vltra quàm recepiſſent duo ex illis executoribus.}

83 Sextò prętori.d.l.ſi quis ſepulchrum.§.prætor. & ſeq. quia prętor tuetur voluntates defunctorum.l.1.ff.ſi quis omiſſa cauſſa teſta.competit etiam rectori prouincię.d.l.nulli. in fi. & fidelibus iudicibus locorũ.d.§.ſi quis autem.& §.ſi quis ædificationes.l.quintus in fi.ff.de annuis legat.

84 Etiam ſi hęres ſit perſona priuilegiata,clericus,vel alio forte priuilegio potiatur.l.neque.§.fi. ff.de fideicommiſſa.hæredita.Lucas de penna in l.vna.col.penul.de expen.Ludo.lib.11.C.

Heres uolũtatem defuncti non implens eſt puniendus.

85 Quæro,quando puniatur hæręs non implens voluntatẽ defuncti? Reſpondeo,de iure grauiter peccat.not.in c.vltima voluntas.13.q.2.quia iniuſtè infert mortuis damnum notabile : vnde tales dicuntur gentium necatores,& ab eccleſia ſunt abiiciendi.c.qui obligationes.& c.ſeq.13.q.2. hęc probat Florent.in ſecunda parte ſummę tit.1.c.21.§.3.plus dicens eos qui non ſoluunt legata piis locis conceſſa committere ſacrilegium:quia amico aliquid ſubtrahere furtum eſt, eccleſiam verò defraudare ſacrilegium.c.gloria.12.quęſt.2.

Exempla terribilia contra non implentem teſtatoris uolũtatem.

86 Vnde legimus quendam Romoricum Caroli magni militem, apud Baionam ægrotantem, cuidam conſanguineo commiſiſſe,vt poſt mortem eius militis ſuum venderet equum,& omnia bona ſua,& clericis ac pauperibus diſtribueret:quod recuſauit conſanguineus exequutor, imò in veſtibus & cibis argentum conſumpſit militis,ſed facto contigit,vt poſt triginta dies Romoricus iam mortuus appareret noctu conſanguineo,hęc proferens verba:quoniam res meas commendatas pro redemptione animę meæ tibi conſumpſiſti,& retinuiſti,atque ſicut diſpoſueram, non feciſti,ob id in pœnis tartareis triginta diebus cruciatus fui : tu in eum locum infernalem, vnde egreſſus ſum,die craſtino deſcendes,vbi perpetuò cruciaberis:quibus dictis receſsit, & cùm mane conſanguineus ille ſuum ſociis narraret ſomnium, ſubitò clamore facto in aëre veluti leonum,luporum & vrſorum,raptus fuit conſanguineus militis à dæmonibus, & ad inferos vt creditur delatus, & demùm à ſociis quęſitus die 12. in monte altiſsimo cadauer colliſum inuentum

extitit:

extitit:qui mons ab illo loco quatuor dietis diſtat,vt mutuatus ſum à Bened.in repet. cap. Raynutius.in verbo ſi abſque.in 2.de legat.nu. 208. de teſta: qui Floren.in 2.parte ſummæ titu. 14. cap.4.refert.

87 Ipſe ego vidi,& audiui anno 1521.in menſe Iulio, ſeu circa,in ciuitate Biliterrenſi quendam notarium à præceptore ſacerdote,quem ſuis pueris conſtituerat monitum,vt voluntatem vxoris ſuæ defunctæ impleret, alioqui ei reuelatum noctu aſſerebat præceptor, quòd malè ſe haberent notarij res, & præceptor monuit eum me præſente,vt illa compleret,quæ vxor ſua iam defuncta diſpoſuerat:quòd facere maritus non curauit.iterum à ſpiritu vxoris monitus ſacerdos, vt illum maritum notarium exequi volũtatem vxoris curaret, alioqui breui notarius moreretur.Cui non credidit, imò eum irridebat:ideo fato quodam ante decem dies vna nocte per vmbram verberatus in tantum fuit,quòd ante triduum dicens mihi ſe damnatum,obiit,& ſic fortè ad inferos delatus extitit:ego de his oculatus ſum teſtis,& quia vidi, teſtimonium perhibui.videtis in quantis malis poſiti ſint,qui voluntates defunctorum non exequuntur,ſed bona illorum retinent. *De notario non exequente uxoris diſpoſitionem.*

88 Secundò quòd hæres negligens voluntatem teſtatoris implere,priuatur hæreditate,ſi ſteterit per annum,& monitus fuerit: ſi verò ageretur de breuiori tempore anni, tunc duæ monitiones requiruntur.c.nos quidem.de teſta.§.ſi quis autem non implens. de hæred.& falcid. colla.1. & in authent.hoc amplius,& ibi Iaſ.plenè.C.de fideicom.§.ſi autem.de eccleſiaſt. titu.colla.9. Bened. vbi ſuprà tradit limitationes ſex:& ille annus computatur à die monitionis factę per epiſcopum, vel alium.teſte Panor.conſi.110.in cauſſa.vol.2. & Ancha. conſi.395.ore tenus.vbi dicit,quando conſtitutio ſynodalis dat ſex menſes,an coniungantur cum anno:& an epiſcopus poſsit prorogare tempus datum per teſtatorem.vide Bal.conſi.207.occurrit in 3.vol. & quando teſtator diſpoſuit hæredem priuari bonis,ſi ſuam voluntatem non impleuerit,à quo tempore incipiat currere annus docet Bal.conſi.15.in 4.vol.vide multa quæ addidi ad dictam l.nulli. & ad dictum cap. nos quidem de teſtam.& hodie in hoc regno in forenſi iudicio nunquàm vidi priuari hæredem non implentem voluntatem defuncti,etiam poſt monitionem, & proceſſum, ſed ſolent condemnari ad mulctam ratione diffugij vel calumniæ. *Hæres non implens defuncti uoluntatem an priuetur eius hæreditate.*

89 Tertiò hærede negligente,vel exequutore adimplere voluntatem defuncti per ſex menſes: poterit epiſcopus etiam non expectato anno, interdicere quicquid fuerit eidem relictum cum fructu & emolumento,vt ex his voluntas impleatur.d.cap.nos quidem.& ibi docto.Floren. in 3. parte ſummæ.tit.10.c.3.§.5.Angel.in ſumma ſua in verbo executorum.§.23.

90 Quartò non ſeruans voluntatem defuncti eſt infamis infamia facti,& contra conſcientiam facit.l.militis.C. de religioſ.& ſumpt.funе.ſing.ſecundum Guilel. de Ludo ſing.124. lex eſt contra gloſ.&c.

91 Quintò executor perdit commodum,ſi quod habet ex teſtamento, ſi negligat voluntatem defuncti implere.l.ſi quis ſepulchrum.§.funus.ff.de religioſ.& ſumpt.ſune.c.Ioannes.& ibi nota. de teſta.hodie,vt dixi,non priuatur etiam executor,ſed ad emendam condemnatur:quę aliquandò maior eſt,quàm rei emolumentum pro quantitate calumniæ. *Executor negligens perdit commodum teſtamenti.*

Alia in materia executorum vltimæ voluntatis vide per Spec.in d.tit.de inſtrum.editio.§.nunc verò aliqua.per totum.& per docto.in cle.religioſus.de teſta.& Ioan. Andr.ac alios in cap. Ioannes.ibidem.

92 Quartus caſus eſt in filio, cui debet fieri prouiſio pendente lite. vt dico plenè artic.1.gloſſ. *alimens.*inf.eodem.

93 Quintus caſus eſt in dote:de qua inferius ſcripſi artic.3.in glo.1.

94 Sextus eſt in medicamentis.gloſ.*medicamens.*inf.artic.1.

95 Septimus caſus eſt in expenſis infirmitatis, vt iudex debeat condemnare per prouiſionem illum in cuius valetudine impenſę factę ſunt,quia impenſę infirmitatis & funeris æquiparantur. in l.legatum.C.de religioſ.Bald.in l.reſtituenda.C.de petit.hæred. Alexand.& Iaſon, in l.fin.§.in computatione.C.de iure deliberand.& ſumma videtur ingratitudine affici,qui alimentorum expenſas, ac valetudinis à ſe in iudicio petere permittit. has enim proſequi ignominioſum reddit protrahentem,& ſoluere differentem:& intellige faciendam prouiſionem tam in expenſis factis pro aduerſa valetudine, quàm etiam faciendis: quia etiam maior ratio intelligitur in faciendis quàm in factis. *Infirmitatis impenſæ prouiſionem requirunt etiam contra hæredes.*

96 Etiam ſi mortuus fuerit ęger,adhuc creditor eas iuſtè petet,& condemnabit iudex per modum prouiſionis hęredem ad impenſas procurando ægro factas:etiam ſi quis multum ægrotum curauerit,hoc in medio concludit gl.ſing.in c.prouidendum.83.diſtin.quam notat ſing.Barba.in conſi.54.in fin.volumine 2. & Roma.ſing.123.& Corſe. in ſing.incipient.expenſas. & Iaſon in §. tripli.de actionib.& inſtitu.vt ipſe medicus ſalarium petere poſsit,quamuis valetudinarium,inuitum, medicinas ſumere nolentem curauerit: ſic dicerem in alio ſeruiente infirmo, & impendente procuratione illius:quia non auditur infirmus perire volens.l.non tantum. ff. de appel. & ſunt aliqui adeò auari, vt mortem potius oppetere non dubitarent,quàm aliquid in eorum vtilitatem exponere.& illi helleboro indigent:vt interdum quoſdam vidi.

97 Octauus caſus prouiſionalis eſt quando agitur de cuſtodia ciuitatis,caſtri, aut alterius loci: tunc ſi immineat bellum, fit prouiſio,nempe ſi procurator fiſci aliquem ad cuſtodiam ciuitatis, vel ad dandũ decem pro cuſtodia conueniat,& is dicat ſe priuilegiatum:iudex per modũ proui- *Cuſtodiæ ciuitatis prouidetur.*

ſionis condemnabit eum ad garniendum, niſi ſtatim oſtenderet priuilegium: quia melius eſt in tacta caſtra ſeruari, & villas: quam poſt cauſſam deſtructam ſeu perditam remedium quærere. l. fi. C. in quibus cauſsis reſti. in integ. non eſt neceſſaria. Et melius eſt in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iudic. ſe vindicare: alioqui poteſt dici poſt captam ciuitatem illud Vergilianum, tardi venêre ſubulci. Et imperator ſcribit, ſera prece tibi ſubueniri deſideras. in l. 2. C. de iuris & facti igno. & in l. 2. de hære. vel actio. vend. dicit ſerò deſideras tibi ſuccurri poſt deſtructam ciuitatem: ideo prouideas antè.

Areſtũ pro excubijs faciendis.

98 Vnde etiam ſi non imminebat bellum, nec periculum, tenetur quis ad excubias, poſtquàm eſt ad eas obligatus: vt fuit in hoc ſenatu dictum contra electum Matiſcouenſem anno 1528. die 22. Aprilis poſt paſcha.

In regimine ciuitatis & politiis prouiſio fit.

99 Item quando agitur de regimine ciuitatis, quod politiam vocant, vidi etiam iudices per modum prouiſionis condemnare, & poſteà exequi, nempe futuris prouidere debemus. in procemio inſtitut. in princ. facit c. fina. de conſti. & l. leges. C. de legib. { Vnde conceſſum fuit Præpoſito & Scabinis Pariſienſib. à rege Henrico 2. vt ſententiæ reſpicientes politiam, non excedentes ſexdecim libras Pariſ. executoriæ eſſent, non obſtantib. oppoſitionibus & appellationib. }

Peſtis tempore fit prouiſio.

100 Primo amplia, ſiue immineat bellũ, ſiue peſtis: cum quoddã bellum inter deum & homines dicat eſſe Bart. in l. naturaliter. col. pen. ff. de vſucapio. ſed in hoc bello Deus eſt victor. nam tempore peſtis non minus eſt periculi, quàm tempore belli: ideo cõdẽnari debet per prouiſionẽ quis ad cuſtodiam ciuitatis id temporis, allegans ſe priuilegiatum, niſi oſtendat ſtatim priuilegium; vel notorium priuilegium fuerit vt doctoris, ſcholaſtici, & ſacerdotis, vel clerici: & hæc ſententia prouiſionalis, non obſtante appellatione, exequi debet, alioqui interim incendi poſſet ciuitas: & hoc peſtis tempore maximè quis Deo commendare ſe debet, & confeſſus ac paratus eſſe, ſi ſapit.

Seditio prouiſionem requirit.

101 Secundò amplia etiam ſi propter ſeditionem, vel aliud periculum peteretur fieri condemnatio: vnde ſi iudex præcipiat alicui tempore ſeditionis, vel imminentis periculi, hoc debet per prouiſionem facere, & non obſtante appellatione exequi: quia idem eſt ſicut de tempore belli: vt not. Boer. in ſuo tractatu de ſeditio. & probat. l. fi. de appel. recipiend. ff.

Foſſata Aurelianen. ab omnibus facta. Areſtum.

102 Idem cenſuit Senatus pro refectione foſſatorum ciuitatis Aurelian. vt omnes ciues Aurelian. illis qui fecerant foſſata in illa ciuitate etiam tempore pacis per prouiſionem ſoluerent, & hoc anno 1522. die 15. Martij. { Idem eſt in denariis regiis impoſitis vt lite pendente per modum prouiſionis ſolui debeant cum non debeant differri ratione publicæ vtilitatis, & hoc quotidie ſolet pronunciari in curia generalium. }

Monacho abbatẽ accuſanti prouidetur.

104 Nonus caſus eſt in monacho accuſante abbatem ſuum, nam pendente lite debet eidem fieri prouiſio pro alimentis, & litis proſecutione: ſi ille regioſus nihil habeat: quia abbas voluntariè non aleret illum proſequẽtem eum. probatur in l. fi. C. de ordine cogni. & ibi Petr. de bella pertica. Et doc. in c. ex parte. & c. olim. de accuſat. & licet ille text. d. l. fi. loquatur in ſeruo: tamen de ſeruis ad monachos bonum eſt argumentum, quando materia congruit. per l. Pedius. §. fi. ff. de arbit, & l. cùm prætor. §. fi. de iudic. Bar. & alij in l. cum fundus. §. ſeruum. ff. ſi cer. peta. Bauer. plenè in repeti. l. cum filiofamiliâs. de legat. 1. ideo habebit etiam locum in monacho, in primis tamen licentiam ſui prælati habere debet, & poſteà prouiſionem petere. teſte Franciſ. Marc. in deciſ. Delphi, q. 126. in 1. parte, quæ hodie peti vix poteſt, quãdo religioſus contra ſuum experitur abbatem, quia etiam fruſtra peteretur, cùm nunquàm abbas & illam concederet. & vidi prouiſionem ſæpius monacho concedi à ſuo ſuperiore poſt condemnationem factam, quæ ſtatim fieri ſolet.

Seruo prouidetur.

104 Decimus caſus eſt in ſeruo litigante de ſtatu ſuo contra dominũ, vt eidẽ prouideri debeat, vt hîc: & cùm in hoc regno nõ habeamus ſeruos, ideo hęc deciſio ad monachos, & alios religioſos, atq; ad filiosfamiliâs extẽdetur, cùm æquiparẽtur, vt ſuprà dixi: & quid in monacho accuſato, an debeat ei fieri prouiſio. vide Spec. diſtinguentem in tit. de inquiſit. §. vlt. verſ. item pone abbas.

Solui quando prouiſio debeat ſeu penſio. Areſtum.

105 Et quando adiudicatur prouiſio monacho, dimidia pars prouiſionis & penſionis illius dari debet in anni principio, reſiduum in medio, vt viuere poſsit: & hoc cenſuit Pariſ. Senatus contra abbatẽ Altiſsiodoren. anno 1515. die 5. Iunij in magna camera poſt prandium, { vt refert Aufrer. in ſtylo parla. arreſto 372. } quod eſt notandum. & dixi de ſcholaſticis, quando penſio debeat eis ſolui in ſcholaſt. priuileg. 54. vbi plenè tractaui, niſi aliter dictum fuerit in ſententia.

Canonico regulari fit prouiſio.

106 Vndecimus caſus eſt in canonico regulari litigante contra ſuum ſuperiorem. Alber. in d. l. fi. C. de ordi. cognitio. Iacob. in l. vix certis ex cauſsis. ff. de iud. quia iſti cùm nihil habeant, interim lite pendente fame perirent, ideo per modum prouiſionis prouideri eis debet de alimentis.

107 Idem iuris videtur in omni religioſo, cùm ea ſit ratio: vt in ſimili concludit Soci. conſil. 99. ſereniſſus. & conſ. 101. viſis. in 3. vol. intellige ſi religioſus pro vtilitate monaſterij accuſaret, vel reformationem monaſterij peteret. c. ex parte. de accuſa. ſecus ſi propriam cauſſam proſequeretur. nam ſi tunc non habeat vnde viuat, & dicat ſe valde iniuriatum, tũc maior cautela eſt, quòd ſupplicet ſibi de expenſis prouideri: & iudex ei non negabit: vt firmant domi. de Rota deciſ. 799. ſciendum. in antiq. & Aegid. de Bella mera deciſ. 159. in caſu. nam ſolent interdum abbates, & ſuperiores religioſorum vltra modum in religioſos ſæuire: ideo compellunt eos ad appellandum, vnde interim pendente appellatione debet iudex his religioſis prouidere, ſicut pater filiis: vt ſcripſi ſuprà in definitione.

Areſtum ad

108 Imò ſi aliquis interim illos alat, poteſt monachus petere ab abbate, vt iſti ſatisfiat: & ita condemnauit

demnauit Senatus Abbatem Sueſsionēſem,ad ſoluendū alimenta,quæ mater naturalis præſtiterat ſuo filio religioſo,à monaſterio ſine cauſſa ab Abbate expulſo anno 1534.die Decembris. facit ca.olim.2. de reſtitut.ſpolia.vbi doct.ſcribunt.diuerſum eſſe in apoſtata. Nam tunc eidem eſſet prouidendū iuxtà c.nouimus in fi.de verb.ſig.cum pane doloris,& aqua anguſtiæ in carcere.

recuperandas expenſas uictus pendente lite.

109 Duodecimus caſus eſt in clerico paupere,qui agit pro vtilitate eccleſiæ, vt interim prouideri ei debeat:teſte Panor.in cap.cum pro cauſſa.de procur.non enim diſpendium habere debet, vnde meretur præmium.ca.peruenit.de fideiuſſ.c. ſanè de renunc.ſecus ſi accuſet, quia accuſantium illaudabilis eſt intentio.cap.ſi quis epiſcopus.2.q.7.Specul.ita tenet in tit.de inquiſit.§.vlti. verſ.item ſeculari.Anto.& Henric.d.c.ex parte.vide Oldra.conſ.38.thema tale.Quidam.

Clerico pauperi quando prouidetur.

110 Decimuſtertius caſus clerico ſuſpenſo à beneficio , debet interim fieri prouiſio de fructibus illius ad vitæ ſubſidium,ſi nihil aliud poſsideat.tex.in c. præter. & ibi Præpoſit.col.2.diſt.32. cap.ſtudeat. in fin. 50. diſtin. ne interim fame pereat.hodie parum eſt in vſu iſta ſuſpenſio à fructuum perceptione in hoc regno Franciæ:ſed ſuſpendi clerici ſolent à diuinis,vel excommunicari:& iſti excommunicati recipiunt fructus,ac ſi excommunicati non eſſent:& idem dixi,quando fructus beneficij primi anni epiſcopus,vel alius recipit,vt de alimentis iſti prouideri , vt inferius dicetur,debeat.

Suſpenſo fit prouiſio.

111 Decimuſquartus caſus eſt, in canonico,cuius fructus primi anni,vel ſecundi, quo receptus eſt,fabricę eccleſiæ deputati ſunt,vel archidiaconus recipit:& ſic patitur eclipſum illo anno, cùm nihil recipiat.iuxta text.in c.ſi propter.de reſcrip.lib.6.& c.ſi tibi conceſſo.de præb.eo lib.vt durante illo anno ſterili debeat ei ſaltem de alimentis prouideri,ſi nihil aliud habeat,ne interim fame pereat.& ita dixi aliàs contra canonicos Bituricenſes omnes pecunias & reditus ſecundi anni recepti nouiter canonici recipientes,exceptis decem denariis,quos ſingulis diebus iſti canonico relinquunt, ex quibus non poteſt commodè viuere : ob id debet eidem prouideri, ſi nihil aliud habeat:& ſtatuta illa abuſiua ſunt reformanda:& an iſta eclipſis debeat habere locum in per mutantibus,vide per gloſ.& Peruſ.in d.c.ſi propter.& Benedict.in repeti.c.Raynutius.in verb. ſi abſque.in 2.de ſubſti fideicommiſ.nu. 32. cum ſeq.de teſtam. igitur iudex debet illum condemnare,qui fructus recipit:vt interim prouideat de alimentis, videlicet dando tertiam beneficij partē,vel quartam pro qualitate perſonæ,& valore beneficij,& hoc per modū prouiſionis:quæ ſententia non obſtantibus appellationibus executioni dabitur,& hoc eſt æquum iuri,& rationi cōſonum.Audiui aliàs datum eſſe areſtum contra archidiaconos recipientes ex quodam abuſu inueterato & vſurpatione fructus beneficiorum primi anni, vt reſeruare congruam portionem debeant beneficiatis.nam extrauagās relinquit in hoc caſu mediam ſaltem partem beneficiato, vbi non eſt taxata decima papalis:vt patet in extrauag.ſuſcepti.de elect.in extra.Ioan.22.

Fructus primi anni non capiēs prouiſionem habet.

112 Cautela itaque eſt pro his, qui in Normania vel aliter obtinent beneficia : vbi eſt talis paſſim non conſuetudo ſed vſurpatio,ac corruptela , vt ab illis ſtatutis ſeu cōſuetudinibus abuſiuis ad ſenatū tanquam à notario abuſu appellent, qui hunc abuſum reformabit, tuendo eccleſias regni:habent etiam alium quidam prælati damnabilem vſum,vt fructus litigioſorum beneficiorum recipiant,& tunc omnia beneficia faciunt litigioſa,vt fructus ſic recipiant:ideo theriaca appellationis vtendum eſſet contra hoc præſens venenum, & illis mortiferum:& puto hos abuſus ex damnabili vſurpatione maiorum proceſsiſſe,ſicut quædam alia.

Cautela cōtra archidiaconos capientes fructus primi anni.

113 Decimuſquintus caſus eſt, quando aliquis accuſatur de crimine,ex quo bona confiſcantur. & interim extraordinarij iudices quidam capiunt bona ipſius , & ſayſiunt : tunc iſti debet fieri prouiſio, vt ex illis bonis pendente ſaltem proceſſu alatur : & iudex aliquam pecuniam pro alimentis eius capi in ſingulos annos iubebit.argu.l. ait prætor.in fi. & l.filius. ff. de iure deliber. & iſtum caſum interdum in forenſi iudicio vidi,licet de iure iſtius accuſati bona non debeant capi,nec ſayſiri ante ſententiam.l.prohibitum. C.de iure fiſc.lib.10. imò controuerſia pendente inquietari, facultateſque deſcribi fas non eſt.l.defenſionis.ibidem , & iſta iura ſeruant curiæ ſupremæ,& ordinarij regni iudices.& altera praxis cum ſuo extincta auctore erit.

Accuſato fit de ſuis bonis prouiſio.

114 Decimuſſextus, ſi aliquis promiſit ſub pœna omnium bonorum ſuorum quicquam facere, & non fecit:& ſic dicatur incidiſſe in pœnā , ac omnia bona ſua perdidiſſe , ſi capiantur eius bona,pendente lite fiet illi prouiſio,& ex illis bonis aletur.arg.l.pupillus.ff.de priuil.cred.& idem in ſimilibus caſibus,quando agitur de omnibus bonis alicuius,& ipſius bona ſic capiuntur.

Cuius bona capiuntur, prouiſionē iure petit.

115 Decimuſſeptimus collegiatus, ſeu burſarius de facto à collegio expulſus , debet pendente proceſſu ali,& prouiſio illi fieri,ſi ſit pauper.Bolog.in repeti.authent.habita.C. ne filius pro patre.niſi poſt tempus finitum expelleretur:ſi tamen in hoc cauſſæ cognitio requiratur,quæ poſſet protrahi in longum tempus,tuuc interim fiet eidem prouiſio, vt ſcripſi ſuper ſtatutis collegij *du vergier* Montiſpeſſulani,vbi finito quinquennio ſi collegiatus velit,& affectet ſtudere in iure,in quo minimè ſtuduit:poterit hoc faciendo per aliud quinquennium:ergo non poterit expelli, ſi velit ſtudere in iure canonico,ſi prius,vt fieri ſolet, ſtuduerit in iure ciuili , quamuis contrarium in illo collegio quidam velint ſeruare,non intelligentes illa ſtatuta.

Collegiato & burſario prouideri debet.

116 Decimuſoctauus ſi bona mercatori exteri Lugduni, vel alibi capiantur , ſeu areſtentur: pendente lite illi mercatori fiet prouiſio,vt ex his bonis alatur,ſi aliunde facilè non poſsit ali.arg. l.ſi neget.ff.de liber.agnoſc.& l.ſed & ſi.de carbo.edict.niſi diceretur mercatorē,vel alium illa bona ſurripuiſſe,vel in his deliquiſſe:quia delictum omne excludit priuilegium.l.1.C.vbi ſenatores,

Extraneo mercatori prouiſio fit.

vel clariſsimi: & niſi alia bona haberet: & pauca bona eſſent ea quæ ſiſtere, vel capere fecit creditor,& areſtare:& hoc iudex conſiderare debet.

Inopi prouiſio fieri debet.

117 Decimus nonus ſi extraneus inops litigat ſuper bonis, quæ ſua prætendit,vel communia:ſi ſit præſumptio pro eodem, fiet illi prouiſio: & dicitur habere præſumptionem, quando ſententiam habuit pro ſe, licet ab ea fuerit appellatum, vel habet inſtrumenta in promptu. l. ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inoffic.teſta.Hoſtien.in ſumma de accuſatio.§.1.verſic. ideóque regulari.col.pen.Bal.in l.fi.C.de ordi.cognitio.Areti.in c.ſi quis teſtibus.col.3.verſic.2. concluſio.de teſtib.Ioan.Lupus in repetit.cap.per veſtras de donat.inter virum & vxorem.§.3.fol.75. in magna impreſſ.declaro infrà.articul.1.glo.*alimens*.vbi quando quis obtinuit ſententiam ſuper bonis, fiet prouiſio vix antè.

Rex pauperi litigati contra eum prouidet.

118 Vigeſimus in domino, ſeu in fiſco cum quo priuatus litigat, tunc ſi de omnibus bonis ſit quæſtio,& ille non habeat aliunde,quid porrigere denti,debet ei fieri prouiſio.d.c.ex parte.Bald. in l.1.in fi.princip.ff.de iuſti.& iure.& per hoc dignoſcitur magna Regis Franciæ iuſtitia,ex qua ſi pauper litigat contra eum,ipſe fecit ſibi miniſtrare expenſas.teſte Bal.in l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de reb.eor.Iacobi.in l.vix.certis.in fi.ff.de iudic.Boer.in §.24.de conſue.feud. Ioan Lupus. in d.§.3.& per Sanſon in ordi.Turonen. arti.1.circa finem.ego tamen non vidi in forenſi iudicio hoc fieri: quia fortè non fuit petitum: vel quia hodie Regis officiales plus regiis rebus vigilant, quàm ſuis,& pauperibus.

119 Vigeſimus primus ſuper datione tutelæ fit prouiſio, vt in artic.3.gloſſ.*dation de tutele*. infra eodem dicetur.

120 Vigeſimus ſecundus in inuentarij confectione.gl.in verb.*confection d'inuentaire*.d.artic.3:

Electo uel poſtulato lite pendente prouidetur.

121 Vigeſimus tertius caſus,quod electus,vel poſtulatus pauper,debet habere de bonis eccleſiæ expenſas ad proſecutionem electionis vel poſtulationis. per c.vt præteritę.vbi docto.de elect.c. cupientes.in fi.illo tit.in 6.ſic conſuluit Oldra.conſil.27. thema tale eſt:& vide Albert.in d.l.fin. inde iudex etiam eccleſiaſticus poteſt hanc prouiſionem ſtatuere:& capitulum pro negotio electionis ex bonis epiſcopatus poteſt petere expenſas, & ſolent tunc decerni à curia parlamenti, ſupplicatione data:vt dicit Franc.Mart.in deciſ. Delph.q.c.quæritur an capitulum.in 1.parte.

Legatariis fit prouiſio.

122 Vigeſimus quartus pendente quæſtione ſuper teſtamento,debet prouiſio fieri legatariis,& illis per modum prouiſionis legata ſolui.l.ſi in fraudem.C.de lega.& l.ſi teſtamentum.ff.de peti. hæred.quod eſt verum,ſi teſtamentum non ſit raſum,nec cancellatum.iuxta l.fi.C. de edicto diui Adria.tollen.aliàs contra:etiam non fiet prouiſio,ſi iuſta exceptio ex teſtamento oriatur:vt pote, ſi quis petat decem aureos,quos ei promiſi, ſi legerit:oportet quòd probet antè ſe legiſſe.arg.l.ait prætor.§.1.ff.de iure delib.& aliàs ſuper hoc conſului,ideo alia hîc non ſcribam.

123 Idem in fideicommiſſo, vt etiam donęc conſtet, debeat pretium apud fideicommiſſariũ in cauſſa depoſiti eſſe.l.ſi magiſtratus.ff. de priuileg. credi. quid enim aliud eſt dicere, niſi quod ei prouiſio fiat pendente lite?

124 Vigeſimus quintus in ſententia interdictionis bonorum prodigis,aut furioſis: vt ſcripſi artic.3.gl.*de interdiction de biens*,& glo. ſeq.infrà eodem.

Penſio per modum prouiſionis ſoluitur.

125 Vigeſimus ſextus in penſionis ſolutione, quæ non retardatur propter litem: ſed per modum prouiſionis condemnatur illius debitor, teſte Gomeſ. in compendio vtriuſque ſignaturæ, nu.84.& hoc quando eſt ritè impoſita:& ſufficit,quoad hoc, ſi appareat fuiſſe impoſitam à Papa, & prima facie,videatur ritè impoſita,licet petatur reformari,vel falſam reſignationem eſſę,aut aliud allegetur,de quo non poteſt ex tempore apparere: tunc lite pendente per prouiſionem debitor condemnabitur ad garniendum, quod ex penſione debetur: ſicut in redditibus ſcripſi in tract.de pacifi.poſſeſsio.nu.137.in 21.concluſio.penſio.& quando Papa committit penſionis cauſſam ſolet dicere,cognoſcat talis N.ſine penſionis retardatione teſte Gomeſ.vbi ſuprà.

Seruitutem poſſidenti prouidetur & quomodo.

126 Vigeſimus ſeptimus in l.pen.ff.de aqua,quoti.& æſti.vbi gloſſ.declarat.& doct.ac Bartol.in l.1.§.1.col.2.ff.de itinere actuque priua.vbi cõcludũt quòd ſi agatur de ſeruitute,illi qui eſt in poſſeſsione, debet per prouiſionem lite pendente,ſiue agat,ſiue conueniatur,prouideri,& caueri de non impediendo eum vti ſeruitute, ſi verò nõ poſſidet, debet cauere ſe non vſurũ lite pẽdente: & hoc iudex pẽdente proceſſu pronunciabit:quod eſt notandũ:ſed non vidi iſtũ caſum ſeruari.

Sacri ædificia & reparationes fieri lite pendente iubet iudex.

127 Vigeſimus octauus,vt ædificia ſarciantur pendẽte lite ſuper hæreditate,vel re ſequeſtrata,vt reparationes neceſſarię per modum prouiſionis fiant:iubet prætor.in l.ait prætor.§.fi.ff. de iure deliber.vbi etiam dicit aliis iuſtis cauſſis fieri debere:quæ iuſtæ cauſſæ ex iudicis arbitrio deſcendunt: qui iudex debet arbitrari prouiſionem,quando res dilationem non recipit.l.fi.ff. de appel. recipiend.vt pote quia erat perituta res.l de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de noui oper.nunciat.vel ſi is,qui petit prouiſionem fame perire poſsit.l.ſi longius.§.fi.ff.de iud.vt ſuprà.in quæſtio.4.ſcripſi, & inferius in vlt.caſu abundantius dicetur.

128 Vigeſimus nonus in famulorum ſalariis prouidetur, de quibus ſcripſi in gloſ. *ſalaires*. in dicto artic.3.inferius.

Articulis lite pendente reſpondere quis cogitur.

129 Trigeſimus eſt,ſi petam partem interrogari iuramento medio ſuper quibuſdam articulis, quos probare non valeo:& cùm ſit bonus vir,ſpero quòd confitebitur,ſed recuſat reſpondere:iudex condẽnabit illum per prouiſionem ad reſpondendũ:qui ſi appellat, hac non obſtãte appellatione,& ſine illius præiudicio,quia poſſet mori pendẽte appellatione: & periret probatio alteri parti,

parti, ideo reſpondere cogetur.arg.l.quoniam.C. de hæret.& iudex debet eum per modum prouiſionis condemnare ad reſpondendũ:& hoc ex bono & æquo venit:& ius eſt ars boni & æqui. l.i.ff.de iuſt.& iure.docet Fely.in c.ſi.in prin.col.5.vt lite non cõteſt.& hoc vidi ſeruari in ſenatu.

130 Trigeſimusprimus quando duo ſunt electi in doctores regentes, vel ad aliud officiũ, in quo neceſſariò requiritur, vt vnus adminiſtret:tunc ſi appareat à maiori parte vnum eſſe electum, licet contra electionem, vel contra perſonam opponantur aliqua, ſi oppoſitum altiorem indaginẽ requirat: tunc ſolet per prouiſionem adiudicari officium vni, ne interim ſcholaſtici lectionibus deſtituantur: vel ne intereà ciuitas deſtituatur adminiſtratore:& ita vidi ſeruari in palatio, faciunt quæ doct.ſcribunt in c.conſtitutis.de appella.poteſt tamen electus poſteà probare ſimoniam, vel alia, quæ opponit contra prouiſionem habentem: ſed rarò poſt prouiſionem in his fit perſecutio, niſi aperto iure quis munitus fuerit.

Duobus litigantibus ſuper officio vni prouidetur.

131 Trigeſimusſeptimus quòd atteſtationes, quas inqueſtas vocant, poſſunt vt fiant per modum prouiſionis decerni, & recipi: & poſteà cùm factæ fuerint, ſi recipiantur: poterit pars reprobare teſtes, & producẽs eos ſaluare: vt probatur in c.ſi.vt lite non conteſt.ita fuit dictum anno 1517. die 14. Auguſti, inter Stephanum Henry, & vxorem ſuam ex vna, & præpoſitum & Capitulum Sueſſionen. ex altera. vnde iudex appellatione pendente, quamuis ab eo appellatum ſit, poterit examinare teſtes moribundos, & de quibus timetur: vt plenè decidit Fely.in c.ſi.col.5.in princ.vt lite non conteſta.& ſuperius in 30.caſu dictum fuit.

Atteſtationes per modum prouiſionis decernuntur.
Areſtum.

132 Trigeſimuſtertius quando agitur ſuper reſciſione contractus, interim condemnatur pars per prouiſionem petens contractum reſcindi ad ſeruandum contractum: & vt practici dicunt, *entretenir le contract pendat le proces*, data cautione de eo, quod recipitur interim lite ſuper reſciſione pendente.ita fuit pronũciatum in hoc Senatu anno 1523. die 3. Iulij contra Ioannam Pourel viduam Ioannis Texier ſcribæ ſiue grapharij electorum, *des eleuz*. & quotidie ſic fit: vt abunè ſcribo in tractatu de reſciſione contractuum.

Lite pẽdente contractus ſeruari debet.
Areſtum.

133 Trigeſimuſquartus, ſi accuſata fuerit mulier, quòd incontinenter viuat, probando ſcandalum imminere toti viciniç ob ſuam impudicitiam: locator petet, vt durante locatione, migrare habeat: iudex ſuper hoc facto informationes conficiet, & ſi ſibi de hoc conſtet per modum prouiſionis debet condemnare illam, vel quemcunque alium ſic inhoneſtè viuentem, & afferentem ſcandalum ad migrandum:& hæc ſententia exequetur non obſtante appellatione: quia ipſa expelletur de domo non obſtante locatione.per l.ſi qua. C.de ſpectacul.lib.11. vbi Rebuf.expreſsè hoc tradit & in l.penulti.de paſcuis ibidem.& ita cenſuit Pariſienſ. Senatus anno 1542. die 11. Septembris quo anno propter bella fuit continuatum parlamentum:& idem in meretricibus condemnatis ad migrandum extra ciuitatẽ ſeruari debet, vt in ordinat.ſancti Ludouici patet, in rub. *que les ribauldes communes ſoyent boutées hors des bonnes villes*. dixi in l.Maſurius ſcribit.ff.de verbo. ſignifi. & facit rub.ff.de migrand.imò fortius pronunciauit Senatus mulierem incontinentem non recipiendam ad licitationem locationis domus, etiam ſi maius offerret pretium, anno 1544. die 10. Februarij contra *Marion du tron*.

Mulier inhoneſtè uiuens expelli per prouiſionem debet.
Areſtum.
Areſtum.
Areſtum.

134 Trigeſimuſquintus non debet dari prouiſio, per quam decideretur tota materia principalis: ob id malè iudicatum fuiſſe pronunciauit Senatus anno 1539. die prima Decembris ab eo qui per modum prouiſionis iudicauerat, quòd impetrans literas quinquennales, vel annales elargiretur pendente proceſſu: quia hoc decidebat totam materiam principalem.facit l.quoties. C.de precibus Imperatori offerendis. vbi doctores.alia ſcripſi in tractatu de literis dilat. annalibus vel quinquennalibus. in 2.tomo.horum commenta.

Ratione publicæ utilitatis prouidetur.

135 Trigeſimuſſextus in caſibus, in quibus publicè vtile eſt, fieri debet prouiſio.l. de pupillo.§. ſi quis riuos.ff.de noui operis nunciat. facit lex ſi quis.§. vtrum. vbi, poterit hoc quod in commune vtile.ff.de ſenatuſc.Silla.vbi plenè addidi.

Feriæ ubi ceſſant prouidetur.

136 Trigeſimuſſeptimus in quibus caſibus feriæ ceſſant, in illis regulariter vidi per modum prouiſionis condemnari, quos ſcribit tex.in l.1.in ſi.cum l.ſequent & 3.ff.de feriis.

De cõgrua portione prouidetur.

137 Trigeſimuſoctauus congrua portio curato ſeu vicario adiudicanda eſt per prouiſionem, quando nihil habeat, vel parum pro victu.vt plene ſcripſi in tract.de cõgrua portio.maximè q.4.

Appellatio ubi eſt prohibita, ſolet prouideri.

138 Trigeſimuſnonus in quibus caſibus appellare de iure ciuili non licet, per modum prouiſionis ſententia regulariter fieri ſolet;& exequenda erit.l.ſi.de appel.recip.& inferiu dicetur.

139 Quadrageſimus conſiderata qualitate cauſſæ, ſi fortè res periret, vel conſumeretur durante lite: vt fructus, vel opus pro expenſis, tunc fiet prouiſio argu.l.mediterraneæ.vbi Bar.C.de anno, & tribu.lib.10.Panor.in cap 2.col.2.de dilatio.idem quando tempus finietur, fortè rectoris electi ad tres menſes, ſecundum eum.& in cap.fin.de iudic.facit l.vna.ff.de glande legend.

Vbi res periret, uel conſumeretur fit prouiſio.

140 Vltimus eſt, dum reperiretur alia iuſta cauſſa, & ſimilis, vel maior prædictis.per text. ſing. in §.porro. quæ fuit prima cauſſa beneficij amittendi in feud.fieri poterit à iudice condemnatio per modum prouiſionis. (Vnde ſtatuit rex Franciſ.1.quòd ſententiæ latæ à magno eleemoſynario, ſeu eius vicario ſuper hoſpitalibus, & leproſariis, & ab illis dependentibus, ſint executoriæ, ſi à quatuor conſiliariis curiæ ſupremæ, aut magni conſilij ſignatæ fuerint, vt in titul. *de la reformation des Maladeries* artic.2.conſtat in conſt.reg.)

Quelibet iuſta cauſſa prouiſionẽ inducit.

141 Et debet hoc in ſententia exprimi, videlicet per modum prouiſionis, *par prouiſion, ou par maniere de prouiſion l'auons condemné &c.* Si verò iudex ſimpliciter condemnaret, male faceret: quia

Exprimi debet per modum prouiſionis.

aute plenã probationẽ non debet fieri condemnatio.gl.ſing.vbi docto.in c.eccleſia.de cõſtit.quæ tamen condemnatio per prouiſionem fit,dummodo ſummarie appareat, & ideo exprimi debet: quamuis Imbertus noluerit ordina.ad alios,etiam ad pios caſus extendere:ſed aduertendum eſt, quod ad caſus in ordinatione nominatos fit executio, etiam ſi non fuerit dictum per prouiſionem niſi in ordinati.expreſſum ſit,quòd per prouiſionem fiet, alij verò caſus non debent mandari executioni,non obſtante appellatione, niſi iudex per prouiſionem condemnauerit:& ideo vſque ad quadraginta libras fit executio in perſonalibus,quamuis ſimpliciter quis ſit condemnatus:vt in tractatu de ſenten.executo.patet:ſecus eſt in aliis ſenten.prouiſionalibus,in quibus prouiſio exprimi debet,vt in hoc tit.patet.artic.1.& per totum.& teneas iudicem tunc prouidere poſſe, quando perſona periret,vel res: vel mora eſſet magnum periculum,vel damnum allatura.l.ſi bonæfidei.ff.de petitio.hæredit.quia melius eſt in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare:vt ſuperius dictum extitit per text.in l.3. C.quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindic.l. ſed etiam.ff.de procuratorib.

Caſus in quibus non recipitur appellatio.

142 Et tex.in l.ſi.ff.de appel.recip. vel non dicit appellationem non recipiendam, quando res dilationem non recipit:quod elucidat Spec.in tit.de appell.§. in quibus.verſic.8.quando,puta ne excommunicatus abſoluatur,non recipitur appellatio.c.qua fronte.de appell.& c.facto.in fin.de ſentént. excom. vel ne teſtamentum aperiatur: ne ſcriptus hæres in poſſeſsionem mittatur, ne frumentum in ſubſidium militiæ tranſmittatur:vel ne fiat,quod edicto perpetuo continetur,vel ne pignus à creditore vendatur.contra l.ſi conuenerit.ff.de pigno.actio.vel ne funus adducatur. iſta verba tradit Spec.in dicto §.in quibus.& ſic putarem,quòd in quibus caſibus prohibetur appellatio à iure,in his iudex per modum prouiſionis pronunciare debeat, & exequi ſine præiudicio tamen appellationis:& dictos caſus prouiſionales ſuperius deſcripſi tanquam magis frequentes,alios tamen nolens excludere.& facit l.cum hi.§.cauſſæ.ibi, aut ſi qua alia cauſſa fuit, vt plures ſolent incidere,quæ prætori ſuadent prouiſionem admittere.ff. de tranſact. nec extendimus ordinationem volentem prouiſionalem ſententiam exequendam, cum dicimus quando prouiſio per iudicem concedi poſsit, at non poſſe ordin. extendi. ſcripſi in tracta. de ſenten. execut.artic.16.gloſſ.7.

Verumenimuero quia rectè à prædeceſſoribus noſtris dictum eſt, & ante omnes à Iuliano ſapientiſsimo,quòd nulla lex,neque ſenatuſconſultũ. prolatum in repub.Romanorum videtur ad omnia ſufficienter ab initio promulgatum, ſed multa indigere correctione,ac ſuppletione,vt ad naturæ varietatem,& eius machinationes ſufficiat.text.in authentic. quibus modis naturales filij effici.legit.in princ.colla.6. itaque in hoc tractatu leges Galliæ iura Romanorum interdum ſupplentes,interdum corrigentes,quandoque elucidantes,inſerere his operæpretium duxi: vt videri iſta materia,& tractari abundè tam ex iuribus Romanorum,quàm Franciæ poſsit.

Charles. VIII. artic. LI.

Articulus primus.

Item pource, que les prouiſions données en matiere d'aliments, douaires, & medicaments, au moyen des appellations qui ſont interiectées,ſouuentesfoys aduient, que le proces principal eſt auſsi toſt preſt à iuger, que les prouiſions, dont viennent pluſieurs inconuenients, parce qu'aucunes foys ceulx a qui ſont faictes les prouiſions,en default d'eſtre alimentez, & penſez, chéent en griefues maladies: auons ordonné que eſdictes prouiſions d'aliments,douaires,& medicaments, les prouiſions données par ſentence de Iuge Royal, ſeront executées, non obſtants oppoſitions ou appellations, & ſans preiudice à icelles.

GLOSSA PRIMA.

HIc articulus duas habet partes,in prima ponitur conſtitutionis cauſſa,in 2.conſtitutio. ſecunda ibi, *auons ordonné.*

Cauſſa igitur conſtitutionis eſt, quòd propter appellationes prouiſio tantùm differebatur,ſicut principalis materia: vnde duræ oriebantur infirmitates, & aliquando mors.& ideo hîc ſtatuitur, quòd materia prouiſionalis non obſtant. appellationibus exequatur, & hoc procemium mentem ordinationis oſtendere ſolet, & ex eo colligitur cauſſa finalis conditoris.l.penul.ff.de iuris & fac.ignor.ibi,initium conſtitutionis declarat.& vbi ratio procemij eſt amplior,redditur amplius diſpoſitum.ff.de hæredi.inſtit.l.fin. Alexand. & Iaſ.in l.cum hi.§. eam tranſactionem.ff.de tranſact. Felyn. in cap. paſtoralis.in princip.colum. ſecunda,de offi.delegat. & quamuis in lege vel ordinatione de neceſsitate non ſit apponendum procemium, tamen non ſolet deſcribi niſi cum miniſterio.cap.ſecundo requiris.de appellat.Bald.in §.quibus.in prima conſtitutione Codicis, columna prima. Barbat. conſilio primo, columna ſecunda in tertio volumine:& procemium declarat mentem, non ſolùm in conſtitutionibus, & ordinationibus, ſed etiam in ſtatutis teſte Bar.in l.prima.ff.ad Macedo.& Barbat.conſil. ſecundo,colum. 5. in tertio volum. ac etiam in contractibus & vltimis voluntatibus:vt docet Barba. conſil. 34.

Procemium declarat mentem legis & ordinationis.

diſſicile

difficile.col.2.in tertio vol.& ſic iſta ordinatio ampliabitur, vel reſtringetur, aut declarabitur ex iſto procemio:vt in ſimili dicit Barba.in conſi.47.illud in medium.col.2.in tertio volu.quod eſt notandum pro procemiis,& pręfationibus, quæ in inſtrumentis ſolent etiam apponi, & in ordinationibus:vt iudices non debeant iudicare, niſi inſpectis procemiis ordinationum, & aliorum actuum,de quibus agitur,quia mens iudicantium aliquando ex ipſo procemio coniicietur,ſaltem multum iuuabit procemium ad deciſionem dubię quęſtionis.

Données en matiere d'aliments.

GLOSSA SECVNDA.

1 QVod in genere dixerat,nunc in ſpecie elucidat,incipiens ab alimentis:quia prius alendus eſt,qui vult aliqua agere:& alimentorum appellatione veniunt cibaria,veſtitus,& habitatio:quia ſine his ali corpus non poteſt.l.legatis.ff.de aliment.& ciba.lega. cum multis aliis ibidem deſcriptis:niſi de his finiendis tractetur: quia tunc ſtrictius ſumitur.vt in l.cum hi.§.qui tranſigit.ff.de tranſact.de his plenè ſcripſi in l.verbo victus.de verborum ſignificatione.& liberis quidem interim præſtare alimenta pater compellendus eſt,ne hi fame lite pendente pereant.l.ſi neget.ff.de liber. agnoſcend. & ſic per prouiſionem diminutio ex bonis fit veſcendi pupilli cauſſa. l. ſi pupillus. ff. de priuileg. credito.facit l. qui de inofficioſo.ibi, vt interim & poſsideat,& alatur, & in actionibus præiudicium non patiatur.de inoffic. teſtamen. *Alimẽtorũ nomine quæ ueniant.*

2 Intellige faciendam eſſe prouiſionem ſuper alimentis,ſiue agatur contra filium,ſiue ipſe agat ſuper ſucceſsione bonorum patris, quòd pendente lite debet fieri illi prouiſio: vt ſingulis annis quibus litigabit,detur ei ex bonis patris certa pecunia.per l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inofficio.teſtament.& dicitur ſapientiæ ſeptimo capit.in inuolumentis nutritus ſum,& curis magnis, id eſt, inter litium inuolutiones,& magnas curas,quę ex ipſis generantur, nutritus ſum, quia per modum prouiſionis alimenta mihi data ſunt.Bartol.in l.final.C.de alend.liber.& ibi gloſſa.concludit alimenta lite pendente debere præſtari:alioqui ſi non fieret prouiſio per indirectum, priuaretur quis bonis ſuis,cùm non haberet quicquam ad illa proſequenda, & modico dato cedere cogeretur,vel fame moreretur ob alimentorum defectum.l.ſi longius.§.final.ff.de iudic.vel ſaltem in aduerſam incideret valetudinem:ob id lex prohibet ſuper futuris alimentis tranſigere, ne modico dato quis multa remittat.l.cùm hi.ff.de tranſact.l.de alimentis.C.illo titu. *Filio faciẽda eſt prouiſio.*

3 Vnde ſic debet filius concludere,videlicet, bona paterna ſibi adiudicari petendo, vel ſaltem recredentiam illorum: & ſi proceſſus dilationem habeat, prouiſionem interim lite pendente ſibi faciendam.teſte Maſue.in ſua practica rubr.de poſſeſſorio.§.item & recredentia.& an debeat fieri prouiſio habita ratione bonorum,quę in regno ſunt,vel quę ſunt in illo territorio,iuriſdictione, vel reſſortu,vel tantùm fiat prouiſio eorum,quę extra iuriſdictionem,& extra regnum,fuit in Senatu litigatum, & ad maturum conſilium relatum anno 1544. ſed cùm debitum reſpiciat totum patrimonium.l.ſi fideicommiſſum.§.1.vbi doct.ff.de iudic.l.prima.§. ſi hæres. ad Trebel. videtur faciendam prouiſionem inſpecto toto patrimonio:licet iudices in hac prouiſione nõ ita exactè procedant,ſed vt filius viuere poſsit,& bonorum ſententiam proſequi decernunt. *Concluſio filij petẽtis bona paterna.*

4 Secundò amplia etiam pendente tempore dato hæredi ad deliberandũ,filius ali de hæreditate debet, ne deliberationis dilatione pẽdente fame pereat.l.filius.ff.de iure deliberandi.nempe venter dilationem non patitur.l.ſi.C.de aliment.pupil.pręſtand.multa ſpecialia in alimentis inuenies in penu iuris ciuilis.c.vlt.per conterraneum noſtrum Stephanum Forcatulum Bliterren. *Tẽpore ad deliberandũ dato prouidetur filio.*

5 Tertiò amplia faciendam prouiſionem filio,ſiue in prima inſtantia,ſiue in ſecunda: licet lex ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inofficio.teſtamen.loquatur in ſecunda inſtantia,& quando filius obtinuit in prima,tamen idem iuris eſt in prima ex æquitate,ne fame pereat,& ne cogatur ob defectum pecuniarum proceſſum deſerere,& litibus renunciare:vt firmant d.de rota deci. 2. de iudic.& Matthę.de afflic.in deciſ.Neapol.10. vxor domini. & deciſ. ſequent. vbi dicit bis ſic fuiſſe deciſum in magna curia:& ſic ſeruatur in Francia:licet gloſſa,& doctores in dicto §.de inofficioſo.teneant contra. *In prima inſtantia uel in ſecũda fit prouiſio.*

6 Vbi dicit Paulus quatuor,antequam prouiſio fiat,requiri.Primò,quòd illam petens ſit filius. Secundò,quòd ſit pupillus:hoc non eſt verum:nam adiudicatur etiam maiori:vt vidi in Senatu centies.Tertiò,quòd obtinuerit, & pendeat appellatio,ſed contrarium ſeruatur: vt dixi. Quartò, quòd ſit inops:tamen contrarium ſeruatur,& vidi ſemper,dum petitur in prima inſtantia, prouiſionem fieri: ſi tamen non fuit in prima petita inſtantia, in ſecunda peti poterit, & adiudicari: vt ſupetius in præfatione ſcripſi etiam in executione. *Quatuor requiſita ad prouiſionẽ.*

7 Quartò amplia,ſiue ſit filius,ſiue nepos,pronepos,vel abnepos,in recta tamen linea, & hoc propter eandem rationem.teſte Maſuer.in rubr.de poſſeſſo.§.item & recredentia.& d.§. de inofficioſo.loquitur de nepote,quamuis Paul.Caſtren.intelligat illum §.in filio. *Nepoti etiã prouiſio fit.*

8 Quintò amplia,ſiue filius ſit in poteſtate,ſiue ſit emancipatus: quia hodie quoad ſucceſsionem,& alimenta,nulla eſt penè emancipationis & patriæ poteſtatis differentia.§.nullã.in authenti.de hęredi.ab inteſtato veni.collatione noua.& maximè quoad iſtam prouiſionem: quia vterque alendus eſt,quando ad ſuccedendum eſſet habilis,alioqui vix fieri ſolet.

Patri ſit prouiſio.

9 Sextò extende ſiue ſit filius, vel deſcendens ab eo:ſiue pater petat ſucceſsionem filij ordine turbato:debet illi fieri etiam prouiſio:quia non minus parentibus , quàm liberis piè relinqui debet hæreditas.& ex ea ali.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffic.teſta.gloſſ.in c.prędicator.16.q.1.cap. cùm apoſtolis.de cenſib.facit text.in l.ſcripto in fi.C. vnde liberi.& ibi gloſſ. dicit quòd in ſolatium filij amiſsi poteſt pater ſuccedere filio:& illo caſu prouiſio ei fieri debet,ſi alius hæreditatem filij poſsideret,& eam defenderet.

Tàm in petitorio quàm in poſſeſſorio ſit prouiſio.

10 Septimò procedit,ſiue agatur poſſeſſorio,ſiue petitorio : quia vtrobique verſatur eadem ratio·ergo idem ius.l.illud.ff.ad legem Aquil.& iſta ordinatio non diſtinguit,nec lex : ergo nec nos diſtinguere debemus. l.de pretio.ff. de public. in rem actio. vnde ſi filius minor à primogenito partem hæreditatis petat per actionem famil.erciſcundæ, poterit etiam ad prouiſionem interim illo durante iudicio ſuper diuiſionē,concludere,& petere vt frater bona poſsidens, ne mora illa ei noceat,teneatur illi aſsignare aliquid lite pendente,& ei concedetur.

Nemora ſcindi nō debent lite ſuper diuiſione pendēte. Areſtum.

11 † Et fiet pręceptum fratri,ne interim lite pendente ſcindat nemora , etiam aliquam partem eum tangentem,vt fuit dictum in hoc ſenatu anno 1528.die 12.Ianuarij. (Solet tamen ſenatus appellatione pendente prohibere in terminis generalibus non ſpeciatim,ſed vt quilibet nemoribus & aliis rebus vtatur tanquam,paterfam.non aliàs.)

Exiſtenti in vtero prouiſio fit.

12 Octauò intellige etiam ſi filius eſſet in vtero:quia ventri fiet prouiſio,& in poſſeſsionem admitti debet.l.1.& per totum.ff.de vētre in poſſeſsio. mittendo.nam in fauorabilibus qui in vtero ſunt pro natis habentur.l. qui in vtero. ff. de ſtatu. hominum. nempe quid fauorabilius quàm partum ali? hoc tenet expreſsè Maſue.in rubr.de poſſeſ. verſic. item recredentia. partus enim iſte alendus eſt,qui non tantùm parenti, cuius eſſe dicitur, verùm etiam reipublic.naſcitur.d.l.1.§.& generaliter. vide Deci. conſil. 245. dicentem an poſsit donari poſthumo,& concludit quòd ſic. Scripſi in l.ſubſignatum.§.atteſtari.ff.de verbo.ſigni. vbi declaraui ordinationem regiam de donatione facta abſenti loquentem,an locum in poſthumo habeat,& quomodo is inſinuare & acceptare poſsit donationem.& in dicta ordi.in 2.Tomo.

Legitimatis an prouideri poſsit.

13 Nonò etiam procedit in legitimatis per ſubſequens matrimonium , cùm nihil vel parum à legitimis differant.c.tanta.qui filij ſint legiti.l.cùm quis.C.de naturalib.liber.§.fi.inſtitut.de nupt. dixi in l.qui in poteſtate.ff.de teſtament.

Prouiſio in qualibet parte litis faciēda eſt. Areſtum.

14 Decimò poteſt peti prouiſio in qualibet parte litis,etiam poſt litem conteſtatam.ita fuit deciſum per areſtum,vt citat Ioan.Gallus.q.128.item pro dominis:quia ſemper oneratur filius , cui non fit prouiſio:ideo ſemper poterit fieri ante ſententiam definitiuam, & ante concluſionem in cauſſa iuxta notata in c.cùm dilectus.de fide inſtrum.& ſic habetur in ſtylo parlamenti.rubr.*des prouiſions*.in prima parte.§.item dicunt.& ſuprà in præfationibus ſcripſi.quæſt.ſexta.

In executione prouiſio petitur.

15 Vndecimò etiam procedit poſt ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatā,imò etiam poſt areſtum,& in executione illius prouiſionē peti poſſe concludit Aymo Crauetta in conſi.164.nobilis domina,quod bene ſeruatur in forenſi iudicio, quando executio areſti poſſet habere dilationem,vt cōmuniter habet:diuerſum eſt,ſi ſtatim poſsit exequi,per dicta in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebel.ſed hodie in executione hoc opus,& labor eſt, &pauci eam attingere valēt.

Reuerſo ab hoſtibus prouidetur.

16 Duodecimò etiam ſi filius longo tempore captus eſſet à Turcis,& poſteà reuerſus,tunc iure poſtliminij omnia recuperat iura, etiam ſi apud hoſtes ſuſceptus eſſet:& tunc illi reuerſo facienda erit prouiſio.per l.apud hoſtes.cùm l.ſequen.ff. de capti.nam cùm filius reuertitur, duplicem cauſſam in eo eſſe oportet,videlicet poſtliminij,& quòd pater eum recuperet,& ipſe ius ſuum.l. cùm duę.ff.illo titul.& hoc quando agnoſcitur filius.

Tàm mulieri quàm viro prouidetur,& prouiſio vſque ad finē litis durat.

17 Decimotertiò extēde ſiue fuerit vir,ſiue mulier,quia eadem ratio verſatur in vtroque, ergo &c.argument.l.maximum vitium.C.de liber.præter.vel exhæred. & debet durare prouiſio ſemel conceſſa,vſque ad finem litis.d.l.ſi inſtituta.§. de inofficioſo.ff.de inoffic.teſtamen. nam per ſententiam fit quæ durat,quouſque reuocetur.l.quod iuſsit.vbi dixi.ff.de re iudic.

Poſſeſſori non ſit prouiſio.

18 Decimoquartò amplia,ſiue filius mouerit quæſtionem, ſiue ei moueatur, & ipſe eam hæreditatem non poſsideat,tunc eſt eadem ratio:ideo fiet prouiſio.l.1.& ibi doct.C.de carbo.edic.ſecus ſi filius,vel nepos hæreditatem poſsideret,quia tunc rationes prędictę ceſſarent : nam poſsidens hęreditatem fructus hæreditatis percipiet,& ſic ex illis interim viuere poterit ſuo iure, ideo non debet petere quod intus habet.

In feudis et emphiteoſi ſit prouiſio.

19 Decimoquintò etiam ſi ſuper re feudali moueatur quæſtio à filio,vel agnatis contra dominum,vel alium poſsidentem,interim quæſtione pendente poſſeſsio datur filio,vel agnatis.§.1. & 2.Si de feudo defuncti contentio ſit inter domi.& agna.vaſalli,etiam ſi moueatur quæſtio ſuper feudo paterno:& maior natu poſsideat illud,ſi non ſint alia bona niſi feuda : etiam ex his feudis fiet fratri minori prouiſio,vel ex emphiteoſi prædicta, quia pro patrimonialibus, & inſtar patrimonialium in regno habentur:vt ſcripſi in arbo.feudo.facit quod docet Bart.in l.vt iuriſiurandi §.ſi liberi.ff de oper.liberto.

20 Poſtremò ſi filius ſub conditione eſſet inſtitutus ; interim pendente conditione prouiſionem peteret,vel bonorum poſſeſsionem,qualiſcunque conditio fuerit. per l.2.§. ſi ſub conditione. ff.de bono.poſſeſ.ſecundum tabul.& ſub qua conditione hodie poſsit inſtitui,eſt tex.in l.ſi pater, C.de inſtitut.& ſubſti.& per iſta poteſt dignoſci,quando prouiſio alimentorum fieri poteſt:vertamus quando fieri non debeat.

21 Primò limita,quando ille filius non eſſet in poſſeſsione filiationis,nec habitus pro filio , vel conſanguineo illius,cui vult ſuccedere : tunc non fiet ſine cauſſæ cognitione illi prouiſio : hoc mutuo habui à Bar.in l.ſi neget.col.2.ff.de liber.agnoſc.per legem primã.§.ſi ea.ff.de vent.in poſſeſſ.mitten.& l.3.§.cauſſę.de Carbo.edicto.l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.ibi,ſi conſtiterit. de liber.agnoſcend.c.per tuas.de probatio.igitur pendẽte lite ſuper filiatione,hoc caſu prouiſio non fiet:alioqui poſſet quilibet malignus pauper mouere quęſtionem filiationis diuiti,vt haberet interim iſtam prouiſionem ſecundum Barto.vbi ſuprà,quem ſequitur Aufrer.in deci. Tholoſana. quæſtio.77.an filio. *Filio nõ exiſtenti in poſſeſsione filiationis nõ prouidetur.*

Nam oportet probare ſaltem quaſi poſſeſsionem filiationis,vel alterius qualitatis intentatæ:vt docet Bar.in l.vbicunque.ff.de ventre in poſſeſ.mittend.Alber.Bald. & alij in l. non epiſtolis.C. de probatio.Matthę.in deciſ.Neapo.25.in cauſſa petitionis.

22 Quia illas expenſas pro prouiſione datas non repetit hæres.glo. in l.2. in fin.C. de Carbo. edict.allega.l.1.§.intereſt.ff.ſi mulier ventris nomine. Iaſon in rub. illius titul. in fi.cùm iam ſint conſumptę,tàm per illum,cui facta eſt,quàm per aduocatos, & procuratores:à quibus eſſet difficilius repetere,quàm clauam olim de manu Herculis eripere,iuxta not.in l.vna.per illum tex.C. de ſuffrag.Maſuer. in d. verſic.item & recredentia.ſi tamen is , qui prouiſionem recepit , aliunde haberet , ab eo poſteà repeti poſſet : & ob hoc datur cautio ſaltem iuratoria : vt infrà eo.artic. 3.dicetur. *Datum in prouiſione an repetatur.*

23 Secundò fallit quando filius,vel alius mouens quæſtionem ſucceſsionis eſſet diues,& poſſet ſe alere aliunde.l.Extraneo.& ſequent.vbi Bartol.ff.de ventre in poſſeſsio.mittend.l.fin.C.de ordi.cognitio.per Iaſon.in auth.res quæ.C.communia de legat. Panor. & alij in c.cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo.& in c.accedens.in fi.de procura.Alexan. conſi. 48. viſo.in 3. volu. vbi concluditur quòd pater non tenetur alere filium,quando aliunde poteſt ſe alere:hoc tamen non ſeruatur in aliquibus curiis,vbi indiſtinctè fit prouiſio:quia licet ceſſet vna ratio , eo quòd eſt diues:tamen ceſſare non debet propter hæc ordinationis,& iuris diſpoſitio.per §.affinitatis.inſti.de nupt.nempe hæc prouiſio fit nõ ſolùm vt alatur filius,ſed vt poſsit litigare,& cauſſam proſequi, quæ ſine magnis ſumptibus non fiunt.Vnde in hoc ſenatu in ſucceſsione mercatoris nuncupati(parent)fuit facta prouiſio & filio pauperi,& aduocato diuiti. Et ſic iſta prouiſio fit etiam diuiti,cùm petitur. *Diuiti filio non prouidetur.* *Areſtum quòd etiam filio diuiti prouideatur.*

24 Tertiò fallit quando ille filius eſſet ingratus , vel aliàs conſtaret ſaltem ſummariè eum eſſe hęreditate,& bonis priuatum:quia tunc ſicut non eſt alendus,ita nec prouiſio facienda,quæ maximè ob alimenta fieri debet.glo.in d.l.ſi quis à liberis.§.idem iudex.in verbo detulerat. ff. de liber.agnoſcen.quæ dicit,quòd ex quibus cauſſis poteſt filius exhæredari,& eidem alimenta denegari:etiam prouiſio non præſtabitur:vt tenet glo.in l.fi.C.de alend.liber.quam notat Alexand.in l.1.col.3.ff. ſolu. matri. & ſic fuit Tholoſę deciſum,teſte Aufre.in q. 77. quem ſequitur Ioan. de Monteferrat.in repetitio.l.ſi conſtante.col.58.ff.ſolut.matrimo. *Ingrato filio non fit prouiſio.*

25 † Imò fortius dicit Bald.in §.filij nati.rub.ſi de feudo defuncti content.fuerit. quem refert Roma.ſing.222.vltimo.& Franciſc.Cremen.ſing.19.tu ſcis , quòd ex quibus cauſsis poteſt filius exhæredari,ex eiſdem cauſsis filius legitimatus poterit in priſtinam ſpurietatem reduci, & exemptio reuocari:quod dicit notandum Bald.in l.2.in fi C.de libertis & eorũ liberis.& Petrus gerard. ſing.1.vbi plenè probat. *Legitimatio & exceptio quãdo reuocari poſſint.*

26 Quartò non procedit,quando filius, vel is qui petit hęreditatem vẽdiderit eam, vel renunciauit illi:nam & ſi contractum dicat non valere , & eius petat reſciſionem : tamen prouiſio fieri interim ei non debet,vt fuit prolatum areſtum Pariſi.prout refert Ioan.Gallus in q. per areſta. q. 122.Primò fuit dictum.{Et Aufre.in ſtilo Parla.arreſto 65.item nota quòd per arreſtum.}nam qui pretio fruitur,non minus habere intelligitur,quàm qui principali re vtitur.l.quia.ff.de vſufruct. & dolo facere videtur,qui petit id,quod remiſit,vel quod ſtatim eſſet reſtituturus.l.dolo.ff.de doli excepti.Nempe remittentibus iura ſua amplius non eſt dandus regreſſus.l.quęritur.§.ſi venditor. ff.de ædili.edic.c.quàm periculoſum.7.q.1.& pretium ſuccedit loco rei.l.Labeo.1.ff.de verbo. ſigni.vbi ſcripſi. *Remittenti hæreditatẽ non fit prouiſio. Areſtum.*

27 Quintò flectitur regula in filiis adoptiuis petentibus ſucceſsionem. nempe appellatione filiorum in hac materia non veniũt adoptiui.c.in præſentia.& ibi not.doct.de probat.l.fideicommiſſum.ff.de conditio.& demonſtra. vnde donatio , quæ reuocatur propter ſuperuenientiam liberorum non extenditur ad adoptiuos.l.ſi vnquam.C.de reuocand.dona.Alex.conſil. 40. ſuper primo.col. vlti. vol. 4. & filij adoptiui non faciunt deficere fideicommiſſum. Bart. & alij in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.per text.in l.ſi ita quis.§.is cui.de leg.2.Panor.& alij in d.c.in præſentia.quia verba teſtatoris,conſuetudinis,& contrahentium, debent regulariter intelligi de parentibus,vel filiis naturalibus,non de ciuilibus.l.fi.C.de his qui veniam ætat. impetr. Iaſ. in l. quique.§.prætor ait.col.vlt.ff.de in ius vocand.verba enim debent intelligi in caſu vero, nõ ficto. l.3.§.hæc verba.ff.de negot.geſt.l.1.ad legem falcid.& ceſsio quæ poteſt fieri à patre filio,intelligitur de naturali,non de adoptiuo:vt ſcripſi in ſcholaſtic.priuileg.177.vbi vide multa de ceſsione ſcholaſticis facienda , & intellectum ad illam ordinat. regiam de ceſsione ſcholaſticis facienda. {Et in tract.de ceſsio.& tranſpor.in 2.Tomo commentar.conſt.reg.} *Adoptiuis filijs an prouiſio facienda ſit.*

28 Item appellatione filij tunc venit adoptiuus : quando diſpoſitio in aliis filiis verificari non poteſt *Filij nomine*

an veniat adoptiuus.

poteſt.gloſ.Bald.& alij in l.ſi quis poſthumos.in princi.ff.de liber.& poſthum.Fel.in c.1.num.7. de reſcript.ergo filij nomine regulariter non veniet adoptiuus, cùm in ſingulari caſu contineatur:& ſic in contrarium erit ius commune.l.ius ſingulare.ff.de legib.& quando in eis eſſet eadem ratio,quæ in naturalibus,& legitimis,tunc etiam veniet adoptiuus.l. adoptiuum. ff. de in ius vocand.& hoc tenet Soc.in d.§.pretor.in fi.

29 Sed ſi eſſet materia fauorabilis, vtpote ſi ageretur de alimentis adoptiui ſibi in adoptione promiſsis,tunc etiam illis fieri deberet prouiſio,cum etiã extraneo fieri debeat:vt inferius dicam: nam materia alimentorum eſt prouiſionalis,cuicunque debeantur alimenta,etiam ſi ex prouiſione extraneo debeantur. idem ſi inſtrumento adoptiuus probaret Titium promiſiſſe eum tractaturum vt filium: non tractaretur vt filius, niſi alimenta præſtarentur. per l. quidam cum filium. ff. de verborum obligation.ideo prouiſio tunc illi eſſet facienda mortuo etiam promiſſore, dummodo fuerit in adoptiua familia, ſecus ſi fuiſſet emancipatus à patre adoptiuo: quia tunc extraneorum loco habetur. §.at hi qui.de hęreditat.quę ab inteſtata.deferunt.ideo petens hæreditatem patris ſui olim adoptiui,non audiretur,nec fieret ei prouiſio:quia à iure non debet ſuccedere patri adoptiuo contra patris adoptiui voluntatem §.ſed ea.de hæreditat.quę ab inteſt. defer.nec eidem alimenta debentur: vt ibi dicit gl. in verb.tantummodo.ſecus ſi alimenta promiſſa peteret ob adoptionem.

Spuriis non eſt facienda prouiſio.

30 Sextò fallit in ſpuriis,& aliis naturalibus, quibus non debentur bona paterna, nec legitima in illis:ergo illis nõ fiet prouiſio.l.1.& per totum. C.de natural.libe.Bar.in d.l.fi.C. de alend. libe. & hoc extantibus legitimis liberis,& conſanguineis.auth.licet ibidem:nomine enim filiorũ non continentur filij ſpurij,tanquam abuſiui.Bal.ſic loquitur in c.per tuas.col.2.de probati.& bonorum poſſeſsio.ex Carbonia.edict.eis non competit.l.fi.C.de Carbo. edict. ſi tamen fuerint à patre eis relicta alimenta,quod de iure canonico permittitur.ca.cùm haberet. in fi. de eo qui duxit in matrimo.quam polluit per adul.vbi Panor.& alij : in illis prouiſio fieri debet,ſi petatur. Imò anno 1550.in menſe Auguſto,fuit iudicatum in camera Domaynij prouiſionem eſſe faciendam filię baſtardę cuiuſdã Itali, licet procurator regius illa bona proſequeretur iure Albinagij, quod eſt notandum. Vide quæ ſcripſi in trac.de liter. natura.in 2. Tomo commentar. ad conſuet. reg. Quid ſi fuerit legitimatus? decide ex his quæ tradit Decius conſil. 365. viſo. & ſuprà dixi in ampliat.

31 Septimò fallit in alimentis præteritis:quia in illis non competit alimentorum priuilegium,l. de alimentis.C.de tranſact.& ſic in illis poterit appellari,& appellatio recipietur,teſte Specu.in 2. parte rubr.de appellat.§.quibus.verſi.8.refert Imbertus in inſti.foreuſ.pa.195. & pro hac ſententia facit quod conſuluit Alex.conſi.72.viſo proceſſu.col.3.in 5.vol.

In præteritis alimẽtis prouiſio fit. Areſtum.

Contrarium tamen fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1522.die 16. Decembris contra quendam, qui fuerat condemnatus ad ſex viginti libras ſingulis annis pro alimentis exſoluendis, & pro annis præteritis ad octingentas. Curia declarauit executionem in omnibus eſſe faciendam: aliàs iſte non valeret ſoluere his, à quibus mutuò aſſumpſit pecunias ad alimenta pręterita, nec inueniret aliquem,qui vellet illi qui proſequitur prouiſionem mutuare,imò haberet ex his rebus, quibus viuere debet,ſoluere illis, qui ad alimenta præterita crediderunt. igitur rationes etiam in hoc caſu locum habent.Imò ſi is de præterito non teneretur illum alere,præberet materiam diſ-ſerendi,& non aleret eum interim. & ſic materia calumniandi & fruſtrandi induceretur, quæ à iure prohibetur.l.conuenire.ff.de pac. dotal. & ſuperius plenius dictum extitit quomodo intelligatur,& hoc etiam probat Fel.in c.cum dilecta.col.20.nu.16.de reſcript.

Conſanguineo collaterali an ſit facienda prouiſio. Areſtum.

32 Vltimò fallit, quando collateralis peteret hæreditatem fratris, aut conſobrini, tunc non fit prouiſio:quia fratris non cenſetur hæreditas quaſi debita,ſicut hæreditas patris. l.in ſuis. ff. de liber.& poſthumis. Sic fuit dictum in parlamento pro Ioanne de caſtellario contra Mathiam de hoſte:vt refert Aufrer.in ſtylo parlament.in 1.parte eo.titu.§.fi.quod exiſtimarem verũ eſſe,quando collateralis conſanguineus peteret hæreditatem conſanguinei ab inteſtato, tanquam ſibi debitam:diuerſum eſt,ſi eam ex teſtamento non raſo,nec cancellato peteret, tunc eſſet facienda: vt ſuperius ſcripſi in præfa.in vlt.parte, vel in poſſeſsionem mittendus per l.fina. C. de edict. diui Adria.tollend.

Lineæ nomine quid veniat.

33 Item quia conſuetudo de prouiſione loquens dicit de linea recta, quæ continet aſcendẽtes & deſcendentes tantùm,non autem tranſuerſales.Bal.conſil.321. teſtamento cauetur. volu. 1. per tex.in l.Stegmata.ff.de gradib.imò etiam appellatione lineæ venit recta.argu.l.qui liberis. §. hęc verba.ff.de vulga.Bald.d.conſil.321.vol.1.& conſil.334.in quæſtione.col.3. vol.3. licet contrarium teneat propter mentem defuncti.idem Bal.conſil.339.quæritur.vol. 3.primum tenet Dec. conſil. 365.viſo.conſil.col.2.& conſil.379.requiſitus.col.3.& Soci.conſi.33.circa.col.4. verſicu. confirmatur.in 3.volu & hoc per tex.in l.iuriſconſultus.§.parentes.ff.de gradib.& quando dicitur in ſtatutis,conſuetudinibus,vel teſtamentis, vt veniant bona ad illos de linea, qui veniant. vide Ancha. conſi.95.in quæſt.col.2.& Barba.in repetit.l. cum acutiſsimi. col.53. C. de fideicommiſſ. dixi in declaratione arboris conſanguinitatis.

Prouiſio alimentorum extraneo facta eſt executoria.

34 Poſtremò in omnibus caſibus, in quibus fit prouiſio alimentorum extraneo, debet etiam fieri executio,vt hîc,videlicet non obſtantibus appellationibus,& oppoſitionibus: nec loquitur hæc ordinatio ſolùm de ſententia alimentorum data filiis,ſed quibuſcunque.nam omnis ſenten-

tia ali

tia alimentorum regulariter eſt executoria,per iſtam ordinationem,etiam ſi non ſit data per modum prouiſionis,ſed ſimpliciter.ita fuit pronunciatũ anno 1539.die 14.Iulij pro Priore de Longemeau,qui obtinuerat ſententiam condemnatoriam trium modiorum frumenti pro alendis religioſis:& fuit dicta ſententia executoria declarata.

Areſtum.

Tamen iſta executio non nocebit cauſſæ principali.l.ſi iudex.ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.& ibi Petrus de bella pertica in ſua repetitione ad illam legem.& Alberic.in l.fi.ff. de appellat.recipiend.dicit,quòd ſi ſententia alimentorum non ſit principalis,ſed incidens:tunc alimenta ſunt præſtanda,& non appellatur.

Sententia etiam nõ lata per prouiſionem in alimentis executoria eſt.

35 Et iſta prouiſio eſt introducta,tùm in fauorem filiorum, ne interim in infirmitatem incidant,fameque durante lite,pereant.l. ſi longius.§.primo. ff. de iudic. & bonis ſuis minimo dato renunciare compellantur.l. tùm hi.ff.de tranſact. cùm in fauorem curiarum : vt illis exſoluantur expenſę proceſſus.text.in l.fin.ibi,ita vt ex iiſdem, ſi aliqua facultas eſſe non poterit, tantum litis ſumptus , & alimoniæ homini ſubminiſtrentur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æſtimatum.C. de ordi.cogni. & hoc etiam ſeruari in Delphinatu reſtatur Guido Papæ in deciſ.Delphi.q.561. ſi quis contra.alia de alimentis licet videre à me ſcripta in l.verbo victus.ff. de verbor. ſignifica.ne plura.

Quare inuenta ſit prouiſio.

Douaires.

GLOSSA TERTIA.

1 LIcet Boer.in §.4.de conſue.matrimo.& doer.in conſue.Bituri.dicat doerium æquiparari ſponſalitiæ largitati : ego tamen putarem in pluribus æquiparari donationi propter nuptias,quæ eſt exæquata doti,quoad priuilegia.§.eſt & aliud.de donat. in inſtitu.& vocatur dotalitium.in c.ex parte.de foro compet. & in c. plerumque. de donat.inter virum & vxor.& quamuis in omnibus non conueniant doerium & donatio propter nuptias:quia hoc doerium regitur maximè conſuetudine, & partium conuentione , eſt tamen fauorabile, ſicut donatio propter nuptias. {Nam ſicut dotis repetitio non eſt fauorabilis , & per prouiſionem exequi ſolet,arti.3.infra.ita & doerij repetitio,vt cenſuit Senatus die 3.Martij, anno 1550.etiam contra tertium , qui illud doerium acquiſierat do. Molineo pro vidua poſtulante , & Boucherat pro appellante,& de tertia parte bonorum vidi factam prouiſionem anno 1386.die 21. Iulij,pro vidua Euſtachij de Maulin contra fratres & hæredes d.de Maulin.}

Doerium quid & an donationi propter nuptias comparetur.

2 Nempe doerium eo eſſe inuentum in hac patria arbitror : nam cùm mulier dat bona mobilia in dotem marito,ea conſumere maritus poteſt durante matrimonio:ideo eo mortuo mulier nullam haberet dotem:vnde conſuetudo inuenit, quòd mulier habeat dimidiam partem bonorum mariti pro doerio conſuetudinario , quæ erit proprium patrimonium filiis illius matrimonij:interdum maritus conſtituit ſuper bonis ſuis centum libras vxori pro doerio:ſi ipſe præmoriatur,illam poſteà ſummam vxor habebit pro doerio conſtituto:& in hoc oon requiritur æqualitas,ſicut in donatione propter nuptias.authen.æqualitas.C.de pact.conuentis.

Doeriũ cur inuentum.

3 † Et quamuis Igneus in repet.l.donationes.in princ. C. de donat.dicat donationem propter nuptias non poſſe inter Regem & Reginam conſiſtere, tamen loquitur contra illum text. quem interpretatur generaliter loquentem,& contra text.in §.illud.& §.nouimus.in authent.quib.mod. filij effician.legit.colla.6.& ne Rex ſit deterioris conditionis,quàm alij , & quia à iure non inuenitur prohibitum. {Et quando Rex concedit Reginę aliquod caſtrum donatione propter nuptias,& pro doerio , eo mortuo poterit filius durante vſu Reginæ ibidem iure regio inter tranſeundum habitare , & vt vulgus dicit *auoir le giſte audict chaſteau*. ita iudicauit Senatus , vt refert Aufrer.in ſtilo prola.areſto 285.domina regina.}

Donatio propter nuptias poteſt inter Regẽ & Reginã eſſe, contra Igneum.

4 † Et in iſtis fuit à Senatu limitata conſuetudo, diſponens donationem cum retentione non valere:& vt dicunt,*donner & retenir ne vault* , ſpeciale in contractu matrimonij. ita fuit pronunciatum die 24.Martij anno 1521.& in parua camera deciſum pro domino Emũdo fouqueſques, & de Laual ſua vxore,contra d.Philippum de ſaze.

Dõner & retenir matrimonij cauſſa ualet. Areſtum.

5 † In dono tamen Regis mulier non habet dotalitium , vt in regiſtris curię patet , & in hoc doario fit prouiſio , vt hìc , & in ſtylo parlamenti , in prima parte rubr. de prouiſio. & de hoc doerio ſcribit Chaſſa. in conſue. Burgund. in rubr. *des droicts apartenans à gens mariez*. artic.6. gloſ.*eſt douee*.

6 Item ſi hæredes mariti condemnati fuerint ad reſtitutionem rerum doerij,tunc fiet executio in eos per prouiſionem:ſed diuerſum eſt in extraneum poſſeſſorem : vt iudicauit ſenatus anno 1530.die 28.Nouembris teſte Imber. in inſti.forenſ. libr.1.§. præterea. vbi dicit comprehendi eas ſententias,quæ ex actione in perſonam profectæ ſunt:ſecus ſi iuſſus fuerit reſtituere rem:vt cenſuit Senatus anno 1529.die 28.Februarij:ibi vide.

In extraneum poſſeſſorem nõ fit prouiſio. Areſtum.

7 Adhæc,ſi ad hoc doerium perſoluendum fuerit obligatus maritus,& pater illius,& quilibet inſolidum ſine diuiſionis beneficio:poterit mortuo marito doerium à patre inſolidum peti,ſine alia bonorum alterius obligati diſcuſſione,ſi perſonali agatur,ſecus ſi hypothecaria.l.2. C. de pignor. & ita iudicauit Senatus pro vidua generalis Pioche coutra electum Pioche patrem, anno 1547.in menſe Martio,relatore d.Senetton conſiliario egregio.{Etiam cùm hic tex.indefinitè lo-

Areſtum.

quatur

quatur,quòd ſententia ſuper doerio erit executoria,ſiue ſit lata ſuper doerio conſtituto,ſiue conſuetudinario,quia indefinita æquipollet vniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de legat.2.c.vt circa.de elect.in 6.& vbi lex non diſtinguit,nec nós. l.de pretio. ff. de public. Et ita viſum eſt Senatui anno 1525. die 23.Ianuarij, inter Ludouicum Fretel.,& Martinum Paillard, & ſuam vxorem, in quo areſto fuit etiam dictum ſententiam executoriam quoad doerium,ſed quoad alia, non.

Præterea anno 1527.die 18.Iulij,pro vidua D.de Genuille habente doerium in dicto loco, fuit dictum cauere teneri ſolum per iuramentum, nec alios fideiuſſores pręſtat,quãuis vſumfructum cenſeretur habere.Vide doct.in l.1.C.de vſufruct.

Item anno 1385.die 4.Iulij,fuit dictum in Senatu pro vidua Henrici de Cozenuille,contra fratres eius de Cozenuille ipſam habituram habitationem pro doerio in inſula regis quam vulgus vocat *Conciergerie,à la charge de ladicte Conciergerie* id eſt, quòd domum regis cuſtodiet ſicut alius bonus paterfam. Vide quæ ſcripſi in l.impenſæ.ff.de verbor.ſignif.)

Et medicaments.

GLOSSA QVARTA.

Alimentorum nomine quando veniant medicinæ.

1 Licet alimentorum nomine medicinæ contineãtur:vt aſſerit Bart.in l. ſi eùm dotem. §.ſinautẽ in ſæuiſsimo.ff.ſoluto matrimonio.& in l.legatis.de aliment.& ciba. leg. & laſ.in l.cùm hi.§.qui tranſigit.de tranſact. & ſic qui tenetur alere , tenetur etiam ad medicinas,intelligite vt declaraui in l.cætera.ff.de verb.ſigni.vbi omnia,quibus vtimur curandi corporis gratia,verbo victus & alimentorum continentur,ſi ergo medicinis non vtatur aliqua regio,vt ruſtici Lemouicen.& Petragor.tunc eis non debentur medicinę legatis alimentis,per illum text.in d.l.cætera.vbi abundantius probaui:tamen iſte text.exprimit gratia vberioris intellectus medicamina,*medicaments*.

Medicaminum appellatione quæ cõtineãtur.

2 Quæro quę medicamentorũ *medicaments*, vel medicaminum appellatione veniant?Reſpondeo,omnia neceſſaria pro curando vulnerato à ſuo vulnere,tàm pro ſoluendo medico,chirurgo, quàm pro ſoluendo famulo,ac pro ſtipendiis mulieris,ſi quam habet, quę illi tempore valetudinis ſeruiat,per l.fina.ibi,iudex computat mercedes medicis præſtitas,cæteraq̃ue impẽdia, quæ in curatione facta ſunt.ff.de his qui deiece.vel effuder.facit tex.in authenti.de manda.princ.§. quod ſi delinquentes.ibi,ex emolumentis eorum ſatisfieri læſis procurabis.colla 3.l.qui venenum.ff.de verborum ſigni.ideo ſolet ad euitandum iſtam dubitationem iudex prouidere ægro in pecunia: vt pote condemnat iudex per modum prouiſionis delinquentem ad 50.aureos,vel centum,pro qualitate perſonæ vulnerati, & quantitate bonorum vulnerantis:& fiet hęc prouiſio etiam ſi medicinis non vtatur vulneratus,quia vulnus curari oportet.

Prouiſio vtilitatem vtriuſque partis reſpicit.

3 † Et hæc prouiſio eſt etiam in fauorem vulnerantis, vt non teneatur poſteà de occiſo. nam ſi idoneum habuerit chirurgum valetudinarius ſanus fiet, ſin minus ei prouideretur, periret, & demum vulnerans de occiſo teneretur,ſaltem teneretur probare , quòd de illo vulnere non periit,quod eſſet difficile.l.item mela.§. & ſi ſeruum.ff.ad legem Aquil. ideo hæc practica eſt æqua & bona tàm in fauorem vnius,quàm alterius:quæ etiã probatur Exo.21.c.ibi,ſi ſurrexerit,& ambulauerit foras proeuſus ſuper baculum ſuum,innocens erit,qui percuſſerit,ita tamen vt operas

Requiſita ad prouiſionẽ faciendam.

4 eius,& impenſas in medicos reſtituat. † Notanda ſunt in hac prouiſione facienda ſequentia,primò oportet quòd conſtet de delicto.l.1.§.item illud.ff.de ſenatuſcon.ſylla.ibi,liquere igitur debet ſcelere interemptum,vel vulneratum,ſeu aliquo modo læſum , aut verberatum : vt ſcripſi plenè in repetitio.l.diuus.ff.de ſenatuſcon.ſylla.

5 Secundò requiritur,quòd conſtet illum,vel illos,qui condemnantur ad prouiſionẽ,delictum commiſiſſe,ſummaria ſaltem cognitione per informationes habita,nec plenam vel aliam probationem extra informationes requirent in hac prouiſione iudices:teſte Imber.in inſtit.foren. lib.3. §.interdum.in gl.quia grauari non debet,nec puniri,qui non deliquit:ſed pœna debet ſuos autores tenere.l.ſancimus.C.de pœnis.

Teſtes ex integro audiũtur ante prouiſionẽ.

6 Tertiò requiritur , quòd interrogatus fuerit delinquens,ſi captus fuerit,vel aliàs præſens , & teſtes reuocati,& repetiti:(vt practicè loquar)*recollez*,nempe in conficiendis informationibus iurare non ſolent teſtes,ideo fidem non facerent.per l.iuriſiurandi. C.de teſtib.glo. in §. ſi duo. de pace tenend. ob id ex integro audiuntur. Si verò delinquens fuerit abſens , ſufficit quòd teſtes ſint repetiti à iudice,& recollati, licet pars non habeatur : quia rei contumacia Dei pręſentia repletur.l.properandum.§. & ſi quidem. C. de iudi.& adiudicatur prouiſio , nonobſtante rei contumacia.

Peti à parte debet prouiſio.

7 Quartò requiritur,quòd illa prouiſio petatur à parte,ſi viuat vulneratus:& tunc poterit eam petere etiam eius procurator,ſeu conſanguineus:ſi verò mortuus fuerit, filij ſeu hęredes illam petere poterunt,vel vidua,vt Io.Milleus docet in ſua praxi criminali.arg.l.4.§.hoc autem.vbi Bar.& alij.ff.de damno infect. Nam fit hęc prouiſio tàm pro curatione vulnerati , quàm etiam pro litis proſequutione:ideo iudex horum rationem habere debet,& ſic hæredibus,vel pupillis defuncti prouiſionem concedit.

Medici vel chirurgi ad

8 Quintò requiritur,quòd ſi iudex ex informationibus pro comperto non habeat, quibus alimentis,medicamentíſue vulneratus egeat,tunc vocet medicum,qui præſente reo,aut legitimè vo-

cato,

cato,vulneris magnitudinem videbit, æſtimabitque quanta pecunia ad curandum æger indigeat, & quanto tẽpore operis carebit caritur úſue erit,& omnia iſta poſteà iudici renũciabit iuramento præſtito.teſte Bar.in l.1.ff.de ventre inſpic.l. Theopompus. de dote prælega. Bar.in l.ſi in rixa. ff.de ſica. & ſi plures habeat chirurgos, vel medicos plures, mittat ſaltem duos : alioquin dicto vnius ſtabitur.§.quod autem.in auth.de non alienan.rebus eccleſiæ.col.2. & regulariter in Francia hæc prouiſio non decernitur , niſi auditis chirurgis aut medicis , vel ſimul.nam medicorum nomine etiam in hoc chirurgi venient.l.1.§.medicos.ff.de variis cognit.

vulneratum mitti debẽt

9 Sextò requiritur,quòd iudex audita medicorum relatione pronunciet,quæ prouiſio fieri debeat:nam parti proſequenti pro modo ſubſtantiæ perſonæ accuſatæ, & æſtimatione iudicis pretium conſtituitur.l.lex Cornelia.§.fi.ff.de iniuriis.l.fi.C.de ordi.cogn.l.fi.ff. de his qui deiecerunt vel effunde.& ſuprà dixi.

Quãta prouiſio aſsignanda ſit.

10 Septimò,quòd ſi plures rei ſint, quòd quilibet illorum inſolidum condemnetur , nam vbicunque plures commiſerunt delictum quilibet inſolidum tenetur.l.ſi familia.ff.de iuri.om. iud.l. item mela.§.ſed & ſi ſeruũ.ad legẽ Aqui.l.ſi multi.de publica.& hi ſic cõdemnati poſſunt cogi tã per bonorũ venditionẽ,quàm perſonæ præhenſionẽ,nec accuſati à carceribus ſunt relaxãdi,antequam huic prouiſioni ſatisfecerint.c.peſsimũ.23.q.vlt.gl.in c.ex parte.de ver.ſig.dixi in tract.de ſenten.executor.arti.15.& ideo executio fieri in vnum inſolidum poteſt:& illo ſoluente alij liberantur,tenentur tamẽ poſteà pro rata ſatisfacere ſoluenti.doct.in d. l. ſi familia, vide tamen quæ dixi in l.aliud eſt fraus.§.fi.ff.de verb.ſig.vbi plura de mulcta ſcripſi:ſi verò fuerint tres ſimpliciter vel plures condemnati ad centum aureos pro prouiſione : tunc quilibet pro parte virili cenſetur condemnatus,nec vnus pro alio tenebitur.per l.Paulus.ff.de re iud.l.legatorum.ff.de lega.2. docet Boer.in deci.Burdeg.q.510.ſi plures.aliâs iudices fruſtra dicerent cõdemnamus quemlibet in ſolidum : quod tamen ſolent facere,ne pro parte tantùm teneantur.l.1.C.ſi plures vna ſententia condem.ſunt. Bar. in l. cancellauerat. de his quæ in teſtam. delent. quod verum dicit Boer. quando prouiſio non venit ex delicto. ibi vide multa per eum allegata.

Quilibet delinquentium inſolidum prouiſionem ſoluere tenetur.

11 Octauò ſolet iudex in prouiſione dicere,dummodo ille,cui fuerit prouiſio adiudicata,ſatiſdet pro dicto pretio reſtituendo, ſi in extitu litis ita fieri debere dictum fuerit:& hæc ſatiſdatio præſtatur ob calumniã euitandam per l.3.§.emancipatus.ff.de coll.bono.l.ſed & ſi 15.§.an autem. de Carbo.edict.l.1.C.illo tit.quid ſi vulneratus ſit pauper, & non inueniat cautionem, ſuo tunc iuramento ſtabitur. vt in rub.ff.qui ſatiſd.cogant.vbi hoc Iaſ. aſſerit : quæ prouiſio repeti poterit, ſi in fine appareat iſtum vulneratum aggreſſorem fuiſſe, & prouocaſſe vulnerantem:alioqui fruſtra ſatiſdatio præſtaretur : & aliàs calumniandi materia pauperi præberetur : fortè pauper prouocare poſſet diuitem ad eum verberandum , vt interim eum aleret:ob id ſi aliqua calumnia appareat repetitur,alioqui non.l.1.§.intereſſe.ff.ſi mulier ventr.no.l.fi.C. de Carb.edi.& fuſius in filio ſuperius dixi.

Satiſdatio requiritur in prouiſione,& an iuratoria ſufficiat.

12 Nonò is cui fuit adiudicata prouiſio non tenetur procedere in cauſſa, antequã ſit ei ſoluta prouiſio:niſi iudex cognouerit cõdẽnatũ fuiſſe in euidẽti calũnia:quia pars poteſt facere exequi hãc prouiſionẽ,poſtquã eſt executoria:& imputetur ei,ſi hoc nõ faciat,quia ſi per eũ ſtat, illi eſt imputãdũ.l.in iure.ff.de re.iur.ſic pronũciauit Senatus Burdeg.vt aſſerit Boer.in deciſio.Burde.q. 326. & quo ad ſecundã.& ſic nõ obſtat ordi.reg.rub.*des cauſes poſſeſſoires*.art.12. vbi nõ poteſt pars proſequi petitoriũ in cauſſa beneficiali,niſi ex integro ſatiſfecerit ſentẽtiæ latę ſuper poſſeſſorio, quia illa ordinatio loquitur in eo qui ſuccubuit in poſſeſſorio,nã denegatur ei audiẽtia, donec fecerit iudicatũ,ſed ſi is qui obtinuit,nõ vult vt ſibi ſatisfiat,ad hoc,vt pars nũquã agat petitorio, tũc habet locũ d.Boerij.deciſ.alioqui in poteſtate eius,qui obtinuiſſet,eſſet prohibere agi petitorio.quod non eſt dicendũ:malitiis enim eſt obuiandũ.l.in fundo.ff.de rei vend.dicam in d.art.12.

Procedere in principali quando vulneratus teneatur poſt prouiſionem.

13 Decimò ſolet iudex regius ad hanc prouiſionem condemnare etiam clericum reum,& ſententiam prouiſionis in illum executioni mandare, antequam eum remittat ad ſuum iudicem : vt cenſuit Senatus anno 1533.in menſe Decembris:quod dicunt veterum practici, quando ex informationibus apparet ſaltem ſummariè delinquẽtem cõmiſiſſe delictum ſine alia probatione:ſecus ſi alia requireretur probatio:tunc iudex ſecularis clericum ad ſuum officialem remittet,nulla facta prouiſione,nec tunc debet iudex laicus repetere teſtes contra clericum, nec ex integro illos audire,nec prouiſionem decernere:quando clericus petit ad ſuum iudicem remitti:alioqui cognitionem contra clericum ſumeret.quod prohibent iura.in c.at ſi clerici.& c. ſi diligenti.de iudic. & ſic iudicauit Senatus decuria Tholenſis quam Tornellam vocant,anno 1543.die 9.Iulij.

Clericus an teneatur ad prouiſionẽ antequã ad ſuũ iudicem remittatur.
Areſtum.
Areſtum.

Au moyen des appellations qui ſont interiectees ſouuentesfoys aduient.

GLOSSA QVINTA.

SAepius contingit vt proceſſus ſuper principali tàm breui poſsit decidi, quàm proceſſus prouiſionum,& hoc propter tàm frequentes appellationes,quæ interponi ſolebant: ideo ſtatuitur,vt ſequitur.

Si tamen in aliquo caſu hoc non eueniat,non ceſſabit proptereà huius tex.diſpoſitio:quia hoc eſt cauſſa impulſiua,qua ceſſante,non ceſſat diſpoſitum.l.1.§.ſexum.ff. de poſtul.gl. ſing.in l.2.in fi.ff.de donat.ſecus ſi cauſſa finalis eſſet,quia ea ceſſante ceſſat lex.tex.in l.quod dictũ. ff.de pactis.tex.in ca.cũ ceſſante.de appel.& ibi docto.& quia hîc dicit ſæpius euenire,nõ ſemper.

Cauſſa impulſiua ceſſante non ceſſat lex.

Que le proces principal eſt auſſi toſt preſt à iuger que les prouiſions.

GLOSSA SEXTA.

Principalis proceſſus quis dicatur.

HIc poteſt dici principalis proceſſus, qui ad hoc eſt expreſsè motus, & prius: vt not. Bal. in l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſtit. & iure. vel principalis reſpectu principij, qui à principio fuit motus. Barto. in l.ambitioſa.col.4.nu.19.ff.de decret. ab ordi. faciend. nempe ſi filius petat hæreditatem patris, & poſteà litem videat differri, petit prouiſionem: proceſſus ergo principalis eſt ſuper hæreditate, ſuper prouiſione incidenter, & ſic de ſimilibus, & de his incidentibus ſcripſi in repe.l. quod iuſsit.in gl. vlt.ff.de re iudic.& in l.probrum.ff.de verborum ſignificatione.

Vel principalis eſt, qui totam cauſſam tangit. Dec. in l.cùm principalis.ff.de reg.iur.ego dico principalem proceſſum præcipuum hìc dici: vt ſcripſi in l.familiæ.ff.de verb.ſignifi.

Summaria ſaltem cognitio in prouiſione requiritur. Prouiſio nõ fit quando principale diffiniri poteſt ſtatim.

Et ſic vult dicere iſte text. quòd præiudicia & incidentes quæſtiones, vt eſt prouiſio, debent prius iudicari, quàm proceſſus principalis.l.1.& per totũ.C.de ord.iud. vbi Bar.& alij doct.in c. tuam.de ordi.cog.tamen nunquam prouiſio fieri debet, niſi aliquali ſummaria cognitione præcedente.c.1.& 2.in 8.q.2.& hoc expreſsim docet Aegidius Bellamera deciſ.85.ſi executor.& ſuperius dixi.videte perdocto.in l.ſi quis nec cauſſam.ff.ſi cer.pet.notandum tamen eſſe cenſeo, quòd ſi proceſſus principalis poſsit incontinenti diffiniri: tunc ceſſabunt iſtæ prouiſiones, quæ pendente lite fiunt, per tex.in l.ſi is à quo.ff.vt in poſſeſsio.lega.

Dont viennent pluſieurs inconuenients, par ce qu'aucunesfoys ceulx à qui ſont faictes les prouiſions en default d'eſtre alimentez & penſez.

GLOSSA SEPTIMA.

Incõuenientia quando non fit prouiſio.

1 ISta ratio reſpicit alimenta, & medicamina, ob defectum quorum vulnerati in graues incidunt infirmitates, & quandoque moriuntur: ideo ſtatuitur hìc, vt fiat prouiſio ſtatim.& ſic eſt primum inconueniens, quòd grauis interueniat infirmitas, & quando cenſeatur mortuus ex illo vulnere, ſcripſi plenè in interpretatione l. diuus, ff.de ſenatuſ.ſylla.& Boer.in deciſ.Burdega.q.323.vulnus.

2 Secundum quod fame moriuntur, vel mori poſſent, ſi non fieret prouiſio.arg.l.ſi longius.in fi.ff.de iudic.ibi, futurum ſit vt impunè fraudem patiantur, & egeſtate Romę laborent viaticulo ſuo non recepto.

3 Tertium eſt quòd licet non moriantur, tamen multa patiuntur, quæ non paterentur, ſi illis prouiſum eſſet de alimentis.argu.l.ſi cùm dotem.§.ſinautem in ſæuiſsimo.ff.ſolu.matr.l.1. & per totum.ff.vbi pupil.educa.debeat.

4 Quartum quòd non valentes proſequi cauſſam principalem, modico dato cedere coguntur. l.cum hi.ff.de tranſact.& hoc etiam probatur hìc.

5 Quintum quòd delicta non puniuntur: quia nullus delictum proſequitur, poſtquàm pars compoſuit cum delinquente, puniri tamen delicta intereſt reipu.per l. ita vulneratus.ff. ad legem Aquil.& c.vt fame.de ſenten.excom.

6 Sextum quando ſtatim non fit prouiſio, delinquentes audaciores redduntur ad delinquendum, & ad alia delicta perpetrandum: quod iura non permittunt, imò facultatem delinquendi tollunt.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.l.conuenire.de pact.dotal.& ſi fiat prouiſio, iſta omnia ceſſabunt: ob id iudices eam differre non debent. Vide tex.in l.fi.C.in quibus cauſ.ceſſat longi tempo.præſcrip.

Chéeent en griefues maladies.

GLOSSA OCTAVA.

Grauis morbus quis dicatur.

GRauis morbus dicitur febris continua.l.quæſitum.ff.de re iud.& dicitur grauis, ponderoſa, ſiue quia grauiter nocet, & aliàs vocatur morbus ſonticus: de quo plura ſcripſi in l. morbus.ff.de verb.ſig. & quando dicatur grauis, & quis, relinquitur arbitrio medicorum iudice requirente, quibus in eorum arte credendum eſt.l.ſemel.C.de re mili. libr. 12.l.ſi chorus.§.1.ff.de lega.3.quicquid igitur in d.l.morbus, diximus, huc erit transferendum: & iſta materia plena dote gaudebit.

Auons ordonné, que eſdictes prouiſions d'aliments, douaires, & medicaments.

GLOSSA NONA.

Requiſita antequam prouiſio exequatur.

1 EX hoc text.habes requiſita, antequam prouiſio facta exequatur.

Primò quòd agatur ſuper alimentis, doerio, medicaminibus: hoc probat hic tex.dicens, *eſdictes prouiſiõs douaires:* ergo ſuper aliis rebus nõ habebit locũ hic tex. quamuis de cõſuetudine etiam prouiſio fieri poſsit in aliis caſibus, quos ſuprà in pręf.a.cõgeſsi,

&

& vbicunque iudicem mouerit æquitas fieri.arg.l. vbicunque. ff. de interrog.actio. ſed non per iſtum tex.ſed de iuris,& conſuetudinis,ac ſtylorũ authoritate,ac per ordinatio. ſequẽtes,& alias.

2 Secundò,quòd prouiſio ſit data,ibi *dõnées par ſentence de iuge.* idest prolata & melius:quia ſententia à iudice proferri dicitur.rub.C.de ſenten.quæ ſine certa quant.proferuntur.& de ſenten. quæ pro eo quod intereſt proferuntur.vbi ſcripſi. & in l.pronunciatum.ff.de verb.ſig.facit text. in l.prolatam. C.de ſenten.& interlocu.om.iudic. ſed Gallicus loquendi modus hoc habet, *données*, vt dicunt quidam:quia ſententiæ à iudicibus dari debent, & non vendi.l.1. & per totum.C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit.facit l.1.ff. de calumnia.capit.non licet.11. q. 3. ſed tenete vt dixi, quod prouiſio debet eſſe dicta & pronunciata à iudice : quia iuris ſeu ordinationis authoritate non ſit.

Prouiſionalis ſententia arbitrorum executoria non eſt.

3 Tertio,à iudice debet dici hæc prouiſio, & ſic excludit arbitros, qui iudices regulariter non dicuntur,quia nomine differunt.& ſic re.l.à nullo.C.de ſet.rub.ff.& C.de recep.arbi.nec habent arbitri iuriſdictionem,ſed notionem.l.ait prætor.ff.de re iudic.ſcripſi in l.notionem. ff. de verb. ſig.& ſic prouiſionem dicere non poſſunt.

4 Quartò,quòd illa ſententia ſit prouiſionalis,alioqui ſi ſimpliciter lata ſit,vix exequetur, vt hoc in text.*les dictes prouiſions données:* quia dum aliqua requiritur qualitas, oportet quòd illa inſit : vt pulchrè ſcribit Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de noui oper. nuncia.quod ex ſententiæ inſpectione probabitur vt doct.not.in ſimili in l.penul.ff.de teſta.milit.

Prouiſio lata à iudicibus eccleſiaſticis & dominorum non eſt exequenda.

5 Quintò requiritur,quòd illa ſententia fuerit lata per iudicem regium ibi,*de Iuge Royal.* quod tamen ampliatur per arti.ſequentem,vt etiam ſi non à iudicibus regiis prolata ſit,executioni dari debeat vſque ad viginti libras Pariſien.quæ valent vigintiquinque Turonen.vt ſtatim dicetur,& ſic non exequetur per hunc artic.ſi lata fuerit à iudicibus dominorum : quia hic articulus ipſis ſuum denegat auxilium,iudicibus verò regiis impartitur.gl.in l.ſiue apud. C. de tranſact. neque etiam ſi fuerit prolata à iudicibus eccleſiaſticis,quia expreſsit de iudicibus regiis,ergo de aliis negare videtur.l.cùm prętor.ff.de iudic.& c.nõne de pręſumptio.ſed ſi non exequatur per iſtam ordinationem, tamen de iure vel ſtylo curiarum eccleſiaſticarum exequi poterit. & ita ſeruatur in caſibus in quibus non recipitur appellatio de iure.

Sententia quæ nulla eſt,non eſt exequenda.

6 Sextò,quòd illa ſententia valeat:nempe ſententia nulla exequenda non eſt.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudic. quia ſententia nulla non poteſt dici ſententia,igitur non exequetur. Nam ſi metu lata eſſet, vel ſine aliqua probatione,tunc nulla eſſet.docto.in l.non minorem. C.de tranſact.etiam ſuperius ſcripſi.

Sententia nulla exequi ſolet ſi non ſit notoria nullitas.

7 Quandiu tamen pendet proceſſus ſuper nullitate,ſi non ſit notaria,exequi ſententia ſolet:vt vidi in forenſ.iudicio ſeruari. aliâs quilibet poſſet dicere prouiſionem nullam : vt executionem tolleret,& ſic faueretur calumniis hominum,quibus iura maximè obuiant.d.l.in fundo.ff.de rei vendicatione.c.ſedes.de reſcriptis. Hippo.ſing.77.maliciis.&c.& de his quę non ſunt,& non apparent,idem eſt iudicium.in l.duo ſunt.ff.de teſta.tutel.

Prouiſions données par ſentences de Iuge Royal.

GLOSSA DECIMA.

ISta qualitas, videlicet, quòd is, qui prouiſionem protulit, ſit Iudex regius, requiritur quòd probetur.l.in delictis. §. ſi detracta.ff. de noxa.actio. & antequam ſententia prouiſionalis mandetur executioni:& qui dicit ſententiam talem,oportet quòd probet.l. non ignorat.C.qui accuſare non poſſunt:ideo iudex in ſententia hoc debet exprimere : vt tollatur omnis calumniandi materia,nos talis iudex regius &c.& in hoc, quia eſt in loco notorium,ei creditur:& hoc ſolent iudices exprimere ſeu actuarij ſeu grapherij.

Seront executées,nonobſtant oppoſitions ou appellations.

GLOSSA VNDECIMA.

Opponere quis prius quàm appellare debet.

ET ſic patet quod in aliqua executione quis primò ſe opponere debet,quàm appellare: & ſi non recipiatur oppoſitio,appellare poterit:vt ſcripſi in tracta. de liter.obliga.art.11. & tamen nun obſtante ſua appellatione ſentẽtia prouiſionalis iure executioni dabitur. Item quamuis tex.alternatiuè dicat,*ou appellations:* idem tamen erit,ſi pars oppoſuerit, ſimul & appellauerit.nã adhuc ſententia prouiſionalis executoria erit:ſiue ſeparatim oppoſuerit, ſiue appellauerit,ſiue coniunctim vtrumque emiſerit,per l.certi condiтio.§.quoniam.ff.ſi certum pet.quia ſæpe compertum eſt,vt coniuncta pro diſiunctis, & diſiuncta pro coniunctis accipiantur.in l.ſæpe.ff.de verb.ſignifi.vbi abundè ſcripſi. Si autem pars à ſententia prouiſionali appellauerit, ab executore exequente : ſolet apparitor deſiſtere ab executione, donec petitor ſupplicationem iudici à quo porrexerit, in qua ſententiam, & illius executionem, ac partis appellationem narrabit, concludens & petens à iudice, vt illam non obſtante appellatione executoriam pronunciet:quod faciet iudex vocato appellante : & poſt iſtam ſententiam declaratoriam,etiam ſi pars iterum appellet primę appellationi adhærendo,fiet tamen executio:& ita ſeruatur.

Praxis poſt appellationem petitori ſeruanda.

Limitatur,quando quis appellaret ab illa ſententia prouiſionali tanquã lata à iudice incompetente,tunc non fiet executio,ſi in principio cauſſæ incompetentiam alleget.gl.ſing.in cle.vna.in fi.de ſequeſtra.poſſeſsio.& fruct. plenè ſcripſi in tractat.de ſenten.executo.art.3.vbi abundè ſcripſi, vide ibi quomodo intelligi debeat, & alios caſus.

{ Notandum eſt quòd iſta clauſula reſpicit regem,ſcilicet,dicere,non obſtantibus oppoſitionibus & appel.nam iſta tollere ſunt meri imperij maximi, vt per doct.in l.imperium.ff.de iuriſ. om. iud. iudices tamen regij ſupremi cum ordinatio hoc permittit, & in illis caſibus poſsit vti hac clauſula,non obſtant.oppoſitionibus & appellationibus, alius verò iudex non,vt cenſuit Senatus anno 1515.die 14.Maij,vel anno 1514.die 18.maij.}

Et ſans preiudice d'icelles.

GLOSSA DVODECIMA.

Sententia prouiſionalis quando exequi poſſit poſt appellationē, & ſine eius præiudicio.

1 INtellige quòd dicta prouiſionalis ſententia non obſtantibus oppoſitionibus executioni mittatur:& is,qui eſt ſic condemnatus ad decem aureos,vel ad aliam ſummam cogetur eam præcisè tradere:qua tradita proſequetur, ſi velit,appellationē:ideo dicit iſte text. *ſans preiudice d'icelles.* Nã pars,quæ recepit prouiſionem, nõ poterit allegare, quod altera pars,quæ poſt appellationem ſoluit, videatur acquieuiſſe ſententiæ:ſicut in alia materia,is qui coram iudice appellationis compareт,videtur renunciare ſuæ appellationi.c.ſi à iudice.de appella.in 6.& ibi glo.& doct.Nam regulariter appellatio ſuſpendit iudicatum.l.ad ſolutionem.C.de re iudic.c.venientes de iureiuran.& ſic non debet in hoc in aliquo præiudicari parti condemnatæ,quominus facta ſolutione eius condemnationis ad proſequendam appellationem huius legis regiæ authoritate proſequatur.

2 Et quia hic non prohibetur deuolutio ad ſuperiorem, ideo recipitur,aliàs prohibita appellatione effectus appellationis tam deuolutionis,quàm ſuſpenſionis, cenſetur prohibitus. teſte Panor.in c.ad reprimendum.de offic.ordi.refert.Dec in rub.de appella. in 2.q.nu.7. alibi in tracta. de appella.ſuper ordi.ſcripſi.in 3.tomo.

Concludere quando appellans, & an litem conteſtari debeat, & quid ſit concludere.

3 Et ſic habes,quòd ille,qui appellauit tenetur in cauſſa appellationis cõcludere,etiam ſi fuerit proceſſus in ſcriptis:quia hic non præiudicatur appellationi quoad deuolutionem:& natura appellationis in hoc regno eſt,vt appellans concludat malè iudicatum à primo iudice:& appellatus ſiue intimatus contrariũ concludat:& ex illo tempore emenda Regi acquiritur per ordinationes.

Et procurator etiam tenetur ſic concludere,vt ſcribitur in ordi.reg.art.23.in rub.*des procureurs.* & in ordi.curiæ.27.artic.15.

4 Et concludere in cauſſa appellationis,eſt litem conteſtari:vt dicit Soc.in c.vno.col.vlti.de litis conteſta.& ſic ſoluta eſt doctorum difficultats,an debeat lis conteſtari in cauſſa appellationis, quam mouet Bald.in rub.de appella.col.pen.in decret.vbi decidit in ſummariis,& quãdo eſt appellatũ ante litem cõteſtatam in cauſſa appellationis,litẽ non eſſe neceſſe conteſtari:ſed nos Galli in omnibus appellationibus ſemper tàm ſummariis,quàm aliis etiam ſi emiſſa ſit appellatio ante litem conteſtatam,hanc concluſionem facere ſolemus,concludo malè fuiſſe iudicatum,& bene appellatum,& maximè in parlamentis, quam pro litis conteſtatione habemus : & fundatur hæc praxis in l.eos.C.de appella.vbi appellans concludere ſemper debet,dicendo malè iudicatum, & iudex ſic pronunciare,verumenimuero qui experientiam cauſſarum non habent, hanc concluſionem ignorant:extat tamen regula,quòd in cauſſa appellationis concludere debet appellans,& appellatus, ſeu intimatus maxime in parlamenti curia, in qua apud actuarium, quem vocamus ſcribam, vtraque pars concludere debet in proceſſu in ſcriptis.

5 Primò reſtringitur, quando proceſſus in audientia decidi poſſet : tunc non fit concluſio in ſcriptis:quia fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt, ſed aduocatus dicit , concludo &c.poſtquàm verbo recitauerit factum, & grauamina coram præſide, & conſiliariis:& quia hoc omnibus eſt obuium,non probo.

6 Secundò limitatur, quando pars vellet aliquam requirere prouiſionem , vel ſupplicationem facere, quæ non poſſet concludendo in ſcriptis fieri, tunc non tenetur apud actuarium vel graphiarium concludere in proceſſu in ſcriptis:quia concludendo apud ſcribam,non poſſet obtinere id,quod petit,ob id ab alio peti debet:& ita vidi ſeruari.

7 Tertio non procedit,quando deſerta eſſet appellatio : nam tunc prima ſententia eſt confirmatoria,igitur concluſio ſuperuacanea eſſet:quia appellatio deſerta non eſt proſequenda.c.cùm ſit Romana.& c.duobus.de appela.vbi plenè docto.& cauſſam finitam inſtaurati nulla ratio permittit.l.poſtquam.C.de pact.vnde non tenetur tunc pars, vel eius procurator concludere : &ſi appellans velit,tamen appellatus ſeu intimatus hoc caſu non compellitur:ſed in magna camera de hoc diſputabitur.

8 Quartò,cùm pars appellationi renũciaſſet,vel renunciare parata eſſet,ſeu ſententię acquieſcere,tunc etiam concludere non tenebitur.l.ſi reus paratus.ff.de procura.

9 Quintò,quando appellatio non eſſet recipienda,vel ad fines non recipiendi competeret exceptio:fines enim non recipiendi poſt concluſionem deduci non poſſunt,niſi ſpecialiter in concluſione reſeruentur : ideo pars non concludit, niſi prius ſuper exceptione pronunciatum fuerit, ad quod faciendũ debent eſſe cauti procuratores. nam.ſicut exceptio dilatoria poſt conteſtationem

tionem non recipitur.c.exceptionem. de exceptio. nec pôſt concluſionem in cauſſa appellationis:vt plenè ſcripſi in tract.de exceptio.

10 Sextò,quando appellatus ſeu intimatus nollet fructus liquidos reſtituere,nec cautionem ſuper non liquidis præſtare : tunc concludere non tenetur appellans in ſcriptis, ſed in magna camera hoc petitur:vt fuit decifum in hoc Senatu anno 1517. die penult.Iulij { inter fratrem Dionyſium de Hallot religioſum ordinis ſancti Benedicti appellantem,& Philippum le Begue intimatum. } facit quòd ſcribit Soci.in d.cap.vno.q.38.de litis conteſtatione.

11 Septimò,quando grauamen eſſet euidens:vt dicunt practici,nempe in his caſibus non cogitur pars,nec eius procurator concludere in cauſſa appellationis, etiam in proceſſu in ſcriptis : in vltimo tamen vidi ſeruari contrarium,& appellantem còncludere ſolere:& nota hos caſus, quos in practica didici,& nunquam alibi legi.

12 Notandum eſt in praxi,quòd in his caſibus , quando fit præceptum parti ſeu eius procuratori,vt concludat,ſolet reſpondere ſe eſſe paratum in iudicio concludere : & tunc pars proſequi audientiam in magna camera debet,quam conſequi tàm difficile eſt,quàm(vt adagio dicitur)ire per extentum funem:quod non eſſet ,ſi iuxta præſentationes partium cauſſæ expedirentur : nec alio ordine ſeu rotulo opus eſſet,quàm illum ordinem per actuariũ præſentationũ factũ ſeruare.

Praxis quādo quis non vult concludere.

Françoys artic. X C I. *des publiées* 1539.

Que les ſentences de prouiſion d'aliments & medicaments, données par les Iuges ſubalternes,iuſques à la ſomme de vingt liures pariſ.ſeront executees nonobſtant l'appel, & ſans preiudice d'iceluy, en baillant caution, comme des Iuges Royaulx.

Articulus ſecundus.

GLOSSA PRIMA.

1 IN ſuperiori proximo artic.dictum fuerat,ſententiam prouiſionalem à iudicibus Regiis dictam eſſe executoriam ſuper alimentis, & medicaminibus : hîc ampliat etiam ſi ſententia lata ſit à iudicibus inferioribus,quos ſubalternos vocat , ſiue ſint iudices regij, ſiue non:vt ſtatim dicam.

In his cauſsis medicaminum & alimentorum hoc ſtatuit in priuilegium & fauorem, qui iſtis tribuitur:vt inferius dicetur. Cùm ergo loquatur in alimentis & medicaminibus, non habet locum in aliis:quia priuilegium datum vni,non extenditur ad aliud, niſi à lege extendatur.authen. habita.& ibi dixi. C.ne filius pro patre.

Sententia alimentorũ & medicaminum eſt exequenda, ſiue ſimul, ſiue ſeparatim lata ſit.

2 Sed quidam hunc intelligunt articulum in iudicibus tantùm regiis ſubalternis : quia Iudicum Regiorum quidam ſunt maiores habentes iuriſdictionem proximam ad Senatum , & ab illis immediatè ad curiam appellatur:& de his loquitur præcedens articulus , & l. ab executore.ff. de appel.quidam verò ſunt iudices regij minores,vt præpoſiti, & alij, à quibus appellatur ad ſeneſcallum,vel ad bailliuum:de quibus vult hîc loqui,& non de aliis iudicibus dominorum , ſecundum quoſdam.

Iudicum regiorũ quidā maiores,quidā minores.

3 Ego verò teneo debere intelligi etiam de aliis iudicibus quàm regiis : tùm quia hæc materia eſt fauorabilis,& iuri conſona,& ſic amplianda:tùm quia hic text. indefinitè loquitur:quæ indefinita æquipollet vniuerſali.l.ſi pluribus.ff. de legat.2.c.vt circa.de electio.in 6. & tantum eſt dicere *par les Iuges ſubalternes*,ac ſi omnes dixiſſet iudices:& ſic ſentẽtia prouiſionalis data à iudicibus regiis ſubalternis,vel aliorum dominorum exequetur per hunc text.ibi,*comme des Iuges Royaulx*, vult dicere exequendam prouiſionem illorum iudicum,ac ſi eſſent iudices regij:illa enim dictio, *comme*,ſignificat tanquam,velut,quæ dictiones denotant improprietatem,teſte Bar.& aliis,in l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.dixi in tractat. meo de fictio.& ſi hîc tantùm de regiis iudicibus intelligere voluiſſet, dixiſſet, per c. audientiam.de decimis. *comme des aultres iuges Royaulx*. & in princi.etiã dixiſſet *par nos iuges ſubalternes*:quod omiſit,vt de omnibus intelligatur,ſiue regiis,ſiue aliis:& hoc videtur etiam docere verbum *cõme des iuges Royaulx* : nam ſi voluiſſet omnes eſſe iudices regios,nõ dixiſſet,*comme des iuges Royaulx*.quia ſimile nullũ eidẽ eſt.l.quod Neruа.ff.depoſ.

Sententia prouiſionalis etiam iudicum non regiorũ eſt exequenda.

4 Intellige hoc eſſe verum,quando ille iudex iuriſdictionem ſuam non exceſsiſſet,alioqui non valeret ſententia : vt ſi ad viginti libras condemnaſſet,& non haberet iuriſdictionem niſi ad decem:tunc illa ſententia non eſſet exequenda.§.& iudicare.in authent.de defenſor.ciuita. colla.3. l.ſi idem.ff.de iuriſdictio.om.iudic.vbi docto.

Idem iuris putarem, ſi ille iudex , qui iſtam prouiſionalem ſententiam dixit , non erat iudex competens:tunc ſententia iſta etiam prouiſionalis lata à non iudice competente, non valebit.l.1. & per totum.C.ſi non à compe. indi.iudica. fuerit.quia conditor in dubio non videtur duo induxiſſe ſpecialia.l.1.C.de dotis promiſ.Bar.in d.l.ſi is qui.ff.de vſucapio. & ſtatuiſſet , ſi voluiſſet non obſtante incompetentia iudicis:vt in rub.de chirogra.recog.arti.1.vbi ſcripſi.

5 Item prouiſio fieri ſolet etiam in alimentis præteritis , nec dicuntur præterita reſpectu petitionis:& ratio diuerſa datur in tranſactione & prouiſione : quia tranſactio ex voluntate partium fit,quæ bene ſcinit an alimenta præterita debeantur:prouiſio verò fit per ſententiam iudicis ſine partium conſenſu : igitur non eſt mirum, ſi etiam prouiſio fieri debeat ſuper præteritis : & quia

Prouiſio in alimentis præteritis an fiat.

quis tenetur à tempore moræ ad fructus, & ſic ad prouiſionem.l.cùm fundus.vbi doc.de rebus cred.ff.& patre mortuo non fuit qui aleret filios,& ſi inuentus fuerit aliquis,qui hoc fecerit:ipſe valet repetere expenſas, quas expoſuit in alendo eos:nec præſumitur eas donaſſe.l.cùm de indebito.ff.de proba.ideo prouiſio fieri debet:& quamuis non receperint quicquam de præterito pro alimentis,tamē non præſumūtur quòd vēto vixerint.l.fi.C.de alimen.pupillo præſtan.vnde coguntur reſtituere quæ mutuo acceperunt,ad ſe alendum:igitur prouiſio iure fieri illis etiam pro *Areſtum.* præterito tempore debet:& ſic fuit iudicatum in hoc ſenatu anno 1522.die 16.Decembris.

Par les Iuges ſubalternes.

GLOSSA SECVNDA.

Subalternus iudex quis dicatur.

SVbalternus iudex dicitur, qui eſt ſub altero, & ſic dicitur ſecundarius iudex, ſeu municipalis, à quo appellatur ad alterum antequàm ad ſenatum appelletur, dictus quaſi ſub altero : & in hoc ampliat articulum præcedentem , requirentem ſententiam eſſe latam debere à iudice regio:hìc ſufficit, quòd ſit lata etiam ab inferiore iudice,& non regio,ſed dominorum,& hoc vſque ad viginti libras Pariſ.in his duobus tantùm caſibus alimentorum videlicet,& medicaminum:in aliis verò in ſuis terminis remanebit arti.præcedens & ſequens:videlicet vt ſi non ſit lata à iudice regio,& ſuperiore, obſtantibus appellationibus,vel oppoſitionibus non mandabitur executioni.

Iuſques à la ſomme.

GLOSSA TERTIA.

Dictio iuſques quid ſignificet.

ISta dictio *iuſques*,hìc ſignificat vſque,& incluſiuè capitur:& tunc regulariter, quando incluſio non eſt contra legem.per tex. in l.fin.ff.de ſenatorib.vel quando oratio affirmatiua præcedit : vt iudex cognoſcat vſque ad trecentos aureos , de trecentis aureis cognoſcet.§.& iudicare. in authen.de defenſorib ciuita. colla. 3. ſecus ſi oratio ſit negatiua,vt non cognoſcat vſque ad viginti aureos , de viginti aureis cognoſcere non poterit.l. ſi oleum.§.fi.cum l.ſeq.ff.de dolo.at cum hic affirmatiuè loquatur,ſtabit incluſiuè.

Quomodo aliâs hæc dictio vſque,accipiatur:vide plenè per Bartol.in l.patronus.§.1.ff.de leg. 3.Bald.in l.à Caligato.C.de nupt.& conſi.110.in primo vol. & conſil.375.vol.4.& conſi.412.in 5. volu.& in §.& quia.col.7.qui feudum dare poſſunt.& in tractat.ſtatu. in verbo vſque. & Ioan.de Platea.in l.peculiari.de proximis ſacro.ſcrinio.libr.12.C. ac Alexan. & Vincent.in l.1. in princ.ff. ad legem falcidiam. & Chaſſa. in conſue. Burgund. in rubr. *des iuſtices*.§.6.gloſ.*iuſques à ſept ſolz tournoys*, dicam abundè in l. abſentem.ff.de verb.ſigni.

De vingt liures Pariſis.

GLOSSA QVARTA.

Requiſita in hoc articulo.

1 VLtra ergo nō licet,cùm taxatio fiat à lege:ergo &c.c.cui de nō ſacerdotali,de prȩb.in 6.& eo expreſsit libras Pariſiſ.quia ex conſuetudine potius intelligimus de libris Turoren.& ſic requiruntur ſequentia in hoc arti.

2 Primum,quòd ſententia lata fuerit,ibi,*ſentences*,ſentētia non poteſt dici antequam ſit prolata.l.prolatam.C de ſenten.& interlocu.ergo iſte text.non operatur ipſo iure,ſed requiritur ſententia,ibi,*ſentences*.

3 Secundò quòd illa ſententia fuerit prouiſionalis,ibi, *des prouiſions*, & ſic in ſententia requiritur , quod exprimatur *par prouiſion* , alioqui non dicetur prouiſionalis : vt in præcedenti artic. ſcripſi.

4 Tertiò requiritur,quòd ſit lata ſuper alimentis,vel medicaminibus,ibi, *d'aliments & medicaments*,ſecus ergo in aliis,etiam in doerio non habet locum hic artic.quia de his duobus text.tantùm loquitur,ergo alios caſus excludit.l.cùm prætor.ff.de iudic.quamuis articulus præcedens de doerio locutus fuiſſet.

5 Quartò quòd ſit à ſecundariis iudicibus ſubalternis prolata,ibi,*par les iuges ſubalternes*.{Et iure,quia ſi pendente dilatione lata ſit , non valet , nec executioni mandabitur , quia iudicis officium quieſcit pendente dilatione.l.ſiue pars.C.de dila. ſic pronunciauit Senatus anno 1519. die 6.Februarij pro Simone grand Iean coullard,& conſortibus.}

Quintò quòd illi iudices ſint competentes:vt ſuperius dictum extitit.

6 Sextò quòd ſententia non excedat viginti libras Pariſ. quæ vigintiquinque Turonen conſtituūt,ibi,*iuſques à la ſomme de vingt liures pariſis*:ergo ſi vltra non exequeretur:& ſic non eſt differentia ſiue iudex nominauerit in ſententia libras pariſi.vel turonē,dūmodo non excedat,vt hìc.

Vtrum condemnatio uſque ad triginta libras poſsit exequi in uiginti.

7 Quæro,ſi hic iudex decernat prouiſionem alimentorum vſque ad 40.libras eſſe faciendam: an illa ſententia poſsit exequi ſaltem vſque ad viginti libras? per hanc ordinationem videtur quòd non:quia ſententia videtur indiuiſibilis.l.in hoc iudicio.& l.quædam mulier.ff.familiæ erciſcun.Aufre.in deciſio.ſuis.q.215.

Contrarium videtur : tum quia vtile per inutile non debet in diuiduis vitiari.c.vtile.de regu. iur. in 6. & maxime in fauorabilibus, vt hìc, tùm etiam , quia ſi iudex condemnaret ad maiorem ſummam

ſummam, quàm ſe extendat iuriſdictio ſua, valebit ſententia vſque ad illam ſummam, vſque ad quam cognoſcere poterat. teſte Ioan. Andrea in regul. ea quæ fiunt, de regulis iuris. in 6. refert Roma.conſil.66.viſo.& Purpura.in l.ſi idem.§.fin.ff.de iuriſdi.omn. iudic. facit gloſſ. in cap. fi.de pœniten.& remiſsio.in 6.vbi valent illæ indulgentiæ,quas epiſcopus dare poterat,ſi maiores conceſſerit:& emphiteuſis conceſſa vſque ad quartam generationem valet vſque ad tertiã.Bald. in authenti.ſi quas ruinas. C.de ſacroſanct. eccleſ. ſed quòd ſententia in nullo valeat, iudicauit Senatus anno 1520.d.Alligreto pro appellante,& d.Poyeto pro intimato litigantibus:& ratio potiſsima videtur:quia ſi ex vno capitulo ſuit prolata ſententia, non poteſt in aliquo valere, niſi in totum valeat.d.l.in hoc iudicio.diuerſum eſſet,ſi eſſent diuerſa capitula in illa ſententia: vt pote petebat quis decem aureos ex vini venditione, ex frumenti totidem, ex domus locatione idem petebat: iudex condemnauit reum ad ſoluendum petita in libello,in duobus capitulis, quæ non excedunt viginti libras,exequetur in illis ſententia,in alio verò non:quia excedit,& ita concilian- tur iura:& hoc voluit dicere Bar.& alij in l.2.C.de re iudic.Iacob.in l.1.C. ſi aduerſus rem iudic. Sed in iudicio Senatus agebatur de ſententia lata à conſiliariis ſupplicationum in cauſſa reddituum,quæ decem libras excedebat: quamuis pars in decem peteret exequi, non fuit recepta: vt dixi,quia agebatur tantùm de vno capitulo:& ideo ſi non valet in toto,non valebit in parte:quod ſecus eſt in diuerſis capitulis,nam vnum reuci poterit.facit l.ſi qui ſeparatim.de appella.ff. *Areſtum.*

Seront executées,nonobſtant l'appel,& ſans preiudice d'icelluy.

GLOSSA QVINTA.

NIhil de oppoſitione dicit:& ſic videtur, quòd exequi non poterit, ſi aliquis ſe opponat:cum iſte text.hoc non dicat:contrarium tamen teneo, quia hic artic. ad alium refertur præcedentem,quando dicit *comme des iuges royaulx*, videlicet quòd poterit exequi hæc prouiſio à minoribus & ſecundariis iudicibus facta,ac ſi à iudicibus regiis facta eſſet, ſed & à iudicibus regiis lata executioni datur: nonobſtantibus oppoſitionibus: ergo & iſta. *Oppoſitionibus nõ obſtãtibus prouiſio exequenda.*

Item vult maius hic ſcilicet quòd non obſtante appellatione poſsit executioni mandari, ergo & minus,quòd non obſtante oppoſitione,per regu.iuris,cui licet.de reg.iur.in 6.& ita vidi in ſorenſi iudicio ſeruari, quòd non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus iudex exequi ſolet,etiam illam, quæ à iudicibus ſubalternis dicta eſt: quia ſi tollat conſequens, videlicet appellationem,ergo & antecedens,ſcilicet oppoſitionem,per l.ad legatum.ff.de procura.

En baillant caution.

GLOSSA SEXTA.

ID eſt,ſi pars dederit cautionem,gerundium enim in do,denotat conditionem,quando verbo futuri temporis iungitur.l.ſi tu ex parte.iuncta glo.ff.de acquir.hæred. vbi hoc etiam notat Bart.ſed hic iungitur verbo futuri temporis, *ſeront executées en baillant caution*:ergo hic conditionem ſignificabit, hoc verbum *baillant*, quod idem eſt, quod tradendo.vide Iaſ.in rubr.de actio.in inſtitu.& dico ſuſius in artic.1. rub.*des ſentences executoires*.in gloſ.*en baillant*. {Idem ſi dicatur *en rendant*. vt declarauit Senatus in cauſa dom. *d'Arpaiõn* contra alios anno 1525.die 8.Februa.} *Gerundia quid denotent.*

Gerundia enim de ſui natura inducunt formam.Bal,in l.falſus.col.2. C. de fur. & forma nihil aliud eſt,quàm ſubſtantia actus.Bal.in l.comparationes.col.2.verſ.3.præpoſitio. C.de fide inſtru. an ſufficiat iuratoria cautio.ibi ſcripſi:& prius oportet cautionem tradere parte vocata, quàm ad executionem proceſſum fuerit:& quòd illa fuerit recepta in iudicio:vt dixi,aliàs non valebit executio,ſed dicitur iniqua,& eam *tourcionaire* Galli vocant:vide quæ alibi abundè docui in d. artic. 1.in tracta.de ſenten.executo. {Hoc non procedit quando datur prouiſio à curia ſuprema, tunc qui eam obtinet,non tenetur cauere,vt ſcripſi in procem. Concordat.in verb.ſummas. Si tamen areſtum ſit confirmatorium ſententiæ, tunc datur cautio. Vnde cùm anno 1522. die 16. Decembris,quidam fuiſſet condemnatus à ſenatu ad dandum, tempore quo lis pendebat ſuper diuiſione bonorum, ſex viginti libras pro alimentis ſingulis annis futuris filio, pro prætentis verò octingentas.De Thou aduocatus tunc,nunc autem præſes egregius dicebat non debere exequi ſine cautione de Villemort. Contrarium cenſuit Senatus dandam cautionem pro octingentis libris ſuper quibus ipſe erat condemnatus,ſed pro ſex viginti libris in quibus à Senatu fuit condemnatus,non exigebatur cautio.quod bene notabis.}

Comme des Iuges royaulx.

GLOSSA VLTIMA.

SI ergo iudex inferior ſubalternus eſſet regius,haberet etiã locũ hic arti. per hoc verbum *comme*, ſicut, tanquam,velut:nam ſi hoc priuilegium concedere vult alius, etiam non regius, multò fortius ſuis ſecundariis vſque ad hanc ſummam: & quia ſimpliciter loquitur

de iudicibus ſubalternis, ergo & de omnibus 1 vt ſuprà dixi.

Itē omnia ferè quæ requiruntur in aliis articulis, requiruntur in iſta prouiſionali ſententia, & quando non poteſt exequi ferè in aliis articulis, nec in iſto, per hoc verbum ſicut, *comme*, vel perinde, quæ verba ſimilitudinem denotant. l. 1. ff. de furt. l. ſicut. C. de actio. & obliga. glo. & doc. in cap. ex ore, de priuilegiis. vbi aliis etiam modis ponitur: & per doc. in c. abbate ſancti Siluani. de verbo. ſigni. & per Feli. in c. 2. col. 4. de reſcript.

Executio quomodo fieri debet.

Quomodo fiet executio? Reſponde, citatur pars contra quam lata eſt ſententia, & ſi non compareat, dabitur defectus: & dicetur ſententiam fore exequendam, non obſtante illius contumacia: & pars præſens petet ſententiam dari executioni, & iuxta illius formam ſententiæ. l. à Diuo pio. ff. de re iudic. vbi iuris interpretes. ſi verò agatur contra hæredem illius contra quem lata fuit ſententia, vel alium tertium, iterum poſt primam contumaciam citabitur, qui ſi non compareat, ſententia executioni mandari poterit: ſi verò compareat, tempus ad deliberandum hæres habebit. l. 1. ff. de iure deliberandi. iſta abundè ſcripſi in tracta. de literis obligat. vbi licebit alia videre: & hic ſiſtam ratem, quantum attinet ad iſtum articulum.

Loys 12. artic. 80. des publiées 1499.

Articulus tertius.

Item & en oultre auons ordonné & ordonnons, que les ſentences qui ſe donneront par les Iuges royaulx en matiere de dot: ou repetition d'iceluy de dation de tutelle, de confection d'inuentaire, d'interdictions de biens aux prodigues ou inſenſez, refections de ponts & de paſſages: & auſsi quand il ſera queſtion de ſalaires ou loyers de ſeruiteurs de troys années, & au deſſoubs, que les ſentences prouiſionaires de noz iuges ſeront executées, non obſtant oppoſitions, ou appellations quelz conques, & ſans preiudice d'icelles, en baillant toutesfoys par leſdicts ſeruiteurs caution telle qu'ilz la pourront bailler, de rendre leſdicts ſalaires ou loyers, s'il eſtoit dict en fin de cauſe, les aultres ordonnances de noz predeceſſeurs faiſants mention d'aliments, douaires, medicaments, & aultres prouiſions demourants en leur force & vertu.

En matiere de dot.

GLOSSA PRIMA.

1 SVperius articul. 1. ſtatutum fuerat ſententiam prouiſionalem ſuper donatione propter nuptias, ſeu doario exequendam: ſed quia dubitari poterat ſuper dote, ob id ſtatuitur hic prouiſionem faciendam etiam tàm ſuper dote, quàm repetitione illius: & ideo hoc caſu prouideri ſolet: quia intereſt reipubl. mulieres dotatas eſſe, & eis dotes conſeruari. l. 1. ff. ſolu. matri. vnde mulieri petenti dotem tàm ſuper alimentis, quàm litis ſumptibus prouidetur. l. penul. ff. vt in poſſeſ. legat. Bar. & alij in l. ſi neget. de liber. agnoſ. Specu. in tit. qui filij ſint legi. §. 1. verſi. quid ſi mulieri. & hoc ſiue principaliter ageretur de dote, ſiue incidenter. per hunc text. *en matiere de dot.* ſufficit enim quòd agatur de dote: & hoc etiam probat art. 1. ſuprà, eo. & idem dico in caſibus aliis hic enumeratis.

Dos quid ſit.

2 Dos eſt quoddam ius, in ſe continens id, quod à muliere, vel eius patre, marito, vel eius patri traditur: vel pro tradito habetur. propter onera matrimonij ſuſtinenda. Bar. in rubr. ff. ſolut. matr. col. fi. Bal. nouel. & Campeſius alias traduot diffinitiones in eorum tracta. de dote: ibi videto, ſi libet: quia in ſcholis omnes poſſunt reprobari: ſed in praxi non curamus de his ſubtilitatibus, vtilitates quærentes.

3 Et ſunt quidam tradentes differentiam inter dotem & doarium, vt doarium donationem propter nuptias, quæ à marito vxori fit, in dotis recognitionem, & compenſationem, dicant: de quibus ſcripſi ſupra. artic. 1 glo. 3. vbi dixi doarium maximè regi conuentionibus partium, & locorum conſuetudinibus, & ideo conuenit donationi propter nuptias in quibuſdā, in aliis ſponſalitię largitati, prout conſuetudines, vel partium conuentiones diſponunt: ideo tu qui vis conſulere videas conuentiones, & conſuetudines locorum.

Prouiſio fit etiam ſi dos petatur, vel pars eius.

4 Primò ampliandus eſt iſte text. ſiue ſententia prolata ſuper dote tota, ſiue pro dotis parte. nempe tex. hic loquens de dote ſimpliciter loquitur, & intelligitur & de tota, & de eius parte. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. c. paſtoralis. §. 1. de offic. delegat. appellatione enim rei, & pars continetur. l. appellatione. ff. de verb. ſigni.

Intelligendum eſt tamen, quòd ſi vna res dotis minima repetatur, non fit prouiſio: ſed poſsidens fructus rei cogetur reſtituere text. in l. vna. §. exactio. C. de rei vxor. actio. ideo intellige vt dicam inferius. num. 7. & ſequenti.

B:iā in dote

5 Secundò ampliatur hic tex. ſiue agatur de dote conſtituenda, ſiue repetenda, vt hic, *en repetition*

tion d'icelle: quia vbique agitur de materia dotis: vnde ſi pater, vel alius conſanguineus fuerit condemnatus ad centum pro conſtituenda dote filiæ, vel alteri: illa ſententia executioni mandari poterit, non obſtante appellatione: alioqui lis protrahi poſſet ad longum tempus: & interim matrimoniũ differretur, & filia innupta ſine dote remaneret: quippe expedit reipub. mulieres dotatas eſſe. l. 1. ff. ſolu. matrimonio. ob id etiam in dote conſtituenda fiet prouiſio, ſicut in exigenda dote, per hoc verbum *repetition*: & probatur in l. vnic. §. cùm autem. & §. ſeq. C. de rei vxor. acti. ibi, reſtitutionem dotis à parte mariti vxori illico, & in ſolidum fieri iubebat. & §. exactio. ibi, illico reſtituendis.

repetẽda ſit prouiſio.

6 Tertiò extenditur prouiſionem vxori faciendam, etiam ſi negetur vxor, dum tamen ſit in poſſeſsione, & talis reputetur. l. Barbarius. ff. de offic. præto. l. 3. ad Macedo. Specu. in d. titu. qui filij ſint legit. §. 1. & idem habetur in magno conſuetudinario rubr. *de donner prouiſion*. §. 1. libr. 2. quia talis habenda eſt, in quali poſſeſsione reperitur, donec contrarium probetur. c. ſi iudex laicus. de ſenten. excom. in 6.

Etiam ſi negetur uxor, illi prouiſio fieri debet.

7 Quartò adde procedere quòd bona dotis immobilia repeti poſſunt illico ſolu. matri. l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. actio. ibi, cæteris videlicet rebus, quæ ſolo continentur, illico reſtituẽdis.

8 † Ergo ſi vxor illa petat, dupliciter procedi ſolet: quia iudex ſi rem ſummariè cognoſcat ad mulierem ſpectare, per prouiſionem eidem reſtitui mandabit: & hæc ſententia exequetur: vt hîc dicitur, *repetition de dot*.

Bona dotis quãdo repeti poßint ſuper his duplex praxis.

9 Si verò iudex videat cauſſam perplexam, quia pars mulieris aduerſa multa veriſimilia pro ſe allegabit: tunc iudex per prouiſionem interim condemnabit poſsidentem rem vxoris dotalem immobilem ad dandum ſingulis annis centum libras mulieri, vel aliam ſummam iuſtam, & hoc inſpecta quantitate fructuum rei dotalis. probatur in d. l. vnic. verſ. ſin autem ſuperſederit: vbi vult à die diſſoluti matrimonij reſtituendos fructus mulieri: ergo iſta prouiſio fiet pro fructibus ſeu penſionibus.

10 Si verò pecunia fuerit data in dotem, vel alia bona mobilia, tunc repetuntur de iure intra annum. Et interim poſsidentes dotem debent viduam alere, ſi non habeat vnde ſe alat. gloſſ. in verbo facto, quæ eſt 2. in l. diuortio. ff. ſolut. matri. & ibi Iaſ. & communiter doc. & in c. ſalubriter. de vſuris. Bald. conſil. 92. hæres viri. volu. 2. & conſil. 12. quoniam. ibidem. & Alexand. conſil. 27. viſo themate. col. 2. volu. 4. & conſil. 74. viſo titu. col. 4. in 5. vol. ideo ſi mulier alatur ab hæredibus viri, non petitur alia prouiſio: ſed ſi non alatur, interim petet alimenta ſibi decerni intra annum: & eidem iudex prouidebit pro alimentis: quia de iure intra annum ſoluendæ ſunt vſuræ centeſimæ dotis rei mobilis. d. §. exactio. cum §. ſeq. licet hoc ſit de iure canonico correctum: vt docet Panor. conſi. 39. illud de iure. col. vlti. in 2. vol. poſt Bar. & alios in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſol. mat. tamen hæ dotis vſuræ vt intereſſe petuntur. gloſ. & doct. in c. conqueſtus. de vſur. Cardi. in cle. vna. q. 6. de vſur. Alexand. in l. diuortio. col. 4. ff. ſoluto matrimonio, ſic conſulit Bolog. conſil. 19. pro tanto. & diſtinguit Matthæ. de afflictis in deciſio. Neapol. 284. an ſoluto. quod limitat Maſuer. in ſua prac. rubr. de dote, & matrimonio. §. item ſi fuerit, quando ſolueretur dos ſtatim ſoluto matrimonio, mulier tunc nihil poterit petere, ſumẽdo argumen. à contrario, dicto §. exactio. hoc etiam probat Soci. conſil. 126. diligenter. volumine primo.

Ali uidua intra quod tempus debeat ab hæredibus mariti.

11 Imò plus dicit idem Maſuer. quòd quando ſoluenda eſt dos, ſolui marito debet in die celebrationis matrimonij, ſtatim nõ expectato anno: & ſoluto matrimonio reſtitui dos ſic debet: nec hoc caſu habet locum §. exactio. ſi verò ſoluta fuerit dos ad certum terminum, ſic & finito matrimonio reſtituetur, & in terminis quibus eſt data reſtituetur. allegat Cy. in l. etiam. C. de iure dotium. ego dicerem, quòd licet dos ſoluta fuerit viro in die nùptiarum, quòd hæredes non debent reſtituere eam intra annum, ſi velint viduã alere: poſtquàm hoc priuilegium eis hæredibus eſt à iure indultum. in dicto §. exactio. ergo eis non auferetur, niſi in contrarium facta fuerit conuentio: quicquid dicat Maſuerius, vel niſi in contrarium fuerit conſuetudo: vt eſt in quibuſdam locis huius patriæ. Nam propter moram dotis iſta alimenta debentur: ergo ſi hæredes ſint in mora, tenentur ad hæc alimenta: vt ſcribunt docto. in dicta l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. matrimonio. Soci. dicto conſil. 126. in primo volumine. in fin. & 180. in fi. ibidem. idem ſi mulier haberet vnde ſe aleret, intra illum annum non aletur ab hæredibus viri. gloſ. in d. l. diuortio.

Dos quomodo ſolui & reſtitui debeat.

12 Et dicitur habere vnde ſe alat, ſi multa aliunde habeat bona, vel patrem aut matrem diuitem, & ſufficientem ad eam alendam: vt conſuluit Aret. conſi. 98. quia poſt. col. ſecunda. vbi plus dicit, quòd ſi dos eſſet patri reſtituenda ſolu. matrimonio, vel fratribus: quòd ipſi interim non alentur, etiam ſi eſſent inopes: quia nulla ratio vult, vt alantur: imò etiam ipſa vxor alimenta non petet, ſi fuerit nutrita à filiis: vt conſuluit Bar. conſilio 128. Franciſcus. & Bald. conſil. 86. punctus. in ſecundo volumi. quòd ſi vidua intra annum luctus nupſit, hæredes primi viri non tenentur eam alere: quia ſecundus vir tenetur, ſi tamen retinerent dotẽ eius, tunc ad id quod intereſt tenerentur per c. ſalubriter. de vſuris. & gl. in dicto cap. conqueſtus. ibidem. & d. deci. Neapol. 284.

Vnde ſe alat quãdo quis dicatur habere.

13 Etiam ſi vxor alleget ſuas conuentiones, in hac patria vſque ad annum ali debet ab hæredibus viri, ſi aliunde non habeat: & fiet ei prouiſio, niſi bona illico reſtituantur. teſte Boer. in §. 4. in gloſ. magna. de conſue. matrimonij & doerij in conſue. Biturig.

14 Quintò ſummariè hæc prouiſio tractari, & fieri debet, ne fame pereat vidua, & detur afflictio afflicto. contra l. diuus. ff. de offic. præſi. & aliquãdo adiudicata fuit prouiſio mulieri, antequã

Prouiſio ſit etiam antequàm ſit de

hæres

claratus hæres. hæres declaraſſet ſe hæredem, ſaluo tamen ei, vt poſſet vel gerere ſe pro hærede, vel renunciare ſucceſsioni: interim tamen ad prouiſionem mulieris capietur pecuniæ, ex bonis hæreditatis iacentis. hoc fuit dictum pro vidua d. Gabrielis de prie domini de Buzançoys, contra Iacobum de prie defuncti fratrem anno 1525. & die 11. Decembr. quamuis fuiſſet à fratre denegata, & ſic ſoluendo prouiſionem non videtur ſe gerere pro hærede. l. pro hærede. ff. de acquir. hæredita. *Areſtum.*

15 Sextò ampliatur, ſiue agatur contra hæredes, ſiue contra maritum: in quibus autem caſibus dos poteſt repeti conſtante matrimonio, vtpote propter inopiam viri emergentem. l. ſi cōſtante. ff. ſolu. matrimonio. anthent. quod locum. C. de colla. Alberic. in l. vbi. in fi. C. de iure dot. gloſſ. & docto. in l. vna. §. exactio. de rei vxor. actio. quia eadem videtur & maior ratio, & fauor: & quia hic tex. generaliter loquitur de dote. & ita fuit pronunciatum in hoc Senatu pro Hugueta ſournoy, repetente dotem à ſuo marito conſtante matrimonio, anno 1497. die 13. Februarij. Facit deciſ. Matthæ. de afflictis Neapol. 284. an ſoluto. ſed ſi conſtante matrimonio mulier repetat dotem, & vir probet illam adulterium commiſiſſe, non fiet ei prouiſio: quia propter adulterium dotem perdidit. c. plerunque. de dona. inter vir. & vxor. *Areſtum.*

Adultera mulier priuata fuit cō munitate. Areſtum.

16 † Et anno 1522. die 23. Decembris fuit quædam vxor adultera vocata Maria quatreliure, à Senatu priuata communitate, quam inter virum & vxorem habebat, & tradita religioni ibi fuſtiganda per tres dies veneris, ſaluo ſuo marito: vt ſi eam vellet reaſſumere, quòd ei liberum eſſet. {Et ſic mulier perdit & dotem & conquæſtus propter adulterium ſuum, nec valeret conſuetudo in contrarium. cap. penul. de conſue. quia præberet materiam delinquendi. l. conuentre. ff. de pac. dota.}

Mulieri à viro expulſæ prouidetur.

17 Septimò procedit etiam ſi mulier ageret contra maritum ſuper alimentis, eo quòd eam domo expuliſſet ob adulterij ſuſpitionem, vel zelotypiam, ſeu de facto: tamen antequàm iudicatum ſit ſuper principali facto, illi vxori debet interim fieri prouiſio: vt aſſerit Ioan. Lupus in repe. cap. per veſtras. §. 39. de dona. inter vir. & vxor. amplia. 8. poſt Innoc. & alios in c. ex parte. de accuſati. ſic conſuluit Soci. conſil. 286. viſa proteſtatione. in ſecundo volumi. & ita fuit deciſum Neapoli, vt refert Matthæ. deci. 10. vxor domi. plus dicens, quòd ſi vxor aliunde poſsit viuere, poſſet hoc caſu adhuc petere alimenta à viro. allegat Bald. in l. de alimentis. C. de tranſact. videtur tamen tex. contrarius in l. extraneo. ff. de ventre in poſſe. mitten. ſed in alio caſu loquitur vt inferius dicetur.

18 † Imò bona mariti pro alimentis vxoris ſunt tacitè obligata: vt probatur in l. ſi eum dotem. §. ſinautem in ſæuiſsimo. ff. ſolu. ma. & Guido Papę conſil. 127. & Federic. conſil. 176. domino Conrado. licet multi contrarium teneant in d. l. diuortio, ſed alibi dixi in l. plebs. §. pignus. ff. de verb. ſigni.

Prouiſio fit etiam mulieri quæ dote nō dedit.

19 Octauò procedit etiam ſi nullam dotem vxor marito dediſſet: quia ſi ſenex acceperit puellam, vel ignobilis nobilem precioſam redolentem chirotecatam, & in compenſationem hic ſenex conſtituerit dotem iſti puellæ. her ſolu. ma. ipſi mulieri prouiſio dotis conſtitutæ à viro ante matrimonium. argu. l. ſi voluntate. C. de iure dot. & ibi gl. & hoc docet Card. in d. c. ex parte. & Aufre. deciſ. 87. item & ſi vir. quod eſt verum ſi dos fuerit à marito conſtituta: ſed ſi pater marito dotem promiſiſſet, & vt euenire interdum ſolet, eam non exoluiſſet, tunc nulla poſt mortem fiet iſtius dotis non ſolutæ prouiſio, nec reſtitutio: vt aſſerit Alex. & alij in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. niſi maritus fuerit in culpa, eam non petendo. doc. in d. l. diuortio. ſolu. ma. & in rubr. C. de dote cauta non numerata. in l. 1. & per totum: quia non poteſt repeti id, quod datum non fuit: priuatio enim præſupponit habitum. l. decem. ff. de ver. obliga. c. ad diſſoluendū. de deſpon. impuber.

Pendente matrimonij accuſatione prouidetur.

20 Nono fiet prouiſio etiam ſi matrimonium accuſatetur ob conſanguinitatem: vel affinitatem: pendente enim accuſatione aletur vxor per prouiſionem: vt firmat Hoſtien. in ſumma de accuſa. §. quis poſsit. verſ. quid ergo ſi contingat. & Spec. in titul. de inquiſi. §. fi. Aufre. in deciſio. Tholoſa. quæſt. 88. an monachus.

In prima et ſecunda inſtantia prouidetur.

21 Decimò amplia ſic prouidendum eſſe tàm in prima inſtantia, quàm in ſecunda, quia eadem eſt ratio: ne fame pereat mulier, & aliæ rationes ſcriptæ in præfa. locum habent. teſte Matthæ. de Afflic. deciſ. 10. in deci. Neapol. & dixi ſuperius in 1. glo. in filio. artic. 1. licet à multis fuerit dubitatum.

Prouiſio an debeat computari in ſumma debita.

22 Vndecimò intellige, quòd ſi vxori petenti centum aureos pro dote fuerit facta prouiſio de 25. poſteà in ſententia non habebit niſi 75. & ſic prouiſio cenſetur fieri ex ſuis bonis, ſi poſteà obtineat. teſte Bal. in l. fi. C. de ordi. cog. ſequitur Ioan. Lupus in repe. c. per veſtras. in 8. ampliatione. fol. 75. de dona. inter vir. & vxor. arg. l. dotis. in fi. C. de collatio. ego tamen vidi condemnari ad reſtitutionem totius dotis, non obſtante quòd 25. dediſſet in prouiſione: quia hoc tenebatur maritus dare ex dote tanquam eſſent fructus, vel vſuræ dotis. per l. vnam. §. exactio. C. de rei vxo. actio. vt ſuperius dixi, ſaltem tanquam intereſſe. c. ſalubriter. de vſur. facit quòd doctores ſcribunt in l. ſi cùm dotem. §. ſinautem. ff. ſol. ma. imò Maſue. d. rub. de poſſ. inquit, quòd ſi illa, cui adiudicatur recredentia ſuccumbat, tenetur omnes fructus, quos percepit reſtituere: ſecus in eo cui fuit facta prouiſio: & ita ſeruari in parlamento aſſerit. Pro cuius ſententia facit tex. in l. 1. §. intereſſe. ff. ſi mulier ventris. no. ibi, nec enim hæc aliàs repetetur, & ibi, nihil præſtabit mulier, quæ quaſi ſine cauſſa alita eſt, nec repeti ſumptus docet gl. vlt. in l. fi. C de Carbo. edic. ſequitur Boer. in deciſ. Burdeg. quæſt. 324. & quia. col. 2. & hoc ſeruatur in curiis Franciæ ratione moræ, in qua eſt, qui denegat alimenta, dotem, vel aliam rem, in quam prouiſio cadere poteſt.

23 † Vnde dicit Bar.in l.ſi pignore.ff,de pig.actio quòd ſi is, qui ob contumaciam obtinuit expenſas, ſuccũbat in principali, non tenebitur tamen reſtituere illas expenſas contumaciæ. nempe quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur. l. quod à quoquam.ff.de reg.iur.& ibi Mainer.& alij.ſic erit in iſta prouiſione,& maximè in vulnerato & debilitato, qui caruit operis ratione vulneris: vt ſuperius arti.ſecundo. dixi etiam quia reus liberari poterat reſtituendo dotem, vel id quod debebatur, ſi non reſtituerit ei imputetur:& quia iſta prouiſio iam eſt conſumpta, tàm in litis ſumptibus, quàm in alimentis, quæ dicuntur ſpiritus vadens,& non rediens.

24 Duodecimò prouiſio peti poteſt, ſi ſententia lata ſuper dote ſit definitiua, qua fuit condemnatus maritus, vel eius hæres ad dotem reſtituendam.& ita fuit pronunciatũ in hoc Senatu, anno 1525. die 23.Ianuarij, in magna camera, contra Ludouicum fatel appellantem à præpoſito Pariſ. pro Martino pallad ſcutifero,& damicella Conſtantia du boys vxore dicti Martini. Nam ſi fuerit condemnatus maritus ad dotis reſtitutionem,& appellauerit, interim appellatione pendente prouiſio peti poterit,& adiudicari debebit pecunia interim mulieri proſequenti, vel res: vt plenius ſcripſi ſuperius. Sed ſi quædam interlocutoria lata fuerit ſuper dote, non ſic fiet prouiſio, ſi non appareat rem dotalem eſſe, ſi tamen appareat rem dotalem eſſe, poteſt peti prouiſio, etiam ante diffinitiuam.

Poſt diffinitiuam ſentẽtiã fit prouiſio.
Areſtum.

25 Decimotertiò intellige procedere, quando dotis reſtitutio peteretur ab ipſo marito, ſeu ab hæredibus mariti: diuerſum eſſet ſi bona dotalia à tertio peterentur, quæ fuerunt vendita de vxoris conſenſu: tunc quia non agitur de bonis mariti, ſed tertij, ob id non erit in illis bonis prouiſio facienda, maximè ſi vxor alienationi conſenſerit, renunciando authen.ſiue à me.C.ad Velleia.ita fuit deciſum per areſtum: vt habetur in quæſtionibus per areſta.q.122.primò fuit dictum.& abundantius dixi in filio, qui alienauerat bona patris ſuprà arti.1.

Contra tertium nõ fit prouiſio.
Areſtum.

26 Decimoquartò intellige quòd ſi vxor duri capitis, vt ſunt plures, iniuſtè habitat ſeparatim à viro,& ibi petit alimenta ſibi præſtari, non illi fiet prouiſio, ſed ad maritum redire cogenda eſt, teſte Guido.Papæ conſil.127.de hoc.per capi.literas. de reſtitu.ſpolia. nempe cum viro non ſeruiat, petere dictam prouiſionem non poteſt.argumen.l.Iulia.§.offerri.ff.de action.empti.l. ædiles. 1.in fin.de ædil.edic.ſic conſuluit Soci.conſi.286. viſa proteſtatione.col.1.volum.2.& conſil. 64. in præſenti.in quarto volumine.niſi eſſet vxor valetudine affecta, tunc etiam ſi non ſeruiat, alimenta petet.per l.ſi cum dotem.§.ſinautem in ſæuiſsimo.ff.ſoluto matrimonio.doctor.in dicta l. quod in vxorem.ſecus ſi culpa viri ſeorſum habitet: quia tunc prouiſio illi fiet: vt Guido ipſe aſſerit in deciſ.Delphinal.quæſt.439.an vir.& doct.in l.quod in vxorem. C. de nego.geſt. vt ſuperius dictum fuit.

Mulieri ſeorſum habitãti an fiat prouiſio.

27 Decimoquintò iſta prouiſionalis ſententia executoria eſt quo ad dotem, & principale, ſed non ad expenſas: ideo fuit annullata à ſenatu ſentẽtia ſeneſcalli Borbon. per quam declarauerat ſententiam ſuper dote executoriam, tàm ſuper principali quàm ſuper expenſis.anno 1545. die 18. Februarij.quia hic nihil dicitur de expenſis:& ordinatio dixiſſet, ſi voluiſſet. ca. ad audientiam. de deci.prout hoc expreſsit in rubr. de ſenten. execu. arti. 13. & ideo fortè iudices rarò ſolent in ſententiis prouiſionalibus condemnare ad expenſas, quando alia expectatur ſententia.

Sententia quo ad expenſas non eſt executoria.
Areſtum.

28 Decimoſextiò maritus etiam conſtante matrimonio poteſt petere prouiſionem à patre puellæ, qui retinet ei dotem:& pendente lite ſuper d.dote prouiſio illi fiet.per cap.ſalubriter.vbi doct. de vſur.facit l.fi. §. præterea. C. de iure dotium. Et Iacobi.hoc expreſsè aſſerit.in l. cum poſt. in princi.ff.eodem.nam poſtquam petere intereſſe dotis non ſolutæ poteſt: ergo & alimenta, quæ cedent loco intereſſe: quamuis de hoc dubitet Franc.Mar.in 1.parte deciſ.298.per l.ſi donaturus. §.1.ff.de condi.cauſſa data, ſuperius dictum extitit: & quia maritus interim debet ſupportare onera matrimonij. l. in rebus. & l. vbi. C. de iure dotium. ideo ad ea ſupportanda iure illi fiet prouiſio.

Prouiſio marito fieri debet.

29 Decimoſeptimò etiam extenditur ad mulierem, quæ ſuper fœdere matrimonij obtinuit ſententiam, à qua fuit appellatum, vt pendente lite ſuper appellatione poſsit alimenta per prouiſionem petere, exemplo filij.l.ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff.de inoffi. teſta. & ſuprà abunde
30 ſcripſi. † Nec dicitur ob hoc attentari quicquam in præiudicium appellationis: & ſpeciale in cauſſa matrimonij eſſe aſſerit Mat.de afflictis.in deci.Neapol. quęſt. 152. fuit dubitatum, & ita iudicatum fuiſſe,& quòd durante lite maritus teneatur præſtare alimenta vxori, probat Guido Papæ in deciſio.Delphinal.quæſt.439.an vir per l.extraneo.ff.de ventre in poſſeſsio. mittendo.dicens plus, quòd ſi maritus non cognoſcat mulierem per biennium, iuſtè mittitur repudium. per l.in cauſsis.C.de repud.quod eſt verum, ſi ante cõſummatum matrimonium hoc proueniat, ſecus ſi poſt conſummationem.c.laudabilem.& per totum.de frigid.& malefic. & hæc viri frigiditas maxima eſt mulieri clades,& tabes.

Alimẽta in cauſſa appellationis mulier petere poteſt.

31 Decimooctauò quamuis dotis cauſſa mixti ſit fori: vt vult glo.& doct.in c.de prudentia. de dona.inter vir.& vxor.Dec.in l.1.ff.ſolu.ma.& Bal.nouel.in tract.de dote.9.parte 16.priuileg. plenè de Ripa.in d.l.1.num.47. & ſeq. Tamen in regno Francię quando agitur de dotis repetitione principaliter, ſolet agi coram iudice ſeculari.& ita cenſuit Senatus anno 1532.die 22.April.

Dotis cauſſa quomodo ſit mixti fori.
Areſtum.

32 Decimononò quando pater dotat filiam, de propriis bonis eam dotaſſe videtur, non de bonis filiæ, ſi hoc non exprimat. per l. fina.C. de dotis promiſſ. & idem in donatione propter nuptias,

Dos de quibus bonis data cenſetur.

ptias, quamuis diuerſum ſit in aliali impenſa. per l. fina. ff. de peti. hæredi. plenè de Ripa, alij in l. prima. ff. ſoluto matrimonio. vbi limitant, vt videri ibi poteſt.

In quibus dos ſit priuilegiata.

33 Vigeſimò dos in tribus repetitur priuilegiata; primò ante matrimonium, quia nudo pacto conſtituitur. l. ad exactionem. C. de dotis promiſſio. l. i. vbi gloſſ. & doct. ſolu. matr. & octaginta ſuper hoc priuilegia ſcribit Bal. nouel. in tracta. de dote. in ſexta parte, habetque multa priuilegia conſtante matrimonio, vt fundus dotalis nõ poſſit alienari. in l. i. & per totum. ff. de fund. dota. non alienand. & 48. priuilegia conſtante matrimonio tradit d. Bal. in ſeptima parte. habet etiam poſt matrimonium priuilegia; quia mulieri non poteſt obiici compenſatio, nec retentio dotis fieri. l. vnic. §. taceat. C. de rei vxor. actione. gl. & doct. in d. l. i. & Bal. priuilegia dotis poſt matrimonium 38. deſcribit in 8. parte. ibi ergo quiſque videre poterit: ſed ob id deſcripſi remiſſiuè: vt facilè quiſque inuenire poſſit: & quia donatio propter nuptias ſeu doerium eſt exæquatum doti. §. eſt & aliud. de dona. in inſtitu. & ſic eadem habebit priuilegia: vt ſuperius ſcripſi artic. i. glo. 3. & quia hæc dotis materia eſt tàm abundè tractata, tàm per Bal. nouel. quàm per Campeſ. qui edidit etiam tractatum de dote, & dotis exactio, ideo lector beneuole ad illos nunc te reiicio, ſi pluribus aliis ſuper hoc indigeas.

Dation de tutele.

GLOSSA SECVNDA.

Appellatione pendente tutor de iure non adminiſtrabat.

1 Iſte eſt ſecundus caſus prouiſionalis huius artic. videlicet, vt ſententia in materia dationis tutelæ lata ſit executoria, non obſtantibus & oppoſitionibus, & appellationibus: quod probat tex. in l. i. § ſi quis. ff. quando appella. d. fi. ita inquiens, ſi quis tutor datus fuerit, vel à teſtatore, vel à quoquam alio, qui ius dandi habet, non oportet eum prouocare: hoc enim diuus Marcus effecit, ſed intra tempora præſtituta excuſationem allegandam habet: quæ ſi fuerit repulſa, tunc demum appellare debebit, cæterùm autem fruſtra appellatur: ex iuris itaque diſpoſitione, deſignatus tutor debebat cauſſas excuſationis allegare: & ſi iudex eas repellebat, poterat tutor appellare & hæc eſt deciſio §. qui autem. 2. de excuſa. tuto. in inſt. & pendente appellatione interim curator pupillo dabatur. l. eum in vna. §. i. ff. de appella. ſed in hoc regno ſi tutor datus appellet, interim non datur curator: ſed ipſe tutor adminiſtrat, ita diſponitur hic. Et ratio eſt, ne perſona pupilli, & eius bona, interim ſine gubernatore pereant. vnde diuus Seuerus ſic ait, omnem me rationem adhibere ſubueniendi pupillis, cum ad curam publicam pertineat. l. 3. ff. qui petant tutor. & audiui aliàs d. Montoloneum, dum aduocationis officio belliſsimè fungeretur, incipere ab illa l. 3. vel à l. i. ff. de minor. dum vellet pro minoribus, vel pupillis deceptis poſtulare. & alibi multa dicam in rubr. *des aduocatz*, in ordi. reg.

Aduocati quomodo poſtulationem incipere debeant.

Triplex tutela & tutor.

2 Sed dubitandum eſt, de qua tutela intelligatur. Cum ſit triplex, videlicet teſtamentaria, quę à patre vel alio poteſtatē habente in teſtamēto datur. l. i. & per tutū. ff. de teſta. tutel. legitima eſt, quę à lege defertur: vt in rubr. de legi. agna. tutela. & aliis titulis. & in rubr. ff. de legi. tutor. datiua, quæ à iudice datur: vt in rub. de tuto. & cura. datis ab his. Reſpon. poteſt de qualibet intelligi: nempe ſi pater in teſtamento, vel codicillis tutorem creauerit, vt poteſt. l. 4. ff. de teſta. tutela. is citatus coram iudice, vt ſubeat tutelam, poteſt cauſſas ſuæ excuſationis dicere: quæ ſi à iudice reiectæ fuerint, & eis non obſtantibus fuerit declaratus tutor, vel dictum per ſententiam in modum prouiſionis, quòd remanebit tutor: illa ſententia non obſtante appellatione dabitur executioni: quia ipſe erit tutor durante appellatione, & decernet ei iudex illam tutelam non obſtante appellatione. ita vult hic tex. loquens de materia dationis tutelæ.

Omnis tutor ex inquiſitione ſolet confirmari.

3 Et quamuis de iure datus tutor à patre in teſtamento valido, vel codicillis non egeat confirmatione iudicis. l. 3. ff. de confir. tutor. l. pater. de teſtamen. tutel. ſecus ſi à matre. l. 4. C. eo. tamen de conſuetudine regni nullus adminiſtrat, niſi à iudice fuerit confirmatus, à quo ſumit adminiſtrationem: & hoc videtur probari in l. iure noſtro. ff. de teſtam. tutel. & iudex antequàm decernat adminiſtrationem etiam tutori teſtamentario ſolet inquirere, an durauerit patris voluntas: vel an emerſerit ignorata tutoris improbitas, vel inimicitiæ cum patre: vel ſi cum fiſco aliquem contractum damnoſum immiſcuiſſet. & de aliis. vt in l. in confirmando. & per totum. ff. de confirmando tuto. nam vtilitatem pupillorum iudex ſequi debet, non ſcripturam teſtamenti. l. vtilitatem. ibidem.

Tutor à quo tēpore pupillo teneatur.

4 Et ipſe tutor teſtamentarius, vel alius, ante iudicis decretum ſibi adminiſtrationem de conſuetudine non tenetur pupillo, licet de iure: ſecus in l. i. ff. de admi. tuto. & in l. ſi nemo. de teſta. tutel.

5 In legitima etiam tutela idem dicendum eſt, vt tutor à iudice declaratus non obſtante appellatione interim adminiſtrare habeat, per iſtum tex. loquentem *de dation de tutele*, ſiue tutela detur à iure, ſiue ab homine, habet locum quod hìc dicitur per hunc tex. loquentem de datione tutelæ: ergo à quocunque data fuerit; quia indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus. ff. de lega. 2.

Quomodo tutor hodie detur.

6 Item ſi nullus ſit tutor teſtamentarius, nec legitimus: tunc iudex dabit tutorem, ſed quomodo? Reſpond. ſolent citari cõſanguinei proximiores ex parte patris quattuor, vel ſex ad ſummum; & ex parte matris totidem, ſi ſint, per tex. iuncta gloſſ. in l. pietatis. in verb. parentibus. C. de ſuſpect.

tuto. ſi

tuto.ſi fuerint duo vel tres conſanguinei tantùm:tunc citantur amici pupilli, vel patris eius,ſeu vicini ad illum numerum,qui congregati ſolent iuramento adigi à iudice,vt iurent quem videãt ex conſanguineis pupilli vtiliorem ad ſumendum tutelam:tunc conſanguinei referunt iudici talem Titium pupilli conſanguineum eſſe proximiorem, & vtiliorem pupillo,& ſufficientem, & cum talem eligunt :& iudex auditis conſanguineis,& amicis & vicinis, dabit iſtum electum ex conſilio parentum & amicorum tutorem:& hoc etiam docet Maſue.in ſua prac.rubr.de tutore. §.item ſi nullus.& ſic proceditur in quolibet tutore teſtamentario,& legitimo: ideo omnis tutor in hac patria cum inquiſitione datur: alioqui ſi tutelæ tempore tutores ſoluendo non fuerint, pupillo iudex tenebitur.per l.tutores.ff de confirma.tuto.

Tutor & curator quã tuor maximè iurat.

7 Sed qualiter ei dabitur tutela? Reſpon. his peractis iudex iſtum tutorem datum cogit iurare ſequẽtia.primò quòd perſonam & bona pupilli bene & fideliter reget,& adminiſtrabit:quia perſonæ & bonis datur tutor ſaltem ſecundario.§.cetræ.qui teſtam.tutor.dar.poſſ.in.inſtitut.& §.datus.de excuſat.tutor.ibidem.Secundò,quòd vtilia pupillo procurabit, & inutilia euitabit,& rem ſaluam fore pupillo : vt in rubr.ff.rem pupil.ſalu. fore. Tertiò, quòd de bonis pupilli bonum & legale inuentarium faciet.l.tutor qui repertorium.ff.de admin.tutor.l.tutores. 2. C.eo. Quartò quòd de adminiſtratis loco & tempore reddet rationem bonam, & reliqua.hæc not.in l.fi.§.omnem.C.de admi.tutor.ſed ita ſolet fieri:& terminis practicantium vtor,quia ſic ſolet dici.

Nullus tutor ſatiſdat cum fideiuſſoribus.

8 Itaque, cum de conſuetudine omnis tutor ex inquiſitione detur, non ſolet ſatiſdare in hac patria:ſed ſufficit in conſanguineis ſaltem iuratoria cautio.vt ſcripſi in proœ.ordi.ſuper gl.5.nu. 39.etiam mater vel auia ſi detur tutrix non ſatiſdabit:vt vidi ſeruari,licet de iure cõtra,vt in rub. de ſatiſdatio.tuto.in inſtitutio.& in l.1.C.quando mulier tut.officio fungi poſsit.imo etiam ſi deuenerit ad paupertatem,de conſuetudine,non ſatiſdat.contra l.2.C.de tutore vel curato.qui ſatis non dedit.ſed contutor poterit offerre cautionem, & ſolus adminiſtrabit.l. penult.ibidem,& §.1. de ſatiſd.tuto.in inſt. vel requiret vt adiungatur curator huic pauperi.l.pietatis. C. de ſuſpec.tutor.{Vnde hodie ſi plures fuerint tutores,is qui adminiſtrauit,prius cõueniendus eſt.l.1.C.ſi vnus ex pluribus admi.quæ ſententia licet ſit controuerſa à iurium interpretibus in l.1. C. de tranſact. tamen hæc opinio fuit à Senatu approbata anno 1541.die 12.Decembris in magna claſſe.}

Tutores hodie petunt tutelas ut bona pupillorum tollant.

9 Item olim ſolebant ſe excuſare tutores : hodie benè multi ,vt bona pupilli furentur , & ſibi vſurpent,petere tutelas pupillorũ,& affectare ſolent,& vt eas habeant litigare,contra quos præſumitur:& ideo iudices illos dare non debent : quia non eſt veriſimile,quòd velint tueri pupillos, ſed tollere eorum bona.vnde Alber.in l.1.ff.de tutel.dicit,tutores hodie non dici tuitores ſed tollitores ab effectu,quia tollunt & furantur bona pupillorum.

Curatores inuitis quando dentur.

10 Ideo iuſtè hodie adulti recuſare poſſunt curatores , qui idem facere ſolent : & de iure inuitis non dantur curatores.l.necnon.ff.de tuto. & curato. dat. ab his.§.item inuiti.de curato.in inſtitu.niſi Rex mandet, vt eidem adulto prouideatur de curatore:tunc Regis voluntas ſeruari ſolet, & inuito dari curator.l.1.& ibi docto. C. qui petant tutor. & hoc aſſerit Maſuer. in dicto tit. de tutor.§.item ſæpe:ideo vidi à conſanguineis impetrari literas regias, quibus mandatur iudici, vt tali adoleſcenti curatorem daret : etiam ad litem datur curator inuito. dicto §. item inuiti.de curato. in inſtitu.

Proximiores priuantur ſucceſſione,ſi tutores pupillis non petantur.

11 Aduertendum eſt etiam,vt mater vel alius proximior,qui venit ad ſucceſsionem pupilli,petat tutorem,alioqui tenetur,& priuatur ſucceſsione.l.2.& 3.ac l.fi.ff.qui petant tutor.& maximè ſi intra annum à more teſtantis numerandum non petierit:& mortuus ſit in pupillari ætate pupillus l.ſciant.C.de legi.hæred.l.matres.ad Tertu.ſed hodie tutor datur & curator ſimul,adeò quòd vſque ad iuſtam ætatem non relinquet adminiſtrationem.nam durante pupillari ætate tutor erit, pubertatis tempore erit curator:& ad vitandos ſumptus & expenſas ſic ſolent dari tutores & curatores:quod eſt vtile pupillis.

Qui iudices tutores dare poſſunt.

12 Quæro,quibus iudicibus competat tutores dare ? Reſpon.ius dandi tutores datum eſt omnibus magiſtratibus municipalibus, eoque iure vtimur.l. ius dandi.ff.de tut.& cura.datis ad his. & inoleuit generalis Franciæ conſuetudo , vt omnes magiſtratus & iudices ciuitatum dent tutores, & curatores, teſte Ioan. Berber.in viatorio iuris in 2.parte rubrica de tutelis.in 2.quæſtio.& magiſtratus ſiue originis,domicilij, vel bonorum tutorem dare poteſt : vt in l.vna. C.vbi petant tutores , & cura.tamen communiter iudex domicilij dat tutorem : & eius tutoris adminiſtratio porrigitur ad omnia pupilli bona.l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum. Ioan. Fab.in §.1.de Atil.tut.in inſti.

13 Hodie in hoc regno nobilibus dari tutores debent à gubernatore,ſeneſcallo,bailliuo,vel aliis iudicibus, à quibus immediatè ad Senatum appellatur , aliis verò non nobilibus dantur tutores & curatores à iudicibus inferioribus,& ſubalternis locorum & ciuitatum:vt eſt cautum in rubr. *des ſeneſchaulx*.ordi.25.arti.6.in ord.reg.

Sententia dati tutoris eſt executoria

14 Dati tamen ab aliis quàm à iudicibus regiis ſi appellatum fuerit, non adminiſtrabunt , per hunc text.*iuges royaulx*,nec fiet executio non obſtante appellatione:licet hic caſus ſit fauorabilis, tamen hæc ordinatio non loquitur de aliis iudicibus ; fauorabile enim eſt, ne interim minores conſilio deſtituti,& auxilio pereant:ob id ſi prouideatur eiſdem de tutore à iudicibus regiis quibuſcunq; , executioni dabitur illa ſententia: alioqui pendente appellatione curator dabitur : vt in

d.l. cum in vna.§.1.ff. de appell. ſufficit tamen etiam ſi ſint iudices ſecundarij, & ſubalterni, dum tamen ſint regij vt patet in d.ordi. *des baillifz.*

Curatoris ſententia prouiſionalis eſt executoria.

15 Idem iuris eſt in ſententia dationis curatoris: quia tutoris appellatione venit etiam curator. l. pater. §. conditionem. ff. de conditio. & demonſt. quando eſt eadẽ ratio, vt hîc. & l. 2. §. mater. verſ. quod ſi curatores. ff. ad Tertul. Ratio eſt: quia cum hi dentur mero iudicis officio, non intelligitur quis grauari, niſi ſe excuſet: not. in l. ſcire oportet. ff. de excuſa. tuto. ideo ab illo officio iudicis, quo dantur tutores, & curatores, non appellatur, niſi executione præmiſſa: verba ſunt Baldi in rub. de offi. iudic. col. 3. nu. 7. & nos hodie hoc ſeruamus per hanc legem regiam: vt tutor datus pendente appellatione adminiſtret. { Et poterit compellere omnes & quoſcunque pupilli debitores ad ſoluendum, & rationem adminiſtrationis petere, quia iſta in conſequens veniunt: & cui tutela data eſt & acceſſoria ad tutelam. l. 2. ff. de iuriſ. om. iud.}

Areſtum ut ſentẽtia per contumaciã non exequatur.

16 Limita in tutore dato per contumaciam, qui ſi appellet, non erit tutor appellatione durante: nec iſta ſententia in contumaciam lata executoria erit: vt cenſuit Senatus Pariſ. anno 1534. die 27. Aprilis. niſi in fraudem ſe abſentauerit in facie citatus, quia tunc pro præſente habetur. l. properandum. §. 1. C. de iudic. vide quæ ſcripſi arti. 2. de ſenten. executo. { Per quem articulum ſententiæ datæ partibus abſentibus hodie etiam executioni dari ſolent, & imputetur contumaci quare non comparuit.}

Caſus in quibus ſentẽtia quoad tutores non eſt executoria.

17 Secũdò non procedit in ſententia lata ſuper excuſatione, in qua fuit tutor excuſatus: tunc ab illa appellari poteſt, & non exequetur, quia non eſt pupillo fauorabilis, & ceſſat ratio ſupradicta: vt hîc gl. in d. §. qui autem. de excuſa. tutor. in inſtit. nec eſt ſuper datione tutelæ: vt hîc requiritur tex. ſed ſuper reiectione, ideo conſanguinei appellare poſſunt, ſed interim dabitur curator pendente appellatione, vel aliâs prouidebitur, vt conſuetum eſt.

18 Tertiò non eſt executoria ſententia per hunc tex. qua condemnatus eſt tutor ad reddendum rationem, & reliqua: quia hic tex. loquitur tantùm de datione tutelæ, non de redditione: ob id nõ congruit verbis text. & vbi verba deſunt, & legis diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect.

Areſtum.

19 Quartò iſta ſententia prouiſionalis quoad expenſas executioni mandari non poterit, tùm quia hoc non eſt expreſſum, licet ſint acceſſoriæ. ita fuit dictum in hoc Senatu anno 1521. die 5. Decembris pro Dionyſio le page appellante à præpoſito Pariſ. contra Guilielmum leſchicant. & vide quæ dixi ſuperius in proxima gloſ. idem cenſuit Senatus anno 1540. & die 25. Ianuarij, de expenſis factis ratione ſententiæ prolatæ ſuper medicaminibus.

Facta executione non taxantur expenſæ. Areſtum.

20 Nec poterit ſententię executor taxare expenſas poſt factam executionem: vt fuit dictum in hoc Senatu anno 1526. die 17. Decembris contra balliuum de Vermandoys, quia facta executione fuit functus officio. l. iudex. ff. de re iud. { Ideo notes quòd executor areſti vel ſententiæ non poteſt etiam condemnare ad expenſas executionis, ſed oportet citare partem coram iudice ſententiæ, vel areſti, viſuram ſe condemnare ad expenſas executionis, poterit tamen executor condemnare in expenſis factis coram eo in illo incidenti, ſi ſit partium conſtitutio, vt viſum fuit Senatui anno 1527. die 4. Iunij.}

Geſta à curatore uel tutore dato per prouiſionẽ ualẽt. Areſtum.

21 Notandum eſt quòd geſta ab iſto tutore dato per prouiſionem valent, donec alius conſtituatur: ne illuſoria ſit iudicis ſententia. l. ſi prætor. ff. de iudic. & ne quis decipiatur iudicis ſeu principis beneficio. l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetra. bonus text. in l. 1. §. item Pompo. ff. quod falſo tuto. facit l. Barbarius. de offic. præto. & hæc ſententia fuit areſto confirmata hoc anno 1546. in magna camera die 13. Decembr.

22 Poſtremò tutor & curator cauſſam pupilli ex conſilio peritorum proſequi debet, & illos appellare ſolet, ſi hoc iuſtum ſit. aliâs tenetur. l. ſi bona. C. de admi. tutor. de lata & leui culpa. l. nomina. & l. quicquid. C. arbi. tutel. & ſi cauſſam iniquam proſequatur ſine conſilio, & ſuccumbat, ad expenſas litis ſuo nomine tenetur. l. non eſt ignotum. & d. l. ſi bonam. C. de admi. tutor. Bart. & alij. in l. 4. ff. de re iudi. Aufre. in deciſ. Tholoſ. q. 40. { Et ſi condemnatus fuerit ad ſoluendum nomine tutorio, & quando fit in eum executio, ipſe declarat ſe nulla minoris bona habere, tunc executor non exequetur, ſed citabit dictum tutorem coram iudice, à quo executio emanata eſt, vt veniat ad declarandum, quæ bona ſpectent tutori, & ad deferendum inuentarium minoris: quo die, ſi non compareat, condemnabitur ſuo proprio nomine ad ſoluendum. Ita iudicauit Senatus pro do. Iſabella de Seaux anno 1524. qui ſi compareat, hoc euitabit, & fiet executio in bonis pupilli.} idem in conſulibus ciuitatum, & ſcabinis, & adminiſtratoribus aliis: ne ſub pretextu nominis ciuitatum, vel collegiorum propter ſuas ſimultates ſecurè lites ſuas exercere poſſe exiſtiment. d. l. non eſt ignotum. Boer. in conſuet. Bitur. in §. 12. de conſue. iuris ſta. perſo.

De confection d'inuentaire.

GLOSSA TERTIA.

Sententia ut conficiatur inuentariũ eſt prouiſionalis.

1 ISte eſt tertius caſus, in quo vult ſententiã prouiſionalẽ ſuper inuentario exequendã: ne pendente appellatione ſurripi & occultari bona poſſint, & ne interim pereant. §. hinc nobis. in auth. de hære. & fal. coll. 1. & quia cõfectio eſt omnibus potius vtilitati, quàm damno: ideo hîc ſtatuitur, ꝙ ſentẽtia, vt cõficiatur inuentariũ, eſt prouiſionalis,

& ſic

& ſic exequenda:vnde ſi dicatur,vt tutor de bonis pupilli inuẽtariũ faciat,ſicut tenetur.l.tutor qui repertorium.ff.de admi.tut.l.tutores.C.illo tit.executioni dabitur,& in iſto inuentario requiritur iudicis decretum.l. de creationibus. C. de epiſcop.audient. diuerſum eſt in inuentario facto per hæredem,vbi decretum non interponitur:vt docet Alex.Iacob.& alij in d.l.fi.dicentes eſſe communem.C.de iure deliberan.

2 Et hoc inuentarium tutoris non proderit pupillo tanquam hæredi defuncti : cum aliud ſit inuentarium hæredis, aliud tutoris:& cùm alia ſolennitate vnum conficiatur ab altero.Bald.in l. filium quem habentem,col.fi.C.familię erciſcun.Iacob.in d.l.fi.in princ.poſſet tamen prodeſſe ad probationem bonorum,quòd in illa hæreditate nulla alia etant bona,& quòd talia erant. per l.fi. C.arbit.tutelæ.poteſt etiam iudex ſtatuere vt vnum inuentarium tantùm fiat,ad euitandos ſumptus,& expenſas,maximè quando is pupillus eſt hæres:& ſic vidi ſeruari.

Inuentariũ an remitti poßit.

3 Et hoc inuentarium tutoris poteſt teſtator remittere, ſed non hæredi in præiudicium creditorum.Bald.in l.cum tale. §. Titius.ff.de condit. & demonſt. Paulus & alij in l.nemo poteſt.ff.de lega.1.Alex.conſi.82.perſpectis.in 2.volu.& conſi.40.in 3.lib.per tex.in d.l.fi. C.arbitr.tutelæ.Guido Papæ in tracta. ſuo de forma inuentarij conficiendi, fieri tamen debet bonorum quædam deſcriptio,ne bona occultentur,vt doct.dicunt in d.l.fi.& ibi addidi.

4 Item ſententia confectionis inuentarij eſt executoria,etiam ſi pronuncietur hæredem conficere inuentarium debere,prout(ſi ſapit)tenetur.per l.fi. C. de iure deliber.vbi nouem requiſita in hoc inuentario conficiendo ſcribit Iaſ.quæ per ſtatutum,vel conſuetudinem diminui poſſunt. l.2.C.quemadmo.teſta.aperiantur.Bal.conſi.161.in confectione.in 1.vol. Iacob.in d.l.fi.& hoc re-
5 gno illa ſolennia ſunt valde diminuta. † Reprobata tamen fuit conſuetudo & vſus capituli Lingonen. aſſerentis ſe poſſe vacante ſede capere bona clericorum ibi decedentium ſine hærede,& abſq; inuentarij cõfectione anno 1398.in vigilia S.Thomę Apoſt.per areſtũ huius Senatus.

Conſuetudo Lingonenſ. quoad inuẽtarium reprobata. Areſtum.

6 Et ſi ſint plures hæredes,omnes conficere tenentur,niſi omnes vni commiſiſſent. argu.l. ſi quis.ff.de edendo.Sali. & alij in d.l.fi.& ad vitandum expenſas vni committere eſt commodius, vel omnes ſimul facere:& hoc recipit praxis.

Plures hæredes unum inuẽtarium conficere utilius eſt.

7 Et ſic patet & hæredem,& tutorem,curatoremq; inuentarium teneri conficere : ſiue ſint tutores legitimi,datiui,vel teſtamentarij : etiam honorarij tutores tenentur. gl.no.in l.tutor qui repertorium.in gl.2.ff. de adminiſt. tutor. & mox cum fuerint ordinati inuentarium conficere tenẽtur.l.tutores,vel curatores.C.de admi.tutor. qui tutores vel curatores antequàm inuentarium fecerint,bona pupilli adminiſtrare non debent,alioqui tanquam ſuſpecti remouendi ſunt,& infamia notabuntur.l.vlti.in fi.C.arbi.tutelæ.

Omnes tutores hæredes, & curatores inuentarium ante adminiſtrationem conficere tenentur.

8 Item ſi dicatur, quòd fideicõmiſſarius vniuerſalis inuentarium cõficere teneatur,tunc etiam hæc ſententia exequetur:vt hîc dicitur : prout conſuluit Oldra.conſi.133.ſatis credo.& Bal.in d.l. fi.§.cùm igitur.de iure deliber.vt creditoribus.ſi qui ſint,prouideatur.

9 Idem ſi pronuncietur quòd vſusfructuarius omnium bonorum inuentarium conficiet teſte Iaco.in l.extraneum.col. 2. C. de hæred.inſtituen.etiam vxor vſufructuaria à teſtatore relicta inuentarium conficere debet:vt docet Alex.conſi.58.habita in 3.vol. niſi confectio fuerit ei remiſſa:vt fieri ſolet in reſortu Tholoſano.

Inuẽtarium qui conficere teneãtur.

10 Idem ſi librorum vſum vel vſumfructum quis leget,tunc etiam de illis inuentarium fieri debet:vt iudicatum fuiſſe dicit.deciſ.Neapo.342.dominus.per tex.in l.1.§.cauere.ff.vſufruct. quemadmod.caueat.

11 Item prælatus de rebus eccleſiæ inuentarium conficere tenetur. per tex.in c. de Siracuſanæ. 25.diſt.Card.in cle.2.§.illi.de religio domib.Bertach.in tract.de epiſcop.domi.in cap.generali.de elect.lib.6.& c.charitatem.12.q.2. & nu.4. ca. ſcribitur omnia vaſa & ſupellectilem ad numerum accipient:& is,qui vacante ſede recipit adminiſtrationẽ,inuentarium conficiet de bonis eccleſiæ.

Et quod debet fieri à iudice eccleſiaſtico:vt tenet Franci.Marc.deci.104.in 1.parte:ſed in inuentario tutoris & hæredis contrarium ſeruatur:vt ſcribit Benedi.in repe.c.Raynutius.in ver.& vxorẽ.nu.424.de teſta.vt à iudice ſeculari ſoleat decerni,& eo præſente confici.{Niſi prçlatus habeat iuriſdictionem temporalem, tunc in illis locis poterit inuentarium conficere,vt cenſuit Senatus pro Archiepiſ.Bituricẽ.prout refert Aufrer.in ſtylo parla.,areſto 98.Item nota quòd Archiepiſ.}

12 Item hoſpitalarius inuentarium conficit.Bal.in addi.ad Specula.in tit.de inſtru.editio.§.fin. verſ.ſunt etiam.& §.14.verſ.ſed an teneatur.per tex.in l.orphanotrophos. C.de epiſc.& cler.Cardi.in cle.2.§.illi.de religio.domib.vbi eidem dicunt doct.in magiſtris leproſariarum, & in curatore bonis dato,& in primariis collegiorum,vt inuentarium facere debeant,vt tenet gl.in l.1.in fi. ff.de cura. bonis dando.

13 Idem in procuratore ad negotia non ratione officij,ſed pro ratione reddenda.Specul.in tit. de inſtrumen.editio.§.nunc verò aliqua.verſi.ſed an inuentarium.& ſeq. Bal. in authen. ſed cùm teſtator. C.ad legem falcid.

Pater, mater, & frater inuentaria deſcribunt.

14 Idem in patre,fratribus,& aliis,quos ſcripſi in l.1.ff.de tutel.& ratio.diſtra.& in omnibus,vel vno iſtorum,ſi iudex per modum prouiſionis, pronunciet inuentarium conficiendum,non obſtantibus oppoſitionibus,& appellationibus ſententia executioni dabitur.

Litigantes inuentaria productorũ deſcribunt.

15 Conficiunt etiam inuentarium partes, tam productorum inſtrumentorum,quàm aliorum, quæ in iudicio producta ſunt, & omnium actorum : & hoc inuentarium productorum debet

partibus inuicem exhiberi,vt ſciant an alia ſint inſtrumenta,quæ non fuere producta,& tunc reiici petant:& iudex hoc cnncedere debet:nec debet pars producere alia, quæ non ſint in inueutario deſcripta:vt eſt cautum in ord. regiis in rub. *des productions des parties.* art. 1. & in hoc inuentario iuris allegationes non debent miſceri, ſed ad qnem effectum tale inſtrumentum productum fuerit, & aliæ literæ productæ:vt patet in ordi.reg.rubr.*des inuentaires.*artic.1. vbi dicam & alia huic materiæ affinia. Fnrmam inuentarij deſcribit Gnido Papæ in tract.de forma. inuentarij:ſed nns alia forma vtimur.

Vtilitates inuentarij.

16 Vtilitates conficiendi inuentarium plures ſunt. Prima vt non teneatur creditoribus, vel legatariis vltra vires hæreditatis.l.fi.C.de iure delibe.Secunda poteſt detrahere Falcidiam.d.l.fi.§.ſi quis autem. Tertia pendente inuentarij confectione conueniri non poteſt.§.licentia.& ibi Bar.& alij in d.l.fi. Quarta,quòd ſi ſnluerit creditoribus,licet alij prinres veniant, eidem non debet imputari,aliâs contra.l.dolo.ff.ad legem Falcid. etiam ſi nnn receperit ſatiſdationem à legatariis, ei non imputatur,ſi ignorabat alios eſſe creditores.§.& ſi pręfatam.d.l.fi.licet aliàs contra:vt in rub. ff.ſi cui pluſquàm per legem Fal.Quinta, quòd creditores poſſunt cõpelli recipere in ſnlutũ res hæreditarias ſi in hæreditate non ſir pecunia.l.non dubium.§.fi.ff.de leg.3.doct.in d.§. & ſi præfatam. nec hæres tenetur vendere, & ſe pro euictione nbligare, teſte Specu.in tit.de inſtru.edit. §.fin.& ibi Inan.Andre.in addirio.quæ incipit,de trebellianica. refert Franciſ.porcel.in tracta. de inuentario.in 7.q.c.4.Sexta quòd ſi hęres vẽdat res,& primis venientibus ſatisfaciat, non poteſt ab aliis antiqnioribus conueniri:ſed agant contra emptores hypothecaria,ſi velint:quia aliàs hęres pateretur incommodum,& vexationem contra d.l.fin.& in §.fiat inuentarium. in authent.de hæredi.& Falci.colla. 1. Septima vtilitas eſt,quòd hæres deducit impenſas in funere, & eas quas in teſtamento,inuentario,& in aliis rebus neceſſariis fecit. d.l.fin.§.in computatione. etiam illud qnod ſibi erat antea debitum : vt ibidem dicitur : & multæ aliæ ſunt vtilitates ex inuentario : & multa incnmmoda,quæ dicam in ordi.reg.rubr. *des inuentaires.* (in 3.tomo commenta. ad conſt. reg.)interim hæc bone lector grato ſuſcipias animo.

De interdiction des biens aux prodigues.

GLOSSA QVARTA.

Prodigus interdictione facta etiam durante appellatione non alienat.

1 HIc eſt quartus caſus prouiſionalis buius articuli executorius, non obſtante apellatione : videlicet quandn interdicitur adminiſtratio bonorum prodigo, licet is appellet, interim alienare non poterit:poſſet enim pendente appellatione alienare bona : ideo ne hnc eueniat, prohibetur hic, & ſi alienaret, non teneret alienatio : vt probat tex. not. in l. Iulianus. ff. de cura. furio. ſic dicens,Iulianus ſcribit eos, quibus per prætorem bonis interdictum eſt, nihil transferre poſſe ad aliquem,quia in bonis non habent,cùm eis dominio ſit interdicta.

Requiritur tamen quòd interdictio fiat per ſententiam iudicis regij inferinris, vel ſuperioris,dum tamen ſit competens:vt in princ.huius tex. ſcribitur.ibi, *que les ſentences que ſe donneront par les iuges Royaulx.*

Interdictio iuris non ſufficit.

2 Et ſic interdictio,quæ à iure fit,nnn ſufficit per iſtum text.requirentem ſententiam:& parum conſideratur in curiis Francię interdictio à lege:vt in l.is cui bonis interdictum eſt.& ibi iurium interpretes.ff. de verb.obliga. tamen hic omnino non corrigitur : quia iſte tex. ad augmentum hoc inducit,ergo nnn tollit.arg.l.legata.ff.de legat.1.idem licet hæreticis interdictum bonis ſit, tamen hic non cnmprehenduntur.l.Manichęos.& l.fi.C.de hæreticis.idem in his qui lęſę maieſtatis crimine,vel repetundarum irretiti ſunt.l.ex iudiciorum.ff.de accuſa.l.qui pœnæ.de manumiſſio.nec notnriè prodigus etiã hic comprehenditur,ſi non ſit per ſententiã iudicis ei interdictum: quamuis doctores dubitent in d.l.is cui. quia crimen notoriũ non priuat ipſo iure beneficio.Innoc. in ca.cum noſtris de conceſſio.præbend.Panor.& alij in c.2.de reſcript. ſic notorietas prodigalitatis non operatur interdictionem, ſed malam fidem generat, adeo quòd ille emens ab illo notoriè prodigo nnn poteſt præſcribere propter malam fidem.c.vigilanti.& c.fi. de præſcript.

Sententia declaratoria an ſufficiat.

3 Imò non ſufficeret ſentẽtia prodigalitatis, declarans eum prodigum, nec curatoris datio: niſi expreſsè interdicatur illi bonorum adminiſtratio.per iſtum tex.*interdiction des biens,* licet contrarium dicatur eſſe de iure.doc.in d.l.is cui.Imò illa ſententia non nbſtante alienare poſſet cum aliud ſit prodigalitatis declaratio, vel curatoris datio, & aliud interdictio : vt pulchrè ſcribit Bart. in d. l.is cui bonis. col.1.ff.de verbor. obligat. & ſententia iudicis declarans aliquem prodigum, non operatur effectus interdictionis : vt docet Bal. in l.1.ff.de cura.furioſ.refert de Ripa in d.l.is cui. num. 8.& hoc eſt verum per iſtam ordinationem licèt de iure doct. contra teneant in d.l.is cui.maximè Bart.

Proclama per ciuitatem an ſufficiat.

4 Vbi plus dicit nnn ſufficere proclamari per ciuitatem, vt nullus contrahat cum tali : quia prodigo debet interdici expreſsè.d.l.Iulia.in hoc tamen non conſentirem Bart.nam doct.contra illum communiter tenent ſufficere, ſi per ciuitatem proclametur, vt nullus contrahat cum tali: quod intelligatis verum eſſe, ſi hoc fiat mediante ſententia lata cum aliqua cauſſæ cognitione, quæ in hoc interuenire debet. per l. obſeruare. ff. de cura furio.facit l.is cui.in fine.ff.de tutor. &

cura

enta.datis ab his.& tunc ſatis cenſetur eidem interdictum.& habet locum iſte tex.dicens *interdition des biens*,ſufficit ergo interdictio bonorum facta emptoribus,licet hic tex.loquatur de interdictione facta prodigis,tamen quando eſt facta emptoribus,& alis,ne ab eis recipiant,ſatis cenſetur facta prodigis.Nam quando vni correlatiuorum interdicitur, & alteri interdictum cēſetur. l.1.& 2.C.de cupreſſ.lib.10.& effectus interdictionis eſt prohibere adminiſtrationem, quæ prohibetur per hoc proclama:& in hoc non diſcrepat Bar.Nam iudex prohibendo contrahentibus ne cum prodigo contrahant,videtur interdicere adminiſtrationem bonorum prodigo per reg.l. fi.C.de indic viduit.tollẽd.quam notat Bar.in l.vero procuratori ff.de ſolu.forte dicet quis,quod hic requiratur interdictio bonorum expreſſa,cui reſpon.quòd iſta quæ fit per ſententiã,& poſteà per proclama,expreſſa videtur in genere:vt probat l.Pomponius.§.ſed & is.ff.de procura.ibi.nam cùm iudicatur rem meam,ſimul iudicatur illius non eſſe,ſic quãdo interdicitur,ne ab illo emãt: videtur iudex prohibere, ne ipſe prodigus vendat, & ſatisfit ratione huius tex. nam eo à iudice bonis interdictio requiritur,ne aliquis eum eo contrahens ignorantiam prætendat,quam poſſet prætendere ante ſententiam,dicens,illum non cognoſco. & tex.dicit ſcientiam & non ignorantiam volumus obligari.l.generali.C.de tabul.lib.10.

5 Aduertendum eſt,quòd licet doct.in d.l.is cui.trahant in diuerſas ſententias,an datio curatoris facta alicui tanquam prodigo,eum non ſit,valeat:in foro ſeculi tamen iudicio non dubitatur valere ſententiam:& niſi per appellationem fuerit reuocata,ille curatorem habebit ſibi datum:quia ſententia pro veritate habetur.l.ingenuum.ff.de ſtatu hom. hoc etiam probat glo. in §.item prodigus. quib. non eſt permi.facere teſta. & in l.ſi ab eod.ff.de vſuca.facit l.pen. C.de cura.furio. quia declarare prodigum ſpectat ad iudicem, ideo propter authoritatem ſententiæ valebit. Bar. in d.l. is cui.ſi tamen error ſit in ſententia expreſſus,vtpote ſi iudex diceret:quamuis talis non ſit prodigus : illi curatorem damus : tunc illa ſententia non valeret.l.1.§.item.ff.quæ ſenten.ſine appellat.reſcind.

6 In hoc tamen regno neceſſaria eſſet appellatio, alioqui non ſuccurreretur : & ſi tempus appellandi elapſum ſit,appellatur à die notitiæ, quo fuit certioratus de iure ſuo : & recipi ſolet illa appellatio:vt quotidie vidi.

7 Item licet Iaſ.& doct.recentiores dubitent.in d.l.is cui de prodigo , qui alienauit bona ante interdictionem,an poſſit reſtitui,& tenere quòd ſic.per gl.in l.patri.ff.de minorib.in verbo interdici.etiam ſi non fuerit minor:quia prodigus minori æquiparatur.l.fulcinios.§. planè.ff.quib. ex cauſ.in poſſeſsio.eatur.& ex hac cauſſa ſubuenit illi prætor.l. prima.ff. ex quib. cauſsis maior. & prodigalitas eſt iuſta cauſſa reſtitutionis.teſte Roma.ſing.223 fui interrogatus.qui allegat text.in l.1.& l.quod.ff.ex.quibus cauſsis maior. & iſtud eſt notandum:quia vidi ſæpius in praxi,vt reſtituatur prodigus in integrum, quando eſt læſus,etiam ſi ſit maior,dummodo in hoc regno impetret literas regias:vt fieri ſolet. vide Alexan.& alios in l.ſi curatorem.C.de in integr.reſtitut.& quæ ſcripſi in præfa.ad tracta.de reſciſio.contract.

Prodigus læſus ante interdictionem reſtitui tur.

8 Prodigus eſt,qui neque finem, neque tempus expenſarum habet,ſed bona ſua dilacerando, vel diſsipando profundit. l.1.ff.de cura.furioſ.glo.no.in c.penult.de conſue.

Prodigus quis,& multiplex interdictio.

9 Sed cùm triplex inueniatur prodigalitas, de qua intelligatur iſte text.Nempe quædam eſt rerum,quando quis res ſuas ſine menſura fundit:& de hac poteſt intelligi iſte tex. & l.1.ff. de cura. furioſ.& iſti ſuccurritur per interdictionem adminiſtrationis,vt dic.& d.l.is cui bonis.ff. de verborum obligation.

10 Altera eſt prodigalitas famæ,de qua loquitur c.fi.de accuſa.& glo.in proœ.decreta.Rex pacificus.in verbo ſui prodiga.vnde meretrici ſecundum quoſdam interdici bonis poteſt : quia ſi perſonæ prodiga ſit,ergo & bonorum.tex.ſing.in l.& mulieri.ff.de cura.furioſ.quem notat Tho. Ferra.cautel.6.& Felin.in c.paſtoralis.col.3. de iudi. vnde ſi mulieri luxurioſè viuenti ad petitionem mariti,vel conſanguineorum interdicatur bonis, & ipſa appellet , non obſtante appellatione,interim curatorem habebit,nec alienare bona ſua interim poterit : & eſt bona cautela, vt dicunt,pro conſanguineis mulieris impudicæ,vt illi faciant ſic interdicere bonis patrimonialibus.

Meretrici bonis interdici poteſt.

11 Ego tamen non vidi hoc ſeruari,etiam illa l.hoc non probat,quæ hoc habet:& mulieri,quæ luxurioſè viuit,bonis interdici poteſt:luxurioſè viuere dicitur, cùm nimis precioſis veſtibus, & alus rebus vtitur,& ſic dicitur prodiga:nec vult ille tex.intelligere de coitu:quamuis illa doct.ſententia poſſit fortè ſeruari,ſi peteretur.nam Cæſar ſalubri conſtitutione probroſis fœmininis,quæ mœchantur,ius capiendi hæreditates,legataq́; ademit,néve lecticis veherentur inhibuit, teſte Alexan.lib.genia.6.c.15.vide quæ ſcripſi in l.Maſurius.ff.de verb.ſignifi.

Intellectus ad l.& mulier.

Pœnæ meretricibus à Cæſare inflictæ.

12 Alia eſt prodigalitas morum,& iſti ſuccurritur per ſeueritatem punitionis l.libertatio.§.quod illicitè.ff.de publica.Bald.in procemi.decret.Rex pacificus.col. quarta. Iaſ.in dicta l.is cui. col.1.& ſequitur Benedi.in repetit.cap.Raynutius.in verb.moriuo.num.311.de teſtament.& iſtæ duæ ſunt deteriores prima.nam deteriores ſunt,qui vitam, moreſque corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum,prædiaque diripiunt.cap.deteriores.6.q.1.

13 Item an ipſo iure deſinat prodigus eſſe in cura, ſi ad ſanam peruenerit mentem. docet Bartol.in d.l.is cui.quod ſic,per text.in l. prima ibi, ipſo iure deſinunt eſſe in poteſtate curatorum. ff.de curato.furioſ.oportet tamen quòd appareat, eum ſanæ mentis eſſe:& ad hoc probandum requiritur , quòd biennium vel triennium ſapienter ſe rexerit,per text. ſingu. in authen.de mo-

Prodigus ipſo iure an deſinat ſub curatore de ſe eſſe.

nachis. §. ſi verò is quidem.collatione prima,& hoc expreſsim docet Guido Papæ in deciſ. Delphinal.quæſt.260.curator datus. praxis Franciæ tamen eſt, quòd ſupplicatio detur iudici: vt remoueatur illi curator,qui auditis teſtibus, & cōſanguineis,& vocato curatore decernet:quia omnis res per quaſcunque cauſſas naſcitur,per eaſdem & diſſoluitur.capitul.primo,de regulis iuris. alia videte per Ioan.Fabr.Angel.& alios in.§.furioſi de curatori.in inſtitutio.& per docto.in l.furioſi.ff.de regulis iuris.

Sententia generalium monetæ eſt executoria.

14 Vltimo nota,quòd ſententia generalium monetæ Pariſ.ſuſpenſionis, interdictionis officij, aut priuationis,eſt etiam executoria,non obſtante appellatione, vt eſt in ordinatio.reg.rub. *des monoyers*.ordi.9.artic.87.

Ou inſenſez.

GLOSSA QVINTA.

Furioſis interdictio bonorum, & aliis amentibus fit.

1 INterdictio bonorum fit non ſolum prodigis, ſed etiam ſenſu carentibus, vt pote furioſis,phreneticis,amentibus,aliiſque id genus perſonis.l.prima.ff.de curat.furio. & intellige hunc articulum loqui de inſenſatis,nō de cenſu, id eſt pecunia carentibus:quia his interdictio fieri non debet,cum nō habeāt bona,ſed de ſenſu,id eſt intellectu carentibus.§.item furioſ.inſtit.de cura.l.ſi furioſi.C.de nuptiis.l.tam dementis.de epiſcop. audien.& ſic loquitur iſte text.in ſententia interdictionis bonorum dicta his furioſis,vt prouiſoria dicatur,& non obſtante appellatione exequenda.

2 Idem dicerem in phreneticis,cum etiam ſenſu careant, *& inſenſez.* vulgò dici ſolent.c.cum dilectus.de ſucceſsio.ab inteſta.iſtis igitur à iudice interdictio fieri poteſt, & illius ſententia executioni dabitur:nec debet intelligi hic tex.de ſententia dationis curatoris prodigis,vel inſenſatis dicta: quia ſuperius hoc dicit *dation de tutele*, ſed hic tantùm interdictionis ſententiam reſpicit: patet per illam alternatiuam,*ou inſenſez*.quod idem ſignificat,volens dicere, quòd ſententia iudicum regiorum interdictionis bonorum dicta prodigis, aut inſenſatis eſt prouiſionalis, & exequenda erit non obſtante appellatione.

Seni deliro an bonis interdici poſſit.

3 Idem in ſene deliro,vt etiam iudex bonis interdicere poſsit:vt eſt deciſum in Rota deciſ.866. Titius & Mœuius.in antiq.

4 Intellige curatorem dari poſſe furioſis: ſiue furor ſit perpetuus, ſiue furor ei contigerit per dilucida interualla:& interim bonorum interdictionem eiſdem facere iudex poterit.per l.penul. C.de cura.furioſ.Bal.in margarita in verbo curator.q.6.& d.§.item furioſi.quib.non eſt permiſ. facer.teſtament.in inſtitut.vbi Bauer. multa ſcribit: & an actus præſumatur factus tempore ſanæ
5 mentis,in his bonum eſt habere iudicem fauorabilem. † Nam in dubio iudex potius debet inclinare animum ſuum ad dandum curatorem, & ad illi interdicendum bonis, quàm ad denegandum,quando conſtat eidem per coniecturas de furore.

Coniecturæ probandi furorem.

6 Et per quas coniecturas furor probetur?Reſpon. quando alios paſsim verberat. teſte Angel. in §.furioſi. inſtitu de cura. & quando proiicit lapides per vicos ſine cauſſa, & ſemper aliquos defert.l.2.C.de hæret.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſolut.matri.ad hæc probatur furioſus,quādo dicit ſe ſapientem,& Regis, aut alterius magni principis conſanguineum:vel dicit ſe regem, baronem,pontificem abſque aliquo titulo:vel qui pauper eſt, & dicit ſe matrimonium contraxiſſe cum regina,comitiſſa,vel alia magna domina:& qui alienat bona eccleſiæ, vel ciuitatis.l.idem Iulianus.§.ſi.ff.de legat.1 & aliàs cognoſcitur quis ex ſermonibus.l.is qui.de tuto.& curat.dat.ab his. ff.& qui vno propoſito non finito aliud incipit, mentem inordinatam habet.ca.vnico.de cleric. ægrot.lib.6.c.iiij.de hæret.eod.lib.& qui propoſitum interrumpit viri ſapientis, & ſemper loqui vult,parum ſapit:alias coniecturas probandi furorem ſcribit Iaſ.in l.furioſum. C. qui teſta.facere
7 poſſ. † Ex his tamen putarem vnam coniecturam non ſufficere ad dandum curatorem, vel ad bonorum interdictionem: ſed tot requiruntur, quot poſſunt animum iudicis inducere ad dandum curatorem, & ad interdicendum bonis: vt ſcribit in ſimili Bar. in l. admonendi. col.3. ff.de iureiurand,

8 Idem iuris dicerem in cæteris, qui curatorum ope iuuantur:vt ſententia prouiſionis data de curatoribus illis dandis, & de interdictione bonorum, executioni danda ſit,cum furioſis æquiparentur.l.Fulcinius.§.planè.ff.quib.ex cauſsis in poſſeſ.eatur.

Praxis dandi curatores furioſis, & contractus annullandi.

9 Aduertendum eſt tamen, quòd in praxi ſeruatur, quando prodigus,vel furioſus,antequàm habeat curatorem,aliquid alienat:vt impetrentur literæ regiæ à parentibus,& conſanguineis, in quibus narratur talem eſſe priuatum ſenſu,& regimine, ob id ſe regere non poſſe:vnde petunt à Rege,vel ab eius cancellaria,vt detur ei curator:itaque Rex mādat iudici illius furioſi ordinario, & committis,quatenus opus eſt, ſi vocatis parentibus proximis appareat de prædictis, prouideat ei de tali curatore, vel de aliis conſanguineis proximis, & idoneis,& interdicat alienationem tali furioſo,& prodigo,& ſi aliquam alienationem videat factam ab eo tempore, quo fuit prodigus, vel furioſus,eum irritet,& pro non facta habeat,& hæc publicet per ciuitatem,interdicendo omnibus,ne deinceps ab illo furioſo,vel prodigo,emere habeant,ita vidi communiter fieri:alia nunc de inſenſatis relinquo ſenſatis diſcutienda,his contentus.

Reſection

Refection de ponts & des paſſages.

GLOSSA SEXTA.

1 AD inſtructiones itinerum, pontiumq; etiam diuinas domos, & venerabiles eccleſias tàm laudabili titulo libenter adſcribimus, quia non eſt inter ſordida munera numeratum.l.ad inſtructiones. C.de ſacroſanc.eccleſ. & ſic hi duo caſus non obſtante appellatione exequentur,& ſunt prouiſionales.

Sẽtentia ſuper ponte, uel itinere reficiendo, eſt executoria.

2 Et ideo ſententia lata vt pons,vel iter reficiatur,ſeu tranſitus:& vt tales ad hoc teneantur,executioni dabitur,non obſtante appellatione: quia in his regulariter eſt periculum in mora: ideo executio facienda erit.argu.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de noui oper.nun.& in rubr.ff.de itinere actuque priua.licet Panorm.conſil.3.in 1.vol.dicat de iure canonico illam legem ad inſtructiones.poſt gl.ibi eſſe correctam:& non pauci iſtam ſequuntur ſententiam,& ſic eccleſiæ ſecũdum eos,& clerici non tenentur ad refectiones pontium,vel itinerum.

3 Sed communiter doc.in d.l.ad inſtructiones tenent contra illam glo. & Cepol. in tracta. de ſeruitute vrbanorum prædiorum.rubr.de ſerui.viæ.quæſt.25.iſtam etiam ſtylus ſeruat:vt teſtatur Guido Papæ in deciſio.ſuis.quæſt.7. habentes.& quæſt.78. an eccleſia. plus dicens, & eccleſiam contribuere teneri, & clericos pro reparatione murorum, & fortificatione ciuitatis.his verbis vtitur,& ſequitur eum Petr.Iacob.in ſua practic.rub.de refectio.murorum.per tex. in l. abſit. C. de priuileg.dot.Auguſt.lib.11.quæ ſic ſcribitur, Abſit, vt nos inſtructiones viæ publicæ, & pontium,ſtratarumque opera,titulis maiorum principum dedicata,inter ſordida munera numeremus: igitur ad inſtructiones & reparationes itinerum,pontiumque nullum genus hominum, nulliuſque dignitatis ac venerationis meritis, ceſſare oportet, domos etiam diuinas tàm laudabili titulo libenter adſcribimus. Sed dicunt clerici imperatorem non potuiſſe eos adſtringere ſua conſtitutione, & verum eſt: vt in cap. eccleſia. de conſtit. tamen hæc opinio de facto ſeruatur in Francia.

Ad murorũ reparationes an clerici & quãdo teneantur.

4 De conſuetudine itaque cogitur eccleſia,& clerici duobus interuenientibus ad pontium, itinerumque refectiones, & murorum:primò ſi refectio fiat propter neceſsitatem, & non ad decus vrbium ſolùm:quia neceſsitas legem non habet.l.vna.ff.de officio conſul. & omnia tempore neceſsitatis communicanda ſunt.l.2.§.cum in eadem.ff.ad legem Rhod.de iactu.Ratio eſt quia clerici iuuabuntur pontibus,& illis muris,& itineribus ſicut laici:ideo ſecundum naturam eſt eum pati incommoda,quem ſequuntur commoda.l.ſecundum.ff.de reg.iur.

Clerici ad refectiones murorum quando teneantur.

5 Secundum quòd eccleſia res ibi poſsideat temporales: vnde chordigeri, vel alij clerici, qui nullum temporale poſſident,non tenentur:vt aſſerit Guiliel.Benedic.in repe.cap. Raynutius. in verb.& vxorem.nu.1030.de teſta.quia temporalia tunc capiuntur pro executione, quæ non poſſunt capi:quando illæ eccleſiæ non habent,nec ſolent condemnari eo caſu clerici,vel eccleſiæ.

6 Et ſic fuerunt condemnati clerici Nouionen.ad reparationes neceſſarias, proſequente maiore,& ſcabinis,ſeu iuratis illius ciuitatis,à ſenatu Pariſ.anno 1388.die ſexta Iunij.& idem pronũciatum fuit contra clericos ſancti Audomari S. Omer. anno 1456. die 4. Iunij. item capitulum Ambian. & clerici eiuſdem ciuitatis areſto Senatus fuerunt per modum prouiſionis condemnati ad quingentos florenos pro reparationibus,& vt dicunt,pro fortificationibus,anno 1355.die prima Auguſti:& capitulum Lugdunenſe fuit etiam condemnatum anno 1368.die 18.Maij.per quę patet hodie non eſſe dubium in hoc regno Franciæ. Multa ſuper hoc dicunt doct.in d.l.ad inſtructiones. & Thomas parpa.in repet.l.placet. C. de ſacroſanct.eccle.alia multa addidi ad d.l.ad inſtructiones.in C.meo antiquo.& ſcripſi in l.vinculorum.ff.de verb.ſignifi.

Areſtum.

7 Et ſic patet ſententiam iudicis regij ſuper refectione pontium,vel itinerum publicorum,eſſe executoriam:ſiue iudex condemnauerit aliquos ad reficiendum, ſiue ad dandum pecuniam pro ponte,vel itinere publico reficiendo: quia pecunia omnes res æſtimantur.l.ſi ita.1. ff. de fideiuſ. facit rub. de locis, itineribuſque public.nec tenebũtur clerici etiam pro itineribus publicis, niſi tranſitus frequens per illa fiat:& ita vult hic tex. dicens, *paſſages*. nam oportet quòd ſit tranſitus, alioqui non ſatisfieret huic tex.vide Rebuffum, & alios in l.vna. C. de mulierib.libr.10.& Petr. Antibo.in tract.de minorib.

Et auſsi quand il ſera queſtion des ſalaires, ou loyers de ſeruiteurs.

GLOSSA SEPTIMA.

1 IVri diuino conformis eſt hic caſus,primo Leuitic.cap. 19.ſcribitur,non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque ad mane.& Deutero.24.non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui,ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt:ſed eadem die reddes ei pecuniam laboris ſui ante ſolis occaſum,quia pauper eſt,& ex eo ſuſtentat animam ſuam:ne clamet contra te ad Dominũ, & reputetur tibi ad peccatũ.& Thobiæ 4.c.Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitues:& merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.Ex his patet executionem ſententiæ,qua condemnatur quis ad ſoluendum ſalarium famulis,eſſe faciendam non obſtante appellatione.

Seruis & operarijs ſalariũ ſtatim eſt ſoluẽdũ.

2 Et hic tex. loquens in ſeruis *ſeruiteurs*, habet locum in quibuſlibet operariis: adeò quòd ſi promittam mercedem compaginatori librorum, ſtatim facto opere debetur ſalarium promiſſum: quod ſi recuſem ſoluere, iudex debet per prouiſionem me condemnare: & iſta ſententia erit executoria: & quòd intelligatur de omnibus & ſingulis operariis, probatur per iſtud verbum *ſeruiteurs*, generale, quod omnes, qui ſeruiunt, comprehendit: ſed operarij ſeruiunt, ergo & *ſeruiteurs* dicentur: de communi tamen vſu eos *ſeruiteurs* vocare non ſolemus, ſed eos tantum, qui nobiſcum morantes ſeruiunt: ſed ego vidi etiam ſententiam quoad mercedem operariorum executioni mandari, non obſtante appellatione, etiam profeſſorum, qui ſtipẽdia habent. nam omnes ſeruire dicuntur, & hîc comprehenduntur.

Salarium quando peti poßit.

3 Sed quæro, an famulo debeatur merces in initio, vel in fine anni? reſpondeo quando pecunia promittitur alicui pro ſumptibus, magis quàm pro labore, vt pote pecunia quæ datur legatis, & profeſſoribus: & tunc in initio, vt ſumptus fieri, & ſtudia poſsint, ſolutio fiet. l. legatus. §. 1. ff. de legatio. l. fi. C. illo titul. libr. 10. ſi verò pecunia promittatur pro labore, tunc in fine ſolutio fiet: quia ante operas exhibitas, non compleuit ex parte ſua, & ſic non poterit antè petere. per l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraord. cognit. nam facta ſolutione fortè diſcedere poſſet famulus, vel non ita bene ſeruiret, tutus ſuis ſtipendiis: ſi tamen famulus indigeat, poteſt ſingulis menſibus ſalarium petere: & tunc quia illo menſe ſeruiuit, dominus denegare non debet.

4 Limitatur non procedere in ſalario debito vltra tres annos: hoc enim iudex non exequetur, per iſtum text. ibi, *de troys années, & au deſſoubz*. facit l. quicunque. C. de apochis publicis. libr. 10. vide in glo. ſeq.

5 Secundò quando aliter conuentione partium, vel ſtatuto, ſeu conſuetudine cautum eſſet. l. poſt duos. C. de aduocat. diuer. iudic. Alexan. & alij in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſo. ſcripſi abundè in ſcholaſtic. 7. priuileg.

Tertiò quando iuſtum eſſet, alioqui nõ. l. quod ſeruus. ff. de acquir. poſſeſsio. ideo promiſſum ſalarium pro furto vel re turpi non debetur: vt ibi.

Salariũ ancillarũ exequẽdum.

6 Idem puto in ſalariis ancillarum, tum quòd hoc nomen appellatiuum *ſeruiteurs*. comprehendit tàm maſculum quàm fœminam: vt ſcripſi in l. 1. ff. de verb. ſigni. & in l. deteſtatio. §. ſerui. ibidem Imbert. in inſtitu. forenſi. §. prætereà libr. 1. plus dicens, quòd ſi quis fuerit condemnatus ad ſalarium, & ad aliam rem vna ſententia: quoad ſalarium exequetur ſentẽtia, ſed non quo ad aliam rem non fauorabilem: atque areſto ita iudicatum aſſerit die 7. Martij. 1529. ſuperius dixi quomodo intelligi debeat, & opiniones contrarias conciliaui arti. ſecundo in gloſ. 4. alia huic rei accommoda dicam in rubr. *des loyers & gages des ſeruiteurs*. his nunc contenti eritis.

Areſtum.

De troys annees ou au deſſoubz.

GLOSSA OCTAVA.

Sẽtentia ſalarij executoria eſt pro tribus annis.

1 ET ſic ſententia ſalarij petiti pro duobus annis, vel tribus ad ſummum, debet executioni mandari, vltra verò tres annos non: quia non præſumitur, quòd tandiu pauper ſeruus diſtulerit petere dictum ſalarium, & quia de magno agitur. facit l. quoties. de apoch. public. libr. 10. C. vbi qui oſtendit ſe tribus proximis annis ſoluiſſe tributum, cenſum, ſeu penſionem, præſumitur anteà ſoluiſſe: ideo non poteſt peti, quod antea allegatur debitum, niſi illa trina ſolutio fuerit vno momento facta pro tribus annis: vt Bal. firmat in l. 2. C. de dotis promiſſ. facit l. ſi conuenerit. ff. de pig. acti. & Iaſ. in l. 2. nume. 135. de iure emphiteo. facit l. ſi certis annis. C. de pact. & l. 1. de fideicommiſ.

Sententia pro quatuor annis quando ſit executoria.

2 Quid ſi ſententia fuerit lata pro quatuor annis, in qua ad quadraginta libras fuerit condemnatus dominus pro ſalario famuli, nonne hæc ſententia erit executoria? quidam per iſtum tex. dicebant non eſſe: ego tamen arbitrarer contrarium, non per iſtum tex. ſed per text. in rubr. *des ſentences executoires*. articu. 15. vbi diſponitur omnes ſententias latas ſuper perſonalibus actionibus vſque ad quadraginta Pariſ. libras executorias eſſe: ergo per illam ordinationem iſta ſententia etiam ſalarij exequetur vſque ad illã ſummam: nec obſtat iſta ordinatio, quæ eſt inducta ad augmentum ſalarij famulorum, ergo non operabitur diminutionem. l. legata. ff. de legat. 1. nam ſi ſententiæ trium annorum etiam excedant quadraginta libras pro ſalariis, exequentur per iſtum tex. conſiderantem tantùm tres annos. Item per hanc ordinationem non derogatur aliis ordinationibus: vt in fi. huius tex. dicitur, ergo alteri ordinationi diſponenti, vt omnes ſententiæ executoriæ ſint vſque ad quadraginta libras, non derogabitur per iſtum tex. alioqui ſequeretur quòd pauperes famuli eſſent deterioris conditionis, quàm alij: quod non eſt dicendum: ideo iſta ordinatio debet intelligi de quatuor annis non eſſe executoriam, quãdo excederet quadraginta libras Pariſ. per illam ordinationem: alioqui executoria erit per illam ordina. non per iſtam quoad quartum annum, in caſibus, in quibus ſalarium quarti anni peti poteſt, vt ibi dixi.

3 Si tamen lata eſſet ſententia condemnatoria de quatuor annis, in qua dominus eſſet ad ducentos aureos condemnatus: exequetur ſententia vſque ad tres annos, id eſt vſque ad centum quinquaginta aureos, in alio quarto anno minimè. Nam vtile non debet per inutile vitiari. regu. vtile. & ſuperius dixi in diuiduis hoc procedere. in arti. 2. gl. 4.

Et ſic ſententia de tribus annis exequetur,etiam ſi excederet quadraginta libras Pariſ.in quolibet anno : quia hîc non limitatur ſumma:ſed ſeruitij tempus : ſed ſi omnes ſententiæ videlicet quatuor non excedant quadraginta libras,omnes ſimul exequẽtur per ordi.aliam,non per iſtam. & ſi lata fuerit ſententia pro quatuor annis,& excedat quadraginta libras Pariſ.tunc executioni dabitur pro tribus annis,& non pro quatuor:quod eſt notandum.

Sed quæret quis,an debeat fieri ſolutio famulo in dies ſingulos,vel annos?Bar. in l. qui inſulam.§.qui ædem.ff.loca. dicit quòd pretium iuxta conuentionem petendum eſt, & ſoluendum: vnde ſi in diem fuerit promiſſum,vel ad conditionem,tũc ſic ſoluetur:ſi verò ad opus,tunc opere perfecto:vt ibi.& l.ſed addes.§.ſiquis.ff.loca.

Limitatur quando conſuetudo eſſet in contrarium,vt ſingulis diebus ſolutio fieret.Bar.& Sali.in l.2.C.loca.vel niſi qualitas perſonæ aliud ſuaderet,vtpote ſi artifex non poſſet domum facere,niſi ei ſoluatur pecunia:tunc ei ſolui aliqua pars debet.l.ſi verò non remunerandi.§.ſi.ff. mandati.abundè ſcripſi in ſcholaſti.priuileg.7.

Oppoſitions.

GLOSSA NONA.

1 ET ſic requiritur per iſtum text.*prouiſoires*,quòd ſententia ſit prouiſionalis,non autem ſimpliciter prolata:& illa oppoſitione non obſtante executioni mandabitur,quamuis oppoſitio multos ſoleat effectus producere. *Oppoſitionis multi ſunt effectus.*

2 Primus autem effectus eſt executionis ſuſpenſio, nempe oppoſitione pendente non vendentur bona capta pro executione, donec per iudicem dicatur executionem perficiendam eſſe:quia oppoſitio ſuſpendit.l.à Diuo pio.§. ſi ſuper.ff. de re iudic. vbi abundè doct. & dico in tract.de ſententiis execu.arti.7.glo.12

3 Secundus effectus eſt deuolutionis,nam cauſſa ad eum iudicem deuoluitur , qui ſententiam protulerit:ſicut docto.dicunt de appellatione,quæ habet vim deuolutiuam in rubr.de appella. in decreta.ſic is iudex de oppoſitione cognoſcit , contra cuius præceptum ego oppono , vel alius quiuis intercedit.

4 Tertius effectus oppoſitionis eſt, vt appellatione pendente iudex non debeat remouere poſſeſsionem ab opponente : imò iura omnia debent ei eſſe integra vſque ad finem cauſſæ. cap. cum ſuper.de re iudic.

5 Quartus effectus eſt,quòd is iudex, qui fuit competens in principali, erit regulariter de oppoſitione competens.docto.in d.cap.cùm ſuper.& in l.quoties.C.de iudic.

6 Quintus quòd opponens non videtur approbare ſententiam,cui ſe opponit , ideo non poterit ſe ea iuuare.per regulam,ex eo non debet quis fructum conſequi, quod nixus eſt impugnare.de regu.iur.in 6.Bar.in l.poſt legatum.ff.de his quib.vt indig.

7 Sextus quòd iudex auditis partibus , & ſine alio proceſſu poteſt pronunciare executionem perficiendam,ſicut pronunciat ſe competentem.c.ſignificantibus.de officio delegat. gloſ.vlti. in authentic.habita.C.ne filius pro patre.

8 Septimus opponens non videtur calumniari, ſi ſtatim offerat ſe probaturum quod opponit. Panormit.& alij in capitulo ſuper eo.de officio delegat.

9 Octauus effectus, in quibus caſibus regulariter actus non valeret opponente parte, valebit ſi pars non opponat:plura ſuper hoc ſcribit Fel.in c.inter monaſterium.col.8.nu.16.de re iudic. & Purpura.in rubr.de offic.aſſeſſo.nu.54.& ſeq.

10 Nonus effectus eſt,quòd ſi iudex non admittat oppoſitionem,ſed procedat ad vlteriora,poterit appellari:alioqui valebit actus poſt oppoſitionem.doct.in l.edita.C.de edendo.per l.1.C. de appella.vbi Bald.licet quidam dicant proceſſum nullum.Iaſ.& alij in l.ſi.C.de codicil.Bart. & alij in l.à procedente.C.de dilatio.tamen ſeruatur in curiis Franciæ,quòd ſi iudex non obſtante oppoſitione procedat,ego debeo appellare,alioqui proceſſus valebit:quia ego videor acquieſcere,& renunciare meæ oppoſitioni,eam non proſequendo:ideo appellatione opus eſt ; quæ ceſſant in his executoriis.

11 Decimus eſt,quòd ſi quis non opponat illud priuilegium,quod ſibi competit, vel aliud remedium,ei videtur renunciare.Paulus in l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omn. iudi. & refert Aymo crauete in conſil. 87. Sempronius.col. 2. per cap. ſuper literis. de reſcript. & c. cum olim.1. de offic. delegat. interim in practica nota iſtos oppoſitionis effectus , quos non inueni vſquam congeſtos. alibi tractabo oppoſitionis materiam.multa dixi in gloſ.9.in artic.1.de liter.obliga.

{Vndecimus effectus eſt,quòd ſententia non nocebit ei,contra quem lata non eſt,ſi iure contra illam opponat. Nam res alius non præiudicat. in rubr. Res inter alios acta. C. Scripſi in tractatu de arreſtis & opponentibus contra ea , articu. 1. in 3. Tomo Commentarior.ad conſtit. reg.ſuprà.

Duodecimus opponens ignorans quæ facta priùs erant , poterit teſtes , inſtrumenta , & alia facere,quæ principalis non poſſet.c.veniens.2.de teſtib. Bar.in l.ſi perluſorio.ff. de appel. alia videbis in d.trac.de arreſtis & oppo.contra ea.}

Oa ap

Ou appellations quelz conques & ſans preiudice d'icelles.

GLOSSA DECIMA.

Requiſita in hoc articulo.

Sequentia in hoc articulo requiruntur, primò quòd ſententia lata ſit: ibi, *que les ſentences*, nempe quod non eſt, exequi non poteſt. argument. l. decem. ff. de verborum obligatio. cap. ad diſſoluendum. de deſpon. impuber. ſi tamen famulus haberet inſtrumētum obligatorium de ſuo ſalario, etiam exequi poſſet: vt dixi in rubr. de liter. oblig. ſuprà, non tamen per hunc tex. ſed per artic. primum, & 2. de liter. oblig.

Secundo quòd per iudices regios ſententia prolata ſit, ibi, *que ſe donneront par iuges royaulx*. aliis autem iudicibus denegat iſte text. auxilium: vt ſuperius dictum fuit. nam qui de vno dicit, de alio negat. l. cùm prætor. ff. de iudic. cap. nonne. de præſumpt. & ſuis iudicibus Rex ſuum impartitur fauorem.

Tertiò requiritur, quòd ſit in his caſibus ordinationis lata, *en matiere de des*, & aliis hîc expreſſis ſuperius. in præfa. ſcripſi circa finem quomodo intelligatur.

Sententia ſimpliciter lata quando ſit exequendá.

Quartò quòd ſententia ſit prouiſionalis, ibi, *prouiſoires*, igitur ſi non ſit lata per prouiſionem, ſed ſimpliciter non exequetur dicunt tamen quidam, quòd tantùm in ſalario ſeruitorum requiritur, vt per prouiſionem fiat condemnatio: in aliis autem caſibus hoc verbum *prouiſoires*, non additur: ideo ſententia etiam non prouiſionalis exequetur: vide in præfa. ſuprà in fi. quod in hoc titulo ſolet addi ſemper per prouiſionem. ſed in caſibus vbi in ordinatione non requiritur prouiſio, & tamen vult vt ſententia exequi poſsit, exequetur etiam lata ſimpliciter, vt in actione perſonali vſque ad quadraginta libras Pariſ. vt habetur in rub. de ſenten. executo. vbi ſcripſi. & ſolet iudex quandoque ſimpliciter condemnare ad ſalarium famuli, vel ad aliam rem prouiſionalem, ſi appellatum fuerit à parte, vt interim executioni demandetur: dicere iudex ſolet per modum prouiſionis ſententiam exequendam, non obſtantibus oppoſitionibus & appella. & tunc executio fiet.

Areſtum.

Quintò quòd detur cautio, & in iudicio vocata parte, & quòd illa cautio ſit recepta: aliàs executio non valet: vt fuit dictum anno 1519. die 12. Iulij pro Ioanna chauuet tutrice contra Ludouicum *le treau* ſeruientem. multa dico de hac cautione in tracta. de ſenten. executo. arti. 1. alia dixi requiſita in aliis proximis artic. ſuprà, ex quibus cætera colligi poterunt.

En baillant toutesfoys par leſdicts ſeruiteurs caution telle qu'ilz pourront bailler.

GLOSSA VNDECIMA.

Cautio iuratoria famulis & ancillis ſufficit.

Et ſic extra famulos nullus debet admitti niſi det cautionem idoneam: ibi, *par leſdicts ſeruiteurs*. text. in cap. ſuſcitata. in fin. de in integr. reſtitu. ſcripſi in articul. 1. tracta. de ſenten. execu.

Idem etiam dicas in ancillis, quia conſiderauit ordinatio, quòd hę pauperes ſunt, nec ſemper inuenient fideiuſſores: & ſic iſta lex eſſet illis fruſtratoria: ideo ſtatuit vt hic, & ſic iuratoriæ cautioni earum ſtabitur, ſi aliam tradere non poſsint. Iaſ. in rub. ff. qui ſatiſ. cogant. debent tamen ſe obligare tanquam pro depoſito iuſtitiæ: quòd ſi non reddāt, poſteà in carceres conijcientur: vt ſcripſi in tracta. de liter. obliga. articu. 5. nam iſte text. loquitur, vt dent cautionem talem qualem poſſunt: ſed ipſi iſtam tradere poſſunt, igitur eam promittere tenentur: vel obligare corpus & bona ad reſtituendum id, quod receperunt ne famuli inuitentur ad petendum id, quod eis eſt ſolutum, & detur eis materia delinquendi, quæ eſt tollenda. l. conuenire. ff. de pact. dotalib.

De rendre leſdictz ſalaires ou loyers s'il eſtoit dict en fin de cauſe.

GLOSSA DVODECIMA.

Salarium indebitè ſolutum per prouiſionem repeti poteſt.

Nam ſi fortè famulus iterum petat ſalarium iam ſolutum, & dominus hoc probauerit in cauſſa principali ſe iam ſoluiſſe: tunc famulus tenebitur reſtituere ſalarium ſibi per prouiſionem traditum, vel ſalarij partem, cuius fuit probata ſolutio: & alia de his ſtipendiis abundè dicam in tract. *des loyers & gages des ſeruiteurs*, & intra quod tempus peti debeant.

Areſtum. *Executio non differtur per literas ſtatus.*

Nec in his prouiſionibus differtur executio etiam per literas ſtatus: vt fuit pronunciatum in hoc Senatu anno 1537. die 3. Maij. & in his nō fuerunt approbatæ nec interinatæ literæ ſtatus, nec in cauſsis quæ ſummariè, & de plano tractari debent, nec in aliis proceſsibus poſt concluſionem in cauſſa: vt dico in tract. de literis ſtatus.

Et cum hęc ordinatio non diſtinguat de famulis, *des ſeruiteurs*, habebit locum in omnibus quomodocunque ſeruiant, & in quocunque artificio: nempe indefinita æquipollet vniuerſali. cap. vt circa. de elect. in 6. l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. vt ſuperius dictum extitit: ſed adde dummodo quis

iuſtè ſer

iuſtè ſeruiat alioqui ſi lenonis officio ſeruiret, non debetur ei ſalarium, ſed ſuſpendium. tex. in autheut. de leno. coll. 3. & iſti vendentes filias gladio conſumantur. dicit l. fi. C. de plagia.

Pœna lenonum mors.

Les aultres ordonnances de noz predeceſſeurs faiſants mention des aliments, douaires, medicaments & aultres prouiſions demourants en leur force & vertu.

GLOSSA VLTIMA.

ET ſic non vult corrigere præcedentes articulos, niſi quatenus hîc eſt expreſſum: quippe quod non mutatur, cur ſtare prohibetur. l. præcipimus. C. de appella.

1 Cùm igitur hîc prouidere velit famulis, idem in aliis pauperibus, & miſerabilibus perſonis dicendum erit: & quidem iuſtè fit prouiſio pauperi: quia dicit text. in c. pauper. 11. quæſt. 3. dum non habet quod offerat in iudicio, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur, citò violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpã, quam redimere nummis exiſtimat. & Eſaiæ 66. c. Ad quem reſpiciã, dicit Dominus, niſi ad pauperculum, & cõtritum ſpiritu, & tenentem ſermones meos? & Dauid Pſal. 10. Oculi eius ad pauperem reſpiciunt. Et paupertatem non deſpexit Chriſtus, imò illam ſummopere dilexit, tàm in natiuitate, quàm in morte: vt patet in Euangelio.

Pauperi prouideri debet.

Et pauperes habent quadragintaquatuor prærogatiuas, & 17. incommoda, quæ tradit Lucas de penna. in l. fi. C. de his qui nu. liber. lib. 10. & Iaſ. in additio ad Porcum. in §. 1. inſti. quib. ex cauſ. manu. licet. & Ioan. roſel. in reperto. ad Ioan. Crotum, in verſi. idoneitas. vide in ordi. reg. rubr. *des rolles*. arti. 1. vbi dicam. facit tex. in c. gloria. 12. q. 2. & alibi dicitur,

Diuitijs vti res eſt aduerſa ſaluti,
Paucos crede bonos, quos beat æris honos,
Mollicies veſtis, coitus, gula, cura quietis,
Poſſunt luxuriæ quattuor eſſe rota.

Et vide Ioan. de paninis, cui eſt cognomen baculus paſtoralis. quæſt. 7. in fi. & Lucam, in l. domini. col. 1. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. & l. ad ſubeunda. de decurio. libr. 10. Roma. in repetit. l. ſi verò. §. de viro. fallen. 23. ff. ſolut. mat. & quæ addidi ad Alberic. in dictiona. in verbo, pauper.

Prouidere etiam perſonis miſerabilibus iudex debet: ſed pluries fui interrogatus, quæ ſint hæ perſonæ miſerabiles: quorum precibus ſequentia notatu digna adſcribenda duxi. Primò viduæ & pupilli miſerabiles dicuntur: quia ad eorum miſerandum nos inducit Deus. opt. max. Exodi 22. c. Viduæ & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiãque vos gladio, & erunt vxores veſtrę viduę, & filij veſtri pupilli. Fely. & alij in cap. ſignificantibus. de off. delega. & Eſaiæ primo c. defendite viduam, iudicate pupillo: intellige ſiue ſit propriè vidua, vt pote quia maritus eius mortuus eſt, ſiue quæ nunquam nupſit, adhuc dicitur vidua. l. malum. §. vidua. ff. de verb. ſigni. ſcripſi ibi quid dicendum contra Alciatum & alios.

Miſerabiles perſonæ quæ ſint.

Item vidua vocatur etiam ſi vir viuat, ſed eſt inutilis. cap. 2. de tranſlatio. epiſcopi. gl. ſing. in l. ſi plagij. C. ad legem Flauiam de plagia. text. in cap. viduas. & ibi gloſſ. 1. quæſtione 2. quod intellige viduæ concedi priuilegia, ſi pauper ſit, & honeſtè viuat, alioqui non. Felin. in d. c. ſignificantibus. per illum tex. facit authen. eiſdem pœnis. C. de ſecund. nupt. quia ad iſtam miſericordiam pluribus de cauſsis moueri poſſumus: teſte Fabia. de giochis in reperi. authen. nouiſsima. q. 2. C. de inof. teſta. Lucas in l. fi. col. 12. C. de incol. libr. 10. Benedi. in repe. c. Raynutius. in verb. cuidam Petro. nu. 47. cum ſeq. de teſta. Hippol. in l. vna. nu. 211. cum ſeq. C. de rapto. virg. ideo ſi alimenta viduæ debeantur, per modum prouiſionis iudex illi adiudicabit', & illam exequetur ſententiam: vt ſuperius dixi.

Secundo orphani. Dauid Pſal. 9. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. & dicitur orphanus vtroque parente priuatus: & in quibuſdam ciuitatibus certa ſunt ipſis domicilia conſtituta: & rectores eorum vocantur orphanotrophi. l. orphanotrophos. & l. omnia. C. de epiſcopis & cle. quia contingit. de religio. domib.

Orphani miſerabiles perſonæ.

Tertiò peregrini & aduenæ. Exod. 23. c. Peregrino moleſtus non eris: ſcitis enim aduenarum animas: quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti. & Deutero. 10. c. Facit Deus iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum. & facit auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſsio. c. ſi quis Romipetas. & c. illi. 24. q. 3. ideo iſtorũ cauſſæ expediri ſummariè debent, & per prouiſionem, ſi longum habeat cauſſa tractum.

Peregrini et aduenæ.

Quartò puella nobilis, quæ non poteſt ſecundum eius conditionem matrimonio copulari, dicitur pauper: & eidem poteſt prouideri, ſicut pauperi. Bal. in l. ſi quis ad declinandam. col. 2. C. de epiſcop. & cler. Dec. in c. cæterum. nu. 14. de iudi. facit c. ſi qui teſtium. de teſti. vbi docto. & in l. in eadem. in fi. ff. ex quib. cauſ. maiores.

De puella nobili.

Quintò mercatoribus ſi grauentur in vectigalibus, & pedagiis, ſummariè ſuccurri debet. cap. ſi quis Romipetas. 24. q. 3. Innoc. & Imol. in c. ſignificantibus. col. vlti. de offic. delegat. ſcripſi in bulla cœnæ domini. artic. 3.

Mercatoribus in vectigalibus grauatis ſuccurri debet.

Sextò

Pœnitētes, liberti eccleſiæ, & alij ſeruientes ſunt perſonæ miſerabiles.

Sextò publici pœnitentes dicuntur miſerabiles perſonæ.teſte Imo.in d.c.ſignificantibus.

Septimò liberti eccleſiæ manumiſsi, & qui commendantur eccleſiæ, & ad eam confugiunt. no.in c.epiſcopus.12.quæſt.2.& gl.in ç.omnis ætas.quæſt.1.in c.liberti.87.diſt.& c.eos.& ç. libertos.ibidem.

Octauò officialis eccleſiæ,& alij ſeruientes eccleſiæ,ſecundum Imol.vbi ſuprà.glo.in d.c.omnis ætas.in fi.quod eſt verum,ſi gratis ſeruiant,& ſint pauperes,alioqui contra.vt doct.not.in d.c. ſignificantibus.

Bartho.fuit expoſitus.

Nonò infantes expoſiti inter miſerabiles computantur.c.fi.87.diſt.l.1.& 2. C. de infantib. expoſi.dicitur de Bar.quod ſic fuit expoſitus, vt ipſe teſtis videtur in l. quidam cùm filium. ff. de verb.obli.vbi Iaſ.& alij de eo ſcribunt.

Decimò ſenes & decrepiti etiam ſi ſint diuites. Azo in ſumma.quando impera.inter pupillos, & viduas,in fi.Ioan.lupus in repeti.c.per veſtras.not.2.nu. 12.de donatio. inter vir. & vxor. quia teſtante Cicero.Sola ſenectus morbus eſt.& deciſio.Neapol.257.dicit conſtitutio.

Senes,cæci, mēbris mutilati ac leproſi.

Vndecimò cæci,& mutilati membris,atque leproſi,ac debilitati.c.1.de cler.ægrot. per totum. & Alex.conſi.126.in hac hæſitatione.col.3.vol.4.& in Specul.princip.rubr.23.§.ſed pone.num.10. per Petrum beluge.

Carcerati, cruce ſignati, ægri, ac de nouo ad fidem conuerſi.

Duodecimò carcerati. tex. in l.ſi quis ad declinandum.C.de epiſco.& cleric. Cynus in l. fin. C. ſi quis alteri vel ſibi. Bar. in tracta. ſuo de carcer.in fin.Hippoly. in pract. ſua. §.nunc videndum.num.11.

Decimotertiò cruce ſignati.teſte Imol. vbi ſuprà.quia aduenæ & peregrini ſimul ſunt,de quibus ſuperius dictum extitit.

Decimoquartò qui de nouo conuerſus eſt ad fidem.noſtram.teſte Inno. in c.Iudæi. de Iudę. Barb.in d.c.ſignificantibus.in fin.Hiſp.in d.c.per veſtras. nempe ex vſurpatione tyrannorum,eo quòd Iudæus conuertitur,omnia bona amittit:& princeps in cuius eſt territorio, ea rapit, cum deberet illi ſuccurrere: & multi ad fidem noſtram conuenterentur, niſi bonorum amiſsionem timerent,& ludibria,quę mali conijciunt aduerſus eos Chriſtiani:cum eos docere,& in Dei pręceptis erudire deberent:ſed quotuſquiſque inuenitur?rara auis in terris. & Papa ſtatuit eos moleſtandos non eſſe,nec bona eos amittere.in extraua.2.de Iudæ.in communib.imò ſtatuit vt rectores & ſinguli officiales nullam illis moleſtiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, ſed ipſos ab iniuriis & moleſtiis protegant, & defendant:vt ſic de ſeruitute ad libertatem ſe tranſiiſſe percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimiſſam perfidiam compellantur:quæ allicere debent Iudæos ad fidem chriſtianam ſumendam.{Ideo Carolus VI.olim rex Frāciæ,edicto cauit,vt Iudæi poſt baptiſmum bona ſua habeant,ac nihil horum amittant,non obſtante conſuetudine in contrarium,& hoc anno 1392.die quarta Aprilis,vt patet lib.antiq. ordina. & idem habetur in extra.2.de Iudæ.in communibus.}

Miſerabiles unde.

Vltimò miſerabiles dicuntur diuturno morbo fatigati.l.ſi quis ad declinandam.§. vbi autem. C.de epiſc. & cle. & omnes quorum natura mouet nos ad miſerandum propter fortunę iniuriam. teſte Azo.in ſumma, quando impet. inter pupillos. & dicuntur miſerabiles quaſi miſeriæ habiles.Iſido.lib.10.Etymolo.lib.3.vide tex.in c.ex parte.ibi,ipſius miſeriæ miſerandum. de cler. ægrotante.

Affectus morbo neapolitano dicitur miſerabilis.

Item dicebat quidam, miſerabiles eſſe iſtos ſacerdotes habentes concubinam, quia miſeriis pleni pluſquam alij ſunt:quia omnia bona in eis conſumunt. inimicitias oneraq; infinita patiuntur:at de iſtis non intelligimus,quia ſua culpa id merentur.quidam dicebat Neapolitano morbo affectos miſeros,relinquo illis cogitandum,qui nouiter ſudauerunt: quorum dentes adhuc non ſunt planè confirmati: ſed de his perſonis non intelliguntur iura fauentia miſerabilibus:nam licet verè miſerabiles ſint,tamen poſſunt dicere illud Ouidij,

Heu patior telis vulnera facta meis.

Item aliæ perſonæ hîc non numerantur:ſi tamen inueniantur quædam,in quibus maior ratio prouidendi inſit, vel æqualis, idem iuris erit:ſed quæ aliæ dicantur miſerabiles arbitrio relinquitur.vt Cy.Alberi.Bar.Bal.& alij docent.in d.l.vnica.quando impera.auth.ad hæc.in fi.C. de vſur. & l.mulierem.ſi mancipium ita fuerit alienatum ne proſtitua.& Alberic.in 1.parte ſtatuto. quæſt. 112.quid ergo.& in dictio.in verb.miſerabiles.Anto.Panor. & alij in d. c. ſignificantibus. & c. ad noſtram.de iureiur.Alex.in addi.ad Barth.in l.nec quicquam.§.fi. de off.proconſ.ff. Guido Papæ in deciſio.Delphi.q.466,quia ſecundum.& Iaſ.in l.Titiæ textores.col.5. ff.de lega.1. Dec. in c.ſedes.in gl.magna.de reſcript.Bertach.in tract.de Gabel.in 7.parte.q.27.

Priuilegia miſerabiliū perſonarū.

Intellige verum in aliis perſonis non declaratis:quia ſuprà declaratæ ſunt verè miſerabiles: & ideo non relinquitur arbitrio iudicis in illis ſecundum Soc.in c.ex tenore.col.2.de foro compet. & Alex.in addi.ad Bar.in d.l.vna.

Quibus prærogatiuis vtantur hæ miſerabiles perſonæ? Reſpon. primò debet fieri pendente lite eis prouiſio:vt hic diximus.

Cauſſa miſerabiliū perſonarum in prima inſtātia in ſenatu tractari poteſt.

Secundò quia cauſſa iſtarum miſerabilium poteſt in prima inſtantia tractari ipſis volentibus coram principe,vel in ſuprema curia.d.l.vna.& ita cenſuit Senatus Pariſ. vt citat Aufre. in ſtylo parlamenti.rub. de minorib.in 1. parte.§.fin. & Guido Papæ deciſio. 466. quia. & ego audiui in magna camera cauſſam cuiuſdam viduæ retineri: licet pars aduerſa remiſſionem peteret eo

quòd

quòd vidua ceſsiſſet debitum ſcholari filio ſuo: ſed fuit dictum oppoſitiones in curia decidendas anno 1542. die 5. Martij.

Areſtum.

Tertiò quia licet ſecundũ ordinẽ quo ſcriptę ſunt cauſſæ, *par roolles* (vt dicunt) debeant experiri: tamen in cauſsis iſtorum miſerabilium nullus ſeruari ordo debet, ſed illorum cauſſa prius debet tractari, & audientia extra rotulum dari. gl. in c. in primis. in princ. 2. q. 1. ordina. rubr. *des roolles*. arti. 1. & 2. Roma. in repet. l. ſi verò. §. de viro. col. 10. fallen. 25. ff. ſolut. matrimo.

Audientia pauperibus miſerabilibus danda.

Quartò miſerabilibus perſonis reus tenetur cedere, licet regulariter contra. l. 1. & ibi expreſsè docet Purpurat. C. de edeod. & Dec. in c. 1. col. 10. de probatio.

Quintò etiam poſt concluſionem in cauſſa poterit iudex interrogare teſtes in cauſſa horum miſerabilium, teſte Barba. conſil. 30. ſcribitur. col. 3. vol. 1. quia æquitas hoc dictat ſecundum eum. per l. vbicunque. ff. de interrogat. actio. quæ generaliter loquitur.

Sextò clerici compelli poſſunt ſubire tutelam miſerabilium, licet aliâs eſſe non debeant tutores. authent. presbyteros. 3. C. de epiſcop. & cleric. & ibi hoc tenet Ioan. Fabri per tex. in c. peruenit. 86. diſt.

Clerici miſerabilium tutelas accipiunt.

Septimò iudex impartiri debet officium ſuum etiam non petitus in cauſsis horum miſerabilium. teſte Bartol. Alex. & aliis in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Cy. in l. penul. C. ſi mancipium ita fuerit aliena. ne proſtitua. Alber. in l. vna. vt quæ deſunt aduocatis. &c. Alex. conſil. 121. viſo. col. 2. vol. 1.

Officiũ ſuũ iudex etiam non petẽtibus tribuit.

Octauò quòd iudex debet his perſonis aduocatos dare, ſiue petant, ſiue non. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconſul. Cy. in l. 1. quęſt. 14. ff. de iuriſdict. omnium iud. & hoc gratis vel ſumptibus de publico recipiendis: vt docet Guido Papæ in deciſio. Delphinal. q. 561. ſi quis contra. vbi dicit eſſe practicam, vt conductores: ſeu firmarij, & grapherij, vt compellantur mittere ad iudicem appellationis & conficere acta miſerabilium gratis. facit tex. in l. vnll. §. poſt vnius vero. ibi, gratis, & ſine vllo diſpendio prędicta geſta conficiantur. C. de epiſcop. & cle. & in ſtylo parlament. rub. de offi. commiſſa. ordina. 16. ſed hodie Herculis potius eriperetur claua quàm à ſcribis & phariſæis acta ſine precio, cum ex diabolica eorum vſurpatione triplex ſoleãt percipere ſalarium, quod non fieret, ſi acrimonia iuris in eos exerceretur, ſed noſtri tolerant abuſus illorum.

Acta gratis his perſonis expediuntur.

Nonò copia iudiciorũ eis etiam non petentibus dari debet: vt firmat Hippol. in practica ſua. §. nunc videndum. nu. 13. intellige ſecundum eum, ſi carceratus ſit idiota, vt ruſticus, pupillus, aut aliâs ignorãs facere ſuas defenſiones: de quibus in c. paſtoralis. de iu. ſecus ſi ſit prudens, ac cautus, tunc debebit petere ſecundum eum. idem tenet conſil. 56. cùm magnificus. circa finem, quod non ſeruamus in Francia: quia maleficium excludit priuilegium. l. 1. C. vbi Senato. vel clariſ. etiam hoc iure non vtimur in forenſi iudicio, ſed extra ordinem in criminalibus proceditur.

Decimò poſſunt iſti contra ſententiam, in qua ſunt læſi, petere reſtitutionem in integrum, etiam ſi ſint maiores: quia reſtitutio in integrum eſt miſerationis ſuffragium, quod his perſonis congruit per l. præſes. ff. de minorib. l. 3. in princ. rem ratam haberi: ſic conſuluit Bald. conſil. 465. in ciuitate Brixiæ. col. vlt. vol. 1.

Reſtitutionem in integrum miſerabiles petunt.

Vndecimò cauſſæ miſerabilium perſonarum etiam ſpectant ad eccleſiam, & coram iudice eccleſiaſtico tractari poſſunt. d. c. ſignificantibus, & c. ex tenore. & c. ex parte. de foro compet c. ſuper quibuſdam. de verb. ſign. glo. in c. omnis ætas. 12. q. 2. Ioan. lupus in repet. c. per veſtras. not. 2. de donat. inter vir. & vxor. & in cauſsis iſtorum præualet canon legi, etiam in foro ciuili, teſte Ant. de Butrio. in c. clerici. de iudic. per gl. in c. relatum. de teſta. vbi in concernentibus cauſſam piam ſuperat legem canon: ſic etiam & hic. vide Areti. conſi. 102. ſpectabilis.

Cauſſæ miſerabilium tractantur coram iudice eccleſiaſtico.

Duodecimò miſerabiles omiſſo medio poſſunt appellare ad Papam, vel ad Regem, vel ad ſupremam curiam: vt aſſerunt Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. fi. de iud. Anto. de Butr. in c. licet. de foro compet. refert. Bertach. in tracta. de gabel. in 7. parte q. 27. alios caſus in quibus licet ſic appellare deſcripſi in §. 1. de friuol. appella. in concorda.

Omiſſo medio miſerabiles appellant.

Decimotertiò clerici etiam religioſi poſſunt poſtulare pro his miſerabilibus. ca. 2. & fi. de poſtuland. & ibi not. quia opus miſericordiæ eis iniungitur. c. fi. 86. diſt. Specul. in titu. de aduoca. §. 1. verſic. ſed nunquid. quod eſt in his perſonis.

Clerici & religioſi poſtulant pro miſerabilibus.

Decimoquartò delegatio facta ad petitionem miſerabilis perſonæ etiam non data negligentia iudicis ordinarij, non eſt nulla, ſed habebit effectum poſt negligentiam: ſecus in aliis. c. licet ex ſuſcepto. & ſeq. de foro compet.

Delegatio ſine neligentia quando nõ ſit nulla.

Decimoquintò priuilegia conceſſa miſerabilibus perſonis non reuocantur per clauſulam nonobſtantibus, niſi de his expreſsè fiat mentio. teſte Cy. in d. l. vna. C. quando Imperator inter. quem refert Roma. in repe. l. ſi verò. §. de viro. fallen. 23 ff. ſolut. matr. Sequitur Alex. conſi. 123. viſo puncto. col. 4. num. 15. in 4. volu.

Priuilegia cõceſſa miſerabilibus perſonis nõ reuocantur ſine ſpeciali expreſsione.

Vltimò legata miſerabilibus perſonis cenſentur relicta ad pias cauſſas: prout conſuluit Alex. conſil. 126. in hac hæſitatione. vol. 4. & an priuilegia quę competunt piæ cauſſæ, quę tradit Ludo. Roma. in repet authen. ſimiliter. C. ad leg. falcid. competant miſerabilibus perſonis, alibi dicam.

Intellige faciendam prouiſionẽ miſerabilibus perſonis, ſi ſint pauperes, aliàs non. per tex. in d. cap. ſignificantibus. ibi, mentiens ſe pauperem, & ibi illum tex. not. Barbat. & Specu. in titu. de inſtrumento. editio. §. nunc verò aliqua. q. 63. facit tex. in d. c. viduas. 1. q. 2. Alberic. in 1. parte ſtatu. q. 112. Decius in d. c. cæterum. nu. 14. Purpura. in l. 1. ff. de iuriſ. omnium iudi. Alex. conſil. 121. viſo.

Relictum miſerabilibus ad pias cauſſas relictũ cẽſetur.

in fi.volu.1.Aret. conſi.97.in cauſſa.& ſic habetur in ſtylo Bitur.rub.*en quel cas prouiſion doibt eſtre faicte.*artic.4.licet Ioan.de neuiſa.in ſylua nuptia.in reg.in dubio quomodo iudicandum ſit,dicat non eſſe ſine bubio.& Azo in rub.etiam teneat contra ſed prior opinio ſeruatur.

Non fauendum miſerabilibus contra iuſtitiã.

Notandum etiam quòd his perſonis non ita debemus fauere, vt aliis iniuſtitiam faciamus.c. ex tenore.de foro compet.ideo dicitur Exodi 12.eadem lex erit indigenæ & colono,qui peregrinatur apud vos. & cap.23. Pauperis non miſereberis in iudicio, videlicet ad iniuſtitiam aliorum. & Deutero.1.cap.Quod iuſtum eſt,iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum.declarat Pepin. in ſermonib. quadrageſimal. ſermo. 2. poſt tertiam dominicam. & alibi Hiero. ad Ruſti.epiſto.11.lib.3.propter iniuſtitiam pauperem in iudicio non defendes.& Papa dicit ſe priuilegiatorum defendere velle iura:ita vt aliorum iura non perturbet. ca. nolentes. de priuileg.lib.6.Barbat.conſil.36.ſapienter.in princ.in 2.volu.& conſil.46.ibid. tex.in c.denique. 14.q.5.vbi ſic dicit Ambroſius:Denique ſi non poteſt ſubueniri alteri,niſi alter lædatur,commodius eſt neutrum iuuari, quàm grauari alterum.

Renuntiatio miſerabilium non valet.

Poſtremò ſingulariter figas menti,quòd priuilegium datum cauſſa miſerationis, non poteſt tolli per renuntiationem à miſerabilibus factam, quia facilè & modico dato renuntiarent.arg.l. cum hi.ff.de tranſactio.glo.ſing.in d.l.vna.quam not.Bald.in margar. in verb. beneficium. in 54. q.& in verb.renuntiatio.in 16.q.Fely in ca.ſi diligenti.col.4.nu.16.de foro compet.Barba. conſil. 64.ſcribitur.col.3.in 4.volu.

Ratio eſt, quia tolleret miſericordiam : quod eſt contra bonos mores,ſecundum Fely.vbi ſuprà,& Alexand.conſil.122.viſo.numero 14.in quarto volumine:& conſil.126.viſo.in fi.eodem volumine.Barba.dicto conſil.64.ſcribitur.col.4.in quarto volumine. Alia priuilegia poterit his facilè quiſque mediocriter doctus addere. Cum his tamen finem dicendi faciam, de præmiſsis Deo optimo maximo immenſas agens gratias, nunc & in perpetuum, Amen.

Spes mea Chriſtus.

DOCTISS

DOCTISSIMO AC PRAESTANTI VIRO D. ANTONIO SENETONIO IN SENATV PARISIEN. conſiliario digniſſimo, Petrus Rebuffus S.

SAtis noſti, ampliſſime Senator, conſtitutiones regias nulla rerum ſerie antea compoſitas, ſed vt edictum quoque à Rege Chriſtianiſſimo editum promulgabatur, ita à typographis ſubtexebatur, cæteris & hyſteron proteron coniungebatur, nulla vel ſubiectæ materiæ ratione, aut titulorum iuſta diſtinctione, nullo denique rerum delectu habito: ita vt cælum terræ (vt eſt in prouerbio) mixtum diceres: confuſam ſanè maſſam legum, & velut monſtroſum quoddam corpus. Obſeruabant illi quidem (vt ſunt rerum permulti imperiti) temporum ordinem, at doctrinæ rationem, & methodum, vt facilè perdiſci poſſent, negligebant. In rebus agendis non negarim hunc temporum ordinem, atque in conſcribenda hiſtoria ſeruandum. in eo verò, quòd ita traditur, vt diſciplina & præcipuè publicæ rationem ſubeat, & ſi non omnino contemnendus interdum: lenior tamen & facilior ratio, & via, qua perdiſcatur, & propoſitæ materiæ locus inueniri poſſit præponenda. Nos itaque in eis digerendis ordinem Cæſarei iuris, quantum res permittebat, ſecuti ſumus, authoris cuiuſque nomen non prætermittentes: ex quo temporum ordo colligi poteſt, ſi deſideretur. Et tuo tandem & aliorum amicorum rogatu & conſilio publicandas dedimus. Atque cùm ſatis probatam noſtram induſtriam intellexiſſemus, cõmentarios in eas quos iamdudum inſtitueramus, cœpimus ſtudioſius perſequi: vt ſi amicis & familiaribus laudatis quidem viris ita videretur, publicaremus. Itaque cùm pro tua humanitate perlegiſſes volumen vnum iam in eas compoſitum, non mediocriter laudans perſuaſiſti, vt illud interim ederemus: fore dicebas vt ſi quæ ex longo vſu forenſi didiciſſemus, & virorum grauiorum (qui in veſtro ordine præcipuas tenent ſedes, conſuetudine & familiaritate confirmaſſemus) tum grata eſſent praxim ſequentibus, tum cæteris iuris ſtudioſis maximo vſui: vt intelligentes quæ partes iuris Romani in Gallia receptæ ſint, & vſitatioribus maiorem dent operam, & tandem ſtudiorum ſuorum fructum capiant vberiorem: vtcumque tamen ſit, hæc noſtra qualiacunque tuis & aliorum dictis commotus tradidi vulganda: quæ ſi non ſermone politiori, quàm fortè deſideretur à quibuſdam, vtamur: exiſtiment illi aut non tàm facile tradi, aut rem non ita pati: cum multa ſit & magna tractandarũ cauſſarum forenſium, & litium, à priſcis illis temporibus Romanorum, atque eorum iure & mutatio, & varietas. Vnde fit, vt non poßint earum rerum nomina eſſe Romana, & ſi id efficere quidam conati ſint: quod ſi ſint proximè conſecuti, non diſputo: hoc vnum tamen ſcio, me Gallis, quæ Gallorum ſunt potius quàm Romanis veteribus ſcribere, in cæteris petendus ornatus, lubenter patiantur dici Latinè vtcunque facta, quæ audiunt Gallicè dicta. hunc ergo librum de ſententiis executoriis, quia executionis auctor, vt excuderetur, ac iudex & hortator ſcriptorum noſtrorum edendorum fuiſti, volui tuum facere: vt reſpubl. cognoſcat non ſolùm te iuri dicundo in quo totus es, laboraſſe: verùm aliquid illi acceßiſſe vtilitatis, igitur ſcripta noſtra ſi grata, vt ſæpe confirmaſti, fuerint, in reliquas conſtitutionum partes reliqua propediem vtilitati publicæ non denegabimus. Bene vale.

TRACTATVS

DE SENTENTIIS EXECVTORIIS NON OBSTANTIBVS OPPOSITIONIBVS ET APPELLATIONIBUS IN HOC FRANCIÆ REGNO EXEQUENDIS.

SEntentiarum exequutiones frequentiſsimas eſſe, & in forenſi iudicio lucrum aduocatis non paruum adferentes, cùm mente mea reuoluerem, bone lector, & à nemine hactenus iuſtè tractatas, vtiliſsimum fore ratus, eas breui, & iuxta Galliæ curiarũ maximè praxim elucidare: & id, quod in ipſis Franciæ curiis cõſequi potui, tradere: quãuis alij veteres pragmatici diligẽtius hãc materiã (vt verũ fatear) pertractare potuiſſent. Tamẽ quia hãc ſubire prouinciã neglexerũt: ob id nulli moleſtũ erit, ſi hãc noſſe cupiẽtibus, qualis ſit, offerã: vt iuuenes iudiciorũ praxim amplecti cupiẽtes ſententiarum ſaltem effectum paruo amplecti negotio poſsint; & ne verbis lectores teneam, rem ipſam aggredi, & à terminis (vt omnibus nota magis fiat) tentemus.

Sũma huius tractatus. 1 In primis ſcribit Cicero, primo officio. quòd omnis ars, & queſtio à definitione proficiſci debet: vt intelligatur quid id ſit, de quo diſputetur. quem refert Barb. in rub. de exceptio. in princip. in cle. ideo dicemus in primis quid ſit ſentẽtia. Secundò quotuplex ſit. Tertio, quæ ſit res iudicata. Quartò quę differentia ſit inter ſententiam, & rem iudicatam. Quintò, an ſententia exequi poſt appellationem poſsit. Sextò, in quibus caſibus hoc fieri poſsit. Septimò, leges regias huic materiæ accommodas elucidabimus, in quibus illas quæ frequenter accidunt, inſeremus. (Et hoc facit Iuriſcon. Vlp. in l. 1. §. nunc videamus. ff. de noui oper. nunciat.)

Quid ſit ſententia. 2 Primum omnium diſcutiemus, quid ſit ſententia, & iurium interpretes ſic definiunt, Sententia eſt iudicialis diffinitio, controuerſiæ finem imponens. Specul. in titul de ſentent. §. 1. & Hoſti. in ſumma illius tituli. hanc tamẽ diffinitionem reprobaui in repet. l. quod iuſsit. in princi. ff. de re iudic. vbi dedi nouam, quæ talis eſt: ſententia eſt iudicis pronuntiatio, ſeu definitio ritè facta, controuerſiæ finem imponens. ibi latius ſum proſecutus, hîc non repeto. hæc diffinitio comprehendit tàm interlocutoriam, quàm diffinitiuam. Sed ſigillatim de ſingulis diſquiramus.

Quotuplex ſit ſentẽtia. 3 Secundo quæſito breui reſpon. quòd duplex eſt ſententia, definitiua videlicet, & interlocutoria, definitiua eſt, quę principalem quęſtionem definit. gl. in cle. vna, in verbo, diffinitiue. de ſequeſtra poſſ. & fructuum. ego ſic definiui, Sententia eſt quę principalem quęſtionem ſolenniter miniſterio iudicis definit. iſtam definitionem elucidaui in pręfa. ad d. l. quod iuſsit: hîc non repetam.

Duplex ſententia deſinitiua condemnatoria, & abſolutoria. 4 Nã condemnatũ accipere debemus, qui ritè condemnatus eſt. l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iudic. & iſta ſentẽtia eſt duplex. videlicet cõdẽnatoria, & abſolutoria. l. 1. ff. de re iudic. Bal. in marga. in verbo ſententia. q. 62. cõdemnatoria eſt quæ condẽnationem continet. l. miles. §. 1. & l. præſes. ff. de re iudic. Abſolutoria verò abſolutionẽ. l. Iulianus. de condict. indebit. ff. l. pręſes. C. de ſeten. hoc abundantius elucidaui, & exempla multa deſcripſi in repe. d. l. quod iuſsit. in præfatio. & de his ſentẽtiis cõdemnatorus exequendis cõmunius loquemur in hoc tractatu, quia ipſę exequi ſolẽt.

Interlocutoria quid ſit & quotuplex. 5 Interlocutoria eſt pronunciatio iudicis facta ad alicuius articuli expeditionem. Nempe ſi iudex dicat recipiendos teſtes eſſe, vel non recipiendos, dilationem dandam, vel non eſt interlocutoria: & breui omne iudicis decretum, vel (vt vulgo dicimus) apunctamentum dicitur interlocutoria: vt docet gloſ. in l. eum clericis. C. de epiſcop. & clericis. & ſexaginta quatuor differentias adſignaui inter interlocutoriam & diffinitiuam. in d. l. quod iuſsit. not. 2. in fi. quæ hîc bene conuenirent, niſi palàm illam repetitionem apud Bituriges feciſſem, & ibi planè conſcripſiſſem, ob oculoſque hominum poſuiſſem. ſed fortè ſcribam breuius in rubr. de ſenten. in ordina. reg.

6 De interlocutoria habente vim diffinitiuæ, vt ſi iudex pronunciat ſe competentem, vel non, ſcribitur in c. ſignificantibus. de offi. deleg. gl. in authen. habita. C. ne filius pro patre. dixi abundè in pręfa. dict. l. quod iuſsit. vbi iſtius ſententiæ poſui quindecim exempla, & ſuſtinui, diſputando tamẽ nõ eſſe dabilẽ interlocutoriã habentem vim diffinitiuę: hîc nõ tranſcribã quia illius l. interpretatio omnibus ſe offert. hactenus de ſententiarũ terminis, nunc rem iudicatã amplecti decet.

Quid ſit res iudicata & quando ſit. 7 Tertiò res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit: quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit. l. 1. ff. de re iudic. & Iulius Paulus lib. 5. receptarum
8 ſenten. tit. 5. rub. de effectu ſenten. ſic ait: † Res iudicatæ euidẽter ab his ſunt, qui imperiũ, poteſtatemq; habẽt, vel qui ex authoritate eorũ inter partes dantur. itemq; magiſtratus municipales

vſque

vſque ad ſummam,qua ius dicere poſſunt:itemque ad his, qui ab imperatore extra ordinem petuntur:ex compromiſſo autem iudex ſumptus rem iudicatã non facit.ſed ſi pœna inter eos promiſſa ſit, pœna rei in iudicium deductæ ex ſtipulatu peti poteſt.ecce igitur effectum ſententiarum vt in rem tranſeant iudicatam:nunc videamus differentias inter ſententiã & rem iudicatã.

9 Quartò quæro,quæ differentia ſit inter ſententiam & rem iudicatam. Bart.& alij in l.1.ff. de re iudi.dicunt rem iudicatam ſæpius pro ſententia accipi, & contrà. tamen res iudicans eſt ipſa ſententia,ſeu actus iudicandi,& ſententiandi : & hoc imponit finem controuerſiæ : res iudicata eſt cauſſa,quæ finem cõtrouerſiæ à ſententia accipit,ſed hoc videtur durũ,quod ſentẽtia ſit res iudicãs.Nam iudex res eſt iudicans,& nõ ſententia.c.ſotus.de ver.ſig.c.iudicantem.30.q.vl.& c.iudicet.3.q.7.ob id Panor. in rub. eiuſdem tituli de re iudic.ſic ait ſententiam poſſe duobus modis conſiderari.Primo reſpectu diffinitionis iudicialis:& tunc propriè appellatur ſententia,quia continet id quod iudex ſentit.l.qualem.ff.de arbitris.ſi verò cõſideretur reſpectu contenti in ea,tunc quicquid in ea continetur,ſumens diffinitionem,res iudicata dicitur : & ſic ſententia dicitur res iudicata reſpectu contenti.& ſic debet intelligi.l.1.ſecundum eum de re iudic.ff.ſed hoc non poſſum mihi perſuadere, quòd diuerſa nomina ſint vnum,contra l.ſi idem codicilli.C.de codicil. & fruſtra eſſent diuerſi tituli in C.Iuſtinia.ſi idem eſſent ſententia & res iudicata.

Differentia inter ſententiam & rẽ iudicatam.

10 Ideo ego arbitror(ſaluo aliorum meliori iudicio)quòd ſententia & res iudicata ſunt diuerſa,prout ſunt duo nomina:vnum eſt ſententia,alterum eſt res iudicata,quod eſt vnum nomẽ ex duobus integris compoſitum.nam certum eſt,quòd per ſententiam res diffinitur,per rem autem iudicatam exequitur.& veteres ob id duo iſta inuenerunt nomina, quia ſententia poteſt per appellationem ſuſpendi.c.veniens.de iureiur.vel extingui.l.1.in fi.ff. ad Turpi.& ideo interim non eſt firma,ſed reuocabilis,quamobrem exequi non poteſt,vnde inuenerunt aliud nomen firmum quod eſt iudicatum,ſiue res iudicata,ex qua actionem oriri fecerunt.l.miles.§. qui indicati.ff.de re iud.& exceptionem per totum titulum ff.de excep.rei iudi.& executionem habere voluerunt per totum titul. C.de execu.rei iudi.& l.à Diuo pio.ff.de re iud.l.4.§.ait prætor.vt condemnatus pecuniam ſoluat,ibidem:& quia non poteſt dici res iudicata,niſi præceſſerit ſententia:ob id interdum iuriſcon.ſententiam vocant,licet tranſierit in rem iudicatam. in d.l.à Diuo pio.§.1. ff. de re iud.ſed tamen latè differunt ſententia & res iudicata:vt alibi dicetur.

Noua authoris differentia inter ſententiam & rẽ indicatam.

11 Et licet ſtatim poſt ſententiã res poſsit dici iudicata,id eſt decisa.non tamẽ regulariter vlla ſententia dicetur vno nomine res iudicata, à qua prima poteſt appellari:vt allegatur l.litigatoribus. C.de appel.quia ibi res iudicata non eſt vnum nomen,ſed eſt participium, quod aliud ſignificat à nomine,vt res eſt iudicata,ideſt,per ſententiam decisa.facit l.& poſt rem , & l.poſt rem iudicatam.ff.de tranſact.l.ſi ſeruus.§.proculus.ad legem Aquil. ſi verò dicamus vno nomine *reſiudicata*, intelligimus à qua appellatione recedi non poteſt.nam non intelligitur iudicatũ,quando aliquid ſupereſt ad iudicandum. argum. l. penul. C. de his quibus vt indig.l.cum non iuſto.de colluſio. detegenda.

Iudicati nomine quid cõtineatur.

12 †Inde ſi reſcriptum mandat , quod aliquis teneatur parere iudicato , intelligitur ſi tranſitum ſit in rem iudicatam.Ludo.Roma.conſi.333.circa.vt refert Fel.in rub.de re iud.col.1. & propriè iudicatum dicitur quando appellari non poteſt.gl.in c.non ſolùm.in verb.innouata. de appel.in 6.c.fi.in fi.de re iudi.Dec.in rub.de app.in prin.quod eſt verum,ſi materia conueniat:alioqui erit participium iudicatus,pro deciſo:vt prædixi , & vnum videlicet nomen res iudicata dicitur iuris.Alterum participium facti.arg l.conſilio.ff.de cura.furio.l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.nam hæc participia præteriti temporis ſignificant factum præteritum , ſicut verba à quibus deſcendunt.lat. in addi.ad Porcum.in rub.de oblig. in inſti. & in l.ſciendum.in princ.ff.de verborum obligat.Gomeſ.in §.1.num. 23.de actio.in inſtit. vnde aliud eſt dicere,talis res fuit iudicata. & tunc eſt participium , quàm dicere res iudicata executioni debet mandari vno nomine, & per nomen.

13 †Nec refragatur,quòd non videatur vnum nomen, ſed diuerſa:quia aliquando intermiſcetur vnum vocabulum,vt in rem tranſit iudicatam,& rei vel rebus ſtandum eſt indicatis,vel iudicatæ.cap.cum inter.& cap.quod ad conſultationem. de re iudi.l.1.C. illo titul.reſpond.non definit propterea vnum eſſe vocabulum : ſicut dicitur de iure patronatus, quod licet ſit vnum nomen:tamen aliquando miſcetur verbum.ca.per noſtras.& ſeq.ibi,ius obtinet patronatus.de iure patro.& quòd vno nomine dicatur res iudicata probat totus titulus C.de re iud.& l.4.§.ſi ex cõuentione. & d.l.à Diuo pio. & l. debitoribus. & per totum de re iudica. ff. etiam.l.ſi contra.iuncta l.litigatoribus.C.de appel.idem probaui de ſatiſdatione.in l.ſatiſdationis.ff.de verbor.ſignifi. Nec obeſt tex.in l. & poſt rem iudicatam.ff.de tranſact.vbi vocatur res iudicata, quando appellatum eſt,vel poteſt appellari.reſpond.ibi participium eſſe,non nomen,id eſt deciſa,ſed non quòd ſit nomen iuris:vt ſuprà declaraui.

Intermiſtio non diuidit uerba.

14 Item non placet ſententia Panor. quòd ſententia tranſit in rem indicatam , id eſt contentum in ſententia tranſit in rem iudicatam.nam bene ſequitur contentum in ſententia,ſtatim ea prolata eſt res iudicata,quia in ea continetur ſecundum eum:ergo non poteſt tranſire in id,quod eſt.& malè diceretur,quod ſententia tranſit poſt decem dies in rem iudicatam ex ſententia illius. cap. quod ad conſultationem. eodem. ideo dic, vt ſuprà dixi , cùm iſta ſint duo nomina , vel ſaltem vnum nomen res cum participio iudicatus:& ſententia dicatur quatenus facultas compe-

Sententia quando in rem tranſit indicatam.

tit appellandi, & poſtea res iudicata cum aliquis non appellat. ideo illa ſententia tranſit in rem iudicatam, id eſt illa ſententia, quæ retractari poterat per appellationem, tunc ſcilicet poſt decem dies non retractabitur. & ita intelligitur tex.in l.1.ff.eod.ſicut dicunt doctores de contractu. nam ſimplex prouiſio pactum eſt nudum; ſed ſi interueniat interrogatio & reſponſio, in ſtipulationem tranſit, vel ex vna cauſſa debitum in aliam. l.aquiliana. & l.ſeq.ff. de tranſact. item infans dicitur vſque ad ſeptem annos, l.ſi infanti.C.de iure delib. poſteà tranſit in aliud nomen, videlicet pueri, ſiue adoleſcentis, deinde viri, & demum ſenex nominatur, & tamen eſt ſemper eadem caro.l.proponebatur.ff.de iudi.facit l.hæreditatum.ff.ad legem falc.gloſ.in proœ.ſexti decreta. & aliquando text. dicit, iudicatio facienda eſt.l. in furti.§. 1. ff. de fur. & quandoque vocatur executio iudicati. l. ſi cum militi. in fine.ff.de compenſa. res igitur iudicata eſt quæ finem accepit controuerſiarum pronunciatione iudicis: quia ante rem iudicatam oportet pronunciationem iudicis interuenire: ſic ſententia, non tamen omnis ſententia, ſed illa quæ condemnationem, & abſolutionem continet, in rem tranſit iudicatam.

Sētentia an poſsit dici res iudicata.

15 Ex prædictis infertur, quòd nec propriè, nec largè ſententia poteſt dici res iudicata: ſed res deciſa per ſententiam, bene poteſt dici iudicata. contra doct.id eſt, ſuper ea iudicatum extitit. ſed adhuc appellatione pendente, vel durante tempore ad appellandum, non poteſt dici res iudicata, vno videlicet nomine, quoad effectum executionis. ſed ſi nominetur alicubi res iudicata: intelligetur pro re deciſa per ſententiam.

16 † Secundo infertur, quòd in caſibus in quibus à iure fit executio, ſtatim lata ſententia non dicitur res iudicata. contra Bart.in l.1.ff.eod. per textum quem allegat in l.fina.ff. de his qui not. infa. vbi ſi quis furti condemnatus prouocauerit, pendente iudicio appellationis non eſt infamis: & tamen poſt rem iudicatam eſt infamis: vt ibi, ergo ſententia ſtatim prolata non poteſt dici res iudicata.

17 Tertiò infertur, quòd appellatione ſententiæ non venit res iudicata: niſi ſubiecta materia, & ratio eadem aliud ſuadeat, cum ſint diuerſa. probatur in l.eleganter.§.ſi poſt.ff. de cond. inde. tamen ſententia indubitata poteſt vocari res iudicata: vt dicitur ibidem.

Reſcriptum an contra rem iudicatam impetrari poſsit.

18 † Quartò quòd non licet impetrare reſcriptum, vt res iudicata reſcindatur, imò impetrans à limine iudiciorum repelli debet, per l.fi.C.ſenten.reſcindi non poſſe; diuerſum eſt contra ſententiam, & maximè ſi ſit appellatione ſuſpenſa, vt ibi. & dico abundè in tract.de literis ciuilibus ceu ſub forma ſupplicationis ciuilis impetratis.

Sentētia an poteſt poſt appellationem exequi & quare.

19 † Quintò quæro, an ſententia poſt appellationem executioni dari poſsit? Reſpon.non: alioqui fruſtra eſſet introducta appellatio poſt exitum, & cauſſam actam.l. vna.C. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindic. licet appellandi vſus ſit frequens & neceſſarius, quippe cùm iniquitatem iudicantium, vel illorum imperitiam corrigat, l.1.ff.de appel.

20 Et quamuis reipub. interſit ſententias mandari executioni propter rerum iudicatarum authoritatem, l.ſi prætor.ff.de iud.l.ſeruo.§.cùm prætor.ad Trebel.Bal.in c.paſtoralis.§.1.& §.quia. de offic.deleg.

21 † Tamen de iure ſententiæ non debent poſt appellationem executioni mitti. per c.venientes de iureiu.tùm propter ſuperioris authoritatem, tùm quia poſt appellationem nihil eſt innouandum, in rubr.ff.nihil noua.appel.pendente.c.dilectis.de appel.tùm quòd iudicatum extinguatur inſpecto præſenti ſtatu.l.1.in fi.ff.ad turpil.

Pœna aduerſus exequētes ſententiā poſt appellationē.

22 † Imò lege Iul.de vi publica tenetur, qui cùm imperium, poteſtatémue haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationē necauerit, verberauerit, iuſſerit ve quid fieri.l.lege Iulia.1.ff. de vi publ. & loquendo de ciue Romano, idem intelligitur in quocunque homine libero. vt in §.1.de nuptiis in inſtit.ſcribitur. { licet olim eſſet tantum cautum in ciue Romano, vt Liuius teſtatur, & Cicero pro Rabirio.}

23 Maximè in Francia grauiter puniendus eſt, qui poſt appellationem ſententiam exequitur: quia omni appellationi in ea eſt deferendum ob ſuperioris reuerentiam, gloſ.in §. quodque. in verb.iniuſtè.in fin.de friuol.appel.in prag. { Ideo fuit à Senatu condemnatus Abbas de Naucho, qui poſt appellationem verberauerat appellantem vſque ad ſanguinis effuſionem ad ſexcentas & decem libras anno 1309. vt in lib.rubeo continetur.}

Suſpenſi fuerunt tres latrunculatores, qui appellationi ad ſenatum non detulerant. Areſtum.

24 Præſertim in criminalibus recipitur in omni cauſſa appellatio: niſi delinquens in ipſo captus ſit maleficio, vel ſponte confeſſus: vt fuit ſtatutum in parlamento Pariſ. anno 1286. in illis etiam caſibus recipitur hodie, & adeo eſt fauorabilis in hoc regno appellationis admiſsio, quòd tres latrunculatores (quos præpoſitos mareſcalorum dicimus) capite truncatos, eo quòd non obſtante exceptione fori à reo oppoſita, & poſt appellationem ad Senatum emiſſam executionem fecerant: licet non obſtante appellatione poſsint condemnare: ſi fori exceptio non opponatur, & exequi, refert Boer.in deciſ.Burdeg. quæſt.153. iudex pactus. etiam legi Iordanum de l'iſle, qui neptem Papæ deſponſauerat, ſuſpendio vitam hìc Pariſ. finiuiſſe, quòd poſt appellationem ad ſenatum emiſſam, & quia condemnati noluerant renunciare appellationi, ſuſpendi fecerat Seguinum & Renatum valete anno 1323. die Sabbati poſt Aſcenſionem. quamobrem periculoſum eſt exequi poſt appellationem, niſi à lege regia permittatur: vt inferius dicetur ſuper his. { Et lege Cornel. de ſicar. tenetur iudex, qui poſt appellationem condemnatum exequitur ad mortem, l.lex Iulia. in fin.ff.ad legem Iuliam.repe.quia paria ſunt occidere innocentem, & eum qui

iuſtam habet defenſionem. teſte Bald. in l. ſi quis filio. §. hi autem. per illum tex. ff. de iniuſto teſta. etiam anno 1308. (vt patet in lib. rubeo, fol. 129.) priuatus fuit epiſcopus Caturcen. ad vitam & alij condomini Montiſpezati perpetuo imperio, & iuriſdictione, quam obtinebant in d. loco, eo quòd reos poſt appellationem ad regem, ſed ad eius ſeneſcallum Caturcen. ſuſpenderant, & facta inhibitione antea per apparitorem.)

25 † Sextò in quibus caſibus executio poſt appellationem fieri poſsit? reſpon. quando ex prouiſione legis hoc permittitur: vt in l. ſi contra maiorem. & l. quoniam. C. de appel.

Executio in quibus caſibus fieri poſſit.

26 † Idem ſi ex deciſione ordinationis, ſeu legis regiæ permittatur executio poſt appellationem, de quo in hoc tractatu diſcutiemus. pro quo facit tex. ſing. in l. cùm quaſi. §. ſi plures. verſi. hi autem. ibi, perinde fratribus, & cohæredibus ſuis obligati erunt, atque ſi ob eam rem ex iudicati cauſſa cum his agi poſsit. ff. de fidecom. libert. quem pōderat Barba. in rub. de re iudi. in cle. col. 16. vbi plus dicit illum tex. facere ad ſtatutum, quo diſponitur quod inſtrumentum garētigiatum mandetur executioni, ſicut res iudicata: vt plene ſcripſi in tra. de lite obl.

27 Item ſi à principe alicui eſt cōmiſſa cauſſa, vel aliquibus appellatione remota: tunc ſi victus appellet, etiam in caſu promiſſo, poterit iudex à quo, non obſtante appellatione, exequi ſententiā: niſi eſſet ei facta inhibitio, teſte Lanfranc. in rep. c. quoniam. in verbo interlocutiones. col. 33. verſ. circa primum. de probatio. allegat Inno. in c. paſtoralis. de offi. dele.

28 † Præterea vbi appellatio eſt prohibita, vel euidenter nulla, non impeditur ſententiæ executio. per l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. nam quoties vitioſè appellatio interpoſita eſt, pro non interpoſita habetur. l. quoties. ff. qui ſatiſ. cogant. ita nuncupatim docet Bald. in conſi. 366. ad euidentiam: in 1. vol. & vbicunque lex diſponit, quòd ſententia mandetur executioni, appellari non poterit. l. vnica. C. ſi à momenta. poſſeſſ. fuerit appella. Iaſ. expreſsim in conſil. 187. circa primum. col. 6. in 2. volumi. ſed in hoc regno ſtatuitur executionem poſt appellationem faciendam ſine præiudicio appellationis, quam poſteà authoritate ordinationis proſequi quis poterit non obſtante executione.

Vbi exequi poßit ſentētia an appellari poßit.

29 Tamen vbi appellatio tollitur, non cenſetur doli exceptio ſublata: licet ſit quædam appellandi ſpecies. l. non diſtinguemus. §. cum quædam, ff. de arbitr. ſcripſi plenius in tracta. de literis ciuilibus.

30 Inſuper in illis caſibus, in quibus certum eſt non poſſe appellari, poteſt iudex à quo, non obſtante appellatione, exequi. gl. ſing. in l. vna. in verbo fiat. in fi. ff. nihil nouari appell. pendent. quam Lanfranc. vbi ſuprà dixit ſing. pro qua facit tex. in c. ſolicitudinem. vbi Præpoſi. col. 2. ad hoc illum notat de appella. glo. & doct. in c. non ſolùm. de appella. in 6.

Vbi appellatio prohibetur, executio permittitur.

31 Et hoc nos docuit Deus opt. maximus, qui poſt culpam ſtatim Adam de paradiſo eiecit, & ſic ſententiam executioni incontinenti miſit. cap. Adam. de pœniten. diſt. 1. & Geneſ. 3. c. & idem fecit in angelos reprobos.

Executio à Deo orta.

32 In hoc tamen regno non fit executio poſt appellationem, etiā in illis caſibus, in quibus non poteſt de iure appellari, niſi ab ordinationibus permiſſa fuerit: & ideo bonum eſſet ſtatuere, quòd in quibus caſibus non licet appellare, in illis ſententia executioni mitti poſſet, & ſine illius præiudicio, & qui ſint illi caſus inferius fortè dicetur.

33 Ad hæc notandum eſt, quòd in quibus caſibus executio retractari non poteſt, vt in criminalibus, in virginitate amiſſa, non poterit fieri executio: vt ſcripſi in concorda. in titul. de friuol. appella. §. fi. & hoc ſcripſit Bonifac. vital. in cle. 1. de re iud.

Executio poſt appellationem non fit quando eſt irretractabilis.

34 † Non refragatur quod appellatio etiam per principem tolli non poteſt, quia defenſionem continet, quæ eſt iuris naturalis. tex. in cle. paſtoralis. in fi. de re iudic. vt abundè dico in trac. de appel. reſpon. principem in his ordi. non tollere appellationem, ſed vult ſententiam exequendam: ſine tamen præiudicio appellationis. nam poſt executionem appellans proſequi poterit: vt inferius arti. vlt. ſcribitur.

Princeps an appellationem tollere poßit.

35 † Etiam communiter concludunt doc. in rub. de appel. in decreta. principem cauſſa cognita, in quibuſdam caſibus & maximè per viam leges appellationem tollere poſſe per l. primam. §. interdum. ff. à quibus appel. non licet. tùm quod à iure ciuili appellatio inuenta ſit, & ideo ſuum poteſt princeps denegare auxilium in quibuſdam caſibus. c. paſtoralis. de appel. & illa defenſio eſt ciuilis, licet materia ſit naturalis. teſte Panor. in c. dilecti. col. 4. de exce. & ideo tolli poteſt, nec dicitur ob hoc tolli naturalis defenſio: quia in prima cauſſa pars ſe defendere poterit, & omnia dicere pro ſua defenſione, quæ ſibi erunt vtilia: alioqui ſequeretur, quod non poſſet tertiam tollere appellationem, vel aliam de quo nullus doc. diſſentit, quin potuerit hoc princeps ſtatuere, in rubr. C. ne liceat tertio prouocare: vt ſcripſi in §. fin. de friuol. appel. in concord. & in hoc reſidendum eſt, principem reſcribere poſſe appellatione remota de quo illa clauſula operetur. doc. ſcribunt in d. c. paſtoralis. de appel. Alia plenius inferius ſcribam, leges regias amplectamur. iſta pro præfatio. ſufficietur.

Lois XII. artic. LXXXIII. *des publ.* 1499.

Item & combien que par les ordonnances de noz predeceſſeurs, les matieres poſſeſſoires beneficiales ſe doyuent vuyder ſommairement & de plain, neant-

Articulus primus.

moins pour la ſubtilité des parties, elles ont eſté & encores ſont immortelles, dont pluſieurs maulx & inconuenients en aduient : pour auxquelles choſes obuier, & afin que les Egliſes ne ſoyent longuement en ſequeſtre, auons voulu & ordonné, voulons & ordonnons que les ſentences de recreance ou de plain poſſeſſoire expediées par tiltres: ſans ſoy arreſter à la recreãce en matiere beneficiale, qui ſont données parties ouyes, par noz iuges en leurs ſieges principaulx, & qu'ilz donnerõt es autres ſieges, eſquelz ilz ont accouſtumé de tenir les aßiſes, & durant icelles ne ſortiſſants ſans moyen à noz dictes courts, ſeront executées non obſtant oppoſitiõs ou appellations quelzconques, & ſans preiudice d'icelles: en baillant bonne & ſuffiſante caution par la partie, qui aura obtenu de rendre les fruicts, s'il eſt dict que faire ſe doyue.

GLOSSA PRIMA.

Poſſeſſoria beneficialis materia ſummariè tractari debet.

1 TAm de iure, quàm per leges regni, beneficialis materia poſſeſſoria, quæ in hoc regno coram iudicibus ſecularibus regiis tractari ſolet, ex priuilegio Martini Papæ, quod tranſſcribit Guido Papæ, in deci. Delphinalibus quæſt. 1. decidi debet ſummariè, & de plano, per tex. in cle. diſpendioſam. de iudiciis. & per ordinationes regias Caroli octaui artic. 58. tamen huius arti. hîc præpoſui, tùm quia materia beneficialis tanquam nobilior prius eſt tractanda, quàm alia: tùm etiam quia iſte articulus illam plenius tractat, quàm alius: ideo rationem non habui ordinis, nec antiquitatis in hoc tractatu, ſed materiæ tantum, quam etiam ex aliis habui materiis, vt inferius videri licebit. & quæ dicatur beneficialis cauſſa, ſcripſi in glo. *en matiere beneficiale*. infrà eo.

Statuere ſuper beneficiis an ſecularis princeps poßit.

2 Nec te moueat lector, quod hîc videatur Rex in alienam meſſem falcem mittere, & ſtatuere de materia ad eum non ſpectante. contra cap. nouit. de iud. & c. eccleſia. de conſtit. reſpon. quòd poſtquam ex priuilegio iudices regij de poſſeſſorio beneficiorum cognoſcunt, ob id vt iſtud poſſeſſorium breuius, quàm fieri poſſit, tractetur, hîc & ordinem requiſitum, & formam his poſſeſſoriis præſcribit, quòd potuit: quia conceſſo vno, cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus illud expediri non poſſet. l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. ſcripſi in repeti. c. poſtulaſtis. in 1. not. de cler. excom. depoſ. vel interd. miniſtrant. & non eſt ſuperfluus hic arti. quia forma cognoſcendi in his poſſeſſoriis non erat præſcripta in iure, nec in aliis regiis ordina. ideo voluit hîc nouum ſtatuere modum: de quo inferius patet, nec intendit ſuper petitorio ſtatuere beneficij, quia hoc non poſſet: cùm ad Regem, nec ad iudices ſuos pertineat petitorij beneficiorum cognitio, ſed ad epiſcopum & ad iudices eccleſiaſticos.

3 Nec refragatur, quòd hoc poſſeſſorium cauſſam proprietatis habeat annexam. l. 2. vbi gl. in §. quædam. de interdic. reſpon. acceſſoriè cognoſcit laicus de titulo, quatenus concernit poſſeſſorium, & vt iuſtificetur poſſeſſorium: vt probat gl. in cle. vna de cauſſa poſſ. nam interdum acceſſoriè licet, quod non principaliter. l. quoties. C. de iudi. & Fel. in c. cùm ſit generale. de foro compe.

4 † Et quamuis poſſeſſorium hoc cauſſam proprietatis habeat annexam, tamen eo finito agi poteſt petitorio coram officiali epiſcopi, vel coram aliis iudicibus competẽtibus. c. cum eccleſia. & per totum de cauſſa poſſe. etiam permittitur in ordi. reg. rubr. *des cauſes poſſeſſoires*. ar. 8. & arti. 12. licet parum agatur petitorio poſt poſſeſſorium in hoc regno, poterit tamen agere, qui voluerit, & interdum appellans tanquam ab abuſu à iudicibus eccleſiaſticis, qui condemnauerant eum in petitorio, poſtquam beneficij poſſeſsionem obtinuerat in parlamento, reiectus fuit, & ſua appellatio non recepta: & ipſe fuit ad mulctam ſolitam condemnatus: vt ſcripſi infrà artic. 2. quia poſſeſſorium & petitorium nihil habent commune. l. naturaliter. §. 1. ff. de acqui. poſſe.

Areſtum.

Pluſieurs maulx & inconuenients en aduiennent.

GLOSSA SECVNDA.

QVamuis materiæ beneficiales poſſeſſoriæ ſummariè (vt ſuprà diximus) & de plano ſint tractandę, tamen propter partium ſubtilitates immortales redduntur : vnde plura mala adueniunt, & inconuenientia: expedit enim reipublic. ne lites immortales fiat. l. properandum. in princi. C. de iudic. Nam multi homines per eas lites pauperes fiunt, quia in his litibus proſequendis bona conſumunt. tex. in authen. vt differentes iudices. col. 9. ſcripſi in verbo ſumptibus. in proœ. concorda. & prorogatio litium valde diſpendioſa eſt. c. diſpendioſa. de reſcript. in 6. cle. diſpendioſam. de iudic. & alia infinita mala veniunt : vt ſcripſi ſuprà in proœ. ordi. in fi. & quàm ſit eccleſiis ipſarum diſpendioſa etiam vacatio, quamque periculoſa eſſe ſoleat animabus, non ſolùm iura teſtantur, ſed etiam magiſtra rerum efficax declarat experientia. c.

quam

quam ſit.de electio.in 6.vnde ex defectu paſtoris lupus gregem dominicum inuadit.cap.ne pro defectu.de elect.& aliquando dilaniat.c.poſtquam.50.diſtin.& hîc ponitur cauſſa impulſiua condendi conſtitutionem iſtam,à qua licebit interius arguere:vt arguunt doc.in c.cum ceſſante. de appella.& in l.quod dictum.ff.de pact.& in l.1.de poſtuland.l.penu.§.fi.ibi,initium conſtitutionis generale eſt.de iuris & fac.igno.

Ex cauſſa conſtitutionis arguere licet.

Pour auxquelles choſes obuier,& afin que les Egliſes ne ſoyent longuement en ſequeſtre.

GLOSSA TERTIA.

DVo ergo mouerunt huius ordinationis conditorem : primum vt obuiaret malis prouenientibus ex longa litium deciſione , quæ numeraui in proœ. concorda. in verbo ſumptibus.& proximè dixi.

2 Secundum ne beneficia diu ſint ſequeſtrata:nempe cum beneficium diu in manu ſequeſtri eſt,cultus tollitur,ſeu diminuitur diuinus,diſsipantur beneficij fructus, res illius in ruinam perducuntur,oues propter paſtoris abſentiam negliguntur,pauperes non aluntur , & iura beneficij amittũtur:ob id breui decidi cauſſa beneficialis maximè poſſeſſoria debet.d.cle.diſpendioſam.de indic.& ſic patet,quod vbi duo contendunt de beneficio, quorum nullus eſt annalis pacificus poſſeſſor,donec controuerſia ſopiatur,poterunt fructus ſequeſtrari:quia beneficiũ non capit duos. cap.cùm non ignores.de præbend.nec dignitas duos ſponſos: ſed ne interim remaneat ſine ſeruitio,& ne partes ad arma veniant,beneficium ſequeſtratur.per l.æquiſsimum.ff. de vſufruc.Nam iudex propter onus rei incumbens , quod non expletur , vel propter rei conceſſæ abuſum,illam ſequeſtrare poteſt.l. ſi cum dotem. §. Sin autem in ſęuiſsimo. ff. ſolu.matri. Curtius in tracta.de ſequeſtr.in 1.quæſtio.numero 22. & ſequenti. vide quæ ſcripſi abundantius in l. ſequeſter.ff. de verbo. ſigni. vbi per viginti concluſiones materiam ſequeſtri tam iure deciſam, quàm in forenſi iudicio ſeruatam, & per leges regni probatam deſcripſi : alioqui in hoc articulo tractaſſem.

Sequeſtratio beneficij mala.

Auons voulu & ordonné,voulons & ordonnons que les ſentences de recreance.

GLOSSA QVARTA.

1 NOta quòd ius ciuile primum decretum,Itali tenutam , noſtri verò recredentiam appellãt:vt aſſerit D.Igneus in repeti.autenti.ex cauſſa.col.36.C.de liber.præter. vel exhæreda.& hanc recredentiam Imbertus vocat poſſeſsionem fiduciariam, quam quis ſub manu regia tenet,quaſi fide data acceptam,à fiducia tamẽ dictam, poſt Budæum in l.2.in verbo vindicias.ff.de origine iuris,in annota. in pandect. ſunt tamen quædam differentiæ:vt alibi ſcripſi.non datur enim ſub fide,id eſt ſub cautione,quando in parlamento,vel in magno Regis conſilio conceditur : vt dixi in priuilegiis curiæ ſupremæ in concor. proœ. in verb.
2 ſummas. † Ideo fortè poteſt appellari præiudicialis poſſeſſorij ſententia , in officiis vocatur ſtatus,Gallicè *eſtat*,ſed vtcunque vocetur, nos paſsim his vtemur vocabulis. ſed vnde dicatur recredentia. Reſpon.quaſi rei credentia , quia res creduntur illi interim cautione data. id eſt committuntur per hanc ſententiam,cui adiudicatur hæc recredentia.l. creditores. vbi dixi cum legibus ſequen.ff.de verbo.ſignifica.

Primum decretũ & recredentia, an differãt, & vnde dicatur.

Recredẽtia vnde dicatur quæ in officijs ſtatus vocatur

3 Vel recredentia dici poteſt,quòd iterum credita ſit,primò fuit per Papæ prouiſionem credita res beneficij vel collationem,& inductionem in poſſeſsionem, nunc autem recreditur , id eſt iterum illi creditur per ſententiam poſſeſſoriam:& per iſtud primum decretum,elige cui dicas,tu mihi ſola places , vel aliam inuenias meliorem:in his enim forenſibus Gallicis vocabulis vix inuenietur vera diductio,ſed vt intelligantur verba,iſta addidi.

4 Intellige ergo hunc textum in recredentia', videlicet quòd ſententia recredentiæ lata interuenientibus requiſitis in hoc text.exequenda eſt non obſtantibus oppoſitionibus,vel appellationibus,& abſque illarum præiudicio.Nam cum aliquibus eſt adiudicata poſſeſsio,non ſufficit eis dare pignora,niſi corporali poſſeſsione lætentur.capitul.cum aliquibus.de re iudic diuerſum eſt in manus(vt practici dicunt)leuatione,vulgò *main-leuée*,quæ datur colligitanti poſt mortem alterius colligigantis : ſolet enim litigans poſt mortem colligigantis requirere à iudice , coram quo poſſeſsio beneficij introducta eſt,vt manus regia,& omne impedimentum auferatur ex illo beneficio,poſtquam partem non habet aduerſam:& tunc iudex decernit, quòd actor ponet apud curiam ſuum titulum , & poſſeſsionem apprehenſam , litiſpendentiam , & de colligigantis morte certificationem,& requiſitionem factam:quibus viſis curia faciet manus leuationem,id eſt, auferet omne impedimentum ad vtilitatem petitoris:& ſic ſequentia in manus requirũtur ſublatione.

De manus, vt vulgo dicitur, leuatione plura not.

5 Primò,quòd lis pendeat ſuper poſſeſſorio,& quando lis pendere dicatur,docet text.in cle. ſi. vt lite pendente.

Requiſita in manus leuatione.

Secundò,

Secundò, quòd coram iudicibus regiis, quia iſti tantum in hoc regno ſuper poſſeſsione beneficiorum cognoſcunt, teſte Guido. Papę deciſ. 1.

Tertiò, requiritur quòd pendente lite moriatur collitigans. pro quo facit tex. in cap. 2. vt lite pendente in 6.

Quartò, quòd decedat ante recredentiā. Nam is qui amiſit recredentiam, etiam ſi litiget ſuper pleno poſſeſſorio, non petit manus leuationem: vt vidi in forenſi iudicio ſeruari, ſed proceſſum proſequi debet ad finem. {Nam poſtquam ſententia recredentię lata eſt contra eum, præſumitur pro ſententia, & quod nil iuris habeat. c. in præſentia de renuncia. ideo ſi daretur ei manus leuatio, daretur ei vitioſus ingreſſus ad beneficia, quod eſt à iure prohibitum. c. 1. de eo qui mittitur in poſſe. lib. 6. vbi ille tex. eſt ad hoc expreſſus.}

Quintò, quòd pars ſuperſtes in lite ſit, alioqui ſi liti renunciaſſet, non poſſet poſteà hanc petere: vt in ſimili. docto. ſcribunt in l. poſtquam liti. C. de pac.

Sextò, quòd probet mortem collitigantis, quæ probari per teſtes poteſt, dicentes vidiſſe eum mortuum, vel per ſepulturam eius. glo. & docto. in l. ſi quidem. C. ſoluto matri. Bartol. & alij in l. 2. §. ſi dubitetur. quemad. teſta. aper. plenè Boer. in deci. Burde. quæſt. 288. ſed hic videtur dubium. ego alibi fuſius ſcripſi in tractat. de excuſatio. & exonis.

Septimò, titulum & poſſeſsionem ſuam probare debet, quę per literas probari poſſunt: vt inferius dicetur.

Octauò, petere debet manus leuationem, nempe concedi non ſolet, niſi petatur. argument. l. quartæ. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infec.

Nonò omnia iſta producere debet, & intra ſaccum ponere: quibus viſis iudex ſententiam manus leuationis proferet: quod eſt valde notandum: quia nulli hactenus hoc ſcripſerunt, quos viderim.

9 Notandum eſt, quòd ſi ante iſtius ſententiæ manus leuationis (vt vocant practici) executionem veniat alius prouiſus de prædicto litigioſo beneficio, & huic manus leuationi ſe opponat, non mittetur ſententia executioni interlocutoria manus leuationis, quia non eſt recredentia: de qua hic loquitur text. & quia inaudita parte altera lata eſt: & aliquando fuit conceſſa à ſenatu manus (vt dicunt) leuatio alicui, antequam eſſet ſubrogatus, ſed petebat ſubrogari, & interim pars obiit: ideo ipſe manus habuit leuationem anno 1519. die 29. Iulij. & fuit pronunciatum pro magiſtro Petro de ponſoux contra fratrem Guillelmum de vaillan, quia poſtquam habebat titulum, vt in capit. fin. vt lite penden. in 6. licet non ſit admiſſa ſubrogatio poſſeſsionis & inſtantiæ, non obſtat. Nam ſolet in ſubrogatione etiam poſſeſsio non apprehenſa tranſire, teſte Feli. in rubr. de reſcript. col. 3. nu. 6. tamen in hoc regno ſolet recipi, aut recuſari ſubrogatio in curiis, & ante ſubrogationem ſolet deiici ab actibus iudicialibus.

Ante ſubrogationē, an manus leuatio concedi debeat.

8 Item quando aliquis per ſimplicem citationem petit in cauſſa nouitatis ſe manuteneri: & res fuit poſita ad manum regiam: pars aduerſa poteſt excipere quòd nō tenetur procedere, antequam manus regia leuata ſit: vt fuit dictum pro abbate ſancti Benedicti ſuper Liſaram contra de Lignieris.

Areſtum.

9 Item recredentia domino pro rebus ſubditi captis, non datur, ſi ſubditus ſit perſona libera, & franca, vt vulgò dicitur, niſi ipſe ſubiectus recredentiam ſuarum rerum petat: vt vidi in Forēſi iudicio ſeruari: quia is cuius intereſt agit hoc interdicto. l. 1. & l. ſi duo. ff. vti poſſide. doct. in cap. licet. de probat.

Recredētia pro rebus ſubiecti an domino detur pro iuriſdictione.

10 Vltimò non ſolet dari hæc recredentia, quando duo litigant ſuper iuriſdictione: quippe tunc ſolet tradi exercitium iuſtitiæ alicui commiſſario, qui per manum regiam exerceat: & illa iuſtitia gubernari ſolet, vt vulgò dicitur *(par la main du Roy ou ſouueraine)* & poſteà partes litigantes nihil poſſunt iuriſdictionis adminiſtrare, nec quidem requirere ſuos ſubditos: vt vidi ſeruari in actu practico: non allego iura, quia iſta in curiis certa ſunt. {Et ſic cenſuit Senatus Pariſ. anno 1381. die 11. Decembris pro procuratore regio contra archiepiſcopum Romen. præpoſitum, decanum & capitulum eiuſdem eccleſiæ.} ad alia tranſeamus, poſtquam dixero vobis inter manuum leuationem & prouiſionem Moline. facere differentiam in conſu. Pariſ. rubr. de feud. §. 42. nu. 2. ibidem videre licet quoad feuda.

Ou de plain poſſeſſoire.

GLOSSA QVINTA.

1 ET ſic habes quòd, & poſſeſſorij pleni ſententia, vt pote manutenentiæ, viſis titulis non factis inquiſitionibus lata, prius quàm eſſet aliqua prolata recredentia, mittetur executioni. per iſtum tex. hic. *de plain poſſeſſoire.* requiſitis ſequentibus, vt inferius dicetur.

Sententiæ etiam manutenentiæ quādo mittatur executioni.

2 Nam ſi contentio ſit inter duos de beneficio, nominatus dicit beneficium in menſibus graduatorum vacaſſe: altera pars contrarium aſſerit, oportet hoc probare, ob id interim recredentia adiudicabitur alteri: & dabitur dilatio partibus ad probandum facta allegata, & deducta, & poſteà plenè manutenebitur: & omne impedimentum ac manus regia auferetur: vt inferius dicetur, ſi non poſſit per literas probari: quæ probatio in recredentia tantum admitti ſolet.

Si verò

Si verò inter duos nominatos ſit contentio,antiquiori opponitur, quòd eſt nominatus ante gradum,ex ipſis literis conſtat,ſi non ſunt alia facta probanda:tunc iudex plenum poſſeſſorium decidit, & manutenebit vnum in poſſeſsione beneficij:& illa ſententia pleni poſſeſſorij ſic ex titulis lata,eſt executoria,non obſtantibus oppoſitionibus:vt hic patet,dum dicit,*ou de plain poſſeſſoire expediées par tiltres ſeulx ſans preuues des teſmoings.* hoc vult dicere tex.qui nõ excludit omnes literas ſeu probationes per inſtrumenta,ſed excludit probationes teſtium , adeò quòd ſi ſententia diffinitiua pleni poſſeſſorij proferatur teſtibus auditis, & à iudice viſis atteſtationibus , illum iudex non exequetur,vt hic,ſcilicet poſt appellationem:quia ſententiæ non ſunt exequendę poſt appellationem:vt ſcripſi ſuprà in præfatio.

3 Notandum eſt quòd nunquam recredentiæ ſententia proferri debet , quando plenum poſſeſſorium poteſt expediri ſine alia probatione:vtpote quando non ſunt aliqua facta allegata.ſed ex ipſis titulis poteſt beneficium adiudicari,tunc pleni poſſeſſorij ſentẽtia fertur:vt ſuperius dixi: quia duo capita poſſeſſorij non ſunt facienda,quando in vno poteſt vtriuſque fieri deciſio:nempe fruſtra fit per plura,quòd fieri poteſt per pauciora.& hoc vult dicere tex.dum dicit:*ſans ſoy arreſter à la creance.* {Et iſtam plene poſſeſſorij ſententiam ſic latam executoriam declarauit Senatus anno 1526.die 27.Nouembris.}

Sententia manutenentiæ quando ſine recredentia proferri debeat.

Areſtum.

4 Item ſi iudicium fuerit mixtum,& ſententia lata,tàm in poſſeſſorio quàm in petitorio , quia de vtroque apparebat:tunc etiam appellatio non impediet executionem in poſſeſſorio,ſecũdum Alber.in l.ordinarij.in vlti.col.C.de rei vendica.& in l.ſi de vi.col.penul.ff.de iudic.quia ſententia lata in poſſeſſorio debet aliquid operari : & duo vincula debent eſſe vno fortiora. Bartol. in l.permiſceri.ff.de acquir.poſſeſ.ſed contrarium tenet Iaſ.conſil.187.circa.col.penultima.in ſecundo volumine. & hoc ſeruaretur in Forenſi iudicio. nam iudex ſecularis , qui in hoc regno de poſſeſſorio beneficij cognoſcit,non poſſet ferre ſententiam ſuper petitorio, & ſi proferret, vtile per inutile non vitiaretur.per regulam iuris:& ſic ſententiam ſuper poſſeſſorio exequendam eſſe arbitrarer:cùm nihil habeat commune poſſeſſorium cum petitorio.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquit.poſſeſ.quando requiſita inferius deſcripta concurrerent.

5 Et ſi quis velit conſentire recredentiam dari in fauorem vnius collitigantis,vbi erant tres:interim iudex etiam alia parte oppugnante,& petente ſibi manutenentiam vel recredentię ſententiam,illi pro quo alera pars conſenſit,adiudicabit.nec poterit pars impedire:ſed non erit executoria contra opponentem,ſed tantùm contra illum,qui conſenſit.ita vidi ſeruari,vt ſine prȩiudicio alterius recredentia exequi debeat:alioqui duæ partes colluderent,vt excluderent tertium.ſed malicijs hominum obuiandum eſt.c.ſedes.de reſcrip.

Requiſita ut recredentia exequatur.

Expediées.

GLOSSA SEXTA.

HAbet itaque certum finem hæc materia:vt in ſimili dicit text. in l.1.§.habet itaque.ff.ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſus fuerit. igitur antequam hæc recredentia , ſiue tenuta in cauſſa beneficiali exequi non obſtantibus oppoſitionibus vel appellationibus poſsit, ſequentia ex hoc tex.legis regiæ requiruntur.

Recredẽtia quando non exequatur.

Primò quòd ſententia recredentiæ prolata fuerit:quod in tex.probatur.ibi,*ſentences de recreance.*nam non ens executioni mitti non ſolet.argu.l.decem.ff.de verb.oblig.l.traditio.de acqui. rerum dom.ergo non ſufficit ſolus beneficij titulus ſine recredentiæ ſententia,quia hìc requiritur ſententia,vt dixi,interlocutoria,habens vim diffinitiuæ.

Nec ſufficeret ſententia ſequeſtri, quia non eſſet ſententia recredentiæ : quæ hic requiritur: quamuis ſententia,per quam res iubetur ſequeſtrari,ſit etiam executoria in hoc regno : vt plenè ſcripſi in l.ſequeſter.ff.de vërb.ſignific.

Par tiltres.

GLOSSA SEPTIMA.

1 SEcundo requiritur quòd iſta recredentia ſit prolata viſis titulis,vno vel pluribus. l.3. negotia vnum vel plura.ff.de negotiis geſtis.& tulum hìc vocamus quẽlibet modum obtinendi beneficia à iure comptobatum,ſiue per collationem,electionem, vel inſtitutionem.c.cùm in illis.§.1.& ſeq.dç præbend.iu 6.elucidaui in tract.de pacific.poſſeſ. in 7.ampli a.nu.53.& ſeq.

Recredẽtia viſis titulis proferri debet.

2 Et quamuis hic tex.loquatur in plurali,*tiltres*,tamen vnus ſufficit bonus , qui duobus præualet inutilibus,ſed hic tex.poteſt ſe referre ad plures ſententias.nam quælibet poteſt expediri per titulum,vel poteſt referri ad ambas partes:nempe quælibet ſuum producit titulum , & poſteà recredentiæ ſententia profertur ex iſtis titulis,& adiudicatur habenti meliorem , & apparentiorem titulum:vt inferius videbimus.

3 † Adhæc ex titulis adeò debet iudicari,quòd ſi lata fuerit ſine titulis, non valeret per iſtum tex.à contrario,quod argumen.eſt in iure validum.l.prima.ff.de offic.eius. c. cum apoſtolica. de

his quæ

his quę fiunt à prælat.Nam cui non conueniunt verba,nec diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de damno infect.capit.indemnitatibus.§.ſupra dicta.de elec.in 6.

4 Etiam ſi iudex viderit titulum,vel titulos vnius partis, & non alterius:non poterit præſenti recredentiam adiudicare,ſi altera pars non fuerit contumax.vnde ſi in primo termino reo comparente iudex ad producendum ſuum titulum dilationem concedere noluerit,ſed ſtatim illi qui ſuum produxerat titulum hanc recredentiam adiudicauerit, non erit executoria, per iſtum tex. qui dicit,*par tiltres*:& ita fuit in hoc ſenatu iudicatum anno 1536.die 13.Martij.

Areſtum.

5 Inſuper ex titulis præferenda eſt hæc recredentiæ ſententia, adeò quòd ſi lata fuerit ex probationibus teſtium,ſeu teſtimoniis ſolis,vel ſine titulis non valebit,quia contra hunc tex.& quia vitioſus ingreſſus non debet dari in beneficiis.ca.vno.de eo qui mittitur in poſſeſ.libr.6.& ſic iudicatum fuit in hoc ſenatu anno 1508.die 18.Maij.& anno 1530.die 8.Ianuarij.vt refert Imbert.in ſuis forenſ.inſtitu.pag.191.

Areſtum.

6 Imò etiam non valeret,ſi lata eſſet ex titulis & teſtium probationibus,ſeu teſtimoniis ſimul, quia non eſt lata ex titulis ſolis.vnde anno 1533.die 12. Maij fuit annullata in hoc ſenatu ſentētia iudicis Andegauen.per quam pronunciarat alteram partem examinandā ante recredētiam, cùm illi opponeretur ſe neſcire legere vnam decretalem, & hanc interrogationem fieri non debere iudicauit ſenatus,ſed ex ſolis titulis,& illis viſis alteri adiudicanda eſt recredētia,& hoc eſt introductum,vt breui decidatur:ne longa vacatio noceat eccleſiis.c.quàm ſit.de electio. in 6. vt ſuprà in princ.dictum extitit huius articu.

Areſtum ut in recredentia non fiāt interrogationes.

7 Præterea ex titulis habilibus videlicet collationis,& aliis iudicari debet recredentia,ex quibus ius in beneficio acquiritur.cap.cùm in illis.§.2.de præben.in 6.vnde ſi capitulum, vel alius diceret ſe poſſediſſe beneficium tanquam vnitum, & ſic titulum præſcripſiſſe,etiam per tempus immemoriale, non daretur ei recredentia.per c. cura. de iure patro. vbi ſcripſi, & dedi nouum intellectum.

8 Item ex titulis adeò recredentia iudicari debet, vt non poſſet cogi pars ad recognoſcendum ſcripturam,vel negandum ſuper hac recredentia:quia prohibito vno prohibetur omne illud per quod ad id peruenitur.l.oratio.ff.de ſponſal.ſcripſi in repetit.cap.poſtulatis.not.primo.de cleric. excommu. miniſtr.Sed ſi interrogatus negaret ſcripturam, liceret alteri parti teſtes ſuper hoc producere:quod eſt in recredentia prohibitum,& ita fuit iudicatum die 22.Maij anno 1526.vt refert Imbert.in Foren. inſtitut. §. rurſus. pag 93. tamen fuit iudicatum pro domino Ioanne Verius ſuper beneficio du meny,contra ſecretarium prioris ſancti Martini de campis anno 1531.die 19.Aprilis poſt paſcha. videlicet quòd dictus ſecretarius in recredentia teneretur recognoſcere. ſed d. Verius non poterit ſe iuuare illa recognitione in recredentia,ſed in pleno tantùm poſſeſſorio,& hoc propter mortem,quę interim euenire poſſet recognoſcere debent,& poſteà nō poſſet.& idem anno 1526.die 29.Maij contra Franciſcum du Puy fuit iudicatum in eodem ſenatu. Vidi etiam dubitari ſi pars petat partem interrogari an receperit titulum partis aduerſæ,& dicebatur quod interrogari deberet ſine proceſſus & recredentiæ retardatione: quia hoc non impedit recredentiam.Dicit etiam Imbert.in §.ſed quia nonnullæ.lib.1.quamuis contendens retinendæ poſſeſſionis interdicto de ſacerdotij poſſeſſione nihil doceat, ſi tamen iure tituloque potior ſit, nihilominus vincit vindiciarum liticulam,atque vt ſuper capitulo huius interdicti ſupremi fiant probationes,ſolet eadem ſtatui ſententia: ſed ego non video quòd agens poſſeſſorio, ſine poſſeſſione vincere poſſit:vt per totum titulum ff. vti poſside. habetur, quòd ſine poſſeſſione non poteſt quis manuteneri:vt ita probatur in capit.licet cauſſam.de probat.item ſi ageretur petitorio,hoc verum eſſet, aliàs ſequeretur quòd iudices regij cognoſcerent de petitorio, & non de poſſeſſione, ſi non eſſet opus probare poſſeſſionem: ideo ego ſemper vidi poſſeſſionis adeptionem in primis probari.

Recognitio ſcripturæ in recredentia an fieri debeat.
Areſtum.
Areſtum.
Poſſeſſio in recredentia probanda.

9 Item notandum eſt,ſi plures ſint impetrantes per mortem,vltimus cenſetur habere apparentiorem titulum,ſi non probetur anteà mors,ſed denegetur: quia omnes conſentiunt quod tunc mortuus fuiſſet,ſed in aliis non,ſicut de ſumma minori dicitur, quòd omnis conſenſus arbitrorum cadit in id, quod minus eſt.in l.diem proferre.§. ſi plures.ff.de arbitr.l.prima.§. ſi ſtipulanti.ff.de verborum obligatione, capit.primo.de arbitr.in 6.& huic vltimo impetranti adiudicabitur recedentia,licet ſi probetur poſteà mortuus tempore primi impetrantis plenum poſſeſſorium adiudicari debeat primo,quia tempus datæ,quo ad acquirendum ius,attenditur.capit.eam te. de reſcrip.capit.ſi eo tempore.illo titul.in 6.ideo non eſt mirum, ſi vnus obtineat in recredentia, & ſuccumbat ex nouiter probatis in pleno poſſeſſorio, vel econtrario: vt ſæpius videmus. tamen primus poterit in recredentia probare mortem per pharmacopolam, qui faces tradidit pro obitu:& fortè nunc mouetur proceſſus alibi de ſolutione illarum,etiam probatur per atteſtationem curati,vbi ſepultus fuit.

In pluribus impetrantibus ultimo adiudicatur recredētia.

10 Imò etiam 11.Martij anno 1545. in cauſſa de Salaxard fuit ex titulis adiudicata recredentia in prophanis,de quibus inferius plenius explicabimus;& quid ſi per contumaciam.arti.ſeq. 11 Et ſi ſemel ex titulis lata fuerit,exequi debebit,etiam ſi is,contra quem lata fuerit, falſum allegaret titulum,quia hoc reiicitur ad plenum poſſeſſorium;vt fuit iudicatum pro domino Iacobo de la Foreſtz appellante anno 1521.die 3.Aprilis.nempe hic text. dicit ſententias recredentiæ exe-

Areſtū.
Executioni recredentia mandatur.

quer[illegible]

quendas non obſtantibus oppoſitionibus : ergo hac falſi oppoſitione non obſtante exequetur: vt dixi in tract.de liter.obli.artic.1.verſi.tertio opponi poteſt.in gloſſ.*oppoſitions*.

non obſtante allegatione falſi.

12 Vltimò notandum eſt quòd licet vtraque pars ſuum debeat probare titulum : tamen impetrans beneficium vacans per mortem Titij, non tenetur probare titulum illius , nec ille cui reſignatum eſt, ſed ſufficit , quòd probet illum prædeceſſorem fuiſſe habitum & reputatum curatum talis eccleſiæ.vt ſcribunt dom.de rota deciſ.109.agenti.Innoc. & Hoſti.in c.illud.de præſumptio.Secus ſi ille qui reſignauit nunquam pacificè poſſediſſet.

Areſtum. Titulũ prædeceſſoris quis probare non tenetur.

Sans ſoy arreſter à la recreance.

GLOSSA OCTAVA.

VVlt dicere text. quòd ſententia pleni poſſeſſorij prolata ex titulis ſine alia recredentia eſt executoria , non obſtantibus oppoſitionibus , vel appellationibus.nam ſi iudex videat ex titulis poſſe adiudicari plenum poſſeſſorium , cum partes nullum factum allegarent, ſed omnia ex titulis adducebant:ob id iudex plenum adiudicabit poſſeſſorium alteri, & hæc ſententia pleni poſſeſſori exequetur. & ita dicit textus *ſans ſoy areſter à la recreance*. nempe ſi iudex prius proferat recredentiam, & poſteà plenum poſſeſſorium , hæc vltima pleni poſſeſſorij ſententia non exequeretur poſt appellationem,*car le iuge s'eſt arreſté à la ſentence de recreance*. & ita eſt intelligendus hic textus.quia ſententia ſola recredentiæ eſt executoria, vel ſententia pleni poſſeſſorij ſine recredentia lata ex ſolis titulis,non ex teſtium probationibus.

Et ſic patet in interdicto vti poſsidetis dupliciter iudicari:nempe cum prætor videbat poſſeſſorem , & ſummariè apparebat ei de iure ſuo,ipſe proferebat vti poſsidetis ita poſsideatis , & ſic recredentia, ſeu,vt Itali dicunt,tenutam.

Elucidatio interdicti uti poſſidetis.

Verùm quia poſteà latior fiebat de vtriuſque partis iure oſtenſio:qua facta iudex partem manutenebat in ſua poſſeſsione, tuebaturque cum in poſſeſsione,& prohibebat vim fieri,& turbari in poſſeſsione,ac pro turbatione,ad id quod intereſt condemnabat.l.1.2.& per totum.ff. vti poſſide. & hodie ſolet etiam in hoc interdicto iudex ad intereſſe condemnare:vt ſuo loco dicetur.

Item ex titulis debet adiudicari recredentia,ſcilicet viſis vtriuſque partis titulis:ſed quia ſignatura non leuatis bullis non eſt titulus probatus:ideo non adiudicatur recredentia ex ſola ſignatura:ſed bene poteſt peti ac concedi ex ea ſequeſtratio,& recredentia penſionis eccleſiaſticæ:vt iudicauit Senatus Pariſ. anno 1543.die 22.Maij.alia ſcripſi in praxi beneficiali.

Ex ſignatura an poſſit adiudicari recredẽtia. Areſtum.

En matiere beneficiale.

GLOSSA NONA.

1 TErtio requiritur quòd iſtæ ſentẽtiæ recredentiæ,vel poſſeſſorij , latæ fuerint in cauſſa beneficiali,nempe fauore beneficij hoc introductũ eſt, ne illius vacatio ſit diutina. ca.quàm ſit.de elect. in 6. & cauſſa propriè, & directè dicitur beneficialis, quando de titulo beneficij agitur,& in materia exorbitanti.ca.ſi hi contra quos. vt lite pendẽte. in 6.Anto.Butrius.in c.2.co.vlt.de iuramen.calum. in materia tamen non exorbitanti vt docto. arbitrantur.cauſſa beneficialis vocatur,ſiue agatur ſuper petitorio,ſiue ſuper poſſeſſorio:vt hic,& in cle.ſi. C.de iudi.cle.vna.de cauſſa poſſeſ.clem.1.de re iudic. Nicol.Milius in verb. beneficialis cauſſa.in repet.

Cauſſa beneficialis quæ dicatur.

2 Item putarem,ſi recredentia daretur ſuper leproſariis,& hoſpitalibus,quæ in titulum concedi ſolent,vt cauſſa dici poſsit beneficialis.gloſ.in clem.vna.de rerum permutatio.ſcripſi in tract.nominatio.q.9.num.8.& ſeq.

3 Fallit in locis collegialibus,ſeu burſis collegiorum.areſto ita cenſuit Senatus anno 1521. die 5. Iulij pro burſa collegij Baiocen.& pro Iohanne Mauriot ſcholaſtico,fuit etiam litigatum,& cauſſa in conſilio poſita pro burſa collegij Nauarræ anno 1527. die penult.Iulij. vbi recredentia data ſuper loco collegiali non mandatur executioni,non obſtante appellatione.

Areſtum.

4 Hodie verò per ordinationem regiam Franciſci Regis moderni arti.62.de publica.anno 1539. quælibet recredentia in quacunque materia eſt executorialis:vt inferius explicabitur arti. 4.

Quælibet recredentia eſt executoria

5 Item ſi fuerit recredentia prolata pro coadiutore dato furioſo, executioni mitti debet:vt fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1517. die 23. Nouembris (vt ſcribitur in ſtilo parla.areſto 391.) & de hoc coadiutore doctores tractant in cap.ſi.de clerico ægrot.& ſcripſi in tracta. nominatio. q.8.num.26.& in §.ſi.de ſenten.prouiſional.

Areſtũ pro recredentia data coadiutori.

6 Vltimò etiam poteſt recredentia dari,& data exequi,quamuis pars non haberet ius ex prima collatione,ſed ex nouo iure,fortè ex impetratione ſi neutri,nec dicitur attentare imperrãdo,teſte Aegidio bellamera concluſio.102.ſi poſſeſsio.per cap.abbate ſanc.de re iudic.in 6. & l.ſi poſt acceptũ.ff.de rei vẽdicatio.& deciſ.662.ſi ex gratia,nec poteſt reus obtinere expenſas vſque ad impetrationem nouam , quia nunquam habuit bonum ius. argument.l. is qui ſe obtulit.ff.de rei vendicatio. Staphile.in tractatu de literis iuſtitiæ. fol.149.verſic ſed dubium.dicens tamen quòd

Areſtum. Impetrãs lite incœpta beneficium an impenſas obtinere poſsit.

reus non condemnabitur actori in expenſis ante productionem noui iuris, quia vterque temere egit: ob id vna temeritas cum altera compenſatur iuxta, l.ſi ambo.ff.de compenſat. ego arbitror reum condemnandum,eo quòd viſo titulo non conſenſit,ſed proſequutus eſt,& ſic malam habuit fidem,ob id condemnari debet:quia ſi in principio videlicet titulum,non ceſsiſſet,poſtquam nunc non cedit.ita ſcribit Dec.in l.qui in alterius.ff.de regul.iur. quod eſt notandum: & ita ſeruatur in iudiciis.facit quod ſcribit Ludo.Roma.ſing.396.alio ſero.& Iaſ.in §.ſic itaque.nume.41.& ſeq.de actio.in inſtitudo.

Recredêtia quandoque neutri adiudicatur. Areſtum.

7 Si tamen neutra pars oſtendat bonum titulum,nec ſe capacem & idoneam: tunc ſequeſtrabitur beneficium,& neutri recredentia adiudicabitur,ſed ad facta contraria ponendũ iudex partibus decernet,vt fuit in Senatu concluſum anno 1548.die 2.Maij relatore D.de la Roſiere ſenatore dignisſimo:ne ad beneficia vitioſus pateat ingreſſus.c.1.de eo qui mittitur in poſſeſ.lib.6. & beneficium eccleſiaſticum non poteſt ſine canonica inſtitutione obtineri.c.1.de reg.iur.lib.6.

Que ſont donnees parties ouyes.

GLOSSA DECIMA.

Audiri debent partes in recredentia,& quando auditæ dicantur. Areſtum.

1 QVartum requiſitum eſt, vt recredentia data ſit partibus auditis:& ſic contra tertium, qui non fuit auditus,non exequetur,arg.huius tex.à contrario.& per tex.in l. à Diuo pio.§.ſi ſuper.ff.de re iudic.& ſic fuit in hoc Senatu iudicatum anno 1537.die 26. Februar.ne vitioſus detur ad beneficia ingreſſus, & contra partem inauditam nil definiatur.cap.1.de cauſſa poſſeſsionis,dicas tamen de recredentia per contumaciam concedenda: vt in artic.ſeq.ſcribitur.

Areſtum.

2 Et ſic ſi parti petenti dilationem ad producendũ ſuum titulum iudex non dederit,ſed recredentiam alteri conceſſerit,non exequetur:quia illa pars non cenſetur audita:vt iudicauit Senatus Pariſ.anno 1536.die 13.Martij.quod probatur in hoc tex.à contrario.

3 Quæro, quando partes dicantur auditæ? Reſpon.quando in præſentia iudicis allegauerunt, & propoſuerunt ea,quæ dicere volebant.in cap.ad hæc.de offic.archid.vbi no.Dec.& iudices audire debent partes,& poſteà diffinire.§.ſedebunt.& §.audient.in auth.de iudicib.colla.6.

Sententia venalis etiam in ſe lata non valet.

4 Item per hunc tex.ibi,*donnees*,colligunt quidam quòd iudices non debẽt pecuniam recipere pro ſententia:alioqui venalis ſententia nullius eſt momenti, & iudex puniri debet. l. 1. & auth.ibi poſita.C.de pœna iudicis qui malè iudica.etiam ſi ſententia ritè prolata ſit,& aliâs iuſta, tamen per pecuniam lata nõ valet.gl.ſing.in c.vendentes.1.q.3.quã no.Feli.in c.licet.col.16.de probat.recipiunt tamen iudices etiam hodie pecuniam pro reportu, quem vocant, & vt proceſſum videant,ſed melius eſſet,quòd iuſta haberent ſtipendia à principe,qui iuſtitiam ſubditis debet,& nihil reciperent:quia gratis & cum omni puritate iudiciũ procedere debet.c.ſtatutum.§.inſuper. de reſcript.in 6.ſed hoc vix dici poteſt ex hoc text. quamuis doctrina in ſe ſit vera:quia verbum *donnees* gallicè poteſt exponi,*proferees*:vt plenè ſcripſi in l.ſæpe.ff.de verb.ſigni. { Et iuriſcon.in l. cum in vna.ff.de appel. hac phraſi vtitur, vbi duplex ſententia diuerſa datur. } eſt tamen text.in

Lex contra iudices rapaces dura.

Cod.Theodo.in rub.de offic.recto.prouinc. in hæc verba, Ceſſent iam nunc rapaces officialium manus,ceſſent inquam,nam ſi moniti non ceſſauerint,gladiis præcidentur: non ſit venale iudicis verbum,non ingreſſus redempti,non infamet litigationibus ſecretarium: non viſio ipſa præſidis cum precio,æquè aures iudicantis pauperrimis ac diuitibus reſerentur, abſit ab inducendo eius, qui officij princeps dicitur, prædatio vlla litigatoribus &c. { Item recredentia prolata ex

Areſtum.

abrupto & ſine contradictionibus & ſaluationibus fuit annullata à Senatu anno 1511.die 7.Iulij.}

Par noz Iuges.

GLOSSA VNDECIMA.

Recredêtia à iudicibus regiis lata eſſe debet.

QVintum requiſitum eſt,quòd recredentia,ſeu pleni poſſeſſorij ſententia ſit prolata per iudices regios:ideo per iudices eccleſiaſticos,vel per iudices baronum,aut aliorum dominorum lata, non habebit executionem,per hunc text. quia conditor ſuis iudicibus tantùm hoc priuilegium tribuit,& ſic ſuum denegat auxilium aliis: vt dicit gloſ. in l. ſiue apud.C.de tranſact.nec paſsim omnibus iudicibus regiis concedit, ſed iis tantum à quibus immediatè ad ſupremam appellatur curiam,vt in 7.requiſito patet infrà eodem,& in hoc regno non ſolent alij iudices quàm regij,de poſſeſsione beneficiorum cognoſcere:vt ſuperius dixi.

Iudices hic qui dicãtur.

Generaliter hîc capit iudices,*iuges* pro omnibus magiſtratibus regiis, qui iudicare poſſunt de his beneficiorum poſſeſſoriis, ſiue ſint præpoſiti,ſiue locum tenentes, ſiue iudices maiores, ſiue alij iudices vt conſiliatij ſupplicationum, & requeſtarum ſunt etiam ipſi iudices regij, ſiue etiam fuerit lata ab ipſo parlamento, & tunc multò fortius,quia ab his non appellatur:vt in l.vna.ff.de offi.præfec.præto.& in l.vna.C.de ſenten. præfect. prætor. & ideo hîc omnes regij continentur magiſtratus:à quibus appellatio directè & immediatè ad parlamentum deuoluitur,vt à gubernatore Montiſpeſſulani,& ab aliis Bailliuis & Seneſchallis.

En leurs

Et leurs ſieges principaulx.

GLOSSA DVODECIMA.

SExto requiritur quòd illa ſententia ſit prolata in ſede principali,vt pote Nemauſi : ſeneſchallus enim habet ſedem & Nemauſi , & Bellicadri:principalis ſedes eſt Nemauſi, requiritur ergo quòd ſit ibi lata:vbi principalis eſt ſedes,quia ibi pręſumitur copia peritorum,quæ non eſſet in aliis locis. iuxta cap.ſtatutum.in princ.de reſcript.in 6. & dicitur principalis ſedes , vbi ipſe ſolet frequentius iudicare:& tribunal ibi erectum eſt:nam poteſt iudex in qualibet parte ſua iuriſdictionis iudicare,ſicut epiſcopus.ca.cum epiſcopus. de off. ordi.tamen principalis ſedes eſt,vbi iudicare eſt ſolitus.l.1.ff.de iudi.Bar.in l.ambitioſa.col.4. nu. 18.ff.de decret.ab ordi.faciend.facit c.ſignificatum.de præbend.

In ſede principali lata recredentia eſſe debet, & quæ dicatur.

2 Sufficit etiam quòd ſit lata in aliis ſedibus tempore iuridici conuentus,quos aſsiſias vocant, & ibi conſuetum eſt tenere aſsiſias:vt pote bailliuus Bituricen. proſert tempore aſsiſiarum recredentiam Iſſolduni,vbi eſt conſuetũ tenere aſsiſias: valebit hęc recredentia,& exequi debebit,non obſtante appellatione, vt hic.ſecus ſi alio tempore , quàm aſsiſiarum. Si autem fuerit lata ab alio bailliuo non ſubdito primo,ſed quia facta eſt tribunalium diuiſio:tunc enim executioni dabitur, teſte Imbert. ea ſolùm ratione, quòd hodie ſubſidiaria tribunalia habent peritorum copiam , & ordinatum fuerat ea ratione,quòd peritorum copia nõ eſſet,in aliis tribunalibus:vt in ſede principali proferentur,ſed vix eſt,vt ſi ex vno præſidatu ſiut duo facti vt minus cognoſcat,quia non ſolùm hac ratione eſt iſtud introductum,ſed quia cauſſæ beneficiales in locis inſiguibus debent tractari:vt eſt in dicto c.ſtatutum.de reſcript.in 6.& in ordina reg.in rub.*des cauſes poſſeſſoires beneficiales*.articul.6.& quia duo copulatiuè hîc requiruntur, quæ non ſuut in ſingulis locis, vbi ſunt magiſtratus : licet ibi copia ſit peritorum : non eſt tamen locus inſignis : ideo recredentia ibi prolata executoria non eſſet , niſi iſte datus eſſet iudex , cum illa præeminentia , & priuilegiis primæ ſedis.

3 Item hic duo copulatiuè deſcribit primò,quòd recredentiæ lata fuerit ſententia , in illo loco & tribunali , vbi ſunt iudices ſoliti aſsiſias tenere. ſecundò quòd durantibus illis,ergo extra illas non valebit:quia hoc non conceditur hîc, nec alibi:ideo non extendemus:imò poſtquã in vno concedit,in alio negat.l.cùm prætor.ff.de iud. itaque vt de his appareat, debent & locus & ſedes deſcribi in ſententia recredentiæ,vel pleni poſſeſſorij,& illa qualitas, ſcilicet quòd tempore aſsiſiarum lata ſit,vt in proſequenda appellatione conſiliarij hoc videant & iudicent.

4 Fallit quando eſſet lata intra eccleſiam tempore aſsiſiarum,tunc eſſet nulla.per c.decet.in §. ſi.de immunit. eccleſia.in 6.ideo non eſt tunc exequenda;quod eſt notandum contra iſtos iudices,qui aliquando tempore pluuioſo aſsiſis durantibus in eccleſia ſententias proferunt , & proceſſus ibi conficiunt,tunc ſententia & omnia acta erunt nulla,vt ibi.& Panor. in cap.qua fronte. not.primo de appell.per illum text.hoc firmat contra iudices.

Sententia in eccleſia uel domi lata eſt nulla, ob id non exequenda.

5 Idem ſi domi lata eſſet, quia non eſſet lata in tribunali : vt ipſe text. præcipit. vnde in Cod. Theod.eſt lex in rub.C.de offic.recto.prouinciæ.l.2.ſic ſtatuens ſibi iudex hanc præcipuam curam in audiendis, aut diſcernendis litibus impoſitam eſſe non ambigat:ita vt non in receſſu domus de ſtatu hominum vel patrimoniorum,ſententiam referat, ſed apertis ſecretarij foribus intrò vocatis omnibus,aut pro tribunali locatus,& ciuiles controuerſias audiat,ne congruę vltionis animaduerſione cohibeatur : abſit autem vt iudex popularitate ſpectaculorum editionibus mancipatus,plus lucris curæ quàm ſeueris actibus tribuat.

Et ſic habes vnum caſum,in quo ſententia recredentiæ non eſt executoria , videlicet quando eſt nulla.probatur in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. quod multis poteſt eſſe modis:vt ſcribit Peruſ.& alij in c.dilecto.de appella.

Reſortiſſants ſans moyen en noz dictes cours.

GLOSSA DECIMATERTIA.

SEptimo requiritur, quòd ab hoc iudice, qui recredentiam protulit, appelletur immediate ad curiam palamenti : & hoc vult dicere hic text. dicens *reſortiſſans ſans moyen en noz dictes courts*,igitur ſi fuerit per Baiulum Mõtiſpeſſulani, vel per præpoſitũ alterius loci prolata,à quibus appellatur ad alium iudicem extra parlamentum, non exequeretur:vt hîc dicit text.nempe maior eſt horum authoritas:quàm aliorum inferiorum : vt probatur in l.ab executore.ff.de appellationibus vbi etiam doctor.& quia hic tex.non concedit : ſi tamen in quibuſdam appellaretur à præpoſito ad alium iudicem, in aliis verò ad parlamentum , videlicet in his poſſeſſoriis : tunc recredentia eſſet exequenda : quia ſufficit , quod in his poſſeſſoriis ab illo iudice ad parlamentum appelletur , licet in aliis non. & vocat hîc per excellentiam , *noz cours ſupremes*, videlicet , quia omne analogum per ſe ſumptum ſtat in ſua famoſiori ſignificatione.§. ſed ius quidem.de iure natur. in inſtitut.& priuilegia iſtarum curiarum ſcripſi in proœ. concorda.in verbo,ſummas.

Appellari à iudicibus recredentiã proferentibus debet ad ſenatum.

Seront executées non obſtant oppoſitions, ou appellations quelz conques, & ſans preiudice d'icelles.

GLOSSA DECIMAQVARTA.

Areſtum.

Poſt unius appellationem alij non procedunt coram primo iudice.

Areſtum.

A receptore denegante diſtributiones poſt recredentiã appellari non poteſt.

Areſtum cõtra recipientem fructũ poſt recredentiam etiã cauſſa deportus.

QVamuis præpoſterum ſit exequi, poſteà proſequi quod retractari poteſt.argum. l. pen. C.de execu.rei iudica.& quod eſt incertum, differtur, donec erit certum.l.diximus.ff. de excuſa.tuto. vt plenè ſcripſi in tracta.de literis obligatoriis.artic.6. iſta tamen executio ſuſtinetur ratione cautionis.l.vniuerſa.C.de precib.imperat. offerend.vt expreſſim tradit Bald.in cap.paſtoralis.§.quia verò.num.15.de offic.delegat.& ſi ex tribus vnus obtinuerit recredentiam, licet vnus ex aliis non appellauerit:tamen alij appellantes, vel appellati non tenentur procedere coram iudice, qui recredentiam dixit. ita in Senatu fuit iudicatum anno 1516. die 17.Februarij pro Grignant contra Calat:ne diuerſa ſequantur iudicia.l. nulli, C.de iud. & in rub. ff. de quibus rebus apud eundem iudicem aga.ſed iudex appellationis contra omnes & cognoſcet,& decidet. quæro,quid ſi poſt recredẽtiam capitulum ſtatueret & prohiberet receptori, ne recredentiario quicquam diſtribuat, an ab illa ordinatione appellari poterit tanquam ab abuſu? Reſpon.non à receptore denegante : vt fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1539.die 6.Iunij, quia dum capitulum ſtatuit hoc,facit contra ordinationem iuſtam volentem ſentẽtiam exequendam eſſe,& ſic abutitur contra ordinationes & areſta faciens:ergo ab iſto ſtatuto capituli licebit appellare tanquam ab abuſu,non verò à receptore,ſed ab eo,qui ordinat & ſtatuit ; quia ab executore non appellatur.l. ab executore. C. quorum appella.non recip.& inferius dicetur arti.5. & ſeq. ſed receptor eſt capituli executor, ergo ab eo appellare quis non debet. nam iſte miniſter iuſtè denegat obſequendo ſtatutis eorum, quibus obedire tenetur.

Imò anno 1516.die 29.Ianuarij cenſuit Senatus recredentiam exequendam contra epiſcopum Aurelianen.qui receperat fructus poſt recredentiam,quamuis allegaret ſe poſſe illos recipere durante lite ex papæ conceſsione.iuxta c,ſi propter.de reſcrip.in 6. { Sed cautio reſpondebit,& cauet tam illi, qui obtinuit recredentiam, quàm epiſcopo habenti deportum,vt fuit dictum in eodem Senatu pro archidiacono Seloniç. vt ſcribitur in ſtilo parla.areſto 383.Itaque vidi dubitari. & ſi appellans proſequatur appellationem à recredentia, poſt executionem, an poſsit de nouo procedere? & iudicauit Senatus nõ poſſe ſed,ex eiſdẽ actis iudicandũ erit anno 1509.die 8.Martij pro quodam Barbeau cui fuerat adiudicata recredentia. Item ſententia recredentiæ non eſt executoria contra tertium non auditum,probatur in l.Titia.ff.ſolut.mat, doct.in cap.veniens.de teſtib. & ſic iudicauit Senatus Pariſ. anno 1527. die 5. Martij pro Chaumus appellante à gubernatore Rupellæ contra Thomam du Prat & anno 1528. die 25.Februarij pro Stephano Tanim appellante contra fratrem Claudium du Prat. Opponens tamen non ſolet audiri cum ſola ſimplici ſignatura, vt iudicauit Senatus anno 1529.die 5.Auguſt. Poyeto & de Thou aduocatis poſtulantib.}

En baillant.

GLOSSA DECIMAQVINTA.

Cautionem præſtare debet recredentiarius.

1 OCtauum requiſitum eſt, quòd is in cuius vtilitatem ſententia primi decreti poſſeſſoria lata eſt, cautionem præſtet antequam exequatur. per tex. nondum ad hoc expenſum, licet valde ſit huic dicto accommodus, ſi rectè intueatur. in l.poſtquam.§.1. ibi, ſi cauerit aduerſarius ad eum poſſeſsionem eſſe transferendam. ff. vt leg. nom. caueat.

2 Nam verbum *en baillant*,ſignificat ſi dederit, vel præſtiterit. ſic exponit gloſ.gerundium in l. ſi tu ex parte.ff.de acquir.hæred.ibi,adeundo, id eſt ſi adieris. nempe gerundia in do ſignificant conditionem.Gome.in rubr.de actio.in inſtitu.plenè dixi artic.ſecundo ſupra de ſententiis prçiudicialib.ſeu prouiſio.igitur poſſeſsio ad eum non aliter transferetur, quàm ſi cauerit iuriſconſult.in d.l.poſtquam.§.primo.verſic.Sed nec ipſi.& qui iurauerit vſumfructũ ad ſe pertinere,niſi oblata cautione.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiurand.{l.cuiuſcunque in fi.ff. de vſufruct.ibi,vel ſi ſatis non detur,ipſe frui permittitur. } & impubes qui mittitur in poſſeſsionem ex carboniano edicto,tenetur ſatiſdare.l.1.ff.& C.de carbo.edict. & ſufficit quòd pars offerat : & iudex recipiat cautionem cum certificatoribus abſente parte & citata ad hoc:ideo fuit annullata appellatio cuiuſdam,qui appellauerat ab executione ante cautionem per eum receptam : & ipſe condemnatus in expenſis anno 1544.die 11.Iulij.argument.l.Iulia.§.offerri.ff.de actio.empti.& ſic cautio oblata & à iudice recepta,licet pars aduerſa non conſentiat,ſufficit:alioqui pars nunquam conſentiret, vt nunquam fieret executio.

Areſtum ut cautionem offerre ſufficiat.

3 Ex quo infertur quòd is qui tenetur præſtare cautionem, debet eam tradere, vel ſaltem offerre ; antequam petat executionem ; quia offerre quis debet, antequam agat. d.l.Iulia.§. offerri.

ff.de

ff.de actio.empti. & quia oportet implere conditionem, antequam quis petat.l.qui hæredi.ff. de condi.& demonſtra.Bart.in l.ſi ſoluturus.ff.de ſolutio. quod facit etiam ad retrahentem, *en baillant le principal*, vt verè teneatur tradere, quod fuerit liquidum, aliàs ſatiſdare poterit de eo, quod non erat clarum.l.ſtatuliber rationem.ff.de ſtatuliber.vt ſcripſi arti.1.gloſſ.9.*oppoſitions* tractat. de liter.obligatoriis.

4 Et iſto caſu cautionẽ dabit, etiã ſi non petatur.licet cõtrarium teneat Socy.in tract.fallen. regula 299. per tex.in l.2.§.quod ait.ff.quorum lega.aliàs ſi anteà fiat executio, perperam fieri dicitur, & dicetur tortionnere: vt fuit dictum in hoc ſenatu anno 1519.die 12.Iulij pro Iehanna Cãnet vidua Ioannis Nepueu, contra Margaritam de la porte. quia conditio debet antè impleri, quàm fiat executio.per d.l.qui hæredi.& in dict.§.quod ait.vbi voluntas exigebatur per modum conditionis, ideo præſtita poſteà non valeret, alioqui contra, ſi non exigatur per modum conditionis: & ſic poterit vtraque opinio conciliari.

Areſtum quod Cautio etiã non petita detur.

5 Amplia vt hãc cautionem præſtare debeat etiam is, qui erat in poſſeſsione, antequam illi recredentia adiudicata eſſet: quia nunc auctore prætore vtetur.l.iuſte.ff.de acquir.poſſeſſ. Cum hic tex.generaliter loquatur, & non diſtingat: ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de precio.ff.de public.in rem act.Nec poteſt inficiari ſenten.eſſe pro eo latam: ſi ergo vult vt executioni detur, debet cauere: alioqui in poſſeſsione beneficij quiſque procuraret eſſe iure, vel iniuria, vt cautionẽ iſtam euitaret: & non eſſet ſatiſfactum aduerſariis, ſi poſteà in pleno obtinerent poſſeſſorio, ſi is qui poſſedit nihil haberet.

Exiſtens in poſſeſsione ante recredentiam an cauere teneatur.

6 Secundò etiam ſi à parte, quæ recredẽtiam obtinuit, non petatur cautio ante triennium, ſed poſteà adhuc tenebitur is, qui obtinuit, eam præſtare, ſi proceſſus adhuc non fuerit finitus: vt fuit in hoc Senatu deciſum anno 1511.die 10.Iulij.quod putarem verum, quãdo pars proſequuta fuiſſet poſſeſſorium ad tempus, ſecus ſi per totum triennium tacuiſſet: quia tunc eſſet pacificus poſſeſſor is, qui poſſediſſet triennio poſt recredentiam: ob id poſteà non poſſet moleſtari obſtante decreto de pacific. poſſ.in concor.nec cautio ab eo peti.de quo plenè ſcripſi in tractat.de pacifi. poſſeſſ.nume.167.vbi Senatus placitum ſiue areſtum adduco.

Etiam poſt triennium cautio peti poteſt.

Areſtum.

7 Primò fallit, ſi pars, quæ obtinuit recredẽtiam, nolet vt iudex eam exequeretur, nec illud peteret: tunc non dabit hanc cautionem, ſed ſequeſtrabitur beneficium, ſi petatur: vt fuit dictum de primo pro magiſtro Petro Germano canonico Pictauen.contra magiſtrum Geruaſiũ Corbeau appellantem: nam poſtquam nil recipere vult, non debet dare cautionem de reſtituẽdo id, quod non recipiet: bona fides enim non patitur, vt non exactum reſtituatur.l.bona fides.de reg. iur. in 6. ſic nec vt caueatur de reſtituendo illud, quod non recepit, nec recipere vult: ideo qui non poteſt inuenire cautionem, bonum eſt vt relinquat fructus apud ſequeſtrum vel commiſſarium: vel procuret à iudice dari commiſſarium, qui hos recipiat fructus vſque ad finem pleni poſſeſſorij: & hoc caſu etiam exequutoria erit ſententia recredentiæ contra partem, quæ poſsidebat: & auferetur ab ea poſſeſsio, & dabitur ſequeſtro, vel commiſſario, qui cauebit pro eo, qui recredentiam obtinuit, & recipiet ac retinebit fructus, quouſque plenum deciſum fuerit poſſeſſorium.

Cautio in his caſibus dãda nõ eſt.

Areſtum.

Cautela pro eo qui non inuenit cautionem.

8 Secundò fallit vbi etiam cautio nõ datur, ſi recredẽtia adiudicata fuerit per Senatũ alicui: vt ſcripſi in priuile.curiæ ſupremæ, in proœ. concorda.in verbo, curias ſummas. vbi abundantius probaui.ad ibidem dicta te nunc reiicio. ſi tamen recredentiarius ſuccumbat in pleno poſſeſſorio, tenebitur omnes reſtituere fructus: ſi ad hoc condemnetur: quod fieri poteſt: vt ibi ſcripſi, & idem eſt, ſi lata fuerit in magno conſilio: vt inibi ſcripſi. (Sed ſi ſemel fuerit data cautio, & poſtea ſententia fuerit arreſto confirmata, debet ſupplicatio dari curiæ, vt exonerentur, & curia hoc ſolet ſtatuere, & ita cenſuit pro meipſo hoc anno 1557.die 26. Aprilis, in cauſa prioratus de Flaba Virdunen.diœceſis. Aliàs cautio non eſſet per ſolum arreſtum exonerata per c.primum. de reg.iur. nam poſt arreſtum non datur cautio, ſed data oportet, vt exoneretur, aliàs remaneret donec exoneretur l.arbitro.& ſeq.ff.qui ſatiſda.cogan.quod eſt notandum.)

9 Tertiò non cauet, ſi pars contra quam lata eſt cautionem remittat, in fauorem enim aduerſarij ſuccumbentis introductum eſt: illi ergo fauori renunciare poteſt.c.ſi diligẽti, de foro compet. l.penul.C.de pact.ſed vix remitti hæc cautio ſolet.

10 Quartò ſecundum quoſdam non datur cautio, ſi non fuerit à ſentẽtia recredentiæ appellatum argu.huius tex.dicentis, *non obſtant oppoſitions, & appellations*, ergo ſi non fuerunt, non præſtabitur cautio.ſed contrarium tenetem: quia hic dicit executionem faciendam, non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus: & ſic non refertur ad cautionem, quam præſtare tenetur. per l.poſtquam ff.vt lega.nom.ca.& ita ſeruatur.

Si non appelletur à recredentia an cautio præſtari debeat.

11 Imò ego vidi dari cautionem, quando pars conſenſit alteri parti, vt habeat recredentiam: & quòd ſuper pleno procedatur poſſeſſorio, cenſetur enim conſentire, prout de iure: & iſta ſententia vocatur quædam conuentionalis recredentia.iuxta gloſ.in l.ij.C.communia vtriuſque iudi.

Recredẽtia ex conſenſu an exigat cautionem.

12 Si tamen pars acquieſceret illi recredentiæ, amplius non proſequendo cauſſam pleni poſſeſſorij: tunc nulla detetur illi cautio.& ita poſſunt intelligi quæ ſuprà ſcripſi: ſecus ſi proſequatur aduerſarius plenum poſſeſſorium.

Bonne & ſuffiſante caution.

GLOSSA DECIMASEXTA.

1 CAutionem ergo tenetur præſtare is, qui ſententiam recredentiæ obtinuit, ſed quam cùm multiplex ſit l.ſancimus. C. de verb. ſigni. hic text.declarat bonam & ſufficientem in primis.

Nomine cautionis quid contineatur.

Quid cautionis nomine veniat, videamus: verbũ enim cautionis à lege ciuili prolatum, intelligitur de nuda promiſsione.d.l.ſancimus. & c. vlt.§.in aliis.vt lite non conteſtata. & ibi gl.quia in dubio intelligi debet de eo, quod minus eſt.Bar.in l.prima.§.primo,in fin. ff. de prætorus ſtipulatio.quia id ſequimur, quod minimũ eſt.l.ſemper in ſtipulationibus.& l. in obſcuris. ff.de reg.iur.l.nummis.de lega.3.

2 Aliquando verò dicitur cautione, vel ſatiſdatione victo mederi: & tunc alterum ſufficit. l. penul.ff.de petit.hæredit.& l.is à quo.de rei vendicat.

3 Amplia etiam ſi proferatur inter contrahentes, qui cauere promittant.not.in l.1.C.de procurat.Pyrrhus in l.plus cautionis.ff.de regul.iuris.

4 Secundò amplia etiam ſi à teſtatore proferatur, qui hæredem cauere velit: intelligetur etiam de nuda promiſsione.gl.in d.l.ſancimus.

5 Tertiò idem in ſtatuto, conſuetudine, ſeu ordinatione faciente mentionem de cautione, vt de nuda intelligi debeat: quia ſtatuta vniuerſitatum ſunt de iure ciuili, ſtatuta verò magiſtratuum ſunt de iure prætorio. Bart. in l.5.ff. de verbo.obligat. vt etiam cautionis nomine hæc venit: vt prædictum extitit: dicas tamen vt inferius ſcribam.

Caſus in quibus non ſufficit promiſsio, quando cautio promiſſa eſt. Nuda cautio quæ ſit.

6 Primò limita quando eſſet perſona ſuſpecta, quæ cauere deberet: tunc non ſufficeret ſimplex promiſsio.l.diuus,& l.penult.ff.de petitio. hæredit. Bar.in l.ſi priuſquam.nu.23.q.3.de noui oper. nunciatio.per l.ſi creditores.ff.de priuileg.credit.ratio eſt, quia alioqui nil fere prodeſſet creditori: nec eſſet illi per hanc nudam cautionem prouiſum: nec per illam tolleretur ſuſpicio. Bald.& Salice.in dicta l.Sancimus.& nudam hîc vocat iuratoriam: vt in rubric.ff.qui ſatiſda. cogant. vel quando pars ſola promiſsione ſine fideiuſſoribus vel pignoribus fructus recipiendos reſtituere promittit, etiam ſi is qui obtinuit ſe obliget,& ſic cum hypotheca rerum ſuarum, dequa iuriſcon. in l.filio.ff.vt lega.vel fideicom.nom.caueat.

7 Idem quando is, qui iam eſſet obligatus, promitteret cautionem: tunc non intelligeretur de nuda promiſsione, vel alia obligatione: ſed quòd teneretur dare fideiuſſores, vel pignora, per not.in l.1.ff.qui ſatiſdat. cogant. quia etiam nil prodeſſet illa ſecunda obligatio magis quàm prima, ideo ſuperflua eſſet; & iniquum eſt ſuperuacua onerari cautione.l.hæc ſtipulatio.in fi. ff. vt legat.nom.caueat.

8 Secundò fallit in cautionibus prætoriis.l.prætoriæ.3.ff.de prætoriis ſtipula.vbi Bart. & Imol. not.ex illo text.& aliàs, quando eſſet fruſtratorium nudam præbere cautionem teſte Guido.Papę. in deciſ.Delphinalib.q.249.vtrum cautio, & tunc ſemper intelligetur de cautione idonea, videlicet cum fideiuſſoribus.

9 Tertiò, reſtringitur in tempore quadrimeſtri dato condemnatis cum competenti tamen cautela.dicit text.in l. ſi debitori.ff.de iudi.& ibi hoc aſſerit Angel.& ibi ſcripſi quomodo intelligatur, & Pytthus aſſerit in l.plus cautionis.ff.de reg.iur.quod competens cautela idem eſt quod idonea: de qua inferius dicam.

Cauere debens obligare ſua debet bona.

10 Quartò, declara quòd is, qui tenetur cauere, debet ſua obligare bona, etiam inſtrumento ſigillo Regio ſigillato.l. filio.in fine.ff.vt legat.nomine.caue.Bartol.& alij in dicta l.ſi prius quàm. q.3.num.23.Corſet.in ſing. incip. cautio.quod intellige verum in illo loco, vbi eſſet conſuetum ita inſtrumenta regio ſigillo ſignata facere: aliàs non teneretur reus ſic ſe obligare extra conſuetudinem.teſte Angel. & Iacob. in l. in omnibus.ff. de iudic. plenè ſcripſi in tractat. de literis obligato.artic.2.verſic.quæro an debitor &c.

Cautiones burgenſes. quæ ſunt.

11 Quintò fallit, quando quis teneretur dare cautiones burgenſes, *cautions bourgeoyſes.* tunc fideiuſſores dare tenebitur, habemus bona allaudia & franca,& alia multa bona.teſte Benedict. in repet. cap.Raynutius.in verbo, & vxorem.nume.298.& ſeq.de teſtament.ſed cùm in hac patria Franciæ conſuetudinaria nulla vel admodũ pauca ſint bona allaudialia propter principum vſurpationem, ſufficeret dare eum, qui multa bona haberet, etiam ſi non poſsideret bona franca & allaudia: nec ſufficeret dare vnum burgenſem Baiulum Pariſienſem: quia habitãtes Pariſiis per annum dicuntur burgenſes.ideo omnes burgenſes non ſunt cautiones burgenſes: & quis propriè dicatur burgenſis, elucidaui in l.pupillus.§.oppidum.ff.de verb.ſigni.

Cautio ſufficiens quæ dicatur.

12 Sextò non procedit: quando requiritur cautio ſufficiens, vt hîc,& in articul. 1. *de don mutuel,* in conſuetudi.Pariſien.tunc enim fideiuſſores dare tenetur, & ſufficientes, aut pignora.per gloſſam in cap.1.de ſequeſtra. poſſeſsio.& fruct.in c.ex tranſmiſſa.& ca.Piſanis.de reſtitu.ſpolia.& ca. ad noſtram.primo.de iureiuran.& in c.ex public.de conuerſ.coniugat.

Iuratoria cautio an ſufficiat.

13 Et ſic iuratoria hîc non ſufficeret, quia non dicitur ſufficiens: vt firmat gloſſ. in cap. quã frõte.de appellat.& in cap.ex parte.primo,de verbo.ſignific. cle.1.verſic. & cum abſoluendus. de pœnis.vt verbum *ſuffiſante* in hoc text. poſitum de aliquo operetur. l.ſi quando.ff. delegatis primo,& ſic ſemper recredentiarius ſatiſdare compellitur, cuiuſcunque ſit dignitatis, vel facultatis arg.l.

arg.l.1.§.1.ff.vt lega. oomi.cauea. & nunquam remouetur ſequeſtratio per iuratoriã cautionem, niſi quis ſatiſdet:& ita ſeruatur io palatiis.teſte Alberi.& Iaſ.io l.ſi fideiuſſor. 6.fin.ff. qui ſatiſda. cogant.Curtius io tractat.de ſequeſtris,in quæſt.14.poſt Bartol.& Alexand.in l.litibus.col.2.C.de agricol.& ceoſit.lib.11.oempe vbicunque ex forma legis,vel ſtatuti,fideiuſſor eſt præſtandus:tũc noo ſufficeret iuratoria cautio,licet ille fideiuſſorem noo inueniret:quia præceptum legis impleri debet in forma ſpecifica.Angel.in l.poſtquam.§.imperaror.ff.vt legar.nomi.cauea.vt refert Soci.in l.prima.col.vlti.ff.qui ſatiſda.cogant.poſtquam iſta lex regni præcipit bonã & ſufficientem cautionẽ dare,ergo ſeruanda eſt, etiam ſi is qui obtinuit recredenriam eſſet oototiè diues cõtra Paul.& alios,qui cootrariũ tenent io d.l.prima.ſed vt forma legis ſeruetur recredentiarius fideiuſſores præſtare debet,& vt ordioationi huic ſatisfaciat,niſi in lege, vel ordinatiooe aliter diceretur.l.geoeraliter.1. C. de epiſcop.& cle. & iſtud in Forenſi iudicio ſeruatur: (quia imputet ſibi qui oon poteſt ſatiſdare.dicit Bal.io l.2.C.de vſur.& fruct.lega.)

14 Idem ſi competens cautio dari debeat,tunc etiam fideiuſſores præſtare quis tenetur. per l.ſi debitori.ff.de iudic.vbi elucidaui. *Competens cautio.*

15 Idem ſi fideiuſsio idonea præſtari debeat , vt in l.vniuerſa. C. de precib.imper.offerend. l. ſi mandato.2.in fi.ff.manda.etiam fideiuſſores vel pignora præſtari debent, vt ibi:& probatur io ſequent.& in l.prima.§. ſi pecunia.depoſit.ff.. *Idonea cautio quæ ſit.*

16 Idem putarem,ſi quis idoneè cauere teneretur,vel idonea cautio præſtanda eſſet,tũc etiam cum fideiuſſoribus intelligeretur.tex.in l.quarta §.Adiici.ff.de fideicommiſſ. liberta. & per illum text.in l.quicuoque.prima.C.de omni agro deſert.libr.11 & l.penult. in fine. depoſ. niſi materia aliud iodicaret vt in cap.Odoardus.de ſolutio.capit.fina. de pigno.capi.quanquam. de vſur.in 6. capit.fœlicis.de pœnis, illo libro.Oldrad.conſi.68.oomine cautionis.tex.iuncta gl.in l.fideicommiſſa.§.ſi hæres.ff.de legat.3.Bald.conſil.162. Caſus ſuper quo.col.ſecunda. volumi. ſecundo. & Alexand.conſil.65.in quarto volumine.facit l.Quamuis.ff de pignorat.actio.l.prima.§.ſi pecunia. & l.ſi plures.depoſiti.l.ſi quo.de petition.hæredii.limita.vt per Antonium Butrium.in capit.vlti. de reſtitut.ſpol.& Alexand. conſil. 35. viſo proceſſu.verſicul. circa tertiam. in quarto volumine. Cottam io ſecunda par.memoral.in verbo cautio.

17 Idem ſi rectè cauere quis debeat.l.1.6.iubet.ff.de colla.bono.l.2. de vſuſruct.earum rer. quæ vſu conſumuntur.abundè ſcripſi io l hæc verba in ſtipulatione.ff.de verb.ſig. *Rectè cauere.*

18 Item hîc requiritur,vt det cautionem bonam & ſufficientem,ibi,*bonne & ſuffiſante caution.* de bona probatur in l.poſtquam.§.primo.verſicul.ſi nec ipſi,ibi,booum virum ab vtraque parte eligendum.ff.vt legat.oomi.caue. & ſic vtrumque copulatiuè requiritur : quia copulatiuè loquitur hic tex.& natura copulatiuæ eſt,vt requirat vtrumque.l.ſi hæredi plures.ff. de cooditio. inſtitutio.capit.ſecundo.de reſcrip.ſcripſi plenè in l.coniunctionem.ff.de verbo.ſigni. *Bona cautio quæ dicatur.*

19 Ex quo infertur,quòd ſi aliquibus daret religioſum bonum virum in cautionem,recipi nõ debet,quia non eſt ſufficiens ad ſoluendum,cùm nil habeat nec habere debeat. authen. ingreſsi. C de ſacroſanc.eccleſiis.c.cùm ad monaſterium,de ſtatu monach. *Religioſus bonus vir cautio non eſt ſufficiẽs.*

20 Secuodò ſi quis vellet dare vſurarium diuitem,non teneretur quis eum accipere,quia noo eſt bona cautio.l.improbum.C.de his qui ootantur infa.capit.quamquam.de vſur. in 6. de Ripa in capit.cum in.num.117.de conſtitutio.& cum tex.hic duo requirat copulatiuè, vt dixi , debent ſimul intereſſe:videlicet vt boous ſit fideiuſſor,& ſufficiens. Baldus & Salice.in dicta l.improbũ. quod eſt verum in vſuratio manifeſto iam condemnato,ſecus in occulto:vt aſſerit Ioan.campeſ. in tractatu ſuper ſtatuto de conſenſu præſtando conſangui.in fin. quia licet diues ſit , eius diuitiæ durare diu non poſſunt,& ſic nec bonus oec ſufficiens videtur.doc.in d.c. quamquam. Ambroſ.de Vignate.in ſuo tracta.de vſur.ſed vix recuſaretur vſurarius diues & potens hodie io hac cautione. *Vſurarius non eſt bona nec ſufficiẽs cautio.*

21 Tertiò oõ poſſet quis dare aduocatum procuratorémve rixoſum,vel notarium cauilloſum, is enim oon eſſet bona cautio.teſte Bartol.in l.fideiuſſor.ff.qui ſatiſda.cogant.vnde putarem partem etiam non tenere recipere cooſiliarios,vel aduocatos,ſeu curiæ procuratores : quia obligationes ex obligatiooibus orirentur contra.l.4.§. ſi ex conuentione.ff. de re iudica. & hoc videtur decidere.Boer.in deci.Burdegal.315.& quo ad ſecundum, ab iſtis difficile eſt aurum extrahere, etiam ſubtili ingenio vix ab eis eripitur , tamen per antiphraſim aliquando vocantur vulgò rixoſi bona cautio,ſed de hac non intelligimus hîc. *Conſiliarius, aduocatus, procurator, clericus & mulier, an bona cautio ſint.*

22 Quartò non teneretur pars recipere in cautionem mulierem,quia iuuatur velleia.& ſic non eſt bona & ſufficiens cauoo.l.1.& per totum ff.ad velleia.de qua cautione iſte text.loquitur.

23 Quintò etiam fideiuſſorem non poſſet præſtare clericum ſolutum,non habentem niſi mobilia,in quibus non poteſt executio fieri:certè ille non eſſet etiam ſufficiens cautio:vt dixi in tractatu,de literis obligatoriis.articulo ſecundo.& idem in nobili potente & glorioſo,qui virtutem in ſuo enſe ferret:is eoim facilè recuſari ſolet.teſte Bartol in dicta l.fideiuſſor. ff.qui ſatiſdare cogant.vide Barba.io clemen.prima.col. ſecuoda de re iudic.hi enim ſatis ad recipiendum habiles ſunt,& enſem pro reſtitutiooe offerre ſolent. *Mulier & nobilis an ſit ſufficiẽs cautio.*

24 Sextò ſi mioor,furioſus,vel prodigus,eſſet oblatus fideiuſſor,& iſtis ſimiles , non eſſent recipiendi,nec eſſet ſufficiens cautio:quod hîc requirit text.quia iſti obligari oon poſſunt.l.prima. ff.de verborum obligatio.§. furioſus. de inutilib.ſtipulation. io inſtitution.l.in negotiis. vbi do- *Prodigus et ſimiles non ſunt ſufficiẽtes cautiones.*

ctor.ff.de regulis iuris:vide alium caſum infrà eodem.i.i gloſſ.vlti.num.9.

Fideiuſſor non idoneus receptus nõ reijcitur.

25 Si tamen non idoneum fideiuſſorem quis dederit,magis eſt, vt ſatiſfactum ſit. nam qui admiſit eum fideiubentem,idoneum eſſe comprobauit.in l.tertia.ff.de fideiuſſor.l. ſi ab arbitro. qui ſatiſda.cogant.& pulchrè Alexandr.conſil.60.conſideratis.in quinto volumine, quem tamen recipere non tenetur per prædicta iura,& ita intelligitur ordinat.regia rubric.*des eaues & foreſtz.* ordina.quinta,articulo vigeſimotertio,ibi,*bonnes pleiges*,id eſt ſufficientes cautiones:vt ibidem exponitur. artic.31.ibi,*bons & ſuffiſans pleiges.*

Areſtum ut fideiuſſor obligetur ut principalis.

26 Septimò requiritur, quòd cautio ſe obliget ſicut principalis: & ob id ſi principalis obligatus eſt in perſonam,& fideiuſſor etiam debet:vt fuit deciſum anno 1153.die 2.Iulij in hoc ſenatu. facit in argument.l.græce.§.illud.ff.de fideiuſſor.

Fideiuſſor nouus quando dari debeat.

27 Octauò mortuo fideiuſſore alius peti poteſt,vel ſi non ſoluendo effectus fuerit.l.prætoriæ. ſecundo.ff.de prætor.ſtipula.& idem ſi inopinatè bona amiſerit.per l.planè.ff. vt in poſſeſſ. legat. Imbert.in libr.primo inſtit.Forenſ.& ſi medio tempore calamitas fideiuſſoribus inſignis,vel magna inopia acciderit, cauſſa cognita ex integro ſatiſdandum eſt l.ſi ab arbitro.in fine.ff. qui ſatiſdare cogantur.facit l. qui autem.§. primo. de conſtitut. pecunia. {Tenebuntur tamen hæredes iſtius fideiuſſoris de fructibus iam receptis ante mortem.l.ſi deceſſerit. & l.ſequen.ff.qui ſatiſda. coga.& fideiuſſores poſtea dati à tempore receptionis, non antea, niſi ad huc ſe obligauerint, quod fieri non ſolet.}

28 Nonò poterit pars petere ex noua cauſſa: vt datæ renouentur cautiones: & qui noluerit eas renouare, & alias dare, priuabitur executione & fructu recredentiæ, & res remanebit ſequeſtrata:vt fuit in hoc ſenatu iudicatum pro magiſtro Leone contra fratrem Benedict. Garguelli,

Areſtum.

anno 1518.die 20. Aprilis.nempe quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio l.de ætate.§.ex cauſſa.ff.de interrogato.actio.l. ſi hominem.manda.l.1.ex quibus cauſſis maio.cap.penult.de cler. non reſiden.Hippol.ſin.142.cautum eſt.& in l.1.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.

Exonerari an cautio poſſit. Areſtum.

29 Imò etiam poteſt cautio præſtita exonerari conſentiente parte, cui data fuerat,licet is, qui dedit,non conſentiat,vt cenſuit Senatus in parua camera inqueſtarum anno 1520. die 17. Ianuarij, pro magiſtro Ioanne des herbiers,contra Petrum choueteau: quia int reſt illius qui eam recepit,ideo is conſentire debet.

Areſtum.

30 Etiam inuita altera parte exonerabitur fideiuſſor poſt recredētiam alicui adiudicatam, non ſolùm pro præſenti, ſed & pro præterito, & futuro,{vt iudicauit ſenatus pro magiſtro Matthæo Claucau contra Stephanum Dauures die 18.Nouembris.anno 1507. etiam exonerari poterit alia ex cauſſa:}vt fortè ſi cauſſa reipubl, vult fideiuſſor abeſſe:& alij dantur loco illorum:vt iudicauit

Areſtum.

Senatus Pariſ.anno 1535.die 18.Iunij ſuper proceſſu inter Philippum le bequet,& fratrem Dionyſium hulloz pro prioratu Aluye.& per hoc ſeruatur doctor.ſententia in l.ſi pater.C.de colla.vbi firmant creditorem cogendum ad fideiuſſores æquè idoneos recipiendum ex cauſſa, quam plenè ibi probat,& doctor in l.ſecunda. ff. ſoluto matrimonio, cui tamen reſpondet Pyrrhus poſt conſuetudinem Aurelianen.ibivide, ſi non graueris. {Facit tex.in l. illud ibi ſed vel fideiuſſores quoque vel eoſdem vel alios nun minus idoneos adhibeas.ff.quod metus cauſa.}

Diues an cautionē dare debeat.

31 Notandum eſt,quòd licet ſufficiens cautio hic requiratur, tamen ſi euidenter appareat idoneus is,qui tenetur ſufficientes dare cautiones,ſufficiet tunc nuda cautio.teſte Bartol.in l.quicunque.in prima.C.de ſund.patrimonio.libr.12 quem ſequitur Soci.in tractatu ſallen reg.43.vltima limita.quamuis contrarium teneat Alexand.in l.diuortio.§.interdum.ff.ſoluto matrimonio. cuius fundamentis reſpon.ibi Iaſo.& in l.prima.in tertia & quarta col.qui ſatiſda.cogant.hìc tamen approbatur opinio Alexand.& quantumcunque quis idoneus eſſet,& ſufficiens, poſt tamen recredentiam,ſi velit quòd ad ſuam vtilitatem iudex exequatur, tenetur dare fideiuſſores:aliàs non eſſet ſatisfactum huic ordinationi hoc ſtatuenti: vt ſuperius ſcripſi, etiam ſi diuitias Mydæ aut Crœſi haberet:quia hæc lex generalis eſt, ergo generaliter ab omnibus ſeruanda.l. leges generales.C de legib.& quia eſt vtile plures habere obligatos: vt patet in titul.de duob. reis. & hoc in iudiciis ſeruatur,niſi in limitationibus,quas ſuperius deſcripſi.

Si recredentiarius non poſſit dare fideiuſſores, quid fiet, ut uſufructuario, & tutore.

32 Quæro,quid ſi recredentiarius non poteſt fideiuſſores,nec pignora dare?Reſpon.text. in l. poſtquam.§.primo. verſicul.ſed ſi nec ipſi.ff.vt legat.no.caue. his verbis vtiliter prolatum eſt, virum bonum ab vtraque parte eligendum,apud quem,vt ſequentes fructus deponantur, quique vtiles actiones à prætore datas exerceat,& poſteà dicit.

33 Sed ſi is,qui vincit,non poſsit cauere,vel res deponenda, vel iuriſditio reſtituenda erit. facit l.prima.§.ſi frater,ff.de collat.bono.vbi ſi frater non poſsit cauere, curator eius portionis conſtituitur,apud quem refecta pecunia collocetur:vt tunc demum recipiat, quod redactum eſt, cùm bona propria contulerit.Ecce ergo quomodo fieri debet:vnde dicit Dec. in l.prima. C.de Carbo.edict.quòd ſi pupillus non præſtet cautionem,aduerſarius ponetur in poſſeſsionem, & non ſtabitur iuratoriæ cautioni:vel is,qui cauebit, poterit recipere fructus pro ſua cautione:vt deſcribitur in l.ſi rem alienam.§.primo,ff.de pigno.actio. ego dicerem rem ſequeſtrandam, vel in ſequeſtro relinquendam: & illi ſequeſtri vel commiſſarij recipient fructus, & cauebunt pro recredentiario, ſed illi pauperi non dabunt fructus, ſed conſeruabunt vſque ad plenum poſſeſſorium.

34 Iſta opinio eſt tutior,vel ſi agatur de tradenda pecunia data cautione:ſi non poſsit dari cautio,con

tio,cōſignabitur pecunia apud ſcribam,vel alium iudicis authoritate:ſicut dicitur in vſufructuario,qui non poteſt cauere.in l.vſufructu.ff.de vſufruct.Guido Papæ in deci.Delfi. quæſtio. 250. ſed ſi non poteſt & tutor,qui non poteſt ſatiſdare,remouetur ab officio.l.2.C. de tutore, & cura. qui non ſatiſdedit.& Bald.in l.1.in fine. C. de aſſertio. tollend. vide quæ ſuperius dixi in gloſ. proxima.

35 Alios caſus,in quibus non ſtatur iuratoriæ cautioni,ſcribit Alexand.in l.prima.ff. qui ſatiſda.cogant.& docto.ibi remiſsiuè,facit l.ſecunda.C.de vſur.& fruct.lega.licet pauper regulariter debeat præſtita cautione iuratoria admitti.l.omnes.§.in hac.C.de epiſcop.& cleric.gloſ. in capit. quamquam.de vſur.in 6.de Peruſ.in capit.ſecundo,de dolo.libr.6.niſi propter malos mores non inueniret fideiuſſorem.Bald.in authen.cui relictum.col.ſecunda.C.de indic.viduita.tollend. Iaſ. ibi.& in l.prima.col.vltima.C.de procurat.Cattelia cotta in ſecūda parte memora.in verbo cautio cum fideiuſſore. *Iuratoriæ cautioni quando ſtetur.*

36 Poſſet tamen recredentiarius ſecundum quoſdam pignora dare:cùm cautionis ſufficientis appellatione veniant pignora,vel fideiuſſores:vt ſuperius dictum extitit,& in alternatiuis eſt electio debitoris.l.tertia.ff.de eo.quod certo loco.dummodo illud pignus eſſet ſufficiens,& idoneū. teſte Corſet.ſing.incipien.Cautio.& melius per pignus alicui prouidetur,quàm per fideiuſſores, qui aliquando efficiuntur non ſoluendo,quòd omnia bona ſua conſumunt:ideo plus eſt cautionis in rem,quàm in perſonam.l. plus cautionis. ff. de reg. iur. & melius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere.l.itaque.§.final.ff.de furt.ob id qui fideiuſſores dare tenetur,dando pignora liberatur. Bartol. & Dec.in dicta l.plus cautionis. ſed quia hic text. loquitur de cautione, ego putarem etiam non admittenda pignora. per l.prætoriæ. 3. ff. de prętor. ſtipula. vbi ſic inſcribitur, prętoriæ ſtipulationes perſonas deſiderant pro ſe interuenientium, & neque pignoribus, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depoſitione inuicem ſatiſdationis fungitur, & ita ſeruatur.Nam fideiuſſores dari ſolent,quando ſufficiens cautio danda eſt.ideo mutanda nō ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt.l.minime.ff.de legib.& licet regulariter qui tenetur dare fideiuſſorem,liberetur dando pignora:hoc tamen non procedit,quando à lege aliud præcisè diſponitur.Dec.in d.l.plus,& ita loquitur ordinatio iſta, vnde dicit text.in l. teſtamento datos,in fine.ff. de teſta.tutel.duplex igitur cauſſę cognitio eſt:vna ex perſona eius, qui obtulerit ſatiſdationem,quìs,& qualis eſt:alia certificatorum,quales ſunt. & quāuis loquatur in tutoribus, tamen huic materiæ rectè poteſt deſeruire. *Pignora an dare recredentiarius poßit.*

37 Quòd ſi dubium eſſet de idoneitate pignorum,vel fideiuſſoris,arbitrio iudicis relinquitur: vt docet Bald.in l.vniuerſa.C.de precib.imperat. offerēnd. vel certificatores debent ad iudicem duci,qui certificabunt hunc fideiuſſorem idoneum,& ſufficientem,& aliàs non accipietur in forenſi iudicio, de quo certificatore loquitur iuriſconſultus in l.cum tabernam.ff. de pignoribus. {in libris antiq.licet in no.non habeatur, Vlpia in l. cum oſtendimus.in fin. ff. de fideiuſſo.tuto, hos vocat affirmatores.& in l.in cauſæ.prima.§.1.ff.de minor.} *De certificatoribus an & quando teneantur, & an pars ſit uocanda & requiſita.*

38 Oportet tamen quòd ad iſtam certificationem vocetur pars, alioqui dicetur iniuſta executio:& vt dicunt practici *tortionnaire*.Nam ad omnia,quæ partem lædere poſſunt,debet pars citari.l.de vnoquoque.ff.de re iudica.

39 Secundò quòd hæc cautio & certificatio fiant in pleno iudicio,vel coram commiſſario deputato ad hoc, videlicet ad recipiendum cautiones, vt ſolet ſæpe alicui committi: & vocatur is commiſſarius de iure arbiter.in l.arbitro.ff.qui ſatiſdat.cogant.vbi poteſt appellari à dicto commiſſario, ad probandos fideiuſſores conſtituto, perinde atque à iudicibus, ſi approbauerit fideiuſſores nō idoneos:& iſte eſt verus intellectus illius l.quicquid ibi dicāt docto.vt ibi ſcripſi. *Intellectus ad l.arbitro.ff.qui ſatiſ. cogant.*

40 Tertiò requiritur quod hoc fiat antequam ſententia exequatur: quia gerundium (*en baillant*)denotat conditionem.gl.in l.ſi tu ex parte.ff.de acquiren.hæredita.vt ſuprà dixi.

41 Quartò quòd hæc cautio fuerit antè recepta.Nam antequàm recepta fuerit à iudice,nō poterit executio fieri:& ſi fiat,iniuſta pronunciabitur:vel ſi cautio fuerit tantum præſentata, & à iudice non recepta,etiam executio non fiet:& ita fuit dictum in hoc ſenatu anno 1519. die 12. Iulij, pro Ioanna channet vidua Ioannis nepueu,contra Marguaritam de la porte. *Cautio recepta eſſe debet ante executionem. Areſtum.*

42 Imò ſi iudex non reciperet cautionem,quamuis ab ipſo petita fuerit,vel reciperet non bonam,in ſubſidium teneretur:ſicut in ſatiſdatione ſcribitur.in §.penultimo.de ſatiſdatio.tutor. in inſtitutio.& in rubric.ff. de magiſtratib.conueniend.in l.prima. & iſte fideiuſſor, ſi ſit idoneus, non poterit à parte recuſari,aliàs pars recuſans iniuriam fideiuſſori inferret.l.ſi verò.§.primo.ff. qui ſatiſdare cogant.plenè ſcribit Aretinus in l.ſi quis ſtipulatus.§.fin.in 2.not. ff. de verborum obligatio.pro hoc tamen non vidi iniuriarum agi,ſi cauſſa iuſta allegatur. *Iudex recipiens non idoneū fideiuſſorē quādo teneatur. Iudex an inuita parte fideiuſſorē idoneum recipiat.*

43 Et facta certificatione,& idoneo reperto,iudex ſolet fideiuſſorem recipere,etiam ſi pars aduerſa recuſet,vel appellet.Nam ſicut recredentia eſt executoria,ita & illa,quæ ad ipſam accedūt: vt inferius dicetur de interlocutoria,quæ præcedit articul.12.alioqui pars, cui daretur fideiuſſor, ſemper allegaret illum fideiuſſorem non idoneum, & nunquàm vellet aliquem recipere; vt ſententia poſſeſſoria præiudicialis executioni non mandaretur:cui fraudi iura obuiant. *Fideiuſſores priuilegio fori renunciare debent.*

44 Quintò iudex,qui recipit has cautiones,non debet eas recipere,niſi ſe ſubmiſerint, & fori priuilegio renunciauerint.aliàs malefactum iudicauit Senatus anno 1533.die 29.Iulij per l.1.& ff.ſi quis in ius voca.non ierit,vbi gl.ſing.& ibi docto. *Areſtum.*

Sextò

Teſtes certificatores an teneantur. Areſtum.

45 Sextò teſtes certificatores non tenentur, niſi in ſubſidium, ſcilicet principali non exiſtente ſoluendo,& poſteà iudex,his non valentibus ſoluere.per l. cùm oſtendimus. ff. de fideiuſſoribus tutorum. Sic fuit iudicatum in hoc Senatu pro certificatoribus alicuius commiſſarij anno 1534. die 11.Auguſt.& dicit Bal.in l.generaliter.prima.col.prima. C. de epiſcop.& cleric. quòd iudices qui recipiunt malos fideiuſſores ex hoc obligantur ad intereſſe partis,vel reipubl.ſi lædatur.

46 Et ſic eſt nonum requiſitum,videlicet quòd pars,quæ obtinuit recredentiam,debet bonam & ſufficientem cautionem dare:propter quod non ſufficeret,vt ſuprà dixi,iurare de reſtituendo fructus,vel dare perſonas non ſufficientes ; nec ſufficeret hypotheca, quia minus eſt quàm dare fideiuſſores,vel pignora ſatis eſſet dare: vt conſuluit Oldradus conſi. 68. nomine cautionis.ſed contrarium ſuperius dixi.& iſta ſunt notanda:quia alibi nõ ita inueni ſcripta,& quotidie in Forenſi agitantur iudicio.{Et vita cautionum eſt hodie triginta annorum teſte Ioan.Fabr.in §.r. de perpet.& tempo.actio.}

Par la partie qui aura obtenu.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.

Cauere quis teneatur.

DEcimo requiritur,quòd pars, quæ optinuit recredentiam , det cautionem , non alius: quia in vtilitatem iſtius executio fieri debet : idem in eo qui impetrauerit literas annales,vel quiquennales : vt debeat ipſe cauere ſuper ſolutione debiti creditoribus, quorum intereſt.l,vniuerſa.C. de precib.imperator.offerend.quæ cautio hodie in Forenſi iudicio non præſtatur:vt dixi in tracta.meo, de liter. dilat. annalib. & quinquennalib. ſed quid cautio iſta,quæ hîc præſtatur,continere debeat,ſubiicit textus ſequens,*de rendre &c.*

De rendre les fruictz,s'il eſt dict,que faire ſe doiue.

GLOSSA DECIMAOCTAVA.

Cautio quid tenere debeat.

1 VNdecimo requiritur quòd fideiuſſor promittat , & ſe in iudicio obliget,quòd reſtituet fructus percipiendos per recredentiarium : ſi hoc dictum fuerit in pleno poſſeſſorio.

Legatarius & hæres cauere debēt.

2 Sic ſatiſdare debet legatarius hæredi:vt ſi apparuerit eum amplius legatorum nomine cepiſſe,quam ex lege ſalcidia capere licebat:quanti ea res erit, tantam pecuniam dare.l.prima.& per totum. ff. Si cui pluſquàm per legem ſalcidiam. ſic hæres tenetur cauere de ſoluendo legatum aduenien te conditione.l. prima.ff. vt legato. nomine caueatur. & glo. in l. poſt quam. §.1.ibidem.

3 Et hîc fidejuſſor tenetur reſtituere ſtatim fructus liquidos:alioqui in carceres detrudetur,ſicut depoſitarius iuſtitiæ, qui iudicis authoritate depoſitum recepit : vt probaui in tractatu de literis obligatoriis articul.6.glo.*mais par ſimple.*

Pars fideiuſſores indemnes reddere tenetur, & an pœna debeatur. Areſtum.

4 Aduertendum eſt quòd pars,quæ dedit hos fideiuſſores,eos indemnes reddere tenetur. cap. ſecundo.de fideiuſſorib.aliàs tenetur ad damna,intereſſe,& expenſas.

5 Sed ſi obligauerit ſe ad pœnam,non tenetur,niſi quatenus concernit intereſſe, & damna : vt fuit in hoc Senatu iudicatũ anno 1525. die 30. Martij pro quodam qui ſe obligauerat ad centum aureos, ſinon exoneraſſet,& liberaſſet fideiuſſorem,intra duos menſes : ſed fuit tantùm condemnatus ad intereſſe, & ad exonerandum eum intra alios duos menſes, alioqui condemnauit partem non exonerantem,ad damna,& intereſſe partis,quæ taxauit ad centum aureos. pro hoc facit c.ſuam.de pœnis.vbi pœna non debetur,niſi ratione intereſſe:vt ſcripſi plenè in repetitio.l. vnicæ.in gloſſ. vltima. C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt proferunt.

Sex conſiliarij uel practicãtes intereſſe in ſententia recredentiæ debent & ſignare.

6 Vltimò requiritur,licet hîc non dicatur, quòd in recredentia , vel poſſeſſorio adiudicando, iudex petat conſilium à ſex conſiliariis,ſeu à ſex curię practicantibus:& hoc ſcriba proceſſus,ſeu graferius exprimere in breuiculo tenetur:vt exprimitur in rubric.*des cauſes beneficiales*.articul. 15. & illi conſulentes recredentiam eſſe adiudicandam , ſignare debent ſententiam recredentiæ : vt fuit iudicatum requirente domino Capello tum regio in hoc ſenatu aduocato, anno 1539. die verò 5.Maij:& factum præceptum omnibus ſcribis,vt hoc ſcriberent,videlicet illos qui interfuerunt conſilio,aliàs ſententia non valebit.nam quando conſilium eſt neceſſarium,peti neceſſe eſt, aliàs annullatur actus. teſte Bald.in capitulo primo in fine, de re iudicata. & ſcripſi in interpretatione autentic.habita,in verbo examinatione. C.ne filius pro patre.& in articulo quinto, in fine, infra eodem.{Quæ prędicta niſi concurrant,alia res eſt,vt docet Iuriſcon.Paul.in l.& an eãdem in princ ff.de excep.rei iud.}

7 Item recredentia etiam executioni mittetur, ſi fuerit ab ea appellatum:ſed ſi fuerit à denegatione alicuius dilationis prouocatum,dicatis vt infrà articulo tertio.vel ſi ab incompetentia iudicis,vt ibi.Quid ſi agatur de fructibus?Matthæus de afflictis,in deciſionibus Neapolitanis,quæſtione ſeptuageſimaſeptima fuit ſatis.in fine.Stylus tamen curiarum ſuper hoc prouidet, & ordinatio per ſurnimentum:de quo inferius dicetur.

Imò etiam

8 Imò etiam hæc ſententia executioni mitti poteſt contra illum, qui primi anni beneficij fructus ex priuilegio habet.iuxta capit.ſi propter.de reſcript.debebit tamen ipſe vti ſuo anno : & fideiuſſor reſpondebit de fructibus vtrique:& ſententia exequetur etiam contra dominum, licet iure feudi beneficium teneat : vt fuit deciſum in hoc ſenatu anno 1516. die 29. Ianuarij, contra epiſcopum Aurelianenſem pro archidiacono Soloniæ.

Executio recredētiæ etiam fit cōtra illū qui primi anni fructus recipit.

Areſtum.

9 Poterit etiam executio differri,ſi altera pars prætenderet enormem læſionem, vel maximum intereſſe per dictam executionem:vt fuit dictum in hoc ſenatu anno 1526. die 21. Iulij. quod allegare & probare ſtatim ſaltem ſummariè pars debet : vt ſæpius vidi. & faciunt quæ ſcripſi de tribus ſententiis non exequendis,quando executio retractari non poteſt.in rub.de friuo.appella.§.ſi.in concordat.

Executio recredētiæ quando differatur.

Areſtum.

10 Et ſi recredentiarius obtineat ſuper pleno poſſeſſorio,vel ſuper recredentia in parlamento: tunc exonerantur fideiuſſores,& cautiones etiam pro pręterito:& hoc debet in executione areſti petere recredentiarius:vt declarentur exonerati, *deſchargez*:quod curia concedere ſolet:vt fuit dictum pro magiſtro Ioanne Blondet, contra fratrem Ioannem Taborel anno 1537. die 5.Septembris.pro prioratu ſancti Martini Diœce. Trecenſ.& idem fuit dictum anno 1507.die 18. Nouembris inter magiſtros Matthæum Clameau appellantem , & Stephanum daſnyeres intimatum. Alia in hoc articulo non proſequor:in ſequentibus reliqua ſcribere neceſſaria in animo eſt. Sed prædicta æquo(vt ſoles benigne lector)ſuſcipias animo:quia in his vtilitati publicæ potius quàm meæ elaboraui,alios articulos ordine rubr.dictaueram:tamen qui hæc prius ſcripſit, ordinē peruertit:ego poſteà illum ordinem facilè immutare non valui:ſi lubet,boni conſule.

Exonerari fideiuſſores recredentiarius petere debet.

Areſta.

Françoys.artic.XXX.des publ.1539.

Que les ſentences par contumace données apres la verification de la demande ſeront executées, non obſtant l'appel es cas,eſquelz elles ſont executoires, ſelon noz ordonnances,quand elles ſont données parties ouyes.

Articulus ſecundus.

GLOSSA PRIMA.

1 HAec ordinatio addit ad præcedentem, vbi dicebatur tunc demum recredentiam exequendam , quando eſt lata partibus auditis. ſed aliquando pars cauſſa diffugij non comparebat, & in contumaciam illius ferebatur recredentia : poſteà pars quæ obtinuerat:volebat eam executioni demandari:ſed pars dicens ſe non auditam ob id opponebat,vel literas regias impetrabat ad annullandum ea, quæ facta erant eo non audito, vel appellabat:& ſic cauſſa de integro agebatur,adeò quòd contumax erat melioris conditionis, quàm comparens:ideo ſtatutum fuit hîc,quòd recredentiæ ſententia per contumaciam alicuius prolata,erit contra illum exequenda : tum ne contumax ſit melioris conditionis , quàm comparens: tum ne contumacia ſit ei lucroſa,quæ potius damno ei eſſe debet.l.contumacia. vbi doctores ff. de re iud.& Hoſtienſ.in ſumma,de dolo & contumac.requiruntur tamen ſequentia.

Ordinationis breuis elucidatio cū ratione.

2 Primò tex.requirit contumaciam, & ſic citationem:nempe non citatus non poteſt dici contumax:& ſic contra non citatum, nec contumacem non poterit exequi ſententia:nec valebit dicta recredentia,ſicut nec contra tertium.probatur ibi, *par contumace*. & in l. de vnoquoque. ff. de re iud.vbi Hippoly.plenè.

Requiſita ſex ut ſententia recredentiæ per contumaciā lata executioni mandetur.

3 Secundò requiritur partis petitio petentis recredentiam ſibi adiudicari, vel aliud ibi, in text. *de la demande*.hoc enim iudicium non datur niſi poſtulatum fuerit.l. quarta. §. hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.

4 Tertiò requiritur quòd petitio ſuerit verificata,id eſt probata,ibi,*apres la verification de la demande*.& tunc dicetur verificata,quando titulus partis fuerit iudici oſtenſus:& hoc introductum eſt,ne vitioſus pateat ad beneficia ingreſſus.rub.de eo qui mittitur in poſſeſsio. cauſſa rei ſeruandæ.cap.1.& per totum.libr.6.

Videri tituli ante recredentiam debent.

5 Vnde ſi quis peteret contra citatum abſentem contumaciam,& in contumacia recredētiam, quæ ſibi concederetur,non exhibitis titulis,non valeret : quia hîc dicitur, *apres la verification de la demande*,eſſe dandam non antea:& quia illa ſententia non conueniret verbis huius ordinationis, & ſic nec diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de damno infect.item ſi petā decem aureos cauſſa mutui mihi debitos,oportet quòd producam chirographum,vel inſtrumentum ad probandum me mutuaſſe:& ita dicitur verificata petitio:& ſi nihil probarem,& in contumaciam condemnaretur aduerſarius,non exequeretur illa ſententia:& poteſt hæc verificatio in prophanis fieri per teſtes vel inſtrumenta,cùm hic generaliter loquatur.l.1.§.generaliter.ff.de legat.præſtand.quāuis ſuprà in arti. proximo diuerſum ſtatutum ſit in beneficiis.

6 Quartò requiritur quòd ſententia recredentiæ,vel alia lata ſit, alioqui niſi iudex ſententiam primi capitis protulerit,vel aliam,non exequetur.probat hîc text.*que les ſentences*. Nam quod non eſt,exequi non poteſt.Priuatio enim præſupponit habitum.l.decem.ff.de verbo.obli.ſeruus non perdit caput,id eſt ſtatum,quia non habet.§.ſeruus.de capit. diminut.in inſtit. ſic non poteſt recredentia

credentia

credentia exequi,quę non eſt.ideo ſi vtraque pars non compareret,circunduceretur edictum:nec poſſet proferri ſententia pro vna parte.l.& poſt edictum.§.circunducto.ff.de iudic. ideo ipſo iure ſententia non profertur,ſed opus eſt iudicis miniſterio.

7 Quintò quòd antequàm ſententia illa lata in contumaciam ſit exequenda, requiritur quòd illa recredentia executoria eſſet,ſi pars eſſet audita, & in caſibus in quibus non eſt executoria partibus auditis,nec in hoc caſu:vt dixi in §.1.ſuprà eodem, glo.10. & 12. vbi ſcripſi quando non eſt executoria:& ratio eſt,ne plus damni operetur contumacia,quàm præſentia.l.properandum. §.& ſi quidem. C.de iudic.{Vnde ſi contumax vellet purgare contumaciam,non exequetur,quia poſtquam licet ei purgare contumaciam,ergo & impedire executionem:ſed quia hoc ſortè poſſet reus facere, & ſemper ſic differre executionem , ideo putarem interim faciendam executionem,ne per calumniam differatur executio.Hæc cauſa fuit in ſenatu tractata hoc anno 1553.& ad conſilium remiſſa fuit.}

Areſtum ut notificari parti recredentia debeat.

8 Sextò requiritur,quòd poſtquàm lata fuerit,quòd oſtenſa fuerit parti, contra quam lata eſt: alioqui ſi fiat executio antequam parti oſtendatur, iniquam & iniuſtam eam pronunciauit ſenatus anno 1533.die 13.Maij.& iſta notificatio poteſt fieri domi,ſi iſte aduerſarius non inueniatur.per l.1.ibi,in facie,vel ad domum.ff.de liber. agnoſcen.& ſcripſi in artic.1.de citatio.in ordina. reg. in 2.Tomo,licet hoc non requirat iſte text.ſenatuſconſult.tamen ſtandum erit.

Areſtum quod à petitorio non appelletur tãquam ab abuſu.

9 Item anno 1537.die 22. Nouembris fuit aliquis ad mulctam ſexaginta librarum condemnatus,quòd appellaſſet ab abuſu ad ſenatum:eo quòd iudex eccleſiaſticus, qui de petitorio cognouerat , illum condemnauerat ad reſtituendum beneficium , ſuper quo obtinuerat in poſſeſſorio coram iudice ſeculari.Nam poſſeſſio poteſt eſſe iuxta,& tamen titulus erit iniuſtus.probatur in l.ſi dun.ff.vti poſsidet.Feli.in c.licet.de probatio.ideo appellare non debebat,quia non erat grauatus:cùm iure permittente fuerit ſententia ſuper petitorio lata,vt in rubri.de cauſ. poſſeſsio. & proprieta. per totum, alioqui poſt ſententiam in poſſeſſorio latam nunquam ageretur petitorio: & ſic eneruaretur iuriſdictio eccleſiaſtici iudicis : quod non eſt dicendum.condemnatus tamen in petitorio poterit ad iudices eccleſiaſticos appellare vſque ad tres ſentẽtias.cle.1.de re iud.ſcripſi in rub. de friuol. appella. in concorda. tamen tanquam ab abuſu ad iudices regios non ex illa condemnatione petitorij.

Garder de meſprandre non cõtinet oppoſitionem.

10 Etiam vidi dubitatum,an hæc verba cauebo me,vt vulgò dicitur,*ie me garderay de meſprandre*, denotent oppoſitionem ? quidam dicebant quòd ſic : quia turbari quis dicitur alium perſequendo , & opponendo : vt conſuluit Alex.conſil.73.in 3.vol.Bar. & alij in l.1.§.huius autem. ff. vti poſside.

Contrarium arbitror verius. Nam opponere eſt impugnare.c.cùm inter.de exceptio.ſed is,qui cauet,non impugnat,ergo non dicitur opponere, & ita fuit concluſum in palatio inter aduocatos multos,& magni nominis.alia ſi operæpretium ſit,alibi ſcribam.& allegata pro contrario diuerſa ſunt,nec reſpondent ad rogatum.

Praxis ſe opponendi quãdo quis in executione nõ ſe oppoſuerit.

11 Poſtremò ſi quis non ſe oppoſuerit in executione literarum ſayſinæ & nouitatis , ſi poſteà velit ſe opponere,neceſſe eſt citare partem aduerſam,vt deferat literas,& expleta coram iudice à quo emanarunt primæ literæ.

Literæ quæ non oſtenduntur annullentur.

12 † Et ſi pars non deferat,dicens ſe non habere,iudex eas caſſabit, & annullabit per doctrinã Bar.in l.2.col.1.C.de edend.per tex.in l.vlti.in fin.C.de fide inſtrumẽto.Præpoſit.in c. vt debitus. col.28.de appella.Iacob.in l.1.in fi.ff.de edend.addidi ad Bart.alia in d.l.2.

Poſſeſſio transfertur ob contumaciam.

13 Et ſic patet quòd per contumaciam transfertur poſſeſsio,prout iubet l.fi.de rei vend.ff.etiam in beneficialibus,in quibus non habet locum miſsio in poſſeſsionem cauſſa rei ſeruandæ. c.vno. de eo qui mittitur in poſſeſ.cauſſa rei ſeruandæ in 6.& hîc non mittitur in poſſeſsionem ratione contumaciæ ſolius,ſed eo quòd pars præſens oſtendit titulum,quia hæc interdicta cauſſam proprietatis habent annexam.l.2.ff.de interdi.ideo oportet oſtendere titulum.vide alia remedia contra contumaces per Floria.in l.ſi is cum quo.ff.communi diuidũdo.& ego ipſe docui in tractat. meo de contumacia & defectu ſuper ordi.reg.in 3.Tomo.

Loys XII. artic. LXXXIIII. *des premieres.*

Articulus tertius.

Item & ſi l'vne des parties au parauant la recreance adiugée appelloit de quelque interlocutoire,neantmoins noz dicts iuges reſſortiſſants ſans moyen comme dict eſt,ne differeront de proceder , non obſtant ledict appel ou appeaulx , & ſans preiudice d'iceulx : ſinon qu'il fuſt queſtion de la competence ou incompetence de iuge,ou de la recuſation d'icelluy.

GLOSSA PRIMA.

Prohibito conſequenti & antece-

1 Iſte textus tollit difficultatem,quæ fieri poſſet,nam poſtquàm ſententia recredentię poſſeſſoria prolata eſt,executioni mandari debet:ſed is,qui poſsidet,per dilationes,& appellationes,vult impedire,ne ipſa ſententia proferatur:ſed hîc text.his obuiat , ſtatuens , vt

non ob

non obſtante appellatione partis iudex non differat procedere ad ſententiam.ratio eſt:quia cui conceditur conſequens.id eſt ſententia,conceditur etiam id,per quod peruenitur ad illud,& ſic vt non obſtante appellatione ad ſententiam procedat: per text. in l.ad rem.& l.ad legatum.ff.de procurat.cap.quoniam,de ſenten. excomm.in 6. Conceſſo enim fine, omnia ad finem conceſſa videntur.cap.cùm infirmitas.vbi Panor. de pœnit. & remiſsio. vnde ſi mandetur alicui executio negotij, de quo princeps non cognouit:cenſetur eidem commiſſa cognitio vt antecedens.l.& ſi non cognitio.C.ſi contra ius.e.de cætero.ff.de re iudic.Bart.in l.à Diuo pio.de re iudic.ff.

dés & cõtrario fallit vt infra.

2 Quod limitat Nicholaus Euerard, in duobus caſibus in tractatu de locis legat. argument. à conceſsio.conſequentis quando antecedens eſſet conſequenti maius.argu.l.penul.§.illo.C.de neceſſariis ſeruis.& Bart.in l.2.col.1.ff.de iuriſdict.omnium iudic.& quando ille cui conceditur vellet ſibi ius dicere ad conſequendum antecedens.

3 Vnde ſi quis eligat ſepulturam apud religioſos mendicantes,non poterũt ipſi cum cruce accedere ad parrochiã curati,& propria authoritate cadauer accipere, alioqui ius ſibi dicerẽt cõtra l.ſi quis in tantam.& per totum.C.vnde vi.& hoc docet Oldrad. conſil.82. an fratres. & Cardina.in clem.dudum.§.huiuſmodi. circa fin.de ſepultur Alexand.& Claud. Aquen.in l.ſi aliquam. ff.de acquir.poſſeſ.& in l.1.in princ.de noui oper.nuncia.Curtius in l.poſtquam.col.1.C.de pact. & poſtquàm eadem ratio eſt in hoc caſu:ſcilicet quia vacatio beneficiorũ eſt diſpẽdioſa.c.quamuis.de electio.in ſexto.de quo dixi in artic. 1.ſuprà eod.habebit etiam locum diſpoſitio.l.illud.ff. ad legem Aquil. vnde ſi quis appellauerit à citatione,vel ab executione literarum ſayſinæ & nouitatis: poterit iudex per hunc textum procedere ad vlteriora vſque ad recredentiam: niſi pars in appellatione expreſſerit ſe appellare à iudicis incompetentis citatione: vel quia eum ſuſpectum recuſat:& tunc poterit alter magiſtratus cognoſcere:vt eſt in rub.de recuſa.art.6.requiruntur tamen in hoc artic.ſequentia.

4 Primò,quòd interlocutoria aliqua lata ſit,ibi,*de quelque interlocutoire*.Et interlocutoria dicitur pronunciatio iudicis ad alicuius articuli deciſionem:vt plene ſcribo in repet.l.quod iuſsit.in præfatio.ff.de re iudic.quamuis aliam definitionem doceat gloſſ. in l.cum clericis. C. de epiſcop. & cler.& glo.in clement.vnica.de cauſ.poſſeſ.& ſuperius in præfatio. aliqua ſcripſi & hîc generaliter interlocutoria accipitur etiam pro citatione, vel alia quacunque etiam habente vim diffinitiuę per gl. in l.cum clericis.C.de epiſcop.& cleric.

Requiſita in hoc articulo.

5 Secundò,quòd ſit lata ante recredentiam,ibi,*au parauant la recreance*,& antea recredentiam poteſt ferri ſententia ſuper recuſatione iudicis:vel an procurator ſit legitimus, ſentẽtia ſequeſtri, & multæ aliæ,pro facti qualitate:vt in ſeq.gloſ.Sed iudicis recuſatio hîc excipitur,ſi tamen quis dicat dilationem ſecundam dandam:& iudex pronunciet concedendam non eſſe:ſi pars appellet: hac appellatione non obſtante iudex recredentiam pronunciabit.

6 Intellige idem ſi interlocutoria fuerit prolata in ipſa recredentia,vel ſtatim poſt.per glo.in §. tutor.de authorita.tuto.in inſtit.ſcripſi in gl. ante vacationem.in §.præfatique graduati.de collatio.in concorda.quamuis hic tex.loquatur de interlocutoria prolata ante recredentiam.

7 Tertiò quòd interlocutoria ſit lata à iudice regio. ibi,*noz dicts iuges*,de hoc ergo debet conſtare in recredentia quòd ſint iudices regij: ideo ſolent iudices in principio ſic inſerere:

Qualitas probari debet in recredentia.

8 Petrus talis iudex regius Bituricen. &c. Alioqui ſententia non exequeretur:nec ſufficeret probare recredentiam ſine hac qualitate.per l.eum actum.ff.de nego.geſtis.§.plane.l.milites.C.de teſtamen.milit. vbi teſtamenta militum valent coram duobus teſtibus:debet tamen conſtare eos eſſe milites,qui ea fecerunt.d.§.planè.& de facto qualificato ſcribit Iaſ.in l.penult. §. in eum.ff.ne quis eum qui in ius vocatus eſt.& l.ſi fideiuſſor §.prætor.in ſi.qui ſatiſda cogant.

9 Quartò requiritur quòd vna pars appellauerit ab illa interlocutoria ibi, *& ſi l'vne des parties appellou &c.* Nam ſi nulla eſſet emiſſa appellatio:nõ dubitaretur, an iudex procedere poſſet. Sed idem dicunt quidam,ſi vtraque pars appellaret,fortè à conceſsione dilationis,vel ab illa interlocutoria:quod poteſt eſſe,ſicut à diffinitiua:vtraque pars appellare poteſt,vt docet c.Raynutius.& c.Raynaldus.de teſtament.Nec debet ſumi hîc argumentum à contrario:alioqui veniremus contra rationem ordinationis: nempe in infinitum prorogaretur materia beneficialis: ſed ideo hîc exprimitur vna pars, *l'vne des parties*,quia hoc frequentius fit quàm vt ambæ partes appellent.& quando aliquid exprimitur ratione frequentioris vſus non excludit aliud non ita frequens. authen.caſſa. C. de ſacroſanct.eccleſi.gl.ſing.in cle.1.de reſcript.ſcripſi in tractat.nominationum.q. 5.num.25.ergo tamen dicerem iudicem non poſſe procedere, ſi vtraque pars appellauit:quia ſtultus eſt iudex,qui ad non petita procedit,& condemnat.l.ſi.C.de fideicommiſ.libertat. & quando vtraque pars appellauerit ab eo, nullus recredentiam peteret, ergo ex officio ſententiam proferre non poſſet:quia ſi partes ſint concordes,quid ad iudicem?l.1.§.inde quæritur.ff.de no.oper.nunciа.nec poteſt iudex in his,quę facti ſunt,ſupplere.l.vna.C.vt quę deſunt aduoca.part.vbi Docto. Imò hic text.cum myſterio loquitur,dicens *l'vne des parties*,ergo ſi ambæ, ceſſat deciſio text. nec expreſsit hoc cauſſa frequentioris vſus:vt quidam dicebãt:& ratio ſola prorogationis non attenditur; ſed partium proſecutio: & ita mihi de iure videtur,quicquid in contrarium dicatur, nec obſtat iſte text.ibi, *non obſtant ledict appel ou appeaulx*, ergo appellationes ab vtraque parte intelliguntur.Reſpon. non ſequitur. nam vna pars plures poteſt emittere appellationes: & interdum quindecim vidi iudicari in audientia ab illo illuſtri viro, & memoriæ,omniſque doctrinæ

Vtraque parte appellante an iudex procedere poſſet.

excellentiſsimo domino Liſeto primo Pariſien. Senatus præſide. Et ſi plures emiſſæ fuerint appellationes ab vna parte,idem erit ac ſi vna tantùm emiſſa eſſet:ſecus ſi ab vtraque parte:vt prædictum extitit.

10 Quintò quòd ab illis appelletur immediatè ad ſupremam curiam.ibi,*reſſortiſſans ſans moyen.* Nam de ſubalternis iudicibus ſuperius in tractatu de ſenten.prouiſio.articu.2.dictum fuit.Et ratio huius ordinationis eſt illa,quam prædiximus,nempe qui vult conſequens,id eſt recredentiam executorialem,vult & antecedens, ſcilicet interlocutorias anteà latas non impedire, quominus perueniatur ad ipſam recredentiam.Anchara.conſil. 261. videtur.col.1.vnde ſi princeps ſcienter confert officium inhabili,videtur ſecum diſpenſare, vt tenere poſsit id officium.l.quidam conſulebat.ff.de re iudic.l.Barbarius.ff.de off.prætor.

11 Item miſsio in poſſeſsionem canonicatus habet vim collationis, quando fit ab habente poteſtatem conferendi, per hanc regulam, qui vult conſequens, vt conſuluit Roma. conſil. 337. quoad primum.& Panor.in c.authoritate,de inſtitut.ſcripſi in forma manda. circa finem.in glo. inducentes,in concorda.

Limitat vltra prædicta Iaſ.in l.1.col.2.ff.de tranſactio.& in l.fi.col.3. C.de hæredib. inſtituend. Dec.conſil.77.viſo puncto.col.1.& quinque limitationes tradit Claudius Aquen.in l. 1. col.3.ff. de noui oper.nuncia.

A ſententia ſubrogationis appellatur,& ad ulteriora proceditur.

12 Idem ſi appelletur à ſententia, qua aliquis fuit ſubrogatus in locum alterius. per iſtum text. generaliter loquentem,& quia iſte text. duos tantùm excepit caſus, videlicet incompetentiæ, & recuſationis, ergo firmat regulam in non exceptis.l.1.ff. de regulis iuris.gloſſ. & Dyn. in proœ. reg.ſexti libri:& quia hæc ſubrobationis ſententia interlocutoria eſt:ideo in ea procedet tex.deciſio,loquens de interlocutoria.

Sinon qu'il fuſt quæſtion de la competence,ou incompetence de iuge.

GLOSSA SECVNDA.

Hic ponitur de incompetentia iudicis.

1 HIc ponitur limitatio ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt, videlicet quòd iudex procedere poteſt non obſtante appellatione emiſſa ab interlocutoria ante recredentiã lata. fallit ſi ageretur de competentia iudicis,vel incompetentia.per gloſ. ſingularem, in clem. vna in fin.de ſequeſtra.poſſeſsio.& fruct.Nam in quibus caſibus eſt prohibita appellatio, tamen non cenſetur prohibita à ſententia, qua aliquis ſe iudicem competentem pronunciauit, vel incompetentem.Ita conſuluit Angel.conſil.195.Guillelmus.aliàs omnes cauſſæ ad incompetentes iudices trahi poſſent: vt refert Franciſq. Curt.conſil.124.Sacratiſsime &c. mature. num.13.vnde licet contra tres ſententias conformes nulla exceptio opponi poſsit clem.1.de re iudic.Tamen exceptio iuriſdictionis,ſeu incompetentię opponi poterit:vt docet Bal.in l.exceptionem.col.vlt.C.de probat Hippoly.in repet.l.fi.num.49.ff. de iuriſdict.omnium iudic. ratio huius limitationis eſt:quia iudex eſt potiſsima iudicij pars.gl.in l.ſi procuratorem abſentem. ff. de procurat.facit text.in l.1.ibi cui de ea re ius ſtatuendi fuerit.ff.de his qui notant.infa.

Iudex ſecularis clericum ad emẽdã honorabilem an condemnare poßit.

2 Vbi quis notatur,ſi infamia irrogetur ab eo,qui poteſtatem habet ſuper infamia iudicandi: ideo ſi iudex laicus condemnet clericum ad emendam honorabilem, quod non poteſt: vt alibi dixi:non notatur infamia de iure:quia is poteſtatem non habet hoc faciendi in clericum.c.vno. de cler.coniuga.in 6.cap.at ſi clerici.de iudic.vbi Barba.col.3.multa iura ad hoc conſonantia tradit,vide ibi eum col.3.& ſeq.&in rubr.de foro competen.idem tenet Imol.in l.ſi quis filio.§.quid tamen.ff.de iniuſto rupto & irrito fact.teſtament.

3 † Et vbicunque eſt ſublata nullitas, non cenſetur illa ſublata, per quam negatur iuriſdictio: quia oportet,quòd conſtet de ſententia, & iuriſdictione proferentis.per d.gloſ.pro qua facit l.2. §.ait prætor.ff.qui ſatiſda.cogant.vbi per illum text.Bald.ait,quòd ſi ſtatuto caueatur,vt ſententia arbitri mandetur executioni,qualiſcunque fuerit, debet intelligi dummodo lata fuerit ab eo qui fuit arbiter.hoc firmat Barba.in d.clem.vna. col.5. de ſequeſtra. poſſeſsio.& fruct. & ſic opus eſt quòd illa nullitas appareat.Iaſ.conſil.101. col.vlt.volu.3.ſi tamen quis non ſe allegauerit clericum, & fuerit condẽnatus ad hanc honorabilem emendam,ſi non appellauerit,& in executione tonſurã alleget,non auditur:vt cenſuit Senatus anno 1480.die 22. Decembris.quia illam allegans in executione, videtur calumnioſè proponere: vt aſſerit Bald.in l.in contractibus.col.1.C. de non numera.pecu.alibi dicam, { ſemper poſſe allegari coram laico, poterit tamen iudex laicus clericum abſoluere de crimine priuilegiato, & poſt abſolutionem non licet officiali poſtea eum prehendere, alioquin officialis Pariſ. fuit coactus ducere clericum ad Senatum, & is fuit libere à carcere extractus,& promotor Pariſ.detentus,anno 1390.in quadra.}

Areſtum an in executione tonſura allegari poßit.

Sententia nulla nõ eſt ſententia.

4 Item prohibitus excipere,poterit incompetentiam iudicis excipere,Feli.poſt alios in c.paſtoralis.nu.11.col.3.de exceptio.& ſic non eſt mirum,ſi hîc excipiatur.

5 Quia ſentẽtia lata à non ſuo iudice dicitur potius famoſus libellus,id eſt ſcriptura,quàm ſententia

tentia.Bald.conſil.21.proceſſus.col.2.in 5.vol. & omnis actus à iudice incompetenti factus dicitur fieri ſine ordine.Bald.in c.ſi.quo tempore miles.in feud.

9 Si tamen iudex fuerit competens in vno,non poterit pars allegare incompetentiam in aliis, ſed debet tendere ad fines non procedendi in illis caſibus, in quibus non habet cognitionem:& ſi iudex voluerit procedere,pars appellare poterit. ita vidi in practica ſeruari , & appellationem alicuius à Senatu annullari,eo quòd incompetentiam allegauerat, & ea non obſtante iudex proceſſerat à quo pars appellauerat,die 15.Iulij,anno 1528.contra quendam,qui appellauerat à iudice ſcabinorum ciuitatis Montis deſiderij. & circa incompetentiam ſex eſſe conſideranda ſcripſi in tracta.de exceptio.in 3.diuiſio.

Competens in uno, in aliis non eſt incompetẽs.

Areſtum.

7 Et ad ornamentum & elucidationem illius gloſ.& totius materiæ incompetentiæ,vide Bald. in marguar.in verbo,iudex.quæſt.162.& in verb.lis mota.quæſtio.29.& Panorm.in cap.ex parte 2.de offic.delegat.& conſil.62.volu.2.& Angel.in rub.de exceptio.in inſtitu.col. 3. & in §. appellantur.col.8.ibid.Lanfranc.in repet.c.quoniam.in verb.exceptiones.col. quarta. & in ver. interlocutiones.col.18.de probat.& Vital.de camba.in tracta.clauſula.in clauſula nulla exceptione obſtãte.Alex.in l.4.§.condemnatum.col.4.ff.de re iudic.& in l.de pupillo.§.qui opus.col.2.de noui oper.nunciat.& conſi.77.in 3.vol.Ancha.conſil.271.in fin.& Barba.in c.iurauit.col.3. de probat. & conſil.39.in 1.vol.ac cõſil.44.eodem vol.& conſi.50.col.3.ibidem,& conſi.13.col.6.in ſecundo vol.ac conſi.28.col.5.ibidem,& Corſet.in ſing.incip.Statutum,& Hippoly.ſing.10.Tu ſcis.& Roma.conſil.42.Soci.conſil.27.num.8.in 3.vol.& conſil.87.num.5.ibidem,& conſil.83.col.fin.vol.4. Corne.conſil.37.in 1.vol.& Areti.conſil.165.col.4.& Iaſ.conſil.9.col.2. volum.3. Dec.conſil.107. & conſil.360.& Feli.in c.paſtoralis.col.3.de excepti.& in cap.qualiter in primo.de accuſatio.

8 Item non ſolet princeps ſeruare defectum iuriſdictionis , nec valerent literæ concedentes, quòd non obſtante defectu iuriſdictionis princeps confirmaret ſententiam:his verbis vtitur Gomeſ.in compendio vtriuſque ſignaturæ.fol.74.& ſeq.in reg.de non iudicand.iuxta formam ſupplica.quod eſt notandum contra ſic impetrantes literas regias in hoc regno, vt verificari & intecinari non debeant:ſi non obſtante defectu iuriſdictionis ſententia ab eis lata confirmetur : vel quòd non obſtante incompetentia iudex cognoſcat.

Literæ confirmantes ſententiam à iudice incompetente latam non ualent.

9 Vide 35.limitationes per Corſetum in reperto.in verbo fori competentia.vbi fori incompetentia in illis caſibus allegari non poteſt : & triginta quatuor caſus in quibus incompetentiæ exceptio non opponitur,congerit Barba.in rubr.de foro compet.col.3.cum ſeq.

Caſus in quibus incompetentia allegari non poteſt.

10 Aduerte ad id quod ſcribit Bal.in diſputatione incip.Accuſatus.col.5.verſi.3.requiritur quòd iudex incompetens qualitercunque procedat, ſemper dicitur partem grauare, & non poteſt ſecundum eum procedere , niſi malè, allegat tex.in l.magiſteriæ. C. de iuriſdi. omnium iud.alia multa dixi de hac incompetentia in tractat.meo de exceptio.in 3.diuiſio.hic non repetam.

Iudex incõpetens partes grauare cenſetur.

Ou de la recuſation d'iceluy.

GLOSSA TERTIA.

1 INtellige quòd ſi pars recuſat iudicem,fortè quia alteri eſt conſanguineus, vel alia ex cauſſa,de quibus in tract.de recuſa.dixi.l.qui iuriſdictioni.ff. de iuriſdi. omnium iud.ſi iudex pronunciauerit procedendum non obſtante recuſatione oppoſita , ſi pars appellet:iudex ad recredentiam procedere non poterit in hoc caſu, per iſtum tex.durum eſt enim coram iudice ſuſpecto litigare.c.cùm inter.de exceptio.& quia ſapit incompetentiam,quæ ſemper excepta cenſetur:vt ſuprà dixi in proxima gloſ.

Recuſatio iudicis impedit iudicem procedere etiam ad recredentiam.

2 Iſte tamen tex.non procedit, quando ſententia recuſationis notarij, aut alterius quàm iudicis proponeretur : quia tunc iudex procedere poſſet non obſtante partis appellatione.ſumendo argumentum ex iſto tex.qui vnum exprimit, & excipit:ergo aliud comprehendit.l.cùm prætor. ff.de iudic.c.qualis.25.diſt.

3 Hodie prouiſum eſt huic artic.per ordinat.no.public.anno 1539.artic.11.quæ eſt artic.6.rub.de recuſa.vbi ſtatuitur,quòd in omni recuſationis materia,in qua declaratæ erunt cauſſæ recuſationis friuolæ,& non admiſsibiles , poterit vltra procedi ad principalem cauſſam non obſtante appellatione,ſed non iudex recuſatus:ſed alius ſubſtitutus, vel locum tenens : vel is qui ſolitus eſt ſedere in loco illius recuſati:& ideo per illam ordinationem,ſi recuſatus erit locũtenens generalis,& is pronunciauerit recuſationis cauſſas friuolas,& non recipiendas:ſi appellatum ab illa ſententia fuerit,locũtenens ſpecialis quem vocant, *lieutenant particulier*,cognoſcet de illa cauſſa , & procedet vſque ad ſententiam recredentiæ non obſtante appellatione:& iſta ſunt notanda,quia olim iudex recuſatus manus & ora ligata habebat,adeò,vt non poſſet cogere partes,vt conuenirent de iudice:vt fuit pronunciatum in hoc Senatu anno 1526.die 21.Martij.ideo eligebantur arbitri iuris.c.legitima.de appella. in 6.& interim cauſſa principalis differebatur. Sed hodie eſt ſtatutum iuſtè,vt ſuprà ſcripſi,& abundantius in tracta.meo de recuſa.ſuper illo artic.

Elucidatio ordinationis regiæ de recuſatis iudicibus.

Areſtum.

François articul. X L V I. *des publ.* 1539.

Articulus quartus.

Que es matieres poſſeſſoires beneficiales, l'on communiquera les tiltres des le commencement de la cauſe: pour quoy faire le iuge baillera vn ſeul delay competant, tel qu'il verra eſtre à faire, ſelon la diſtance des lieux: & par faute de exhiber ſe fera adiudicatiõ de recreance, ou maintenue ſur les tiltres & capacitez de celuy qui aura fourny, qui ſera executée non obſtant l'appel, quand elle ſera donnee par noz iuges reſſortiſſants, ſans moyen en noz dictes cours ſouueraines.

GLOSSA VNICA.

Producere titulos utraque pars debet, & quando.

1 SVperius articulo primo dictum fuit recredentiæ ſententiam ex titulis adiudicandam: dubitare quis poſſet, quando illi tituli beneficiales exhibendi ſint, & producendi: & primò ſtatuitur hîc, in principio litis producendos, & exhibendos titulos in beneficialibus: ne diſpendioſa ſit beneficiorum diutina vacatio. c. quàm ſit. de electio. in 6. & ſic in ipſo litis exordio, & iu initio debet communicare pars, id eſt in medium afferre, producere, exhibere, & edere ſuos titulos, id eſt collationem ſibi factam, præ-
2 ſentationem, inſtitutionem, vel aliam quamlibet prouiſionem. † Ratio eſt: quia poſſeſsio in beneficiis acquiri nõ poteſt ſine titulo, nec acquiſita retineri. c. 1. & per totum. de eo qui mittit. in poſſeſsio. in 6. cap. ex literis. de reſtit. ſpoliat. c. 1. de reg. iur. in 6. gloſ. in verb. inquirant. §. ordinarij. de pacif. poſſeſſ. in pragmatic. & ſi fuerit acquiſita, non prodeſt: quia eſt quædam detentatio, non poſſeſsio, regula ſine poſſeſsione, de regul. iur. in 6. ideo vult hic text. quòd producatur titulus ad
3 ipſam poſſeſsionem iuſtificandam: vt infrà dico. † Et hic text. dicit titulos in plurali, *tiltres*, & ſic omnes. Reſpon. ſi quis dubitet de vno, omnes poteſt producere: ſed ſufficit vnum certum & bonum titulum producere: nempe ſi collationem à papa quis habet, adhuc tamen non habet bullas, producet collationem ordinarij: & demum ſi videat illam non ſufficere, alteram vel alias quaſcunque producere poterit: imò ſi non produxerit in recredẽtia, poterit in pleno producere poſſeſſorio alios titulos, quia hic non prohibetur. pro hoc facit glo. & ibi Panor. in c. 1. de conceſsio. præbend. iſte artic. eſt in rub. *des cauſes poſſeſſoires beneficiales*, & mutatus à tranſcribente, ſed poſtquam omnia erant parata & coniuncta, non potui facilè ſeparare: ideo tu boni conſules.

Dilatio competens dari debet & an duæ concedi poßint.

4 Secundò docet quando ſumendum ſit initium. ibi, *pourquoy faire &c.* vbi Rex cenſet iudicem daturum vnam ſolam, ad producendum titulos, dilationem competentem, ſecundum quod eidem iudici viſum fuerit, pro locorum diſtantia: & quamuis hîc text. non loquatur niſi de loci diſtantia, tamen debet iudex arbitrari dilationem ſecundum diſtantiam locorum, & perſonarum: vt expreſsè dicit textus in c. cum ſit Romana. de appella. & ibi gl. dicit etiam qualitatem perſonarum inſpiciendam. per tex. in l. 2. ff. de re iudic. facit l. 1. C. de dilatio.

5 Quæro, nunquid iudex poterit alteram dilationem cõcedere? Reſpon. non, quia non poteſt tollere legem ſuperioris, & ſic faciendo imponeret legi: quod non poteſt facere inferior. clem. ne Romani. de electio. l. nemo. ff. de lega. 1. ideo alium terminum non dabit quàm aſsignatum in lege: vt probatur in c. 1. & c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. vbi glo. in verb. quindecim. de electio. in 6. ſed parte altera non comparente in termino procedere ad vlteriora licebit: vt ibi dicitur, & nominatim afferunt Anchar. & Peruſ. in d. c. cùm ſit Romana.

6 Vbi plus dicunt, in beneficialibus deſertam non eſſe appellationem, ex quo alia pœna contumaci imponitur, videlicet quòd in eius abſentia procedatur: & ſic alia pœna appellans puniri non debet, & ſic duplici. c. at ſi clerici. in fi. de iud. quod eſt verũ in termino à iure aſsignato, ſecus in termino dato ab homine: quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine. l. Celſus. ff. de arbitr. docto. in d. c. cum ſit. dicam in rubr. de appellatio. ex magna tamen cauſſa, & vtilitate ſuadente, poſſet iudex ſecũdam ſtatuere, & maximè ſi hoc haberet ſtylus curiæ. Panor. & Feli. in d. c. cùm ſit. & hodie iudices non ſeruant iſtum text. ſed duas ad minimum concedunt dilationes.

Non exhibens titulos recredentiã perdit.

7 Tertiò quòd ſi in ipſa dilatione pars altera non exhibeat titulos, collationem, vel aliquam prouiſionem: adiudicabitur recredentia, vel manutenentia, id eſt plenũ poſſeſſorium ei, qui produxit ſuum titulum. probatur ibi. *& par faulte d'exhiber &c.* nempe ipſa poſſeſsio in beneficiis, vt dixi, non debet adiudicari alicui ſine titulo: ne ad ea vitioſus detur ingreſſus. cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſsio. cauſ. rei ſeruan. in 6. debet enim poſſeſsio ex titulis iuſtificari. gl. vlt. in clem. vna. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. abundè ſuper hoc ſcripſi in tit. de annatis. in gloſ. poſſeſsionem. in 7. regula in concord.

Producens in termino ſignaturam an poſteà bullam producere poſſit.

8 Vnde ſi altera pars intra dilationem produxerit ſignaturam, & poſt dilationem bullam, valebit productio, antequàm recredentia proferatur: quia hîc non imponitur alia pœna, niſi quòd adiudicetur recredentia ei, qui produxit: ergo antequàm adiudicetur, producere altera pars
9 poterit. doct. in cap. primo de fide inſtrumento. † Sicut de teſtibus ſcribitur, ſufficere ſi iurauerint in termino, licet non fuerint examinati, ſed poſt terminum: quia dicta illorum referuntur ad diem iuramenti teſte Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infect. refert Hippol. ſing. 113. dictum teſtis &c.

10 Quartò

10 Quartò ibi, *qui ſera executée.* vult recredentiam exequendam non obſtante appellatione, ſi fuerit lata à iudicibus regiis, à quibus immediatè ad curiam appellatur ſupremam: vt ſuperius dictum extitit artic. primo. Sed hoc eſſe periculoſum aſſerit Ioan. Fabr. in §. retinendæ. col. vlt. de interdict. in inſtitu. quia ante litem conteſtatam non fertur diffinitiua. l. properandum. §. 1. C. de 11 iudic. † Sed reſpõ. quòd actor, qui produxit titulos debet tueri in poſſeſsione, quouſque reus veniat, & ſuos titulos exhibeat. per rubric. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſsionem miſſus eſt. Quòd ſi meliores pars offerat titulos, iudex plenum adiudicabit iſti reo vltimo producenti poſſeſſorium: 12 & ita ſeruat praxis regni. † Poſt plenum autem poſſeſſorium, petitorium quis mouere poterit. per c. cum eccleſia. ca. paſtoralis. de cauſſa poſſeſsio. & hoc coram officiali, vbi ſitum eſt beneficium, vel coram aliis iudicibus delegatis eccleſiaſticis.

Item quamuis iſte text. loquatur de iudicibus, à quibus ad curiam appellatur, quòd recredentia exequi debet: multò fortius ſi ſit à Senatu prolata. authen, multò magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. vel à ſupplicationum conſiliariis, quos requeſtarũ dicunt: & hoc ſeruat praxis. {Vide alia quæ ſcripſi artic. 3. titul. de cauſis benefic. vbi hic artic. eſt repetitus.}

Idem artic. LXII. *des publ.* 1539.

Que les ſentences de recreance & reintegrande en toutes matieres & de garniſon ſeront executoires non obſtant l'appel, & ſans preiudice d'iceluy en baillant caution, pourueu qu'elles ſoyent donnees par noz iuges reſſortiſſants ſans moyen aſſiſtans auec eulx iuſques au nombre de ſix conſeilliers du ſiege, qui ſigneront le dictum, auec le iuge dont ſera faicte mention au bas de la ſentence pour le regard deſdictes recreances & reintegrandes. — Articulus quintus.

GLOSSA PRIMA.

1 DEſcribit hic articulus tres caſus, in quibus executio fieri poteſt appellatione non obſtante, primus eſt in recredentia: de qua dictum extitit ſuperius, artic. 1. & ſecundo. & hucuſque.

2 Secundus caſus executorius eſt in interdicto, vnde vi ſuper ſpoliatione, quando aliquis fuit ſpoliatus beneficio, vel alia quacunque re: vt hic, dum dicitur *reintegrande en toutes matieres*, & ideo ſic vocatur ab effectu, quia reintegranda ſunt omnia iuta ſpolians. c. reintegranda. 3. q. 1. vbi inuentum eſt remedium poſſeſſorium pro his, qui amiſerunt poſſeſsionem ſine iuſta cauſſa, vt eam recuperare poſsint: & habet locum tàm in rebus eccleſiaſticis, beneficiis, quàm pro rebus prophanis. gloſ. & doct. in c. cùm ad ſedem. de reſtitu. ſpoliato. de Ripa in c. ſæpe. ibidem, & quamuis Panor. Imol. & multi docto. teneant in d. c. Cùm ad ſedem. hoc remedium non dari niſi pro rebus eccleſiæ, vel clericorum. — *Remedium c. reintegrãda in omnibus rebus locum habet etiam laicorum.*

3 Tamen quòd detur laicis etiam pro rebus laicorum, patet hîc, dum dicit, *en toutes matieres*, & huius fuerũt ſententiæ Bart. Angel. Areti. Alex. & alij, in l. 1. ſ. quæ nobis. ff. de acquir. poſ. & Alex. conſil. 51. viſo. in 1. vol. & conſil. 112. viſo. col. 4. vol. 2. & conſil. 290. viſo ibidem. & conſil. 6. Circa. in 2. q. vol. 3. & conſil. 9. in cauſſa. col. 2. volum. 5. & conſil. 94. viſis. num. 13. ibidem, vbi illam ſententiam dicunt communẽ, & Soci. conſil. 266. col. 7. in 2. vol. & Dec. conſi. 262. Agitur col. 1. Nam quamuis hoc remedium ca. reintegranda. fuerit ab eccleſia, & eccleſiaſticis viris, & pro rebus eccleſiaſticis principaliter inuentum: tamen noluerunt inuentores denegare illud remedium laicis, pro poſſeſsione rerum ſuarum recuperanda: quamuis de hoc dubitet Petr. Ferra. in ſua pract. in forma libel. in cauſſa rei ſpolia. in prima gloſ. col. penultima.

4 Quia diſpoſitio huius c. reintegranda. inducta videtur ratione corrigendi peccatum ſpoliationis: quæ ratio peccati etiam militat in rebus laicorum; igitur inter laicos, & in rebus ipſorum ſeruari debet, quia eſt eadem ratio. ca. tranſlato. de conſtit. & quia nimis reſtringeretur ille text. ſi tantùm in rebus eccleſiaſti. vel clericorum intelligeremus, cùm generaliter loquatur. {Et quamuis ſententia in materia reintegrandæ ſit executoria non obſtante appellatione, literæ tamen ſuper reintegranda non debent mandari executioni poſt appellationem, ſed ſententia, prout loquitur iſte tex. & ſic iudicauit Senatus Pariſ. anno 1516. die 9. Decembris.} — *Inductum cur c. reintegranda ſit, & cui detur.*

5 Item hoc remedium datur ei, qui amiſit poſſeſsionem ex iniuſta cauſſa. d. ca. reintegranda. & debet is, qui petit ſibi reſtitui poſſeſsionem, dicere ſe ex iniuſta cauſſa poſſeſsionem perdidiſſe. teſte Innoc. & aliis in d. cap. cum ad ſedem, & in c. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. in Francia ſicut communiter concluditur per practicantes in interdicto retinendæ, quando pars tenet, & poſsidet, ſed turbatur teſte Ioan. Fab. in §. retinendæ. de interdict. in inſtitu. ita in poſſeſsione recuperanda communiter concluditur in hoc remedio reintegrandæ poſſeſsionis: de quo plura ſcribit Soci. in rèper. l. 1. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſ. vbi 12. tradit q. Cuius ſcripta ſi hic vellẽ tranſcribere, mul-

6 tas chartas replerẽ. Sed breuia & vtilia ſcribere aueo. † Et ſolet cõcludere actor, vt reſtituatur & reintegretur in primis & ante omnia ad poſſeſsionẽ domus, vel alterius rei, qua fuit ſpoliatus. l. 1. & per totũ. ff. de vi, & vi armata. Petr. Ferra. in pract. ſua in forma libel. in cauſſa ſpoliatæ poſ- — *Concluſio in reintegranda.*

ſeſsio.Innoc.& alij in c.querelam.de electio.& doct.in c.cum ad ſedem.& c.ſæpe.de reſtitu.ſpol. Soci.in quæſt.6. {& in hoc Rex habet præuentionem,vt iudicauit Senatus.de quo in ſtilo parla: areſto 384.}

7 Notandum eſt quod interdictum vnde vi.non competit pro rebus mobilibus,niſi res mobiles ſint in fundo,vnde quis vi deiectus eſt.l.1.§.illud.ff.de vi,& vi armata. ita & hoc remedium reintegrandæ.nam ſi quis fructus ex meo fundo receperit,hoc remedio agere potero.per d.cap. reintegranda.ibi, omnia. & cap. cùm eccleſia.3.quæſt.2.ibi, de poſſeſsionibus,& rebus. Barto. & alij,in d.l.rem quæ nobis.

Iungi an poſſit interdictum cum hoc c.reintegranda.

8 Sed in hoc aduertendum eſt:quia agens interdicto, debet dicere ſe ſpoliatum ab anno citra. *depuis an & iour en ça.* alioqui non reciperetur apud nos : quia annalia interdicta ſunt, niſi de eo quod ad eum,contra quem agitur,peruenit.l.ex quibus cauſsis.ff.de interdictis.l.1. de vi & vi armat.quamuis ſi agatur remedio c.reintegranda.perpetuò agi poſsit,maximè quoad damna. gloſ. vlt.in c.ſolicite.de reſtitu.ſpoliato.vbi docto.ſed in hoc regno nos coniungimus interdictũ poſſeſſorium vnde vi,cum remedio d.c.reintegranda. & ex his fit vnum bonum mixtum, quamuis Soci.in d.l.rem quæ nobis. in 6.quæſtione dicat non poſſe hæc remedia concurrere : tamen in quantum vnum excedit aliud,& poſſunt compati,ſimul iniuguntur in praxi.vide Soci.in repetit. l.rem quæ nobis.8.princ.quæſt.ff.de acquir.poſſeſ.

Spoliatus tria probare tenetur.

9 Item tria ſaltem probare debet ſpoliatus.Primò poſſeſsionem, ſcilicet quòd poſsidebat ante ſpoliationẽ.l.1.§.interdictum autem hoc nulli competit,niſi ei qui tunc,cùm deiiceretur,poſsidebat:nec alius deiici viſus eſt,quàm qui poſsidet.ff.de vi & vi armat.cap.conſultationibus. de off. delegat.Secundò quòd fuit ſpoliatus.ca.2.& ſeq. de reſtitu.ſpolia. { Sufficit tamen probare antiquiorem poſſeſsionem agentis,& iſtam rem nunc ab alio videlicet reo poſſeſſam, vt pulchrè docet Bal.in l.pen.nu.20.C.ſi à non compe.iud.iudica.fuerit.quem ſequitur Alex.conſil.6.circa.nu. 5.in 3.vol.& Carol.Ruinus in conſil.5.viſo proceſſu.nu.16.in 4.vol. & de hoc aliquando ſcripſi.} & in practica non ſolet adiici tempus:etiam non eſt neceſſe in hoc remedio apponere,niſi argueretur dolus. Bart.in l.1.§.fine autem. ff. de vi & vi armat. Sed nos non ſolemus , & idem dicit de Ferra. in gloſ.ingreſſus.Tertiò quòd ſit ſpoliatus à parte aduerſa , vel eo mandante , aut ratum habente.c.cùm ad ſedem. de reſtitu.ſpoliato.Nam ſi ageretur contra eum, qui poſsidet, non tamen ſpoliauit,non concluditur contra eum(vt dicunt practici.) *A reparer les troubles, mais à remettre & reſtituer la ſpoliation faicte par Sempronius entre les mains de Titius.* & hoc probatur in c.ſæpe.de reſtitu.ſpoliato.

Tertius hîc deſcribitur caſus executorius,videlicet cum quidam eſt condemnatus ad interim ſoluendum,quod dicunt garniendum decem aureos,quos debet:tunc executio fiet, nonobſtantibus oppoſitionibus & appellationibus:& iſtum caſum plenè tractaui in tracta.de literis obligatoriis.arti.1.& per totum.ad ibi dicta nunc te reiicio.

Seront executoires non obſtant l'appel.

GLOSSA SECVNDA.

Appellatio quædam nõ reſcindit.

1 Qvamuis de iure interponendæ prouocationis poteſtas à ſententia ex omni cauſſa prolata libera litigatoribus tribuatur.l.3.C.de peda.iudicib.Tamen quædam ſunt quę in cauſſa appellationis non veniunt reſcindenda , & iſta non ſuſpenduntur per appellationem , vt litis conteſtatio , & teſtium receptio.l.ita demum.C. de procurator. cle.teſtibus.de teſtib.

2 Quædam ſunt,quæ nullo modo pertinẽt ad iudicem appellationis ; ſed finiuntur ſimulatq; eſt appellatum,& tunc quoad iſta appellatio non reſcinditur prorſus pronunciatum:vt pote fideiuſſor datus in prima cauſſa , non tenetur in cauſſa appellationis.l.cum apud.ff.iudicat. ſolui. vbi glo.& Bart.& in l.græce.in princ.de fideiuſſorib. quia ſatiſdatio finita eſt primo iudicio finito:vt plenè ſcribit Hippol.in rubr.de fideiuſſorib.q.10.num.108.

3 Quædam ſunt,quæ in cauſſa appellationis poſſunt reformari, confirmari,vel prorſus tolli, & quantum ad hoc appellatio ſuſpendit pronunciatum,& appellatur ſuſpenſio,non quod interim non reſcindat, ſed quia non reſcindit pręcisè : cùm remaneant reliquiæ ſententiæ in fieri.l.poſtquam.§.Imperator.ff.vt lega.nomine caueatur.& l.1.in fi.ff.ad Turpili.c.venientes.de iureiurand. & in præfa.ſuperius dictum extitit.

4 Sunt quædã,quæ non poſſunt pendere vt ea quę ſunt neceſſaria,& trahunt ſecũ executionẽ, vt infamia,& deportatio,& iſta poſteà per appellationem reſcinduntur.l.furti.§.1.ff.de his qui not. infa.l.qui vltimo.ff.de pœnis.Bal.in l.ſi cauſſa cognita.col.1.C.de tranſactio.& l.fi.ſi à non competente iudice iudicatum fuerit. Sic & in his caſibus fit executio, quæ tamen poſteà per appellationem reſcindi poteſt.per text. in l.chirographis.§.1.ff.de adminiſtra.tutor. ob id datur cautio , per has ordinationes.& an appellatio prohiberi poſsit,ſcribit Ludo.Roma.in l.penul.ff.de aqua plu. arcend.gloſ.& docto.in l.2.C.ſi contra ius.alibi dico in tracta.de appella.

Et ſans

Et ſans preiudice d'iceluy.

GLOSSA TERTIA.

1 Habes hîc quòd appellatio non recipitur ante executionem in materia poſſeſſoria: etiam hoc probat tex.in l.vna.ibi tamen lata ſententia ſortitur effectum.C.ſi de momen.poſſeſ.fuerit appellat.& per illum text.dicit Bar.in l.ſecũda.ff.de appel.recipiẽd. Quòd facta executione ſententiæ latæ in poſſeſſorio admittitur appellatio,licet non ante executionem,& quamuis opinio Bart.reprobetur per doct. ibi, tamen approbatur hîc, & per totum iſtum titulum.

Sententia poſſeſſoria exequitur non obſtante appellatione.

2 Et dicta l.vna. quamuis ponderetur per doctores ibi, & integra omnis proprietatis cauſſa ſeruetur.Non dicit vt integra ſeruetur cauſſa poſſeſsionis,& ſic ſolùm ibi reſeruatur ius proprietatis:& ſic patet opinionem Bart.veriſsimam,& probari in d.l.vna. dum dicit:tamen lata ſententia ſortitur effectum. ita tamen poſſeſsionis reformationem fieri oportet, vt proprietatis integra cauſſa ſeruetur,vult dicere faciendam etiam eſſe reformationem poſſeſsionis poſt executionem, & ſic de poſſeſsione cognoſcemus:& poſtquàm ſententia poſſeſſoria fuerit executioni data: vt hîc dicitur:& ita recipitur practica Franciæ.licet Petr.de Ferra.in pract.ſua in forma appell.ab interlocutoria,in verb.in his ſcriptis circa fi. dicat omnes contra Bartol. tenere. & idem in forma libelli in cauſſa rei ſpoliatæ.in verb.per veſtram diffinitiuam.& Iaſ.conſil.187.circa.col.6.in 2.volum.quòd omnis opinio eſt in contrarium.& idem tenet Dec.conſi.28.& pro tenui.col.3.Tamẽ ſufficit Gallis ſententiam Bart.hîc eſſe approbatam per leges regni.& pro iſta facit text.in c.fi.§. de poſſeſsione.2.quæſt.6. cuius verba ſunt de poſſeſsione & eius momento:ſi in cauſſa dicatur, quæ ſententia interlocutoria appellatur, quamuis prouocatio interpoſita fuerit.

Intellectus ad l.unam.

3 † Tamen lata ſententia ſortietur effectum.ecce ibi practicam huius regni: vt ſententia poſſeſſoria exequatur,&ſortiatur effectum ſalua appellatione,& ſine illius præiudicio. Et iſtum intellectum ſequitur & commendat Panor.in d.c.cum ad ſedem.col.penult.de reſtitut.ſpoliat.& in conſil.55.in cauſſa.col.penulti.& ſeq.in 2.volum.vbi dicit iſtam veriſsimam.& Bald.in l.2.col.vlt, C.de epiſcop.audien.ac Paul.Caſtren.conſi.39.quod in ſententia, in 1. volu.ac de Ripa in repetitio.cap.ſæpe.col.2.de reſtitut.ſpoliat.& dominus Petrus Pariſius conſil.108.de bono iure.num.20.in 1.volu.& ſic appellatio in poſſeſſorio procedit,ſed non impedit executionem, tamen ſi retractetur poſteà ſententia,retractabitur etiam executio:quod eſt notãdum ad iſtam Franciæ praxim.& quòd appellatio non ſuſpendat executionem in poſſeſſorio, tenet Archidiac. in dicto §. de poſſeſsione.& Imol.in clem.vna in fi.de ſequeſtra.poſſeſ.& fruct.& Aufrer.in deciſio.Tholoſa.quæſt.vlti.& ſtylus curiarum Delphinalium ſeruat opinionem Barth.

Praxis Frãciæ iuri cõformis in poſſeſſorijs, & Delphinatus.

4 Vt ſi appelletur à reintegratione poſſeſsionis,iudex à quo non debet retardare executionem ſuæ reintegrationis,vtor verbis Guidonis Papæ in ſtatuto,ſi quis per literas. in verb. appellatione ceſſante. Si tamen iudex appellationis poſteà cognouerit malè proceſſum, reuocabit reintegrationem cum expenſis, damnis, & intereſſe ſecundum Guido.quem ſequitur practica Franciæ vt hîc.

5 Et ſic conciliantur iura canonica & ciuilia, vt à ſententia poſſeſſoria primi capitis recredentiæ non appelletur quoad effectum:quia ſententia ſortitur effectum, antequam appellatio diſcutiatur.Et ita intelliguntur leges loquentes,vt non appelletur à ſentẽtia poſſeſſoria.& dicta l. vna. Si de momenta.poſſeſſ.iura autem canonica, quæ recipiunt appellationem à ſententia poſſeſſoria,intelliguntur de ſententia lata ſuper ſecundo capite poſſeſſorij,id eſt ſuper pleno poſſeſſorio. nam ab illa bene recipitur appellatio,etiam non facta executione:prout dixi in artic. 1. ſuprà eodem.per capit.fin.de iudic.cap.1.vbi gloſ.de cauſ.poſſeſ.vbi dixi:quia prætor vult,vt confeſtim is, qui poſsidet,conſeruetur,& tueatur in ſua poſſeſsione.rubr.ff.vti poſsid. ſed hoc non poteſt fieri recipiendo probationes: ob id nullæ recipiuntur teſtium probationes in recredentia, ſed dum plenius tractatur poſſeſſorium:ſecus cap.1. de ſequeſtrat.poſſeſsi.& fructuum, & iſta eſt practica Franciæ ex iuribus, vt videtis,aſſumpta: videte quæ ſcripſi in articulo 9.in gloſ.5.infrà eodem. & Antho.Capit.in deciſ.Neapol.q.34.

Conciliãtur iura canonica & ciuilia.

6 Si tamen tertius ſe oppoſuerit,audietur ante executionem. Panor.in c.veniens.de teſti.col.3.

7 Et in caſibus in quibus iudex poteſt ex officio procedere, poteſt & tertium, cuius intereſt, admittere.tex.in c.cùm parati.vbi ponderat Imol.& Decius in 2.not.de appel.

8 De ſtylo curiarum Delphinalium ſpoliatus reſtituitur,non obſtantibus appellationibus, & oppoſitionibus etiam factis à tertio,teſte Guido Papæ.in d.ſtatuto.ſi quis per literas.in verb.appellatione.verſic.Quæro ſi in executione.

9 Et per dictam l.vnam.& §.de poſſeſsione, approbatur praxis Tholoſana, quæ vult, vt poſt ſententiam executoriam,à qua fuit appellatum,impetrentur literæ vocatæ, de ſortiatur:videlicet vt ſententia ſortiatur effectum non obſtantibus appellationibus:quod non eſt negligendum.

Literæ de ſortiatur, quare ſic nocentur.

10 Sed quanto tempore tollatur hoc remedium? breui reſpon.quòd triginta annis. Nam licet interdictum,vnde vi.tanquam prætorium ſit temporale.l.1.§. annus.ff. de vi & vi armata. tamen conditio ex illo cap.reintegranda eſt perpetua:& tantùm triginta præſcribitur annis. gloſ. fin. & ibi Panor.in cap. ſolicite. de reſtit.ſpol.quia tanto tempore purgatur omne vitium.l.1.§. ad hæc.

Quo tempore huic remedio præſcribatur.

C.de annal.exceptio.glo.in §.furtiuè.de vſucap.in inſtitutio. ſi tamen interueniret titulus & bona fides inter priuatas perſonas præſcriberetur ſpacio decem annorum inter præſentes,& viginti inter abſentes,niſi in eccleſia,in qua requiruntur quadraginta anni.cap.de quarta.de preſcrip. Ioan.Franciſ.Bald. in tractatu præſcript.in quarta parte quartæ partis, quæſtione vigeſimaquarta. col.54.& ſic poſt annum poteſt quis hoc remedium intentare: vt ſuperius in gloſ.prima ſcripſi, & ita fuit in ſenatu iudicatum.

En baillant caution,pourueu qu'elles ſoyent données par noz Iuges reſſortiſſans ſans moyen, aßiſtants auec eux, iuſques au nombre de ſix conſeilliers du ſiege, qui ſigneront le dictum auec le iuge, dond ſera faicte mention au bas de la ſentence, pour le regard des dictes recreances & reintegrandes.

GLOSSA QVARTA.

Requiſita in hoc articulo.

1 EX hoc text.colligitur cautionem eſſe dandam,ſicut in recredentia dixi ſuprà,articulo primo.

2 Secundò ex hoc text.colligitur ibi,*par noz iuges &c.* quòd remedium cap. reintegranda.competit etiam laicis,& contra clericos, & clericis: etiam contra laicos, & in his agere debent partes coram iudice regio,& ſic ſeculari, licet dubitatio magna ſit poſita per gloſ.& Docto.in cap.cùm dilectus.de eo quod metus cauſſa.& Soci. in repet. l. rem quæ nobis. quæſt.4.ff.de acquir.poſſeſ.& Petrus de Ferra.in forma libelli in cauſſa rei ſpoliatæ.Tamen iſtud ſeruatur in Francia,vt omnis materia poſſeſſoria coram iudicibus ſecularibus tractari ſit ſolita pro omnibus,& quibuſcunque perſonis,& contra quoſcunque.

Cauſſa poſſeſſoria coram ſecularibus tractari ſolet.

3 Tertiò iudices illi eſſe debent,à quibus ad parlamentum immediatè appelletur. ibi, *reſſortiſſans ſans moyen,* iſtud etiam in recredentia ſeruari dixi.in art.1.in fi.ſuprà eod.

4 Quartò requiritur quòd aſsiſtant ſex ad minimum conſiliarij.ibi,*aßiſtans auec eulx iuſques au nombre de ſix conſeilliers,au ſiege,*& non valeret ſententia, ſi pauciores intereſſent, poſtquàm hic forma præſtituta eſt:qua omiſſa corruit actus.cap.cum dilecta.de reſcript.ſi tamen conſiliarij valetudine,aut alia iuſta cauſſa tenerentur, liberum eſſet iudici capere aduocatos illius curiæ, per text,& ibi Doctor.in l.ſi longius.ff.de iudic.cap.cùm plures.de offic.delega.in 6.melius eſt tamen conſiliarios expectare,ſi mora non eſſet longa.

Quæ pars pro ſententia ferenda expenſas faciat.

5 Sed quis ſoluet iſtis?Reſpon.is,qui petit & proſequitur cauſſam eſſe decidendam.Barto. in l. ſi poſtulauerit.in fin.princ.ff.de adulter.quia ille ſolus præbet cauſſam commiſsioni:& hoc communiter fit.Si verò iudex viſis allegationibus vtriuſque ſuper quæſtione dubitat,tunc ſi committat quæſtionem conſulendam:hoc expenſis vtriuſque partis fiet, & ſic communibus: quoniam vtraque pars præbet cauſſam commiſsionis ſecundum eum: & ſic deciduntur proceſſus quandoque commiſſariorum in parlamento & pro hoc facit l.generaliter.§.his de præſentibus.C. de iureiurand.Bald.in l.3.in fi.C.de adulter.

Sequi conſilium an iudex teneatur.

6 Et quamuis iudex non teneatur ſequi conſilium per l.quidam decedens,§.Papinia.ff. de adminiſtrat.tuto.hoc tamen non procedit,quando ex neceſsitate legis, vel ordinationis teneretur, vt hîc,alioqui legi non ſatisfieret:& quod fit contra legem nullum eſt.l.non dubium.C.de legib. quod probatur hîc,dum debet ſe ſubſcribere ſententiæ, & ſic approbare ſententiam, quam non approbaret:ſi non ſequeretur eorum conſilium, ideo vidi ſæpius iudicari in ſenatu pro hac ſententia,vt iudex conſilium requirere,& ſequi teneatur: facit text.& gloſ.in cap.nouit. de his quæ fiunt à prælat.& huius eſt ſententiæ Bartol.in l.1.§.ſi plures.quæſt.4.ff.de exercitor.actio.& Ioan. Andr.in addit.ad Specul.in tit.de requiſit.conſilij.verſic.vt autem.in verb.conſilium.& Panor.in c.cùm olim.col.2.verſic.vlterius quæro.de arbitr.& Bald.in l.vna.col.penult. verſi. ex dicto Rofred.C.ne liceat in vna eademque cauſſa tertiò prouocare.plenè Feli.in cap. penult. de conſti. & Maler.in tracta.electio.circa fin.12.quæſt.quicquid dicat Albertus Gaud. in tractat. de malefic. in rub.de multis quæſt.dependenti.à ſtatulib.verſic.item pone contineri.

A quibus cõſilium habẽdum ſit, an valeat ſententia ſine conſilio.

7 Quintò requirit iſte text.quòd ſint conſiliarij illius curiæ,ſiue tribunalis,ergo alterius tribunalis conſiliarij non admitterentur.argumen.cap.nouit.ibi, non decet te omiſsis membris aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ negotiis vti.de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſ.cap. & vbi conſiliarij ſupplicationum ſunt recuſati,poſſunt eligi conſiliarij curiæ in locum illorum,licet olim ſolerent accipi aduocati:hoc tamen fuit areſto reprobatum,ſed vbi non ſunt cõſiliarij in ſedibus, haberi conſilium ab aduocatis curiæ ſupremæ poteſt,vel ab aliis quibuſcunque ex conſenſu partium electis, expenſis communibus partium, vel petentis, qui poſteà recuperabit à victo. teſte Bald.in l.tertia.in fin.C.de adulte.Nam ſicut curia ſuprema,ſuper omnes volat: ita & aduocati ſupremæ curiæ ſuper omnes curias iuriſdictionis: Secus ſi eſſent alterius reſortus aduocati: ob hoc tamen non annullaretur ſententia:& ſæpius interfui in his ſententiis,licet aduocatus non eſſem in illis curiis maximè apud Bituriges:& in hoc regno nõ valeret ſentẽtia definitiua lata ſine conſilio:licet Bald.teneat contrarium in l.2.col.2.C.de ſenten. & interlocutio. quia minimè mutanda ſunt,quæ ſemper certam interpretationem habuerunt.l.minime,ff.de legibus.

Sextò

8 Sextò neceſſe eſt vt illi conſiliarij,qui conſulunt ſeotentiam ſic ferendam eſſe ſubſigoeot,& ſubſcribant.ibi,*qui ſigneront le dictum auec le iuge*,quod aduerſarium vocat Budæ.in forenſ.& hoc ſolent iudices ſeculares ſeruare in his poſſeſſoriis & maximè in crimioalibus, vt conſultores ſignent concluſionem ſententiæ,& idem io conſultoribus latrunculatorum,& mareſcallorum:ſecus in iudicibus eccleſiaſticis, qui iſtas ſubſcriptiooes noo requirunt, ſed ſi requirerent, obediendum eſſet illis.

Conſulētes an ſubſcribere ſententiæ debeāt.

9 Vltimò in fine ſententiæ,ſeu aduerſarij fiet mentio illius,qui ſigoauit,& qualitatis illius:videlicet conſiliarius talis ſubſcripſit,vel talis aduocatus:vel ſi non eſſet aduocatus dicat,doctor: vel aliam qualitatem exprimat.& alia requiſita ſcripſi in artic.primo in fin.ſuprà eodem,quæ hîc pro repetitis habeantur.

Françoys artic. X L I X. *des publ.*1539.

Apres le poſſeſſoire intenté en matiere beneficiale, ne ſe pourra faire pourſuicte par deuant le iuge d'egliſe ſur le petitoire, iuſques à ce que le poſſeſſoire ait eſté entierement vuydé par iugement de pleine maintenue, & que les parties y ayent ſatisfaict & fourny,tant pour le principal,que pour les fruictz, dommages, & intereſtz.

Articulus ſextus.

GLOSSA VNICA.

1 PRimum huius text.dictum eſt,quòd poſtquàm poſſeſſorium fuerit inchoatum,& intentatum io materia beoeficiali:non poterit petitorium proſequi coram iudice eccleſiaſtico,quouſque integrè poſſeſſorium fioitum fuerit.nō dicit ſimplieiter quòd pars oon poſsit perſequi, ſed quouſque finitum ſit poſſeſſorium, ne coram diuerſis fatigetur iudicibus.l.oulli.C.de iudici. & hic articulus eſt in rubr. *des cauſes poſſeſſoires beneficiales*.ſed hic culpa tranſcribentis mutatus eſt.

Secuodò text.declarat quando finitum dicatur poſſeſſorium per iudicium, id eſt, per ſeotentiam pleni poſſeſſotij,id eſt per plenam manutenentiam:quod eſt quando cauſſa poſſeſſoria tota deciſa eſt:quia tres ſententiæ, vel quatuor ſolent proferri in his poſſeſſoriis.Prima reſtitutioois eorum quæ partes receperunt:& vocatur ſententia reſtabilimenti.Secuoda ſequeſtratioois.Tertia recredentiæ.Quarta manutenentiæ.vt ſuperius artic.primo dictum extitit:ſed in ſequeſtratiooe prima iungitur.

Quatuor in cauſſa poſſeſſoria ſententiæ.

Tertiò elucidat,an ſufficiat pleni poſſeſſorij ſeoreotiam eſſe latam,vt ſtatim petitorium poſsit intentari coram iudice eccleſiaſtico, & reſpon.quòd non:ſed oportet quòd partes iudicato ſatisfecerint,& ſoluerint tàm pro principali,quàm pro fructibus,damnis,& intereſſe.

2 Ratio multiplex eſt, ne ſententiæ poſſeſſoriæ eluſoriæ, & ſioe effectu ſint: quæ non debeot eſſe,ſicut nec aliæ.l.ſi prætor.ff.de iudic.dixi ſuprà,in præfatio.

Secundò ne pars alteram partem diuerſis proceſsibus implicet:& negotium confuſione quadam iudiciiique ordinem perturbet.cap.tuam.de ord.cognitio.

Tertia ratio eſt ſecundum quoſdam,ne cauſſæ continentia diuidatur.l.nulli. C. de iudic. ſed non video iſtam rationem conuenire textui:quia finito poſſeſſorio, quo terminetur petitorium, nil noeet,licet coram alio iudice,hîc non dicitur de eo:ſed aliæ duæ rationes mihi vidētur coouenire text. quia rationes licet bonæ ſiot, oportet tamen quòd conueniant text. cui inſeruntur: aliàs nil eſt aliud facere,quàm tranſcribere,& de charta in chartam tranſferre: quod parum prodeſt:vt dicit Ioan.Fabr.in inſtit.oon recordor tituli nuoc.

Rationes plures cur petitorum non poteſt quis proſequi antequā fecerit indicatum in poſſeſſorio.

Quarta ratio eſt: Qui actionem proponit, neceſſe habet vſque ad finem litem exercere. authentic. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & ſic proſequi poſſeſſorium vſquequo finitum fuerit.

Quinta eſt,qui prior appellat,prior agat.l.qui prior.ff.de iudic.& actio,quæ prius eſt propoſita,prius eſt tractanda.capit.cùm dilectus.de ordine cognitio. Si iudicium poſſeſſorium eſt prius intentatum,ergo prius tractandum,& diffiniendum & exequendum: & ſic quamuis iſte text. loquatur in materia beoeficiali poſſeſſoria, habebit tamen locum etiam ex paritate rationis in alia materia,etiam prophana:vt fuit deciſum in hoc ſenatu anno 1544.die 13.Maij.

Areſtum.

3 Et ſic iuri conueniens eſt iſte articulus,vt prius de poſſeſſorio cognoſcatur & proouocietur, quàm petitorio,cap.ſecundo.ibi, deinde prius audiant atteſtationes de poſſeſsiooe, & proouncient.de cauſſa poſſeſsionis & proprieta.l.ſi de vi.ff.de iudic l.ordinarij.de rei vendicatio. C. & l. incerti.de interdict.imò à petitorio eſſe ſuperſedendum,ſi intētatum fuerit poſſeſſorium donec deciſum fuerit,ſtatuit cap. paſtoralis. & cap. cùm dilectus. de cauſſa poſſeſsio. & cap.ſignificauerunt.de teſtib.cap.fio.de iudic.vbi Cardi. ſic ſcribit. Nota quòd ordo vt prædiſcutiatur poſſeſſorium procedit etiam quoad executionem: vt ſententia ſuper eo lata mandetur executiooi antequam audiatur petitorium:ex cuius viſceribus puto hunc articulum egreſſum fuiſſe.hoc ſequuntur Bartol.& alij in l.naturaliter.§. primo.de acquirend poſſeſsio.ff. Panorm. per illum textum.

Iuricōuenit ut poſſeſſorium prius finiatur & exequatur.

in cap.

in cap.item cùm quis.in vltimo nota.de reſtitut.ſpoliato. & cap. fio. de ordine cognitio. hic tamen planè explicatur,vt iotentato poſſeſſorio coram iudice ſeculari, id eſt poſtquam fuerit motum poſſeſſorium,non poſsit deduci coram iudice eccleſiaſtico peõtorium,niſi plenè diſcuſſum & vacuatum fuerit poſſeſſorium : & executio ſuper illo facta fuerit : quamuis de iure canonico vtrumque poſſet vno iudicio terminari.per text.in cap.ſecuodo.de cauſſa poſſeſ.cap. cum eccleſia.& cap.paſtoralis.quod procedebat,quando idem iudex poterat cognoſcere de vtroque : alioqui ſeruabatur,quod hîc ſcribitur.

Vtilius ut poſſeſſoriũ prius finiatur.

4 Tameo in Francia ſeruatur, vt ante finitum poſſeſſorium omnino non recipiatur petitorium,& hoc eſt vtile ad ſequentia:quia interim durante petitorio,poſſeſſor capiet fructus.tex.in l.is cui.§.qui legatorum.ff.vt in poſſeſsio.legato. oam poſſeſsio produxit actũ acqniſitionis fructuum l.3.§.ex conttario.ff.de acquitend. poſſeſ. vt diſtinguit Barto. in l. & ex diuerſo. ff.de rei veodic.glo.& Panor.io c.grauis.de reſtitu.ſpoliato.

5 Secundò poſſeſſor io dubio abſolui debet,ſi petitor de iure ſuo noo docuerit.l.fin.C. de rei vendica.reg.cùm ſiot partium iura.de regul.iuris in 6.§.retinendæ.de interdict.in inſtitu. duodecim poſſeſsionis commoda ſcribit de Ripa.io c.ſæpe.col.2.de reſtitu. ſpoliato. & exitus controuerſiæ poſſeſsionis eſt, vt prius pronunciet iudex vter poſsideat : ita enim fiet, vt is qui victus eſt,de poſſeſsione,petitoris partibus ſungatur,& tunc de dominio quęratur.l.exitus.ff.de acquirend.poſſeſ.

Poſſeſſor ab expenſis an releuari debeat ſuper petitorio.

6 Tertio vltra eum poſſeſſor releuari debet ab expenſis,licet alius obtinuerit in petitorio,teſte Alexand.conſi.76.io cauſſa.in ſecundo volumine.& conſil.45.viſa facti.io 3.volumine.& conſi. 130.viſa.in 5.volumi.per tex.in l.vtique.ff.de rei vendic.Soci.plenè coosil.98.iuſtiſsimè, in 4.vol. quia iuſtè poſsidet, poſtquàm authore prætore poſsidet.l.iuſtè.ff. de acquit. poſſeſsio. Sed boc non exactè ſeruamus in Francia,imò ad expenſas condemnari ſolet, qoi eſt victus in petitorio: licet in poſſeſsione victor fuiſſet ratiooe diuerſæ inſtautiæ.l.naturalirer.§. nihil commune. ff.de acquiren.poſſeſ.Sed vtraque opinio fortè conciliari poteſt : quia non ſolet condemnari poſſeſſor ad expenſas primi proceſſus poſſeſſorij, ſed ad expenſas vltimæ inſtantiæ petitorij : nec ad fructus perceptos,niſi à tempore litis conteſtatę ſuper petitorio,alios verò lucratur,quia authore prætote poſsidebat.per d.l.iuſtè.& l.cùm fuodus.ff.ſi certum petat.

Partes an poſsint & petitorium & poſſeſſorium ſimul proſequi.

7 Quattò habet locum iſte text.ſecundum quoſdam,vt petitorium noo ſit proſequendum oõ vacuato poſſeſſorio,etiam ſi partes vellent:quia hic tex.omnino negat poteotiam, dicendo, *ne ſe pourra*,ergo nullo modo,& legi prohibitiuæ partes renunciate non poſſunt. pet gloſ. ſing. in l.1. C.ne fideiuſſo.dotium dent.facit gloſ.ſiog.in cap.1. de reg iur. in 6. etiam cum iuramento legi prohibitiuæ partes noo derogant:vt firmat Iaſ.inſti.de acti.in proœ.oume.22. & hic text. prohibet, & alteta ordinatio, ne vtrumque ſimul quis proſequatur : ideo nemo poteſt facere quin in ſuis actibus leges obſetueotur.l.nemo.ff.de legat.1.poteruot tamen partes conueoire, vt plenum poſſeſſorium adiudicetur tali,& quoad fructus, damna, & intereſſe : & prolato iudicio manuteoentiæ,& partibus ſic conuenientibus poterit fieri proſecutio petitorij:quia ſatisfáctum eſt huic tex.diſponenti poſſeſſorium deciſum eſſe debere pet iudicium,ibi,*par iugement*.Sed quantum ad ſatisfactionem,hoc tangit partes,ideo ſufficit quòd ſuper his ſiot concordes:licet noo ſint taxati fructus,nec damna,vel intereſſe:quia nihil aliud agit prætor,quàm vt partium cootrouerſiam dirimat:quibus ſi ſponte ceſſeriot,debebit id ratum habere.l.ptima.§.inde.ff.de no.oper.nuncia. & ſic requiritur ſententia pleoi poſſeſſorij antequàm poſsit moueri petitorium : ſed aoteà poterit etiam iudex ex officio procedere:vt docto.per illum text.dicunt in c. 2. de cauſ. poſſeſsio. quod non permittetetur in Frãcia io his,quę tangere poſſent beneficij fructos:ſed poſſet epiſcopus interim ex officio inquirere de eccle.ſeruitoribus,& an deſeruiant in diuinis, & in illis prouidere: vt plenè explicat glo.in §.iuquirant.de pacific.poſſeſ.in prag.

Iudex eccleſiaſticus ex officio quãdo procedere poſsit durante poſſeſſorio.

Petitorium, an una pars altera inuita deducere poſsit.

8 Liberum eſt etiam partibus ante poſſeſſorium petitorium inchoare. l.is qui deſtinauit. de rei vendica.c.paſtoralis.de cauſſa poſſeſsio.ſed poſteà poſſeſſorium vna pars relinquere non poteſt, niſi ſit vacuatum, cùm ſemel fuerit incœptum : imò ſi vna pars velit prius petitorio agere, altera poterit prohibere, niſi actor cooſenſerit eidem poſſeſſorium coram iudice laico : & ita vidi ſeruari.

Nec obeſt iſte text.quia loquitur poſtquàm motum fuerit,& intentatum poſſeſſorium : ſecus igitur antè,vt probat text.ibi,*apres le poſſeſſoire intenté*:Nam qui ſemel actionem propoolt, neceſſe habet vſque ad finem litem exercere.autheo.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex.

9 Et haberet locum iſte tex. ſiue poſſeſſorium fuerit intentatum ante petitorium, ſiue ſimul vtrumque,ſiue poſt,quia tunc licitum eſt parti proſequi poſſeſſorium,& ſuſpendere petitorium per iſtum tex.& in cap.2.cap.paſtoralis. & cap.ſequent.de cauſſa poſſeſsio.clem. vna. illo titul. & declaratur hic, quòd ſuſpendetur petitorium, donec plenè deciſum & execotum fuerit poſſeſſorium.

Plenè reſtitui debent omnia,antequam petitorium inte[n]tetur.

10 Quintò quãuis d.de rota.in deciſ.319. licet ſpoliato.in no. concludant in ſpoliante, vt non debeat auditi ſuper petitorio,donec fructus,expenſas,& omnia plenè reſtituerit ſpoliato.per c. 2. & c.fio.de ordi.cognitio c.Piſanis.de reſtitu.ſpoliato.& in hoc text.*entierement tant pour le principal,que pour les fruictz,dommages & intereſtz*.& ſententia plenè executioni fuerit tradita : tamen ſecundum eos non habet locum,quando ſpoliatus fuit condemnatus:quia primum eſt priuilegium

in ſpolia

in ſpoliati fauorem introductum, & in odium ſpoliantis: quod non eſt quando ſpoliatus fuit condemnatus: ideo ſi ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, etiam ſpoliatus non audietur: niſi etiam expenſas reſarciat, teſte Ioan. Staphi.in tract.de literis gratiæ. fol. 181. verſic. quando ſenten.ſed in Francia ſiue agatur de ſpoliatione,ſiue de alio quocunque poſſeſſorio,habebit locum iſte text.vt non audiatur volens proſequi petitorium,niſi plenè ſatisfecerit ſuper poſſeſſorio, & ſuper damnis,& intereſſe.per iſtum tex.dixi in repetitio l.vnicæ. in præfa. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.C.ſiue condemnatus fuerit ſpoliatus, ſiue ſpolians per iſtum tex. generaliter loquentem,ſiue ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam, ſiue non:cum hic tex. nõ diſtinguat ſed ſimpliciter loquatur, *ne ſe pourra faire pourſuyte.* Ergo à nullo fiet proſecutio, & ita fuit iudicatum in hoc ſenatu contra d.de la Roquebrou in Aruernia,pro d.de Montald,hoc anno 1541. me præſente in magna camera.

Areſtum.

11 Sextò ſi is,qui obtinuit in poſſeſſorio,non curat,vt ſententia exequatur,quia fortè poſsidet: debet ei aſsignari dies per iudicem,intra quem executionem proſequatur:aliàs poterit pars aduerſa proſequi petitorium:& permittetur ei à curia,dando tamen cautionem de ſoluendo id,in quo condemnari potuit,& quantum exponi poſsit in exequendo:ſic fuit dictum pro magiſtro Petro du Puy contra Iacobum Volant Rapine anno 1521.die 4.Decembris.ne iſte poſſeſſor in fraudem renuat executionem petere poſſeſſorij,vt nunquam perueniatur ad petitorium:& ſuccedit regula,quod per me non ſtat,mihi non eſt imputandum.l.in iure.ff.de regul.iur.ſed non ſtat per illum qui vult petitorium proſequi,quo minus ſatisfaciat:ergo illi non debet imputari.

Si poſſeſſor non curat exequi ſententiã poſſeſſorij praxis.

Areſtum.

12 Septimò licet iſte text.loquatur in petitorio,etiam habet locum in poſſeſſorio:vt non audiatur proſequi volens plenum poſſeſſorium,donec ſatiſfecerit ſententiæ primi decreti,quam recredentiã vocamus,& plenè ſatisfecerit:vt fuit deciſum in hoc ſenatu die 2.Auguſti,anno 1512.idem in ſententia furnimenti,& ſequeſtrationis,ne ſententię illuſoriæ ſint.l.ſi prætor.ff.de iudic.etiam quia recredentia eſt executoria:vt ſuperius artic. 1. abundè ſcripſi: & probat iſte tex.loquens de poſſeſſorio, ergo & de ſingulis eius ſpeciebus, & partibus. l. ſi quis cum totum. ff. de excep. rei iudicatæ.

Qui non ſatisfecerit recredẽtiæ, non poteſt plenum proſequi poſſeſſorium.

13 Octauò notandum eſt,quòd ſi quis appellat à ſentẽtia recredentiæ,vel aliàs executoria, non debet in literis appellationis poni hæc clauſula, inhibemus, ne aliquid in præiudicium appellationis attentent,nec innouent: aliàs tales literas nullas & abuſiuas declarauit ſenatus, anno 1534. die 24.Nouembris.quia illa clauſula eſt contraria executioni, ergo poni non debet:quæ ſic ſolet deſcribi in aliis appellationum literis, *en faiſant aux deſſus dicts, & aultres qu'il appartiendra, & dont ſeras requis, inhibition & defenſes de par nous,ſur grandres peines, à nous applicquer, que pendant la dicte cauſe d'appel contre, & au preiudice d'icelle, ne du dict appellant, ilz n'attemptent, ou innouent, facent; ou ſouffrent attempter, ou innouer, aucune choſe, en quelque maniere que ce ſoit &c.* & iſta clauſula elicitur ex rubr.ff.nil nouari appella.pendent.de qua abundè dicam in ordina.reg.rubr.de appella. & ſic dum licet iuris vel ordinationis authoritate poſt appellationem innouare, iſta clauſula nil nouari non apponetur in literis appellationum,alloqui deſcribi poterit,& eſt neceſſaria.

Clauſula nil nouari, non debet apponi in literis appellationis à ſententia executoria.

14 Nonò licet pendente appellatione ſuper fundo,quis dicatur poſſeſſor immobilium:l.ſciendum.§.ſi fundum.ff.qui ſatiſda.cog. Tamẽ quando materia eſſet executoria,facta executione non eſſet poſſeſſor,quia non poſsidet,qui ſub manu regia interim poſsidet.Henric.boic.in c. exhibita.de iud.doct.in d.l.ſciendum.& ſic non releuatur à ſatiſdatione vel cautione, quam nõ præſtat bona poſsidens immobilia:vt ibidem ſcribitur.

Pẽdente appellatione an quis poſſeſſor immobilium cenſeatur.

15 Decimò iudicium poſſeſſorium integrè deciſum & vacuatum eſſe debet antequàm petitorium moueatur,ibi, *entierement vuydé,* in totum & in omnes eius partes,adeò quòd nil ſuperſit de poſſeſſorio:& pro hoc facit text.in l.procuratoris.§.primo.ff.de tribu.acti.ibi,cùm ſi ſeruus ordinarius ignoraſſet,deduceretur integrum,id eſt totum,quod ei à vicario deberetur.& in §. fin. ibidem dicitur integra portio.de hoc plenè ſcripſi in l.ſilua.§.integra autem. ff.de verb. ſigni. & ſic requiritur hîc integra deciſio poſſeſſorij vſque ad manutenentiam incluſiuè.

Integrè quãdo dicitur iudicium vacuatum & finitum.

16 Vndecimò requiritur quòd partes iudicato ſatisfecerint,id eſt iudicatum fecerint:vt dixi in l.verbum faciendi.ff.de verbo.ſignific.ſatisfactum accipimus,quemadmodum creditor voluit, licet non ſit ſolutum,ſiue pignoribus ſibi cauere voluit,ſiue fideiuſſoribus,ſiue reo dato,ſiue pretio,& generaliter dicendum erit,quoties recedere voluerit creditor à ſolutione,vel obligatione, videtur ei ſatisfactum:ſi vt ipſe voluit ſibi cauit,licet in hoc deceptus ſit.l.ſi rem.§.omnis. ff. de pignor.actio.ergo ſatisfacere eſt deſiderium alterius implere.l.1.ff.qui ſatisdat.cogant. ſcripſi in l. ſatisdationis.ff.de verbo.ſignifi.& non ſolum oportet hîc ſatisfacere,ſed furnire, id eſt præbere, & ſuppeditare id, ad quod tenetur per ſententiam:vt alibi dico de hoc inferius, artic. 9. ſed quid debeat præſtare,ſequitur.

Satisfactum quando dicatur.

17 Duodecimò debẽt partes ſatisfeciſſe,& iudicato paruiſſe tàm quoad principale,quàm quoad fructus,damna,& intereſſe.Primò tex. dicit quoad principale: nempe ſi beneficium fuerit per iudicium manutenentiæ adiudicatum actori: non audietur reus proſequens petitorium, donec actorem poſſeſſorẽ fecerit illius beneficij:hoc probat iſte tex.ibi, *tant pour le principal &c.* de principali not.docto.in l.ſi quis nec cauſſam.ff.ſi certum petatur,ego alibi de hoc ſcribam.

In quibus partes ſatisfacere debent.

18 Secundò pars debet reſtituere fructus,quos receperit,vel recipere debuerit, ſi ad illos fuerit cõdemnata,nempe iſta paria ſunt.l.quod te.ff.ſi certum pet.ſi tamẽ archidiaconus,vel capitulum

eos depor

eos deportus cauſſa,vel alia ratione perceperit,vt in c.ſi propter,de reſcript. in 6.nō tenebitur illos pars reſtituere,ſed condemnatus cenſetur ad fructus, quos recepit tātum. & fructus deductis impenſis intelligo.l.fructus.ff.ſoluto matri.& hoc eſt declaratum infrà artic.16.in ſimili caſu. Intellige quòd fructus liquidos reſtituere tenetur,damna,& expenſas:vt inferius dicetur,de non liquidis verò pars cautionem dare tenetur, antequam petitorium proſequi poſsit. per l.ſtatuliber. rationem.ff.de ſtatuliber.& ſic iudicauit ſenatus anno 1544.die 13.Maij.

Damna non liquida & expēſa per ſatiſdationē reſeruātur.

Areſtum.

In expenſis pars ſatiſfacere ante quàm audiatur,debet.

19 Tertiò debēt partes ſatisfeciſſe quoad damna & intereſſe,quid damnorum nomine veniat, docet.l.3.ff. de damno infec. omnem patrimonij diminutionem, & glo.in verb. damnorum. de friuol.appellat.in pragmat,quid autem nomine intereſſe,dixi lucrum ceſſans, & damnum emergens venire.in præfa.ad l.vnicam.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.

20 † Hic nil dicit de expenſis,an comprehendantur:breui puto quòd ſic,tum quòd ratio huius text.in his habet locum,videlicet ne ſententiæ poſſeſſoriæ ſint eluſoriæ,& ſine effectu:quę eſſent,ſi non teneretur pars etiam præſtare expenſas,ſi ad eas fuit condemnata:& quia damnorum appellatione veniunt expenſæ,quæ diminuunt patrimonium, ſicut damna.l. quod dicitur. ff. de impenſ.in reb.dotal.fact.gl.in d.verb.damnorum : tùm quòd propter has impenſas pars diuerſis proceſsibus implicaret partem,& conueniret : & aliæ rationes fermè ſuperius ſcriptæ habent locum in expenſis.igitur & text.deciſio:ob id antequàm pars, quæ ſuccubuit in poſſeſſorio, poſsit mouere petitorium,debet etiam ſoluere expenſas.& ita cēſuit ſenatus anno 1543.die 22.Nouembris,cum appellatum fuiſſet tanquam ab abuſu à iudice eccleſiaſtico,qui coram eo procedēdum ſtatuerat in petitorio,antequam expenſæ ſolutę eſſent : & fuit dictum perperam & abuſiuè pronunciatum:quę ſunt bene notanda.(alia vide in tract. de cauſis benefi.poſſe.artic.12. vbi iſte artic. eſt repetitus.)

Areſtum.

Charles VII. artic. XI. *des premieres.*

Articulus ſeptimus.

Item & pource que ſouuentesfoys pluſieurs par fraude & malice ont au temps paſſé interiecté pluſieurs appellations,pour empeſcher les executions des ſentences,ou condemnations de iuges,au executions de noz lettres,ou des lettres de iuges, ou des cas de complainte en matiere de ſaiſine & de nouuelleté,d'applegemens,cōtre plegements,de requeſtes,de lettres , garniſon de main par vertu d'obligations faictes ſoubs ſeelz autentiques , d'adiournemēts ou aultres exploicts, tant en matieres ſimples que priuilegiées en cauſes ciuiles: & icelles appellations ont releuées en noſtre dicte court de parlement. Et par le moyen des dictes appellations les executeurs ceſſoyent de plus auant proceder en leurs executions , adiournements ou exploicts; & obſtant les dictes appellations le principal des dictes parties y a eſté aſſopi : & tellement que pluſieurs en ont perdu leurs bons droicts. Nous voulans obuier à telles fraudes & malices,auons ordonné,decerné,& declairé:ordonnons, decernons & declairons,que les executeurs de ſentences diffinitiues ou interlocutoires,ou aultres appointements iudiciaires,dont il n'a eſté appellé,procederont à l'execution des dictes ſentences,iugements,ou appoinctemēts iudiciaires ſans faire toutesfoys aucune alienation,ou diſtration des biens prins par ledict executeur , non obſtant que la partie contre qui eſt donnée la ſentence,iugement,ou appoinctement,appellé d'iceulx executeurs ; & duquel appel des dicts executeurs la cognoiſſance appartiendra aux iuges , dont procedent les ſentences & iugements:& ſeront releuées icelles appellations par deuant eulx ; Leſquelz iuges,s'ilz trouuent que les ſergens,ou executeurs ayent excedé ou delinqué au faict de leur execution,& de leurs offices,corrigeront iceulx executeurs ; ou ſergens ; & les condamneront à dommages,intereſtz,& deſpens des parties bleſſées:& en amendes ſelon l'exigence des cas. Et ainſi le commandons , & enioignons à tous iuges , & ſur peine d'en eſtre repris par nous,& noz iuges.

GLOSSA PRIMA.

Tres cauſſæ huius conſtitutionis.

1 Iste articulus melius quàm alius deſcribit plures caſus executorios & priuilegiatos, & cauſſas ſtatuendi:videlicet vt executor non obſtante appellatione exequatur,nec tenetur etiam de iure ſuperſedere ante inhibitionem,per text.in capit.nouit. de appella.probat Ioan.Fabr.in l.ab executione.C.quorum appella.non recipiant.Rationes huius conſtitutionis audire. Prima eſt : quia multi per maliciam & fraudem paſsim appellabant:& ob illorum appellationes ſententiæ exequi non poterant:nempe iuriſconſ. ait in l.tutor. ff.de vſur.quòd tutor condemnatus per appellationem protraxerat executionem ſententię:& ſic ſententiæ remanebant illuſoriæ:quòd eſſe non debet.argu.l.ſi prætor.ff.de iudic.

2 Secunda,

2 Secunda, quia appellatio grauamen oppreſſorum, non remedium malignantium eſt. l. 1. ff. de appel. Hoſtien. in ſumma de appel. in §. quare appellatio ſit introducta. & eſt præſidium innocentiæ. c. cùm ſpeciali. §. porrò. de appella. & remedium fauorabile, & æquitatem ſapiens teſte Alex. conſil. 113. viſo themate. col. 1. in quinto vol. Nam contra venenum iudicum data eſt theriaca appellationis: vtor verbis Bald. in l. 1. C. ſi à momenta. poſſeſ. fuerit appel. & olim ſic ſtatutum erat, moratorias appellationes, & eas quæ ab executoribus, & confeſsis fiunt, recipi non placuit in lib. vlti. Iulij Pauli, recepta, ſeu rub. de reddendis cauſsis appellationum.

Appellatio remediũ & theriaca oppreſſorum.

3 Ideo interpretatio fieri debet in dubio, quòd poſsit appellari, & quòd appellatio valeat. gl. in cap. vt debitus, in verb. rationabiliter. de appel. Bart. in l. 1. col. 2. ff. nil nouari apel. pendent. Bald. in l. de ſtatu. ff. de teſtamen. & in dubio appellatio admitti debet. Iaſ. in l. 1. in 6. nota. ff. Si quis cautio. Dec. conſil. 28. pro tenui. col. fin. & in c. ſuper eodem. col. 3. de appellat. & in dubio debet dici appellationem non eſſe deſertam: quia per hoc iudex vtrique parti conſuluit. Dec. conſil. 356. in cauſſa, & conſil. 677. viſis. in princ. & Iaſ. conſil. 16. dubitatur. in fin. volu. 3. niſi eſſemus in materia, in qua regulariter appellatio non admittitur: tunc regulæ ſtare deberemus. Dec conſil. 524. in fin.

Appellatio in dubio recipiẽda, nec eſt deſerta pronuncianda.

4 Cùm igitur regulariter in omnibus cauſsis poſsit appellari, tàm in maioribus, quàm in minoribus. cap. de appellationibus. de appel. l. & in maioribus. C. illo tit. & à quacunque ſententia quælibet appellatio cenſetur permiſſa, niſi ſpecialiter prohibita reperiatur. glo. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. in fin. gloſ. vlti. ideo ſtatutum vel ordinatio prohibens appellationem, videtur eſſe cõtra ius, ob id reſtringendam. ſed iſtæ ordinationes ſunt fauorabiles, nempe appellationem non prohibent, ſed volunt executionem fieri poſſe non obſtante appellatione, & ſi poſtea inueniatur iuſtam eſſe appellationem, dicetur bene appellatum, & male iudicatum, & executum: & ratione executionis condemnabitur exequens in damnis, intereſſe, & expenſis.

Statutũ vel ordinatio prohibens appellationem an ſit odioſum.

Et ſic iſti articuli tendunt, vt pendente appellatione ab executore executio fiat: & licet nil ſit innouandum appellatione pendente. rub. nil innouari. hoc tamen fallit, quando innouatio fieret ex legis permiſsione: vt hîc. & l. per hanc. C. de temporib. appel. Soci. in tractat. fallen. reg. 21. appellatione, dixi ſuperius artic. proximo.

Quãdo pendẽte appellatione innouari iure poßit.

5 Tertia cauſſa eſt, quia ratione harum appellationum ſæpius principalis res admittebatur, & iure ſuo quis priuabatur: vt inferius patet in gloſ. 4. ecce tres cauſſas inducentes conditorem ad ſtatuendum, vt ſequitur.

Quarta vltra text. eſt. qui à ſententia non appellauit, videtur eam approbaſſe. per l. primam. C. de poſtuland. cap. quod ad conſultationem. de re iudic. Panor. conſil. 73. in diſputatione. col. 10. in 1. volu. Ideo quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. regula quod ſemel. de reg. iur. in 6. & quoad aliquis probauit, non poteſt reprobare. l. Pompo. ff. de nego. geſtis. l. in arenam. C. de inoffi. teſta. ideo quis debet appellare etiam in executoriis: licet executio nõ ceſſet ob appellationem, tamen poſteà ſuam proſequetur appellationem, quam aliàs proſequi non poſſet.

Sentences ou condemnations des iuges.

GLOSSA SECVNDA.

Sententias vocat diffinitiuas condemnationes, alias, vt pote præcepta in confeſſos facta. iuxta l. ſi debitori. ff. de iud. vbi ſcripſi dando ei nouum intellectum, vel alias condemnationes ſine figura proceſſus. vel poteſt expoſitiuè accipi, *ſentences & condemnations.*

Nam ſæpe compertum eſt, vt coniuncta pro diſiunctis, & diſiuncta pro coniunctis accipiantur. l. ſæpe. vbi ſcripſi. ff. de verb. ſignific. primus intellectus verior videtur.

Ou executions de noz lettres, ou des iuges.

GLOSSA TERTIA.

1 Plures appellant vt literarum executionem regiarum vel iudicum impediant: ideo ſtatuitur quod ſequitur. Colligite tamẽ quòd ab executione literarum regiarum appellari non debet: quia conceſſum à principe exequendum eſt. c. ſi quãdo. de reſcript. niſi literarum executor modum excedat. teſte Ioan. Gallo in quæſtio. per areſta. quæſt. 115. ſicut nec à reſcripti conceſsione, teſte Fabr. in l. qui ex relationibus. C. de legib. quamuis ſi quis per epiſtolam nos conſuluerit, & nos illi quippiam reſcripſerimus, omnibus qui volent aduerſus reſcriptum prouocandi copia erit. Nam ſi quæ per epiſtolam comprehenſa ſunt, vel falſa, vel aliter ſe habere docuerint, nil per nos præiudicij factum eſſe putetur, qui ita reſcripſerimus: quia ſi ſcriptis ad nos relata, aliter ſe habuerint. l. 1. §. ſi per epiſtolam. de appella. ff. ſed hodie praxis Franciæ ſeruat, quòd vbi reſcriptum non requirit comprobationem, ſed eius verificatio fieri optatur in loco non iuſto, vtpote extra regnum: tunc ab executione appellatur, non autem à conceſsione: quia grauari vel vexari quis non dicitur ex ſola conceſsione, ſed ex executione. clem. 1. de reſcript. & ideo practici dicunt ſe appellare ab executione, & ab inde ſecutis.

Ab impetratione literarum an appellari poßit, vel ab executione.

2 Ideo quando appellatur ab executore literarum regiarum, ſolet appellari ad ſenatum, & non ad inferiores iudices: & idem vſurpatur, cùm ab executione literarũ apoſtolicarum: vt ſcripſi in

T

d.rub. de conſtitu.in concorda, vbi allegaui areſtum. Sed in executione quarumcunque aliarum literarum inferiorum ad concedentem appellari ſolet.

3 Si verò citetur pars ad comprobationem reſcripti, ſeu eius interinationem,non debet citatus prouocare,ſed cauſſas allegare iudici,ob quas verificari reſcriptum non debet, ſed reiici: & ſi iudex non obſtantibus cauſsis allegatis pronunciat literas verificandas, ab iſta pronunciatione pars appellare poterit.d.l.1.ff.de appella.vbi docto.

Tria remedia contra literarum executioné.

4 Et ſic tria remedia potiſsimè dantur contra executionem literarum:primò,ſi non approbentur,ſed virtute illarum apparitor exequatur,præcipiendo quicquam facere ſoluere, vel aliud: & tunc pars ſe opponere debet.iuxta l.primam.vbi Bartol.C.de executio rei iudicat.ſi verò concedatur quicquam per reſcriptum,etiam ſine verificatione:tunc non à conceſsione ſed ab executione pars appellabit,Si autem quis ad verificationem citetur, opponere poterit pars contra interinationem,ecce communem praxim Franciæ in his literis ſeruatam.

Ou des cas de compleincte en matiere de ſaiſine,& de nouuelleté,d'applaigements, contreplaigemens, de requeſtes, de lettres, garniſon de main, par vertu des obligations faictes ſubz ſéel authentique.

GLOSSA QVARTA.

ALius caſus eſt in quo appellabat dolo pars ab impetratione literarum in caſu nouitatis,vel ab executione,ne exequerentur literæ: ob id prouidetur hîc.de hoc reſcripſi in rubr.*des matieres poſſeſſoires*,& ſcribitur in rubric.de cauſſa nouitatis.in ſtylo parlamenti:& idem in applegiamentis & contraplegiamentis.

Item ſi quis à ſupplicationis & requeſtæ oblatione appellet, etiam non valet appellatio: vt hîc,*des requeſtes*,& artic.ſeq.

Alius eſt caſus *de garniſon de main*: vt quando quis eſt obligatus inſtrumento regio ſigillo ſigillato,tunc garnire manum debet, id eſt deponere & per prouiſionem ſoluere: vt plenè ſcripſi in tractat.de liter.obliga.artic.1.& per totum & inferius arti.ſequent.

Adiournements,ou autres exploictz tant en matieres ſimples que priuileigées en cauſes ciuiles.

GLOSSA QVINTA.

A citatione uerbali uel reali an & quando appellari poſſit.

ET ſic patet quòd à citatione verbali in ciuilibus non eſt appellandum:quia citatus poteſt comparendo iuſtificare grauamen, & allegare priuilegium ſuum, & petere remitti ad ſuum iudicẽ:& citatio ſola nõ grauat.per l.2.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.l.ſi quis ex aliena.ff. de iud. & ſi iudex illum non remittat, ſed pronunciet ſe iudicem competentem:tunc erit iuſta cauſſa appellandi.c.olim.de exceptio.per glo.fin.in authent. habita.C.ne filius pro patre.& ita firmat Bart.diſtinguendo tamen.in l.2.col.3.verſicul. Secundo principaliter quæritur.ff.de appel.recipiend. quem ſequitur Lanfranc.in repet.cap.quoniam contra.in verb.interlocutiones.col.28.verſic.quæro.de aliquibus quæſtionibus de probationibus,ideo non fuit receptus tanquam appellans Nicolaus Bouton, qui ſic appellauerat à Ducis Bituricen. Bailliuo:ſed reiectus à Senatu fuit:vt eſt videre in quæſt.per areſta.quæſt.126.

2 Imò etiam non poterit appellare,qui citatur in perſonam comparitturus: vt eſt in ordin.reg. Caroli 8.articulo.91.& ſi appellauerit,non obſtante appellatione apparitor citabit eum:vt eſt ſtatutum in ord.rub.*des adiournements perſonelz*.artic.3.& ſeq.

3 Primò limitatur,quando notorium eſſet,quòd ille ad quem eſt citatus, non eſſet eius iudex: vt pote quia citatur extra regnum, tunc ſolet appellari tanquam ab abuſu ad ſenatum. per text. in rubric.de cauſsis.& ibi dixi in concorda. & gloſ.in verb. niſi forſan. in capit.ſuper literis. de reſcript.vbi addidi.

4 Secundò,ſi nimis arcta eſſet dilatio data ad comparendum, tunc appellare liberum erit.cap. præterea de dilatio.vide tamen in c.1.ibidem quæ ſcribunt iuris interpretes.

5 Tertiò fallit, quando non poſſet ſecurè comparere nec per ſe, nec per procuratorem, tunc poterit appellare coram notario,& teſtibus, vel coram duobus notariis. per c.ex parte prima. de appel.cle.paſtoralis.de re iudica.Bald.in l.2.col.3.C.de epiſcop. audien. quia illud grauamen non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua:vt Bar.ſcribit in d.l.2.ff.de appel.recipiend.

6 Quartò à citatione reali,id eſt à reprehenſione & captura perſonæ appellare quis poteſt:quia tale grauamen non poteſt in diffinitiua reparari:cùm carcer ſit mala manſio.l.item apud.§.quæſtionis de iniuriis.l.ſi hominem.depoſit.l.in ſeruorum.ff.de pœnis.etiam illud grauamen non poteſt reparari in definitiua.

7 Non obſtante tamen appellatione apparitor eum capiet,& in carceres trudet:donec fuerit à ſuperiore ad quem fuerit appellatum,inhibitum:teſte Bart.in l.ab executione.C. quorum appellat. non recipiant.Angel.in tracta.de malefic.in gloſ.præſente Caio.verſ.quæro an appellatione. quia appellatio iſta eſt ab interlocutoria, in qua non eſt prohibitum innouare, donec ſit inhibitum.cap.non ſolùm.de appellatio.in 6.Bald.in dicta l.ſecunda,& ideo eſt ſtatutum in ordinatio. reg.

reg. Caroli ſeptimi.artic.13.eſt in rub.*des adiournemens perſonelz* articul.5.& ſeq.quod non obſtante quacunque appellatione apparitor debet capere delinquentem,& ad carceres ducere : & is iudex à quo prehenſio emanauit , poterit cognoſcere non obſtante appellatione facta ab executore : niſi ab ipſo iudice reus etiam appellauerit. gloſ. in verbo, nequiret. rubrica de cauſsis. in pragma.§.ſtatuit.

8 Quatiò intelligi debet non eſſe appellandum à citatione, ſiue fiat in cauſsis priuilegiatis, vt alimentorum,& ſimilibus executoriis,ſiue in aliis non priuilegiatis:quas materias hîc ſimplices, *ſimples*,id eſt non priuilegiatas nec executorias vocat : vt plene explicaui in §. prætereà in gloſſ. graduatis ſimplicibus.de collatio.in concorda.Guido Papę q.235.ſi quis.vbi dicit hoc de ſtylo & conſuetudine ſeruari.

Et icelles appellations ont releuées en noſtre dicte court de parlement.

GLOSSA SEXTA.

INtra quantum tempus iſtæ releuari debeãt appellationes ad parlamentum?Reſpon. intra tres menſes à die appellationis interpoſitæ computandas : alioqui deſerta erit appellatio:vt conſuluit Bald. conſi. 20. decreto illuſtris d. Marchionis in 1. volu.& refert eum Iaſ.conſil.16.dubitatur.in prin.in 3.vol.& iſta ſeruatur:vt dixi in tract.de appel.abundantius.in aliis verò curiis ſtylus curiarum eſt ſequendus.

Appellationes intra quantũ tempus ſint releuandæ.

Et par le moyen des dictes appellations les executeurs ceſſoyent de plus auant proceder en leurs executions, adiournements,ou exploictz. & obſtant les dictes appellations le principal des dictes parties y a eſté aſſopi, & tellement que pluſieurs en ont perdu leurs bons droictz.

GLOSSA SEPTIMA.

ECce quod per longas appellationes amittunt partes ius : vel ſaltem ius illorum opprimitur.per tex.in l.per hanc.C.de temporib.appell.ca.cùm ſit Romana.de appel.vbi plene docto.dicetur in tractatu,de appel.

Nous voulons obuier à telles fraudes & malices..,

GLOSSA OCTAVA.

PRincipis eſt ac iudicis maliciis hnminum obiuare.l.in fundo.ff.de rei vend.c.ſedes.de reſcript.& maliciis obuiandum eſt etiam cum malicia:quia clauum clauo trudere poſſumus,& cretizare contra Cretenſem:vt commune extat adagium. pro quo facit gl. in ca.cupientes.in verb.malignantium.de elect.in 6. vbi quem aduerſus calumniam dixit ſe poſſe etiam calumnia defendere:qund pluribus comprobat Hippo.ſing.177.Malitiis.& ignoſcendum principes cenſuerunt ei,qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemptum voluerit. in l.1.ff.de bonis eorum qui ante ſenten.mortem ſibi conſciuerunt.

Auons ordonné,dicerné,& declaire,ordonnons,decernons, & declarons,que les executeurs des ſententes diffinitiues,ou interlocutoires, ou d'autres appoinctemens iudiciaires,dont il n'a eſte appellé,procederont à l'execution des dictz.

GLOSSA NONA.

1 SEntentiæ diffinitiuæ executores non obſtãtibus appellationibus partium eam exequi poſſunt : & hoc eſt introductum rationibus prædictis:& quia partes malicioſè differebant appellare, quouſque ſentẽtiæ exequerentur:ideo ſtatuit hic executionem faciendã,non obſtãte tunc facta appellatione ſi intra decẽ dies non appellaſſet. Nempe ſententia,à qua non eſt appellatũ,exequi debet.l.4.§.ſi ex conuentione.ibi,manebit ordo executionis.ff.de re iudic.l. à Diuo pio.& l.debitoribus.ibidem.& labor eſt obtinere ſententiam, & grauius ipſam executioni mandare:nam per cauilloſas perſonas multa opponuntur contra executionem:teſte Petr.de Ferrar. in forma executionis ſententiæ in prin. ob id factæ ſunt nouiſsi-
2 mæ ordina.contra opponentes. † Sed ſi fuerit appellatum antea,interim executio ſuſpenditur:donec appellationis merita plenius ſint diſcuſſa.c.paſtoralis.§. præterea.de offi.deleg. niſi in
3 caſibus infrà deſcriptis, & prouiſionalibus. † Intellige quòd executor poterit exequi:ſi anteà non fuerit à ſententia appellatum, etiam ſi hodie pars appellare ab ea poſſet:nam ſi executio fiat intra decem dies datos ad appellandum : & pars non appellet antequam fiat executio : non obſtante appellatione poſteà facta ab executore is poterit exequi : vt hic patet : quia imputatur parti,quæ non appellauit,antequàm executio fieret,vel incõtinenti, vt in patria conſuetudinaria tenetur:vel cum citatus fuit ad executionem : & ſi hic tex. intelligeretur tantùm de illa ſententia,

Executores ſententiarũ quãdo poſt appellationem ſententias exequi poßint

à qua non poteſt appellari,non contineret dubium.contra l.quod Labeo.ff.de carbonia. edicto: ideo vt ſit de dubio, poteſt intelligi etiam eo caſu,quo pars poſſet appellare : ſed diſtulit,donec videret executorem, vt illi illuderet : ideo ordinatio ſtatuit iſta ad vitandam illam partis illuſionem,vt in ſimili Papa in c.bone 2.circa.fin.de poſtula.prælato.

4 Et ideo extat ordinatio curiæ facta anno 1499. die 15. Iunij , per quam permittitur ſingulis conſiliariis exequi areſtum eis commiſſum,non obſtantibus oppoſitionibus,& appellationibus, & ſine illarum præiudicio.

Quis iudex ſententiam exequi poſſit.

5 Sed quis iudex exequi poterit ſententiam ? Reſpon. quando iudex appellationis cognouit de appellatione,& confirmauit,vel infirmauit ſententiam, vel aliquid immutauit, tunc ad illũ iudicem appellationis ſpectat executio.authen.ſi quis litigantium.C.de epiſcop.audient.l.præcepimus.§.in his.de appel.gl.& docto.in c.paſtoralis.§.prætereà. de offic. delegat.quia actio oritur ex ſententia confirmante.gl.& docto.in l.cos.C.de appel.l.ſi quis priore.ff.ad Trebel.

6 Si verò iudex appellationis nõ cognouerit de cauſſa, tunc ad primum iudicem ſpectat executio:quia habetur ac ſi non eſſet appellatum.l.ſi.§.illud.C. de temporib.appel.& prima ſententia remanet firma:& ex ea agitur,& actio oritur.l.furti.§.1. ff. de his qui nota. infa.l. ſi contra.de appel. C. vnde ſi appellans non releuet appellationem intra tres menſes,vel eam non proſequatur: ſi iudex appellationis eam deſertam proferat,vel non recipiendam,vel fruſtratoriam, ad primum iudicem à quo ſpectat executio.vt Bartol.& alij ſcribunt in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.& in l.1.& l.à Diuo pio,in princ.ff.de re iudicat.quia eſt prioris iudicis ſententia,ob id illam executioni dare poteſt. Panor.in c. cùm in eccleſia. de appella.Aufrer.in q.84. deciſio. Tholoſa. Idem dicetis, quando appellans renunciat vel acquieſcit appellationi. Et ſolent iudices appellationis interdum remittere executionem ad primum iudicem, maximè quando ipſi non cognouerunt , & potiſsimè in criminalibus : vbi etiam ſi iudex appellationis cognouit,remittit executionem ad primum iudicem : vt is delinquens in loco puniatur,in quo ſcelus perpetrauit : vt in rubric.vbi de crimine agi oporteat.authen.qua in prouincia. C. patet.

Praxis exequendi ſententias.

7 Notandũ eſt quòd quãdo iudex procedere vult ad ſententiæ executionẽ,debet ſibi conſtare per partis productionem de ipſa ſententia,quam exequi intendit,ſeu de areſto,ſi areſtum exequi velit.l.ordo.& per totum.C.de executio.rei iudic.Petr.Ferra.in practi.in forma executio.ſenten. verſic.viſa prius,vnde pars quæ obtinuit ſententiam,ſolet eam coram executore producere,& ab eo petere,vt eam exequi velit iuxta ſuam formam & tenorem.

Executor duplex, & quid facere debeat.

8 Et tunc executor interrogat reũ,quid velit dicere quominus exequatur:& audire ſolet partes, quando eſt executor mixtus, vel iuriſdictionem habens,& tunc pronũciat ſententiam exequendam.Bald.in l.2.C.de execut.rei iud.ſed ſi ſit merus executor , vt pote nuntius,auditas partes remittit ad iudicem.c.de cætero.vbi docto.de re iudi.l.executorem.C.de execut.rei iudic.Bartol.& alij in l.à Diuo pio.in princ.ff.de re iudi.Plenè Aufrer.in deciſ.Tholoſ.q.344.

9 Si verò pars,contra quam lata eſt ſententia,citata non compareat,petet pars ſententiam exequendam,non obſtante partis abſentia : & iudex ſic pronunciabit : ſed ſi alia ſit perſona,vt pote hæres illius : tunc duo defectus requiruntur , antequam pronuncietur ſententiam exequendam contra illum:vt plenè ſcripſi in tractatu de literis obligat.art.8.& ſeq.

Libellus in executione an requiratur.

10 Ideo infertur ſecundum Bar.in l.intra.ff.de re iud. quòd ſi officio iudicis executio petatur, non requiritur libellus : ſecus ſi actione in factum. Bart.in l.2.C.de executio.rei iudica.vbi conſtat de ſententia,non requiritur libellus.Panor.& alij in c.cum aliquibus. in fi.de re iud. deciſio. Neapol.346.in quadam cauſſa.& in conſtitu.Neapol.lib.2.rubr. de dilatio.& exceptio.not.3.nu. 20.& ſeq.& Soci.in c.1.in 22.fallen.de libel.oblatio.

11 In regno tamen Franciæ,vbi fit executio ſententiæ ab eo,qui iuriſdictionem habet,ſi pars ſe opponat,illi dilatio datur:& tunc ſolet petitio in ſcriptis dari : ita demum ſi iudex hoc pronunciat,& exceptio à reo,maximè quando eſt areſti executio.etiam in ſcriptis traditur,& regulariter in hoc regno iudices executores pronunciant cauſſas oppoſitionis in ſcriptis tradendas , & reſponſiones rei ad illas,& iſta ſeruatur,non quòd dentur per formam libelli,ſed vt à iudice executore videantur,& an iuſtæ ſint,iudicentur.

Executor parti præcipere debet,antequã res capiat. Areſtum.

12 Et antequam fiat executio,iudex debet partem interrogare,an velit ſoluere,& illi pręcipere, vt ſoluat.l.defendente.ibi,facias iudicata.ff.de autho.tuto.Ponderat Barbat.conſil.31. quia omnis. in quarto volum. aliàs malam executionem pronunciauit Senatus Pariſ. contra eum,qui ſayſierat,antequam parti pręceptum feciſſet,anno 1540. die 6.Aprilis,poſt Paſcha.facit l.qui reſtituere. ff.de rei vendica.

Praxis ad cauſas appellationum decidendas.

13 Notandum eſt tamen, quòd ſi appellatio ſit extraiudicialis , vel iudicialis, & verbalis,id eſt ſine proceſſu & inquiſitoribus, tũc coram iudice appellationis verbo petetur ſententiã reſcindi, & malè iudicatum pronũciari:& tunc nõ ſolet offerri libellus, nec aliæ ſcripturæ,niſi iudex hoc pronunciet,quia illam extempore non decidit:aliàs ſolet iudex eam decidere ſine alia ſcriptura.

Si verò appelletur à proceſſu in ſcriptis , vbi ſunt atteſtationes & inquęſtæ:tunc oportet grauamina in ſcriptis tradere , quæ habentur loco libelli.& iſta eſt praxis hodie in curiis ſeruata: quicquid ſuper hoc docto.ſcripſerint.

Summariè in executione procedendum.

14 Et in hac executione procedendum erit ſummariè,quomodocunque agatur:vt ſcribit Bar. in l. litibus. C. de agricol.& cenſit.libr.11. & Guido Papæ in d.l.intra.in fine.de re iudica.ff.vbi dicit

dicit inter iſta remedia plures eſſe differentias, qnas quilibet colligere poterit. ex d.l.à diuo pio.§. in venditione:& §.ſi poſt additum.& in §.pen.ac in l.1.in 4 lect.C.de ſenteu.quæ ſine certa quantit.profer.& aliæ duæ ponuntur in l.2.de execut.rei iudic.C.

15 Et ſi pars videat longum tractum in hac execution, poterit petere coram executore iuriſdictionem habente, quòd per modum prouiſionis aduerſa pars ſoluat id, in quo eſt condemnata cautione data, qnod executor decernere ſolet:& poſteà iſta prouiſioualis ſententia exequetur, ſicut dixi in aliis caſibus in tracta.de ſenten.præiudiciali, ſeu prouiſionali.

Solēnis praxis quando executio longum habet tractũ.

16 Non poterit tamen executor expenſas ratione executionis etiam coram eo ſactas taxare, vt fuit deciſum in hoc Senatu, contra locũtenentem Bailliui de Vermandois, anno 1526.die 17.Decembris, ſed debet remittere ad illum, qui eum commiſit, alioqui excedere dicitur: quia hoc ei non eſt commiſſum.

Expenſas executor taxare non poteſt. Areſtum.

17 Et debet executor ad rem in ſententia contentam condemnate non ad æſtimationem:quia ſententia executionis conformis eſſe debet ſententiæ quam exequitur.Barto.in l. eum qui.ff.de his quib.vt indig.Ioan.Ana.conſi.5.refert Boer.in deciſ.Burdegal.q.68.quidam nobilis.& in hac executione verba præſcripta executor reſpicere & ſequi debet, ſi ſapit.

Sentences, iugements ou appoinctemens iudiciaires.

GLOSSA DECIMA.

1 PAr ſentences, vult intelligere dr ſententiis definitiuis: cùm appellatione ſententiæ, veniat definitiua.l.quòd iuſſit.ff.de re iudica.vbi plenè ſcripſi, in repetitio.illius.l.regulam cum limitationibus. Suſtinui tamen appellatione ſententiæ non venire diffinitiuam, nec interlocutoriam:vt ibi videre eſt.

Sententiæ nomine quid cõtineatur.

Par iugements ou appoinctemens, de interlocutoriis ſententiis.nam iudicatũ intelligitur de omni iudicato.l.4.& l.miles.§.qui iudicati.ff.de re iudica. dixi ſuperius in præſa. etiam de interlocutoriis:vnde præceptum in confeſſum factum poteſt iudicatum vocari, *iugement*.l. ſi debitori ff.de iudic.*appoinctemens* poſſunt dici cõuenta inter partes & approbata à iudice, vel corã iudice, de cõſenſu partium iudicata:& ſic nullum verbum erit ſuperfluum:& cõmuni vſu, *iugements* vocãtur omnes ſententiæ, *appoinctements*, illæ interlocutoriæ quæ inter partes vel procuratores fiunt, & concluduntur. nam iſta omnia, ſi pars non appellet, merentur executionem, ne illuſoria ſint.l. ſi prætor ff.de iudic.item iudicata vocantur, quæ in aliis parlamenti cameris quâm in magna iudicantur:quæ verò in magna camera, areſta.

Sententiæ iudicata, & apũctamenta differunt ac areſta.

2 Sententia tamen nulla exequenda non eſt.l. 4.§. condemnatum.ff.de re iudic. Nam quoties vitioſè iudicatũ eſt, pro non iudicato habendum eſt.l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogant. Panor.conſ.
3 55.in cauſſa.vol.2.†Practica tamẽ Frãciæ eſt, vt pendente nullitate, ſi in prõptu nullitas detegi non poſsit, fiat executio:& iudex pronunciabit per modũ prouiſionis executionẽ faciendã cautione data:diẽ dicemus pendente in integrum reſtit.c.ſuſcitata.de in integr. reſtit.Bar.in l.defendente.de authoritta.tuto.ff.cum diſtinctione tamen de Ripa in d.l.4.§.condemnatum. ſed praxis Franciæ non ſeruat illam diſtinctionem: vt fuit dictum anno 1515. die 20. Aprilis. contra comitem Deporcien. quòd pendente nullitate contractus debitor ſolueret redditus ex contractu impoſitos, quamuis diceret conſtituentem redditum fuiſſe furioſum:ſed quia hoc tractum habere poteſt, interim iudex pronunciat contractum ſeruandum: & idem dixi pendente appellatione, in tracta de literis obligato.artic.3 gloſ.3.

Sententia quæ eſt nulla, non eſt exequenda. Pendẽte cõtractum nullitate quando executio fieri poſsit. Areſtum.

4 Niſi nullitas probaretur ex ipſis actis, & ſic incõtinenti poſſet probari:tunc nullitas impediet executionem.Barto.& alij in d.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudica.ſi autem pars allegans nullitatem habet probationes extra acta:ſolet prouiſio concedi, etiam ſi incontinenti dicat ſe poſſe probare:quia licet probationes ex parte ſua paratas habeat, altera pars poteſt ſottè eas reiicere, & reprobare:& interim poteſt eſſe longa mora:ideo pronunciatur prouiſio:& incontinenti, non obſtante allegatione, exequitur iudex prouiſionem: quicquid dicanr docto. in l.ille à quo.§. ſi de teſtamento.ff.ad Trebellia.& in l.3.ad exhiben.Panor.in c.ſuper eo.1.de appel.& in c.ſuſcitata.de in integr.reſtitu.niſi executio non eſſet poſteà retractabilis: vt ſcripſi in §.fin.de friuol.appel.in concorda.per id qnod ſcribit Bal.in l. vna. C. de in integrum reſtitu.& in l.ab executione. quorum appellatio.non recip.docto.plenè in d.§.condemnatum.

Quãdo nullitas incontinenti probari poſsit an fiat executio.

5 Et ſententia dicitur nulla, ſi petiti fuerint decem aurei:& iudex cõdemnauit ad dandum ſex, nil de aliis pronuncians: quia condemnans in parte, debet de altera non liquida aſsignare dilationem ad probandum.l.quidam.ff.ſi cert.peta.vel abſoluere: ſi dilationes fuerint conceſſæ:alioqui ſententia eſt nulla.l.ſi autem.§.ſi.ff.de nego.geſt.glo.& docto.in l.1.C.ſi aduerſus rem iudica. Betrand.conſil.151.duo reperiuntur.col.2.vol.3.ſecundum nouam editionẽ, eſt etiam nulla, quando ea, quæ de ſubſtantia iudicij ſunt, ſeruata non fuerunt:quæ gloſ.ſcribit in l.prolatam.C.de ſenten.& interlocu.om.iudic.& aliis modis, vt per docto.in §.condemnatũ & in c.dilecto. de appel.

Nulla ſententia quando dici poſsit.

6 Secundò fallit qnando eſſet manifeſtè & euidenter iniqua:etiam ſi eſſet appoſita clauſula, appellatione remota.per text.ſing.in c.inter cæteras. de re iudica. qnem ſing.dicit Barba.in conſil. 44.ſcribitur.col.7.num.11.in primo volu. & in conſil.1.col.1.in ſecundo volu. & conſil. 83. illud. colum.7.in tertio volu.quòd ſententia non tranſit in rem iudicatam, ſi euidenter ſit iniqua idem

Sententia euidenter iniqua exequi non debet

Barba.conſil.83.ſupremus.col.7.volumine quarto.nec debet illa ſententia executioni mitti, per text.in l.ſi pars.in princ.ff.de inoff.teſtameot.

Imò ſortius ſcribit idem Barba.conſi.38.Præclarè.col.7.in 2.vol.quòd ſi notorium eſt grauamen:& iudex vult exequi,poteſt ei reſiſti.allegat Panor.in c. ſi quando. de offi.delegat.melius facit tex.in l.prohibitum.& l.defenſionis facultas.C.de iure fiſci. libr.10. Sed hoc iure non vtimur in Francia,ſed poterit pars appellare , & ſic per appellationem iudici reſiſtere : & ipſe iudex propter ſuperioris reuerentiam acquieſcere debet:alioqui grauiter per ſuperiorem punietur : vt in præfa.ſuperioribus dixi.

7 Et dicitur euidenter iniqua, quando ex actis conſtat de illius iniuſtitia , & ex inſpectione illorum.Bart.in l.1.io 1.q.ff.de noui oper.nunciat.Barba.conſil.44. ſcribitur.col. 7. in primo volumi.& d.conſil.38.in ſecundo volumine.colum.7.vnde commiſſio data alicui laico,vt contra clericum ioquirat,eſt euidenter iniqua , & ſic nulla,teſte Barba.conſil.45.mandato.in fin. vol.2. per c.at ſi clerici.de iudic.

De nullitate non agitur circa appellationẽ.

8 Practica eſt tamen in regno Franciæ,ex conſuetudioe generali regni introducta, quòd non agatur de nullitate, in iudicialibus admiſſa , nec in extraiudicialibus iudicis authoritate, niſi per appellationem. & quamuis lex dicat quòd ſuperuacua ſit appellatio à nullitate.l.ex conſenſu. ff. de appel.hoc tameo non ſeruamus,vt dixi. Et iam de iure prodeſt appellate,quia appellatio impediet executionem:quamuis nullitas per ſe inteoteuta non impediret.l.ab executione. C. quorum appella. non recipiant. Et etiam vtile appellare : ne modus extendatur ad factum , id eſt ne ſententia exequatur:quia vtilius eſt impedire, ne fiat executio,quàm ea facta clamare. Bald.in cap. quòd ad conſultationem.col.2.de re iudica.per l.ſi quis prouocatione. C. de appellatio.quæ nil facit,ſed pro hoc eſt tex.in l.1.C.quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindica.

Sans toutesfoys faire aucune alienation ou diſtraction des biens prins par ledict executeur.

GLOSSA VNDECIMA.

Executor poſt appellationem res captas alienare non poteſt.

1 HIc limitatur dictum principale , videlicet quòd res iudicata debeat executioni mitti per executotem ad hoc deputatum:licet pars aduerſa ab illo executore appellet. Tamen non debet executor alienationem rerum , vel diſtractionem illarum pendente appellatione facere : quia poſteà non poſſent facilè illa bona reuocari , ſic alienata: ideo prohibetur alienatio,& omnis executio,quæ non poſſet retractari:vt ſcribit Aufter.in deciſio.Tholoſ.q.430.& ego.in §.fin.de friuol.appellatio. in concord.& Benedict. in repetitio. cap. Rayoutius.in verb.mortuo primo.num.212.de teſtament.

2 Idem habetur in ſtylo parlamenti.rub.de ſeoieo.ordinatio.7.ſed eas res executor ſequeſtro committet,& commiſſario vſque ad appellationis definitionem:de quo ſcripſi in l. ſequeſter. ff. de verbo.ſigni. & ſic patet quod executor non obſtante appellatiooe exequitur, id eſt, capit res pro executione iudicati,& alia facit quæ ſibi mandata fuere.

Executor bona tertij poſt appellationem non capit.

3 Primò limitatur quoad tertium,contra quem ſententia lata non fuit : quia contra eum non exequetur,nec in eius præiudicium.tex.in c.cùm ſuper.de re iudi.vbi Imol.per illum text.& hoc quando executio poſſet tertio nocere,etiam quoad poſſeſsionem,oon mandabitur executioni:vt ibi pleuè docto.& in c.veniens.2.de teſtib.ſic conſuluit Ludo.goſadi conſi.103.videtur primo.nu. 10.quia res inter alios iudicata aliis nocere non debet : vt in rub.C.res inter alios acta.& in l.ſæpæ.ff.de re iud.vnde dicit Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.q.24.de offi.proconſ.quòd iudex qui dedit tenutam,non tenetur aliquid tertio:quia de iure illius, vel de facto illius tertij noo conſtabat iudici,vt iudici:& ideo dedit eam ſaluo iure tertij,& hac proteſtatione vtuntur iudices,per quam conſtat quòd ſenteotia non trahit nec comprehendit illum tertium : ideo iſtam reſeruationem ſemper ad cautelam facere debent,cùm dant tenutas,& recredentias ſecundum eundem Bald.

Fructus quando alienari poſſint pendente appellatione.

4 Secuodò non procedit, quando res erant tempore perituræ , tunc diſtrahi & alienari poterunt,ne pereant.l.pro hærede.§.ſeruos. & ibi addidi.ff. de acquirend. hæredita. Nempe licet res ſint prohibitæ alienari,fortè reſtitutioni ſubiectæ,tamẽ poterunt alienari,ſi perituræ erant,& hoc concludit Soci.in tracta.fallen.regula 38.bona reſtitutioni, & ſic fructus : quia ſeruando ſeruari non poſſunt,alienare executor poterit.gloſ.& docto.in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad trebel. gloſ.in l. vnica.C.ſi aduerſ.vſucap.reſtitu.poſtuletur:hanc tamen alienationem etiam fructuum oon faciet ſine iudicis permiſsione,quæ facilè concedi ſolet,etiam ad partis alterius ſupplicationem.

Poſt annum an ſententia exequi poſſit, & praxis ut exequatur.

5 Tertiò poſt annum ſine nouis literis non poteſt ſententia ſeu areſtum, ſi pars opponat,executioni mandari.per c.quærenti.vbi docto.de offi.delegat.text.in c.ſi autem.& cap.plerunque.de reſcript.Maſuer.in rub.de executio.§.item contra areſtum.

6 Vnde tunc vidi impetrari literas vocatas de debitis,quibus mandatur , vt iſta ſententia & alia legitimè debita exequerentur : & quamuis ex literis ſolius ſententiæ poſt annum non teneretur debitor garnire,tamen per has literas de debitis ſic,& ita vidi ſæpius in forenſi iudicio ſeruari:vt ſcripſi in artic.1.de liter.obligato.in gl.3. ideo iſtæ ſententiæ ſeu areſta noo omnino perdunt per annum executionem : ſed pars opponens audiri debet poſt annum , alioqui ſi executor non obſtante

ſtante oppoſitione eam exequeretur, rectè pars appellaret, & illi ſuperſedere debet executor, nec aliam executionem faciet antequàm iudex partis oppoſitionem audierit: quibus auditis non obſtantibus oppoſitionibus executionem faciendam pronunciabit.

7 Quartò fallit, quando ſententia contineret expreſſum iuris errorem, quia tunc eſt nulla, & ſic non exequenda. l. 1. ff. quæ ſenten. ſine appella. reſcindant. c. cùm inter. de re iud. Bald. conſi. 363. Si thema. in quarto volum. apparitor tamen ob hoc vix ceſſaret, cùm cauſſæ cognitionem non habeat, ideo exequi poteſt: vt hîc permittitur.

Poſt inhibitionem ſententia nõ eſt exequenda.

8 Quintò quando princeps ex certa ſcientia inhiberet, & cauſſæ cognitionem alteri mãdaret, antequàm executor caperet bona: tunc non debet poſt inhibitionem exequi. per tex. in c. paſtoralis. §. prætereà. ff. de offic. deleg. Peruſ. not. in c. paſtoralis. nu. 8. de appella.

9 Sextò flectitur text. huius artic. poſt triginta annos, nempe tunc non poterit exequi, Innoc. teſte & Bald. in cap. fin. de exceptio. quia actio ex ſententia conſumpta eſt tempore. argumen. l. ſi quis poſtquam. ff. de fideiuſſorib. etiam officio iudicis triginta præſcribitur annis. c. ſicut. C. de præſcri. triginta anno. vbi gloſ. & Feli. pulchrè docet in cap. inter monaſterium. col. 18. num. 30. limita. 16. de re iud. vbi aliæ colligi poterunt declarationes, ampliationes, & limitationes. Ioan. Franciſc. in tract. de præſcript. in 4. parte 4. partis. quæſt. 31. col. 66. & quæſtio. ſeq. quanto tempore præſcribatur iuri dicendi ſententiam nullam. vide tamen quæ dixi de hoc officio iudicis non præſcribendo. in l. actionis verbo. ff. de verb. ſignifi.

Citatio an in executione ſentẽtiæ requiratur.

10 Quæro, an in executione ſentẽtiæ requiratur citatio partis? inuenio diuerſas ſuper hoc opiniones, attamen puto regulam eſſe fingẽdam, videlicet quòd in ſententiæ executione requiratur citatio partis. per tex. in l. 1. ibi, ſi cœperis ex ſententia conueniri. C. de iuris & facti ignorant. & l. meminerint. vnde vi. allegatur text. licet parum faciat, in l. defendente. ff. de authorita. tuto. vbi iudex debet interrogare partem an velit ſatisfacere. & huius eſt ſententiæ Bartol. cum diſtinctione tamen. in l. à Diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. & Barba. conſil. 37. quia omnis col. 3. vol. quarto.

Exceptiones in executione opponi poſſunt.

11 Tum quia in hac executione pars lædi poteſt propter multas exceptiones, quas poteſt in executione opponere, vt pote incompetentiam iudicis qui ſententiam protulit. gloſ. in cle. vna. de ſequeſtra. poſſeſsio. & fruct. l. fi. C. ſi à non competen. iudice. & ſuperius dixi artic. 3.

Poteſt & nullitatis exceptio allegari: vt quia die feriato lata ſententia fuit. l. fi. C. de fer. vel quia ordine non ſeruato. l. prolatam. C. de ſenten. & interlocutio. omnium iud. & aliæ exceptiones, de quibus ſcribit Petr. de Ferrar. in pract. in forma executio. ſententiæ diffinit. in princip. & per gl. & docto. in d. l. 1. C. de iuris & fact. ignorãt. quas etiam plenè docui in tract. meo de exceptio. vel fortè pars ius poteſt habere retinendi: vt habetur in c. licet. 2. de præbend. in 6. ideo antequam auferatur beneficium, debet pars citari: vt ibi. & Panor. in c. de multa. col. 4. illo titul.

Executio à parte eſt petenda.

12 Tum etiã, quia executio eſt per partẽ petenda. l. habere. & ibi Angel. ff. de euictio. Barba. in cle. vna. col. 2. de ſequeſtra. poſſeſsio. & fruct. & antequam petatur, eſt interlocutoria danda, & aliqua cognitio: ergo pars debet citari. l. à Diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. gloſ. in l. intra. de minorib. & dilationes breues dantur condemnato, ad ſe defendendum. glo. vlt. in l. qui de inofficioſo. ff. de inoff. teſta.

Item potuit pars ſoluiſſe intra tempora, quæ dantur iudicatis. Cy. in d. l. 1. C. de iuris & facti ignorant. ergo explorandum eſt prius, an ſoluerit: & ſic debet citari ad hoc ſciendum. l. hoc iure. ff. de verb. obligatio. & hoc in perſonali ſecundum Bald. in repeti. l. tale pactum. §. qui prouocauit. quæſt. 10. ff. de pact. hoc ſequitur Hippoly. de Marſ. in repeti. l. de vnoquoque. nu. 107. & ſeq. in 33. caſu. ff. de re iud.

13 Amplia ſiue fieret executio in actione perſonali, ſiue in reali: cum ſit eadem ratio, teſte Cy. in d. l. ab executione. glo. in verb. inſtantia. in §. & ne ſub vmbra. de cauſ. in prag.

14 Secundò amplia, etiam ſi in illa re, in qua fuit condemnatus, fieret executio: cùm etiam pars in hoc lædi poſſet, fortè propter hypothecam, vel aliud ius quod in illa re habet: ideo adhuc citari debet. l. de vno. ff. de re iud. Barba. conſil. 37. quia. columna ſecunda. Imol. in d. §. in venditione. licet Bar. ibi contra. & docto. in c. ex ratione. de appellatio. in forenſi tamen iudicio citatio fieri ſolet: & iſte eſt communis vſus in Francia, teſte Ioan. Fabr. in l. ab executione. C. quorum appella. non recipiant. vbi ſic dicit, in omni executione pars vocari debet, cùm ibi fiat iuſſus. d. l. à Diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudica. vel ſaltem requiri, ſicut vſus habet.

15 Tertiò amplia etiam ſi ille iudex, qui eam protulit, exequeretur: cùm exceptiones poſsint allegari in executione: quod non poſſet fieri, ſi non citaretur: vt Alexand. & Iaſ. in d. l. à Diuo pio. §. in venditione. col. 2. ff. de re iudic. firmant & Cardi. in cle. ſicut. quæſt. 2. de appellatio. Philipp. Peruſ. in dicto cap. ex ratione. num. 83. ac Dec. conſil. 97. in caſu propoſito: in primo dubio.

16 Quartò amplia etiam ſi fieret executio contra eundem condemnatum eiſdem rationibus, de quibus ſuprà. & generaliter in omni executione tutius eſt quòd fiat citatio, teſte Soci. in tracta. de dilatio. artic. 7. quæſt. 19. in fi. & quòd fieri citatio debeat, ſeruatur in hoc regno: & iſta ſententia eſt verior, teſtibus Alex. & Iaſ. in d. §. in venditione. & ante factam executionem eam teneret Vincent. hercul. ibidem. col. 14. poſt autem executionem ſeruaret opinio. Bartol. ſed hodie nullæ vel admodum paucæ fiunt executiones ſine partis citatione in Francia, quando executor mixtus procedit.

17 Quintò procedit etiam ſi fieret executio poſt deſertionẽ, adhuc pars erit citanda: vtpote quia pars intra tres menſes non releuauit, nec ſenatum adiuit, vt debet per ordinationes regias, quæ tres menſes præſtituunt ad releuandum: quando appellatio deuoluta eſt ad curias ſupremas: vt firmat etiam Bartol. in l. 1. in fin. ff. nil noua. appella. penden. & Matthæ. de afflict. in conſtitu. Neapol. lib. 2. rubric. de dilatio. & exceptio. nu. 29.

18 Sextò citanda eſt in executione pars: etiam ſi iudici conſtaret condemnato nullam defenſionem competere, & hoc propter ſtylum communem Franciæ: quia minimè mutanda ſunt, quę ſemper certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legib. licet ſecus de iure. per text. in l. ſi cùm ſeruum. in fin. ibi, non eſt neceſſe vocari. ff. de fideicomniſ. liberta. glo. & docto. in cap. ad noſtram. 3. de iureiuran. & c. an ſit. de appel. & hoc tenuit Matthæ. de Afflic. in conſtitu. Neapol. rubr. de dilatio. & exceptio. lib. 2. nu. 30.

Executio facti citatio nẽ non exigit.

19 Limita primo, quando prçceſsiſſet cognitio ſuper executione: & non reſtaret niſi executio facti: tunc non eſſet neceſſaria citatio: vnde iudex poſſet ad petitionem partis committere núcio, vt exequatur nulla facta partis citatione, & ita intelligi debet opinio Innoc. & aliorum in cap. ex ratione. de appella. Bart. & aliorum in d. §. in venditione, & in verb. executionem quomodo in læſæ maieſta. crimine proceda. Federic. conſil. 144. definitiua. Ioan de Anania. conſil. 26. in cauſſa nobilium. Bald. in c. paſtoralis. §. quia verò. col. 2. de off. delegat. gl. & doct. in l. 1. C. de iudiciis. facit ordina. regia. rubr. *des executions d'areſtz.* artic. 1.

Secundo limita de ſtylo & conſuetudine curiarum Delphinalium, in quibus non fiunt citationes, ſi ſententia exequatur intra vnum annum: ſecus ſi poſt. vt Guido Papæ in deciſio. ſuis. q. 329. de iure docet. & idem ſi eſſet ſtylus in Francia: vt ſuperius dixi.

Appellari poteſt ab executione citatione facta.

20 Si executio fiat extra illos caſus permiſſos, parte non citata poterit appellari. Cy. in l. ab executione. C. quando appellatio. non recipiant Bart. & alij in d. §. in venditione. & ſi iudex nollet admittere appellationem: poſſet pars de facto reſiſtere. per l. prohibitum. & l. defenſionis facultas. de iure fiſci. lib. 10. Iaſ. in l. prima. col. 2. de iuris & fac. ignorant. vnde dicit Barto. in l. defendente. de autho. tutor. ff. iudicem poſſe in hac executione incipere à præcepto de ſoluendo: vt præcipio tibi vt ſoluas id, in quo condemnatus fuiſti per ſententiam: vel oſtendas cauſſam, per quam ſententiam mandari executioni non debeat. per d. l. defendente. & l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui oper. nunciatio. vel citari debet pars vt veniat ad opponendum, quare ſententia exequi non debeat: vt ibi deſcribit Bat.

Citatione ſemel in executione facta, an iterũ citari pars debeat.

21 Tertiò reſtringitur, quando prius citato aduerſario eſſet facta executio de parte: tunc ſi in alia parte fiat, non requiritur citatio vt firmat Dec. in cap. ex ratione. in fi. de appella. ſed fortè contrarium ſeruaretur in Francia: quia quod in toto ſtatuitur, & in qualibet parte locum habere debet. l. quæ de tota. ff. de rei vend. c. paſtoralis. §. item cùm totum. de offic. delegat. niſi auditus fuerit aduerſarius ſuper toto, & nil dixerit: tunc fiet executio in alia parte eo amplius non citato: ſed poſteà executio ei notificabitur: & ſolent nuncij capere fundum, vel domum, in executione, & vt dicunt, ſayſiunt, & poſteà parti notificant, quam executionem fecerunt in bonis partis: & hoc ſolet in Francia exerceri.

Procurator an in executione citari poßit.

22 Quartò nota, quòd in executione non ſufficeret citare procuratorem: cùm iam inſtantia ſit finita, amplius non cenſetur procurator. l. inuitus & l. ita demum. vbi docto. C. de procurato. cap. non iniuſtè illo titulo. fallit in parlamentis, vt is, qui occupauit, teneatur comparere in taxandis expenſis: ne litigantes propter regionum longinquitatem, & diſtantiam ſumptibus & expenſis vexentur. ita nominatim in taxatione ſcribit Imbert. in inſtitu. forenſ. lib. 1. §. cæterum. pagina. 37. & hoc ſeruatur.

Occupans rẽ poſt ſententiam punitur.

23 Vltimò is, pro quo lata eſt ſententia, non poteſt rem, pro qua obtinuit ſententiam, etiã poſtquàm tranſiuerit in rem iudicatam, propria authoritate occupare: alioqui incidit in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vt priuetur iure, quod habet per ſententiam. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica. hoc firmat Ioan. Fabr. in l. fin. C. de executio. rei iudic. in hoc regno non puniretur priuatione iuris, ſed mulcta arbitraria partim Regi, partim parti applicanda: quæ aliquando pro delicti qualitate eſt maior quàm priuatio rei: & iſta de executione notanda ſunt. quæ multoties in dubium reuocantur.

Non obſtant que la partie contre qui eſt donnèe la ſentence, jugement, ou appoinctement appellé d'iceulx executeurs.

GLOSSA DVODECIMA.

Ab executore regulariter nõ appellatur.

Non appellatur regulariter ab executore. l. ab executore. ff. de appella. nec ab executione. l. ab executione. C. quorum appella. non recipiant: quia grauamen attribuitur iudici, & non exequenti. Cùm ergo is, qui exequitur, non grauet, ab eo non appellatur. cap. ſuper quæſtionum. §. 1. de off. deleg. Anto. de butrio. conſil. 74. viſis ſtatutis. col. 2.

Opponere contra executionem quis poteſt.

2 Poteſt tamen aliquis ſe opponere contra executionem: & ſi executor non admittat illam oppoſitionem, tunc poterit pars appellare, quia executor excedit modum. Maſuer. in rubric. de appella. §. item ab executore. & Cepol. cautel. 44. nota quod licet inſtar tutoris dati per iudicem, qui ex

qui excuſationem allegare habet, & ſi fuerit repulſa,tunc demum appellare debebit:cæterum ante fruſtra appellatur. l. prima. §.ſi quis tutor. ff. quando appellandum ſit.in caſibus tamen huius articuli non recipitur appellatio ante executionem,etiam poſt oppoſitionem,& ea repulſa, niſi in ſequentibus caſibus:alioqui de nihilo prodeſſet hic articulus,qui generaliter tamen loquitur.

3 Vnde conſiliarius non ceſſat exequi non obſtantibus quibuſcuuque oppoſitionibus,vel appellationibus,& ſine illarum præiudicio,ex ordina.curiæ lata anno 1499.die 25. Iunij : & poſteà fuit edita hæc lex regia, quæ debet intelligi etiam ſi hic commiſſarius vel executor non eſſet ex partium conſenſu aſſumptus:quia in hoc regno non ſolet aſſumi executor,niſi de cõſenſu vnius partis,actoris fortè,vel rei qui ſententiam obtinuit pro ſe.licet hoc exprimatur in dicto cap. ſuper quæſtionum.§.primo.

Conſiliarius exequitur non obſtantibus oppoſitionibus, & appellationibus.

4 Primò fallit,ſi executor excederet modum cap.nouit.de appellatio. gloſ. in cap.ad noſtram. & d.cap.ſuper.& dicta l.ab executione.& quando dicatur excedere,declarat gloſ.& docto.in cap. quod ad conſultationem.de re iudic.& inferius ſcribo.in gloſ.excede. xiiij. & licet quis conſentiat ſententiæ,tamen non intelligitur conſentire exceſſui modi,vel formæ in exequendo.Bald.in dicto cap.quod ad conſultationem.col.ſecunda.quia defectus modi impedit diſpoſitionem legalem.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verborum obligatione : imò nulla cauſſa eſt in mundo, in qua non poſsit appellari ab exceſſu modi.Bald.in cap.licet.in fi.de offic.ordina. & non ſolùm poteſt appellari,ſed etiam qui excedit,facit litem ſuam.l.ſi pignori.ff.de euictio.Bald.in l.tertia.§. ſi executor.ff.de negotiis geſtis. vbi etiam dicit nomine executoris collatores principis comprehendi.per l.miſsi opinatores.C.de exactorib.tributo.lib.x.non tamen dicitur delinquere nec excedere,qui ad vnguem mandatum ſibi commiſſum exequitur.d.c.nouit.de appellatio.

Appellatur ab executore excedẽte modum.

5 Secundò fallit,quando executor quicquam dolo egit:vel ſi pars dolo obtinuerit ſententiam dicta l.tertia.§.ſi executor.ff.de negotiis geſtis.Specula.in titul.de appellation.§. in quibus. verſiculo quintò non appellatur. & quamuis in dicto §.ſi executor.dicatur agi poſſe de dolo, tamen tutius eſt appellare,ſi geſtum per executorem grauet : quia in hoc regno ſine appellatione non ſolet ſuccurri:vt ſuperius dictum extitit.

6 Tertiò non procedit,quando pars allegaret tranſactionem factam poſt ſententiam, & illam ſtatim probaret:tunc executor non poteſt exequi, alioqui is ipſe grauat,ideo ab eo appellari poterit.argument.l.neque.§.fin.ff.de in ius vocand.l.ſecunda. ſi quis cautio. vel ſi quis probet ſententiam nouatam. l.quarta.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudic.gloſſa in dicto cap. quo ad conſultationem.quæ nouatio hodie non fit,niſi hoc expreſsè agatur.l.fin.C.de nouatio.vel quando pars, in cuius vtilitatem eſt prolata,illi ſententiæ renunciaſſet:quod non poteſt facere, ſi in cauſſa matrimonij lata ſit teſte Ludouico Romano.conſil.367.circa primam.col.1. quia de periculo animæ tunc agitur. doctor.in cap.lator.de re iudica.

Executio poſt tranſactionẽ & nouationem non fit.

7 Quartò quãdo executor aliquid iniurioſè egerit,vt pote lectos captos, vel dolia cauſſa executionis capta, ſeu alia bona concidit malicioſè.l.ſi quis prouocatione.C.de appella.ca.quia ſuſpecti.3.q.5.l.lectos.ff.de peric.& commod.rei vendi.

Executor frangens lectos tenetur.

8 Quintò niſi in integrum reſtitutione pendente poſt ſententiam,vel literis ſuper ſupplicatione ciuili impetratis, & durante earum comprobatione quam interinationem dicunt, vellet executor exequi,tunc prohiberetur : & ab eo licita eſſet appellatio.l.1. C. de in integr. reſtit. poſtul. niſi fuerit à iudice,de nouo pronunciatum executionem faciendam,vt fieri ſolet : & tunc ab illa pronunciatione appellari etiam poſſet in caſibus in quibus recipitur appellatio.

Executor poſt literas reſtitutionis non exequitur.

9 Sextò limitatur,quando ſententia fuerit lata contra abſentem iuſta ex cauſſa : quia non poteſt ei imputari,cur non anteà appellauerit:ob id ab executore iuſtè appellabit.l.ſi prætor.§.fi. ff. de iudic.cap.cùm Bertoldus.de re iudicat.Specul.in dicto titulo de appellation.§.in quibus.verſiculo quinto.&c.

10 Septimò derogatur,quando damnum ex executione proueniens eſſet irreparabile : & ideo prohibetur hic alienatio bonorum captorum.l.ſecunda.ff.de appellatio.recipiend.Soci. in tractatu fallen.reg.26.appellare.Iaſ.in l.quarta.§.condemnatum.col.quarta. ff. de re iudicat. Aufrer. in deciſio.Tholoſ.quæſt. 54. & ideo vxor non debet tradi pro executione,niſi de iure matrimonij appareat teſte Feli.in cap.cùm ſuper.col.quarta.num.11.limitat.2.de re iudica.Nec debet quis capi interim pendente appellatione ab executore : quod ſecus in criminalibus eſſet.Dec. conſil. 73. Præſtantiſsime.

Executio non fit ſi dãnum ſit irreparabile.

Notandum eſt quòd in quibus caſibus appellatur ab executore,dum excedit,non eſt propriè appellatio,cùm fiat à non iudice:ſed eſt quidam recurſus ad ſuperiorem.l.arbitrio.ſecundũ vnam lecturam.ff.qui ſatiſdare cogantur.Bald.conſilio 428.delegatus.in primo volumine.poteſt tamen intimari appellatio vel executori,vel parti:vt vidi fieri : & eſt in electione appellantis quando ab exceſſu executoris appellatur:vt eſt in ordi.Caro.7.

11 Octauò non procedit,quando executor mixtus ſententiam malè interpretatus eſſet : nempe hoc quęritur,an iure interpretatus fuerit l.ab executore.ff.de appellatio.vnde ſi Tholoſę quis fuerit condemnatus ad dandum decem aureos:& executor fuerit interpretatus de aureis ſolis,malè dicitur interpretatus : quia conſuetudo habet hoc,vt cùm loquantur ibi de aureis, intelligantur de aureis paruis æſtimatis 27.ſolidis turonen.cum dimidio.argument.l.nummis.ff.de legat.3. facit cap.olim.de cenſib.Item ſi in areſto quis fuit condemnatus ad ſoluendum decem ſextaria frumenti pro

Appellari poteſt a iudice malè ſententiam interpretante.

menti pro

menti pro cenſu,& reliquis,quæ arreragia vo: ãt:poſteà coram executore pars petiit arreragia ſex annorum,& quantum valuit illis annis: executor condemnauit ad æſtimationem,malè pronunciaſſe iudicauit ſenatus Burdegal.vt refert Boer.quęſt.68.quidam nobilis:quia ſententia executoris debet eſſe conformis primæ ſententiæ:& non poteſt fieri executio, niſi de eo quod eſt iudicatum.l.ab executione.C.quorum appellatio.non recipiunt.Bartol.in l.eum qui.ff. de his, quib. vt indig. & Ioan. de Anania. conſil. 5. ſequitur. Petr.Ferra.in forma executio. ſentent. in verbo publico.col. ſecunda.verſic.ſed pone. vbi declarat qualem interpretationem poſsit, & quis executor,facere.

Areſtum.

12 Non valeret tamen appellatio ab executore, ſi diceremus eum modum in executione exceſſiſſe,niſi cauſſam grauaminis nominatim,& in quo exceſſerit, exprimam.clementi.appellanti. de appellatio.hoc exegi à Panor.in cap.quod ad conſultationem. columna. vltima. de re iudic. poſt Bartol.in d.l.ab executore.ff.de appellatio.& l.eius qui.de appella.recipiend.inferius in gloſ. 14.abundantius dicetur.

Cauſſa grauaminis in appellatione exprimenda.

13 Inſuper appellatio interpoſita ab executore non ſuſpendit omnino executionem. l. ab executore. C.quorum appella.non recepiunt.Sed iudex à quo appellatum extitit.ſolet dicere in hoc regno in caſibus executoriis exequendum eſſe cautione præſtita,ſi retractari executio poſsit,maximè quando quis ſe opponit contra areſta,vel ab executore areſtorum appellat, vel à commiſſario reducente bona temporalia epiſcopatus ſede vacante ad manum Regis,vel Delphini:tunc non recipitur appellatio,teſte Fran.Marc.in deciſ. 99. in parte 1.quia dictus commiſſarius, dicitur executor,à quo non appellatur per ſuprà dicta.

14 Et hodie ex ſtylo & conſuetudine Franciæ paſsim eſt permiſſa appellatio ab executore: quæ ſi iniuſta inuenitur,& ſine grauamine facta,appellans ad mulctam condemnatur ſexaginta librarum. licet in l.ab executione.in fine.C. quorum appellation. non recipiunt. debeat condemnari ad mulctam quinquaginta librarum argenti:quæ mulcta in regno non ſolet imponi.

Ab executore recipitur appellatio.

15 Nota quòd quando appellatio prima facie eſt aliqua,nihil interim eſt innouandum: ſi appellatio non habeat eſſe,nec figuram eſſe tali appellationi non eſt deferendum, nec executio ſuſpendenda:vt ſi appelletur contra executionem.l.quoniam.prima.C.de appellationi.iſta ſunt verba Bald.in cap.paſtoralis.§.præterea.col.2.de offic.delegat.

16 Vltimò fallit in pronunciatione ad exequendum:nam ab ea poterit appellari. gloſſa & doctor.in dicta l.ab executore.ff. de appellatio. ob id cautela datur, vt quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam,quòd pars faciat illam exequi ſine aliqua pronunciatione:vt docet Cepol. cautel. 44.Nota quòd licet.& Alexand.conſil.97.viſo themate.columna tertia.volumine ſexto.Felin.in cap.quod ad conſultationem.nu.13.de re iud.vbi tradit regulam negatiuam, videlicet quòd non poſsit appellari ab executione,niſi in tribus caſibus, quos ibi proſequitur: quamuis contrarium teneat Corne.conſil.71.vol.1.per l.oratio.ff.de ſponſal.licet ſit ſibi contrarius.conſi.221.in 4. vol. & iſta eſt communis,vt non poſsit ab executore appellari. teſte Alex. conſi.95. viſis proceſsibus. col.2.volum.2.tùm quia non eſſet litium finis: tùm ſi non poſsit appellari ab executione ipſa facti,multominus à pronunciatione,quæ non grauat.idem tenet Guido Papæ conſil.47.circa.in 1. dubio,vbi idem dicit,quando iudex pronunciat executionem inchoatam perficiendam,& complendam in bonis dicti rei: tùm quia talis pronunciatio, eſt pars executionis, à qua non poteſt appellari:tùm etiam quòd modum non excedat.

A pronunciatione ut exequatur ſentētia, an ſit appellandum.

Conciliat iſtas opiniones Ioan.de Anania.conſi.26.in cauſſa. col. prima.vbi ſic dicit: quòd ſi iudex pronunciat nuncio ſententiam exequendam,& mandat ac præcipit vt exequatur,tūc non appellatur:ſecus ſi pronunciat eam exequendam,per iura ſuprà allegata.adducit Speculat.in titu. de appella.§.in quibus.verſic.quinto.ſed non video inter iſtos caſus magnam differentiam:adeò quòd ſi in vno caſu prouocatio permittatur,quin in alio permiſſa etiam ſit.

Hodie dictante conſtitutione regia non obſtante appellatione & ſine eius præiudicio executio fiet:etiam ſi appellatum fuerit à iudicis pronunciatione, in qua ſententiam iudex exequendam protulit,nec eſt opus conciliatione Ioan. de Anania, & aliorum in hoc regno quoad caſus executorios.{Nam quando duæ ſententiæ ſic ſe habent,quòd ſecunda eſt executio primę,ſi non poteſt à prima appellari,nec à ſecunda vt hîc,teſte Bal.in l.ſi cum exceptione.§.hęc autem.ff.quod metus cauſa.refert Antho.Capit.in deciſ.Neapol.q.34.col.2.}

17 Item à commiſsione executionis non appellatur:vt tenet Speculator in titu.de appella.§.in quibus.verſic.quinto.ſequitur Ioan.de Anania.conſil.26.in cauſſa.col.1.

A commiſſione executionis quando appellari debeat.

18 In Forenſi tamen iudicio ſeruari vidi,vt ſi iudex committeret nuncio,vt venderet bona,& ipſe gratificaret in illis bonis quos vellet:tunc & in ſimilibus caſibus appellabo, à commiſsione, & ab aliis,quæ ſequuta fuerunt,& hoc centies vidi. Nam in hoc caſu iudex committendo illud, dicitur grauare:ergo ab illa commiſsione appellabo:& his caſibus iudex non cognoſcet de meritis principalis cauſſæ,nec de exceptione,ſed de executione,à qua fuit appellatum.l. ab executione.C.quorum appel.non recipiant.Spec.in d.§.in quibus.verſi.quinto.in fi.

Executor quando de ſententiæ nullitate cognoſcere poſsit.

19 Quæro ſi mandetur ſententia exequenda: an executor de ſententiæ nullitate vel iniuſtitia cognoſcere poſsit.Reſpon.non, ſi eſt merus facti executor.l. executorem. & l.ſi vt proponis.C. de executio.rei iud.quia ſententia imponit finem diſceptationi,aliàs eſſet eluſoria.l.ſi prætor.vbi Bald. ff. de iudic. & quia apparitor nullam habet iuriſdictionem, cùm officium ſuum ſit viliſſimum,&

ſirmum,& non dignum elegantia iuriſdictionis,dictum eſt Bal.in c.cùm ſuper.col.3.de re iudica. per l.fi.ff.de iud.

Si verò ſit aliquis executor mixtus, poterit cognoſcere de exceptionibus tangentibus executionem,vt pote ſi poſſeſſor dicat, quòd illa res capta non eſt illius condemnati. Et de aliis vt in l.à Diuo pio.§. ſi ſuper. ff.de re iudica.l.penultima. ff. de confeſſ. vt abundè ſcripſi in tractatu de exception.

19 Si autem exceptio tangat negotium principale,vt pote,quòd ſententia eſt iniuſta,fortè ex falſis inſtrumentis lata,vel aliàs:cognoſcere executor non poterit.c.de cætero.de re iudicat.Bartol. & docto.in l.à Diuo pio.§.1. Nam quicunque ſit iudex, qui ſententiam exequitur, non poterit cognoſcere an primus iudex eam iuſtè tulerit,vel iniuſtè, habendo reſpectum ad ius litigatoris, vel ad propoſita & probata coram eodem iudice, cuius exequitur ſententiam: ſed de nullitate ſententię,& aliis exceptionibus à iure permiſsis,quę contra ſententiã opponi poſſunt,cognoſcere poterit parte vocata,& inde pronunciare, an ſententia ſit exequenda. vel non:ita ſeruatur, vt ſcribit Guido Papæ in deciſio.Delphinal. quæſt. 574.an iudex etiam ſi ſciat illam iniuſtam exequi debet.cap.paſtoralis.§.quia verò.de off.delega.cognoſcere enim,quid ſit pronunciatum,non quid pronunciari debuit,poteſt.Bald.in d.c.cum ſuper.col.vlti. quod non procedit, quando iudex ille eſſet ſuperior iudicis requirentis,tunc poterit cognoſcere,& illam ſententiam annullare, teſte Ioan.Fabr.in l.ſatis.C.ad legem Cornel.de falſ.quod verum arbitrarer, ſi is per viam appellationis cognoſceret,alioqui vix cognoſcere poſſet,& annullare:niſi eſſet curia ſuprema,quę ſuper alias iuriſdictiones volat,vel niſi appareret de iniuſtitia ex tenore ſententiæ,teſte Inno.in c.1. de off.ordi.Iacobi.in l.ſi prætor.in princip.col.2.in fin.ff.de iudic.

20 Item quando appellatur ab executione,non poteſt appellari ab eodem exceſſu,niſi ſemel, teſte Angel.Areti. in l.ab executore col.3.ff.de appella.vt refert Feli.in cap.quod ad conſultationem.col.12.nu.20.in fi.de re iud.per l.ab executione.C.quorũ appella.non recipiant. ego tamen vidi ſemel & iterum appellari:in practica ſeruatur,quòd appelletur ſicut in aliis cauſsis in Francia:quod eſt notandum. *Semel tantum ab executione appellandum.*

Et duquel appel des dicts executeurs la congnoiſſance appartiendra aux iuges dont procedent les ſentences & iugemens, & ſeront releuées icelles appellations par deuant eulx.

GLOSSA DECIMATERTIA.

1 PRouiſio optima,quòd appelletur ad iudices, à quibus executores dati ſunt:& ita tradit Bartol.in l.à Diuo pio.§.1.in fin.ff.de re iud.& hoc eſt regulariter verum, quando executores excedunt.per l.arbitro.ſecundum vnam lecturam.ff. qui ſatiſda. cogant. & ita fuit latum areſtum pro domino Beluacenſi epiſcopo, anno 1533.die 27. Ianuarij,contra iudicem regium,qui epiſcopi apparitorem in carceres intruſerat. *Ad quos appellandũ ſit ab executione. Areſtum.*

2 Item cum hoſtiarius parlamenti in vim executionis ſupremæ curiæ vendidiſſet duos equos: & ab eo peteretur coram electis impoſitio:& ipſe eos iudices ſuos non eſſe diceret: curia generalium prohibuit,ne alibi hic hoſtiarius traheretur quàm coram ipſis. *Curiæ parlamenti & generalium diſcordia.*

3 Sed curia parlamenti videns ratione executionis ſe eſſe iudicem, cenſuit vt generales ſuum reuocarent iudicatum ſub pœna centum Marcarum argenti,& prohibuit ſub eadem pœna, ne generalium curia cognoſceret de dicta cauſſa: & vlterius dictum fuit à ſenatu, quòd pars & hoſtiarius generalium,qui præceptum fecerant,prehenderentur,& in carceres conijcerentur.& fuit hoc areſtum nunciatum & exhibitum præſidi generalium anno 1438. die 12. Martij, aliud etiam fuit latum anno 1546. alia etiam fuit diſcordia hoc anno 1545. inter curiam parlamenti & generalium.

Fallit quando iudex dediſſet nuncio certum mandatum,& limitatum exequendi: tunc quia iudex grauat,non nuncius,appellandum erit ad ſuperiorem iudicis, quia factum tangit iudicem exequẽtem.c.ſi à ſubdelegato.de off.delegat.in 6.Bart.in l.ab executore.col.1.ff.de appella. quod intelligerem verum,ſi à commiſsione appellaretur:ſecus ſi ab executore ſimpliciter: ideo debet appellari à commiſsione,& ab inde ſecutis, ſi velis rectè appellare. ita cenſuit ſenatus anno 1540. die 22.Nouembris. *Practica appellandi à commiſsione,& ab inde ſecutis. Areſtum.*

4 Idem dico ſi iudex, qui ſententiam protulit, requireret alium iudicem ad ſententiam exequendum,& ab executione requiſiti appellaretur,vt pote,quia excederetur modus,tunc iudex ſi requirendo grauet quia requirit ſententiam fortè exequi in immobilibus, & tamen in ſolis mobilibus exequi debet:tunc ad ſuperiorem iudicis requirentis erit appellandum.Si verò requiſitus grauet excedendo mandatum,& commiſsionem ſibi per requirentem datam:ad ſuperiorem iudicis requiſiti appellabitur:vt tenet Iaſ.& alij in d.§.1.Panor.in c.quod ad conſultationem.in fin. de re iud.Treniol.in additio.ad pract.Hubert.de Bonacurſo.rub.de impediment. executio. verſ. quarto ſi ſententiæ executor.&c. *A iudice requiſito ad quem ſit appellandum.*

5 Idem dicunt ſi iudex præſtet auxilium iuris,vt pote excommunicando: tunc appellabitur ad ſuperiorem

ſuperiorem excommunicantis:quia excommunicans eſt is,qui grauat,& non is,qui eum requirit:ſecus ſi impertietur auxilium facti,vt pote præbendo milites, & apparitores ad exequẽdum, quia tunc ad ſuperiorem requirentis.Bar.in d.§.1.licet Panor.reprobet in d.c.quod ad conſultationem.Sed Bart.defendit Hercula.in d.§.1.in fi.quem vide.& notandum eſt in praxi,quòd ſi iudex ſecularis poſt ſententiam requirat iudicem eccleſiaſticum, vel econtra,non poteſt requiſitus ſumere cognitionem,& apponere clauſulam niſi cauſſam,alioqui lites ſemper orirentur ex iudicatis,quod prætor noluit.l.4.§.ait prætor.ff.de re iudic.& ſic ſeruatur in Forenſi iudicio: alioqui tanquam ab abuſu appellatur.

Ab executore delinquente ad quem appelletur.

6 Secundò limitatur quando ille executor delinqueret : tunc ratione delicti is iudex, in cuius territorio deliquit,ſolet cognoſcere,vt pote ſi in vim areſti lati Tholoſæ fiat executio Pariſiis,in qua executione delinquat executor,tunc appellabitur ad parlamentum Pariſiis in quo delictum perpetratum fuit.authen.qua in prouincia.C. vbi de crimine agi oporteat. vnde ſi appellatur ab abuſu iſtius executoris ad parlamentum, in cuius iuriſdictione abutitur , ſemper vidi appellari. vide infrà.in gloſ.15.

Soluẽs executori habẽti ad hoc mandatũ liberatur.

7 Nota tamen quod ſi executor fuerit datus ad vendendum, & pretium recipiendum , quod tamen eſt periculoſum:ſi is vendiderit,& pretium receperit:liberabitur emptor,quia legitimè ſoluit parendo mandato iudicis:ſed executor tenebitur domino,cuius bona ſunt vendita.Bald.in l.3.§.ſi executor.ff.de negor.geſt.argu.l. ſi ſtipulatus ſim mihi.§.1. ff. de ſolutio. Melius facit l.ſi ob cauſſam.C.de euictio.

Procurator ad agendum non poteſt executionẽ petere, nec in ea comparere, nec appellare.

8 Item procurator datus ad agendum,non cenſetur conſtitutus ad executionem ſententiæ petendam,nec ei ſolui poteſt.l.ſed ſi tantum.ff.de pact.l. hoc iure. de ſolutio. hoc expreſsim tradit Ludo.Roma.ſing.639.procurator.

9 Et procuratori,ad hoc vt poſsit appellare ab executione,requiritur mandatum ſpeciale,& in indiuiduo.Ange.Aret.in l.ab executore.col.4.ff.de appella.vt refert Feli.in d. c. quod ad conſultationem.nu. 21. alioqui poſſet facere vt incideret dominus in pœnam quinquaginta aureorum ſtatutam in l.ab executione. C.quorum appellatio. non recipiunt. quod non poteſt facere procurator,teſte Bart.per illum tex.in l.ſi procurator.ff.de condic.indebiti.nec ſufficeret mandatum ad lites & cauſſas.Bartol.in l.qui bona. §.ſi quis. ff. de dam. infect.& procurator datus ad iudicia non poteſt comparere in executione, nec eam impedire:quia ſua poteſtas eſt finita per ſentẽtiam Domini.in cap.primo,§.fin.col.1.de exceptio.in 6.Feli.refert vbi ſuprà.

Leſquelz iuges s'ils trouuent que les ſergents ou executeurs ayent excedé.

GLOSSA DECIMA QVARTA.

Excedere quando executor dicatur.

1 QVæro quando executor dicatur excedere? Reſpon. ſi ante tempus iudicatis datum exequatur.l.1.C.de executio.rei iudica.l.debitoribus.ff.de re iud.l.4.§.ſi quis condemnatus.ibidem.

2 Fallit ſi iudex tempus abbreuiaſſet, & executor iudicis ſententiam inſequens exequeretur.iuxta l.2.ff.de re iudica. quod poteſt : vt ſcripſi in l.ſi debitori. ff. de iudic. vbi his dedi nouum intellectum.

3 Secundò excedit ſi in alia re,quàm fuit iudicata,executio fiat. per l. qui reſtituere , ſumendo argument.à contrario.ff.de rei vend.Bart.in l.ab executore.col.1.ff.de appellatio.

4 Tertiò ſi in maiori quantitate,quàm fuerit iudicatum,exequatur.§.plus.inſtitu.de actio.Pet. Iacob,in ſua pract.rubr.vlti.verſicu.modus autẽ executionis.Bar.in l.pe.C.de executo. & exacto. lib.12.ait,quod ſi ſeruientes velint capere pignora maioris valoris, quàm ſit debitum , poterit eis reſiſtere debitor.probat Corſet.ſing.incipien.officialis.2.de hoc ſcripſi in tractat.de literis obligato.art.1.glo.12.non habere locum in hoc Franciæ regno.

5 Quartò ſi executio fiat in rebus prohibitis,vt pote in libris, breuiario, & mobilibus clericorum,vel aliis rebus,quæ non poſſunt pro re indicata capi,nec pro ipſius executione.per gloſ.in l. nepos proculo.ff de verb.ſignifi. Iaſ. in §.item ſeruiana. de actio.in inſtitu. ſcripſi in ſcholaſtic. priuil.113.& in tractat.de literis obliga.artic.2.nu.106.& ſeq.

6 Quintò ſi quis fuerit condemnatus ad dandum decem,vel equum:& executor capit ſimpliciter equum:quia aufert debitori electionem, quam de iure habet.l. 3. ff. de eo quod certo loco. excedere videtur plus cauſſa exigendo.l.vna.C.de plus petitio.d.l.3.Petr.Iacob.in rub.de actio.in factum ex re iudica.§.modus autem executionis,in pract.ſua.

7 Sextò ſi turbato ordine fiat executio:vt ſi immobilia prius capiantur, quàm mobilia.contra. §.in venditione.l.à Diuo pio.ff.de re iud.quamuis per ordinationem regiam hoc ſit hodie correctum in hoc Franciæ regno:vt ſcripſi in rubr.de liter.obligato.art.11.

Nota tamen ſingulariter quòd quando executio facta eſt ordine iuris non ſeruato,non debet reuocari,ſi conſtet de debito.text.in l.vltim.in fi.ff. quod metus cauſſa. quem ſingularem dicunt Aret.& Curſius in l.ſi pact.col.2.C.de pact.& addidi ad d.l.fi.& hoc ſeruatur in curiis ſupremis.

8 Septimò ſi executor male interpretatur ſententiam, dicitur excedere,vt pote , reus condemnatus

natus eſt ad decē libras:& executor interpretatur de Pariſ.& dicitur tunc grauare,& modum excedere.per d.l.ab executore.ff.de appellatio.vbi Bar.& Imol.Petr.ferra.in ſua pract.in forma executio.ſentē.diffinit.in verb.de publico.& Petr.Iacob.in d.tu.de actio.in factum ex re iudic.col.4.

9 Octauò ſi iudex exequatur,& repellat vnā ex exceptionibus,quæ in executione opponi poſſunt:de quibus per gl.& docto.in l.1.C.de iuris & facti ignorāt.& ego plenè eas ſcripſi in tractat. exceptio.& cautela eſt,quam ſcribit Cepol.Cautel.44.nota quòd licet, vt aduocatus vnam exceptionem de iſtis opponat,quam ſi iudex non admittat,poterit pars appellare ſecundum eum.

10 Nonò excedere dicitur,& grauare executor, ſi facta captione rerum immobilium non denunciauerit parti,in cuius abſentia hęc bona capta & ſaiſita ſunt. l.2.vbi Bal.C.vbi in rem actio exerceri debeat.venditio tamen rerum non dicitur nulla:licet denunciatio non interuenerit.per tex.in l.creditor.C.de diſtracti.pigno.ſed ſi quid per fraudem cōmiſſum erit, adi iudicem:vt dicit tex.ideo pars ſimulatque ſciuerit,appellare debet:& executionem malefactam iudicabit ſuperior,quamuis venditionem nullam dicat.Bart.in l.fi.hum.3.ff.de diſtract.pignor.plenè hoc tractat Anto.neguſanti.in tractat.de pignor.& hypothec.in primo membro ſextæ partis.

11 Et aliis etiā modis dicitur excedere,videlicet quādo facit cōtra ius,vel cōſuetudinē,ſeu ſtylū gl.& doct.in c.ſuper quæſt.de off.deleg.Ioan.Fab.in l.ab executione.C. quorū appell.non recip. aut cōtra cōmiſsionem ſibi datā,aut mandatū.l.diligenter.ff.mandat. aut plus aggrauando illum, in quem fit executio.glo.in d.c. quod ad conſultationem.de re iudica.vbi tradit alios caſus.vide ibi.& regulariter excedere dicuntur in locis,caſibus,& in bonis,à lege prohibitis exequendo.

12 Et notandum eſt,quod ab omni executore, qui exequitur id quod eſt extra munus ſuæ iuriſdictionis,poteſt appellari inſerta cauſſa.Bal.in cōſi.428.delegatus.in primo volumine.imò nulla eſt cauſſa in mundo,in qua non poſsit appellari ab exceſſu modi:vt docet Bald.in cap.licet.circa fin.de offic.ordina.refert Feli.in c.quod ad conſulta.num.20.in fi.de re iud.

13 Et tūc illis reſiſti lex permittit.l.prohibitum.& l.defenſionis facultas.ff.de iure fiſci.lib.10. & l.deuotum.de meta.libr.12.plenè tradunt ibi docto.& Paris de puteo in tracta.de ſindica. verſic. excedunt plerique executores &c. per gloſ.ſing.licet ipſi eam non allegent in c.ex literis.in verb. denunciet.de off.delegat. quod verum dicit Ioan. Fabr. in d. l. ab executione.quando nuncius grauaret,& iudex mittens diſtaret,alioqui contra. & alibi dixi.in hoc regno vix eſſet permittendum reſiſtere.vide plenè Parid.de puteo in tracta.ſindica.in verb. excedunt. fol.221. & quando procurator dicatur excedere mandatum,alibi dicam vide in l.diligenter.ff.manda. *Reſiſti poteſt executori excedenti.*

14 Decimò quòd hîc appellans tenetur cauſſam exprimere in appellatione, tum quia multis modis exceditur:ob id ipſe debet exprimere, per quem modum excedatur.Bart.in d.l. ab executore.Panor.in d.cap.quod ad conſultationem.col.penul.de re iud.tùm etiam quòd ſit interlocutoria.Guido Papę.cōſil.47.circa.in 2.q.etiam quia appellans in omni caſu,quo ius prohibet appellationem, tenetur exprimere cauſſam,etiam in definitiua,aliâs nunquam iudex appellationi deferre tenetur:niſi cauſſa legitima exprimatur in ea.tex.in c.cum ſuper.& ibi Panor.de re iudic. cap.cum ſpeciali.§.porrò.vbi docto.& c.conſuluit.1.de appella.gloſ.ſingularis in c.Romana.in §. ſinautem.in verb.mandetur.de appella.in 6.Innoc.in cap. paſtoralis.col.2. de appellat. licet multi contradicant:quibus reſpondet Feli.in d. c. quod ad conſultationem.de re iudica.

15 Nec ſufficeret generalē exprimere cauſſam,vt quia me grauaſtis expreſsè:ſed aliud exprimere teneor.Sali.in l.eos.§.ſinautem.C.de appe.Bolo.in cōſi.26.in additio.ad Ioā.de Anania.vbi etiā dicit inferendū eſſe,quòd appellatio nō poterit hoc caſu iuſtificari,niſi ex cauſsis in appellatione expreſsis. Nec proceſſus primi iudicis ex nouis cauſsis impugnari poterit.cle.appellāti.de appell.

Ou delinque au faict de leurs executions,& de leurs offices.

GLOSSA DECIMA QVINTA.

1 IN facto executionis delinquere dicitur, quādo caperet bona mobilia clericorum pro executione,vel aliâs excederet, vt in proxima ſuperiore gl.ſcripſi.

Item delinquit in officio, quando pecuniam accipit,vt non exequatur,vel non in illa re:vel vt differat,donec impetratę ſint literę appellationis,aut aliâs delinquit, vt ſciunt facere:nempe hi apparitores omnia temerare conſueuerunt.l.defenſionis.in fi.C.de iure fiſci.lib. 10. Paris de Puteo in tracta. ſindica.in verb.familiaris.vbi in fin. multa mala congerit contra iſtos executores. Si autem occideret hominem, vel vulneraret contra exercitium officij, tunc puniretur ab eo iudice,in cuius prouincia deliquit.authen.qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oport.ſicut dicitur de crimine militari à milite commiſſo,aut de crimine communi. in l.2.& per totum.ff.de re milit. *In officio, vel facto officij quando dicatur delinquere executor.*

2 Notandū eſt quòd in hoc regno magiſtratus non ſolent principaliter conueniri:& vt practicè loquar, in partem formalem capi non poſſunt, niſi in tribus caſibus.primus ſi dolus interuenerit in geſtis ab eo,qui non præſumitur,niſi probetur:ideo qui illum allegat,probare debet.per l.quoties.§. qui dolo.ff.de probat. Secundus ſi fraus.l. iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi.ff. de pact. vbi probatur differentia inter dolum & fraudē.& in l.fraudis vbi Dec.de reg.iur.tertius eſt,quando allegatur concuſſio.rub.ff.de con cuſſio.alibi abundantius ſcribam de his. *In tribus caſibus magiſtratus ſolent capi in partem formalem.*

3 Item tradit Angel.in authen. de iudicib. in §. his qui,col.6. quòd ſi nuncius iudicis dat damnum alicui,tenetur pro eo iudex,qui eum elegit,quoniam in eo eligendo fuit in culpa:ideo ma- *Magiſtratus quando pro ſuis officialibus teneatur.*

giſtratus tenetur de delictis commiſsis per ſuos officiales,quia debuit eligere ſufficientes,& idoneos.pro quo facit l.1.ff.furti aduerſus nautas. & §.fi. de obligatio.quæ ex quaſi delicto.in inſtit. Bartol.in l.1.§.familiæ.ff.de publica.ſed poteſtas non tenetur de familia,quam non eligit : vt pulchrè docet Paris de puteo.in tracta.de ſindica.in §.an ex eo.nu.16.& ſeq.vnde hodie magiſtratus in hoc Franciæ regno,non tenetur pro ſuis apparitoribus,quia eos non eligunt:ſed rex ferè prouidet omnibus officiis:ideo liberati ſunt ab his magiſtratus ſeculares,ſecus in eccleſiaſticis : quia ipſi etiam hodie ſolent eligere ſuos apparitores,ideo ipſi tenentur pro delictis eorum,qui interdum aliis ſunt deteriores.

Corrigeront iceux executeurs ou ſergens,& les condamneront es deſpens,dommages & intereſtz,des parties bleſſées,& en amende ſelon l'exigence des cas.

GLOSSA DECIMASEXTA.

Executor multiplex.

1 Multiplex eſt executor.quidam eſt merus executor facti, cui in totum data eſt poteſtas exequendi ſententiam ſine aliqua cognitione:vtpote, committitur poteſtas capiendi bona,mittendi in poſſeſsionem,vel aliud ſimile:& de iſto loquitur l.ſi vt proponis. & l.executorem.C.de executio.rei iud.& hic exceptiones nõ admittit, ſed eas reiicit ad committentem.c.de cætero.de re iudica.& executorem eum ſolum eſſe manifeſtum eſt,qui poſt ſententiam inter partes,audita omni & diſcuſſa lite prolatam, rei iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere.l.penul.C.de executio.rei iudicat.

Mixtus executor eſt,qui habet cognitionem executioni annexam.glo.no.in cap. paſtoralis. §. qui verò.de offic.deleg.Bart.& alij in l.à Diuo pio.in princ.ff.de re iudic.& regulariter executor areſti ſi iudex ſit ordinarius, vel curiæ parlamenti conſiliarius habet cauſſæ cognitionem in his, quæ dependent ex facto executionis, vel ſine quibus areſtum non poteſt executioni mandari, teſte Maſuer.in pract.ſuã.rubr.de executio.§.item executor domini. {Et quando executio cauſſę cognitionem requirit,debet committi conſiliario iudici iuriſdictionem habenti,vel alteri qui de hoc poſsit cognoſcere, non autem apparitori,vel commiſſario Caſtelleti, vt cenſuit Senatus anno 1507.die 22.Martij,poſtulãtib.egregiis aduocatis Diſſoine & Aligret.} Et de multiplici executore quoad beneficia, ſcribunt docto.in c.executor.de conceſsio.præbend.in 6.& ego in rubr.de manda.apoſtol.§.1.in concorda.de executoribus vltimarum voluntatum.tex.& docto.in c. Ioannes.de teſta.& c.fi.illo titul.in 6.

Quando executor excedens mandatum puniatur.

2 Itaque videndum eſt quomodo puniatur executor, ſi exceſſerit mandatum? Reſpon.variè. Primò in expenſis,damnis, & intereſſe vt hîc, *& les condamneront es deſpens,dommages & intereſtz des parties bleſſées.*text.in l.diligenter.ff.mandat.c.Sacro.de ſenten.excom.glo.in c.illud.11.q.3.Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.q.23.ff.de offi.proconſul.

3 Secundò in mulcta,vt hîc dum dicit,*& en amende*,ſed in qua mulcta.tex.in l.ab executione.in fi.C.quorum appell.&c.dicit ad quinquaginta libras argenti,hîc tamen non exprimitur,ergo eſt arbitraria:nec obeſt d.l.ab executione, quæ loquitur de appellante friuolè ab executore,ſed non in executore excedente,de quo iſte text.

4 Tertiò debet iudex corrigere factum executoris:vt hîc dicitur,*corrigeront iceulx executeurs.*Et ſic quod malè ab ipſis factum erit,iudex emendabit : vt not. docto.de verb.corrigere.in l. edicta actio.C.de edend.

5 Quartò de dolo tenetur.l.non videtur.§.qui iuſſu.ff.de regu.iur.c.quod quis.à contrario,vbi Dinus illo titul.in 6.l 3.§.ſi executor.ff.de negotiis geſtis.Si dolum commiſerit, fortè vilius vendendo.l.ſi pignora.ff.de euictio.

6 Quintò iniuriarum tenetur. Guido Papæ in deci. Delphi.q.293. & Aufrer. in deci. 397. & quamuis iuris executio iniuriã non habeat.l.iniuriarum.§.1.de iniuriis.ff.ſi tamen executor fines mandati excedat,non eſt executio iuris, ſed iniuriæ illatio.l. ſi iniuriæ.ff.de iniur.vnde Bald.in l. obſeruare.§.proficiſci.q.23.ff.de offic.proconſ.ait,quòd iudex,qui fecit executionem iniurioſam contra effectum iuſtitiæ,vt quia in vindictam partis fregit lectos,vel culcitras captas,& tunc facit litem ſuam.l.lectos.ff.de pericul.& commod.rei venditæ. ſi verò fecerit contra iuſtitiæ modum, id eſt ordine prætermiſſo,ſi per hanc executionem paſſo aliquid adeſt, vt liberatio:& tunc executio non retractatur.per l.vlti.in fi.ff.quod met.cauſ.executor tamen tenetur iniuriarum, ſi dolo fecit vt concludit Paris de puteo.in tract.de ſindica.in verb. executio. Si verò per executionem, paſſo nil adeſt:debet retractari executio facta. per l. ſi cum nulla.ff.de re iudic. & de euictio.l.minor.& iniurioſa executio retractatur, ſi facti qualitas petitur.l.2.§. graui.ff. de adminiſt. rerum ad ciui.pertinent.d.l.à Diuo pio.§.ſi ſuper.c.ex literis.de pignorib.

Areſtum.

7 Sextò officio iudicis poteſt puniri pro modo exceſſus : vnde hoc anno 1541. in menſe Decembr.ſeruiens *à ſied.* ſic Gallicè vocatur,fuit ſuſpenſus propter exceſſus, quos in ſuo officio fecerat,cùm officium iudicis ſe extendat vſque ad mortem incluſiuè.gl.ſing.in §.in ſumma.inſt.de iniur.vbi not.etiam docto.

8 Septimò ſi exequatur contra alios, quàm eos,qui in ſententia expreſsi ſunt, niſi fortè in locum demortuorum ſuffecti eſſent: vt ſi conſules condemnati fuiſſent,vel ſcabini:licet alij creentur de nouo:in eos tamẽ executio fiet,quia eſt idẽ populus.tex.in l.proponebatur.de iud.ff.Ioan.

de Ana.

de Ana.conſil.26.in cauſſa.col.ſecunda,& debet in hoc caſu intimari executio,& pars ſi ſua putauerit intereſſe:& ſic agendo procedetur celeriter,& ſummariè:vt ſcribitur in §.fi.de dilatio.quæ datur pro conſilio.in ſtylo parlamenti,in prima parte.

Et auſsi le commandons & enioignons à tous iuges, & ſur peine d'eſtre reprins par nous,ou noz iuges.

GLOSSA VLTIMA.

PRæceptũ eſt cõminatoriũ,& ꝙ præcipitur impetratur:& quod impetratur neceſſe eſt fieri.Si non fiat,pœnam habet.c.fi.14.q.1.alia multa hîc poſſem dicere & tractare:ſed iſta ſunt,quæ plus arridẽt vtilitatibus hominũ:ob id ea duxi deſcribẽda:reliqua per docto.videri poſsũt.

Idem articul. XII.

Item & quant aux executiõs de complainctes en cas de ſaiſine,& de nouuelle,d'appleigemẽs & cõtrepleigemens de requeſtes de lettres, de garniſon de main pour obligatiõs faictes ſouz ſeaulx authentiques, & de ſimples adiournemẽs en matieres ciuiles,l'executeur ou ſergent,pour quelcõque appellatiõ faicte de luy:ne ceſſera faire ſon executiõ quãt à faire les adiournemẽs deuãt les iuges,auſquels la cognoiſſance en appartiẽt ou eſt cõmiſe de ſequeſtrer verbalemẽt les choſes où il appartiendra ſequeſtratiõ. Et ſur peine d'eſtre cõdamné en deſpens,dõmages & intereſtz de la partie qui requiert l'executiõ ou adiournemẽt,& d'eſtre puni & corrigé par le iuge,& ſelõ l'exigence du cas. Et en oultre auõs ordonné,decerné & decreté, decernõs & decretons que la cognoiſſance d'icelles cauſes d'appel faictes du ſergent ou executeur,appartiendra au iuge auquel appartiendra la cognoiſſance de la cauſe principale,ſinon que la cauſe fuſt releuée en noſtre court de parlement. Auquel cas nous auõs ordõné & ordõnons que ladicte cauſe d'appel ſoit prõptement & ſans aulcun delay par noſtre dicte court decidee, ou renouuee par deuãt le iuge, auquel la cognoiſſance du principal appartiendra ou ſera commiſe pour en decider comme il appartiendra ſans differer, ne delayer la cauſe du principal.

Articulus octauus.

GLOSSA PRIMA.

QVinque hîc dicũtur,primò enumerat hîc cõditor quinq; caſus executorios: in quibus nõ debet executor per appellationẽ ſuperſedere:& hoc ſtatuitur in 2. ibi,*l'executeur*.in tertia inſerit pœnam executori ceſſanti.ibi,*& ſur peine d'en eſtre condamné*.in 4.ibi,*& en oultre*.ſtatuit iudicem,qui de principali cognoſcit,de hac appellatione emiſſa ab executore cognoſcere poſſe.in quinta parte ibi,*ſinon que la cauſe fuſt releuée*.excipit iudices, tunc nõ debere cognoſcere,quando appellatum eſſet ad curiam ſupremam:& quid curia debeat facere,deciditur ibi.iſta eſt huius arti.ſumma:& hic artic. eſt ferè explicatus, in proximo arti. ſuprà:ob id pauca hîc dicam.

Summa articuli.

Pictones interdictũ forte vti poſsidetis ſeu querelam applegiamentum vocant:actor enim dicit ſe applegiatũ ideſt,ſayſitum aduerſus reum,reus verò cõtraplegiatum:de quo plenè in toto tit. ff.& C.vti poſsidet.& docto.in c.licet cauſſam.de probatio.& in conſuetud.Picto.eſt videre. { & in trac.de materiis poſſeſſo.artic.5.in fi.ſcripſi in 3.tomo.}

Des requeſtes de lettres,de garniſon de main pour obligations faictes ſoubz ſeaulx autentiques.

GLOSSA SECVNDA.

1 SEntentiã latã in vim ſupplicationis dicunt quidã per iſtum text.executioni mandandam.Sed iudicio meo iſte tex.non hoc vult,ſed quod ſeruiens executor ſupplicationis debet exequi non obſtante appellatione:vt pote ſi in ſupplicatione petam quòd cauſſa committatur tali N. vel quòd talis actor habeat producere intra decem dies: curia licet fiat,& ſignificetur, quando ſeruiens vel hoſtiarius exequitur parti eam ſignificando, ſi pars appellet apparitor ob id non debet ceſſare:quia ſic non grauatur pars,ergo appellare non debet.c.cum ſpeciali.§.porrò.de appella.

Sententia in vim ſupplicationis lata exequenda.

2 †Niſi ſupplicatio haberet interlineaturas, vel additionem : quia tunc non debet porrigi ſenatui,nec etiam poſteà parti ſignificari, vt fuit areſto huius Senatus pronũciatum,anno 1519.die 22.Martii.nec poſt duos dies quibus tradita curiæ fuit,& à curia recepta:vt eſt in ordi.reg.rubr. *des requeſtes preſentées à la court*,art.quinto.

Supplicatio habens interlineaturas non eſt parti ſignificanda.

3 Nec debet committi is conſiliarius,quem pars petiit in ſupplicatione, vel qui refert & curiæ renunciat:is enim videtur fauere parti, vt in l.obſeruandum.ff. de iud. ſolet tamen hodie curia etiam contra ordinationem illi committere,qui ſupplicationem curiæ offert:quod poteſt præſes facere ex cauſſa, vt in d.tit.*des requeſtes*.arti.7.de ſupplicatione,quam propoſitionem erroris vocant practici.ſcripſi in tract.meo,de ſupplicationibus. ibi vide etiam de multiplici genere ſupplicationum in prin.

Conſiliarius deferẽs ſupplicationem committi non debet.

Et des ſimples adiournemens en matieres ciuiles l'executeur ou ſergent pour quelque appellation faicte de luy ne ceſſera de faire ſon execution, quant à faire les adiournemens deuant les iuges:auſquelz la cognoiſſance en appartient, ou eſt commiſe.

GLOSSA TERTIA.

PEr iſtum tex.tolluntur variæ doctorum ſententiæ,an liceat à citatione verbali in cauſſis ciuilibus appellare:& hîc deciditur quòd non.Et ſi appelletur,non obſtante appellatione ſeruiens citabit:vt ſcripſi artic.prox.in gloſ.5.ſed hîc text. addit coram quibus citabit,& reſpon.coram illis,qui cognitionem cauſſæ principalis habent, vel à quibus eſt commiſſa citandi poteſtas.

De ſequeſtrer verbalement les choſes où il appartiendra ſequeſtration.

GLOSSA QVARTA.

1 DEbet ſeruiẽs executor literarum in caſu nouitatis verbaliter ſequeſtrare, non obſtante appellatione partis:quia iſta verba non grauant:& iudex qui hoc commiſit, potius quàm executor grauare videtur:imò dicit text.quòd appellatione ſuſcepta poſſeſſori eadem res auferatur, & idoneæ collocetur, reddẽda ei parti,pro qua ſacer cognitor
2 iudicauerit.tex.in l.ab executione.C.quorũ appel.non recipiunt.†Per quẽ tex.probatur practica regni,vt res immobiles,quãdo de poſſeſsione illius contenditur,capiatur,ſayſiatur,& ſequeſtretur.Et commiſſarij pro fructibus recipiendis deputentur:& non inueniẽs meliorem text. ad hoc,ideo nota eum.idem tenet Ioan.Fab.in §.retinendę.de interdi.in inſtit.Bar.in l.2.ff.de appel.
3 recipiend.& Bal.in l.fi.C.de ordi.cognitio. † Vbi in interdicto retinendę poſſeſsionis dicunt pendente lite ſequeſtrationem eſſe faciendam : ne partes veniant ad arma, iuxta l. æquiſsimum. ff.de vſufru.& iſta ſententia eſt recepta ab vſu forenſi:quamuis contrarium tenuerit Bart.in l. ſi diſceptetur.ff.vbi pupillus educari debeat.

Practica regni ut res ſaiſiatur & ſequeſtretur.

4 Nec impedietur hæc ſequeſtratio,etiã ſi publico inſtrumento quis probaret,ſe rei contentioſæ dominum:quia inſtrumẽta publica multis ex cauſsis refelli poſſunt,quę cum altiorem requirant indaginem,non admittetur:cùm ſummatim hæc ſequeſtratio ſit diſcutienda:quod non poſſet eſſe,ſi inſtrumenta reciperemus:nam pars illud ſaluare vellet:& ſic differretur executio, teſte
5 Imbert. in inſtit. Foren. pag. 98. † Et quòd ſententia ſequeſtri de iure etiam exequi debeat non obſtante appellatione,probat tex.in l. imperatores.§. fi. ff. de appel. ne interim quis appellet cauſſa executionis differendæ.Panor.in c.2.de ſequeſtra.poſſ.& fruc. Curtius in tract.de ſequeſtr. q.1.limita.1.vide quæ abũdè ſcripſi,de ſequeſtra.in l.ſequeſter.ff.de ver.ſign.& art.1.ſuprà eodem.

Sequeſtratio an impediatur oſtenſione publici inſtrumenti.
Sententia ſequeſtri exequenda.

Et ſur peine d'en eſtre condamné es deſpens, dommages, & intereſtz de la partie que requiert l'execution ou adiournement.

GLOSSA QVINTA.

1 TErtia pars text.vbi comminatur executoribus pœnam,ſi executionem partis, gratia, aut appellationis metu deſerant, nempe condemnari debent in caſibus executoriis parti executionem requirenti ad expenſas,damna,& intereſſe:nec ſufficeret,ſi iudex condemnare prædictum executorem, ad vnum, vel duo, videlicet ad expenſas, & damna,ſi omitteret intereſſe:quia non eſſet huic legi copulatiuè loquenti ſatisfactum, cùm vtraque in copulatiuis interuenire debeat.c.2.de reſcript.l.ſi hæredi.ff.de condi.inſtitu.
2 Quæro,an pars poſt appellationem requirere hoc habeat?videtur quòd ſic,ibi,*la partie que requiert*.contrarium verius puto: vt ſufficiat partem primò requiſiuiſſe viatorem,vt exequatur, & dediſſe ei literas executorias:nam licet pars poſteà appellauerit:non tenetur ceſſare ſeruiens,quia has ordinationes ſcire debet,quatenus tangunt ſuum officium.per tex.in l.leges.C.de legib. nec pars iterum requirere debet,vt exequatur:quia requiſitio in principio facta in ſequentibus repetita intelligitur.l.item quia.in fin.ff.de pact.& tradendo literas executorias ſatis videtur eum requirere,& ipſe recipiendo acceptare, & promittere ſe facturum executionem : prout ius & ordinationes volunt.facit cle.1.de procurato.docto.in l.1.C.de execut.rei iudi.
3 Item in interdicto vti poſsidetis, ſolet quis condemnari ad expenſas, damna, & intereſſe: vt in

vt in l. prima, & l. ſi duo. vbi hoc ſcribit Bart. ff. vti poſsidetis, quod eſt verum, quando pars ſe oppoſuit.

4 Sed ſi pars confiteatur poſſeſsionem aduerſarij, tunc non debet ad damna vel intereſſe condemnari: vt fuit iudicatum anno 1538. die 11. Martij. vnde ſi in principio quis non ſe opponat, non debet condemnari: ſed ſeruiens hoc ſcribere, & iudex plenè manutenebit partem petentem. facit d. l. 1. §. ſed ſi inter ipſos. vbi alteruter ſe magis poſsidere affirmat vti poſsidet. ff.

Pars interdicto uti poſsidetis quando non ſoleat condemnari ad intereſſe. Areſtum.

Et d'eſtre puny & corrigé par le iuge ſelon l'exigence du cas.

GLOSSA SEXTA.

Supra artic. prox. fuit dictum, quòd ad emendam arbitrariam puniri executor poteſt: hic etiam tex. addit condemnatum ad pœnam corporalem: ſi dolus interuenerit, vel per ſordes ceſſauerit, argu. l. ſi filiusfamilias. ff. de iudi. & quod ibi not. quæ pœna corporalis pro facti qualitate imponetur, vt hic, *ſelon l'exigence du cas.*

Et en oultre auons ordonné, decerné, & decreté, decernons, & decretons, que la cognoiſſance d'icelles cauſes d'appel faictes du ſergent, ou executeur appartiendra au iuge: auquel appartiendra la cognoiſſance de la cauſe principale.

GLOSSA SEPTIMA.

Quarta pars text. ſtatuit ad quem deuolui debeat appellatio emiſſa ab executoribus, videlicet ad illum iudicem, ad quem principalis cauſſæ cognitio pertinet. Nempe cùm literæ emanant à præpoſito Pariſi. ſi quis appellat à ſeruiente exequente iſtas literas, ad præpoſitum appellare debet: vt ſuperius artic. proximo ſcripſi, niſi vt ſequitur,

Sinon que la cauſe fuſt releuée en noſtre court de parlement.

GLOSSA OCTAVA.

Ista vltima pars, in qua ponitur exceptio ad partem proximam: videlicet vt appellatio non deuoluatur ad iudicem, qui de cauſſa cognoſcit, quando ad parlamentum appellatur, & hoc propter honorem & authoritatem curiæ parlamenti. Et de quacunque curia parlamenti intellige, cùm hic indefinitè loquatur, *noſtre court*, quæ indefinita vniuerſali æquipollet. l. ſi pluribus. ff. de legat. 1. glo. plenior iuris. in c. vt circa. de electio. in 6. & omnes regni curias parlamenti vocat Rex noſtras, maximè illam honorabilem curiam parlamenti Pariſi. nempe iſta in honorem parlamentorum ſtatuuntur. multa enim in gratiam parlamentorum ſtatuta ſunt, quæ in aliis curiis inferioribus non procedunt, quæ ſcripſi in prooemio concord. in verb. ſummas, vbi triginta tria, & vltra curiarum ſupremarum priuilegia congeſsi.

Nomine curiæ noſtræ venit omnis parlamenti curia.

Auquel cas.

GLOSSA NONA.

Videlicet quando cauſſa per appellationem defertur ad curiam parlamenti. Sed nunquid quod hic ſtatuitur ſeruari debeat, ſi appelletur ad magnum Regis conſilium? putarem quòd ſic: quia par eſt eius authoritas, & præeminentia: vt plene ſcribit Ioan. montaigne in tract. de author. ſacri magni conſ. & in d. gl. ſummas. in prooemio concordan.

Magnum regis conſiliũ parem cum curiis parlamenti habet authoritatem.

Nous auons ordonné & ordonnons, que ladicte cauſe d'appel ſoit promptement & ſans aucun delay par noſtre dicte court decidée, ou renuoyée par deuãt le iuge, auquel la cognoiſſance du principal appartiendra, ou ſera commiſe pour en decider, comme il appartiendra, ſans differer, ne delayer la cauſe du principal.

GLOSSA DECIMA.

Curia parlamenti poteſt in cauſſis ad eam per appellationem deuolutis vnum ex tribus facere, & illorum habet electionem ex cauſſa.

Primò poteſt decidere appellationis cauſſam, ſi decidi poſsit ſinè principali, & ex tempore, etiam dicitur decidi non poſſe, quod difficile fit: vt ſcripſi in l. nepos proculo. ff. de verbor. ſignifi.

Secundò curia remittere debet ad iudicem ſuum, ſi ex tempore & breui expediri cauſſa non poſsit, per hunc text. & ad quem iudicem hic dicit, ad quem cognitio ſpectat, vel cui cauſſa commiſſa erat.

Tertiò poterit curia retinere cauſſæ cognitionem, & poterit cõmittere cõſiliario, vt illã cauſſam inſtruat vſq; ad definitiuã excluſiuè, iuxta authẽ. ad hæc. C. de iudi. & c. vt debitus. de appel. ſed iſtud nõ dicitur hic ſed in aliis ordi. & in iuribus ſuprà adductis: reliqua in ſequẽtibus ſcribã.

Tria poteſt in cauſſis appellationum curia parlamenti.

Charles VIII. artic. XLVIII.

Articulus nonus.

Item combien que ſelon le droict, & par les ordonnances on doyue proceder ſommairement en matiere de nouuelleté, toutesfoys par la ſubtilité des practiciens, les dicts proces tant en matiere prophane, qu'eccleſiaſtique, ſont immortelz. Et auiourdhuy faict lon plus grande procedence ſur vn fourniſſement, qu'on ne ſouloit faire ſur vn poſſeſſoire: & les dicts poſſeſſoires ſont plus longs qu'ilz ne ſouloyent eſtre: à ceſte cauſe en enſuyuāt les ordonnances de noz predeceſſeurs, nous auons ſtatué, & ordonné, ſtatuons & ordonnons, que d'ores en auant touchant les fourniſſemens, qui ſeront faicts par ſentence de iuge royal, parties ouyes ſommairement & de plain les dictes ſentences ſeront miſes à execution, non obſtans oppoſitions, ou appellations; & ſans preiudice d'icelles: ſans ce que les dicts iuges royaulx different aux dictes appellations, ne pareillement aux appellations interiectées des interlocutoires precedentes le dict fourniſſement.

GLOSSA PRIMA.

DVo hîc deſcribuntur. Primò conſtitutionis cauſſa. Secundò conſtitutio: videlicet quòd ſententia furnimenti mittatur executioni, nõ obſtantibus oppoſitionibus, & appel. tionibus, & ſine illarum præiudicio. item additur, ne ſententiæ reſtitutionis ſeu reſtabilimenti impediantur: vt ſententiæ interlocutoriæ, quæ proferentur ante ſententiam furnimenti non impediantur per appellationem, & hoc loco ſummæ: & ideo ſtatutum eſt, quia cauſſa poſſeſſoria momentanea dicitur, nam momento & ſummariè expeditur. l. fin. C. qui legit. perſo. c. 1. & 2. de cauſſa poſſe. de hac nouitatis materia plenius dicam in rubr. *des matieres poſſeſſoires.* vide quæ dicuntur in ſtylo parlamenti. rubr. de cauſ. nouitatis. Alicubi legi Simonem quendam de Buci, prius inueniſſe hanc nouitatis materiam poſſeſſoriam, vt nunc in iudiciis Franciæ exercetur: quia longè ante eum interdictum vti poſsidetis exercebatur vbique: vt patet ff. & C. vti poſsidetis.

Caſum nouitatis quis inuenerit.

Sommairement en matiere de nouuelleté. Touteſfoys par la ſubtilité des practiciens les dicts proces tant en matiere prophane, qu'eccleſiaſtique ſont immortelz: & auiourdhuy faict lon plus grande procedure ſur vn.

GLOSSA SECVNDA.

Materia ſummaria hic traditur.

1 AD intellectum huius materiæ ſummariç, quam tradunt text. & docto. in cle. ſæpe. de verb. ſigni. & Bart. in extraua. ad reprimendum, quomodo in læſæ maieſtatis crimine procedatur. Notandum eſt quòd iſtæ quatuor dictiones coniunctim, videlicet, ſummariè, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, aliquando in lege vel ordinatione ſeu in conſtitutione ponuntur, vt in cle. diſpendioſam. de iudic. & tunc important ea quæ declarantur per tex. in d. cle. ſæpe: videlicet vt iudex, cui cauſſa talis committitur, neceſſariò libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, in tempore etiam feriarum ob neceſsitates hominum inductarum à iure procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem quando poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes, dilationes fruſtratorias repellendo, partium, aduocatorum contentiones, & iurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem referendo. ibidem. & vide in ordi. reg. rub. *des aydes, tailles & gabelles.* ordi. 2. art. 15. & ſeq.

Hec clauſula ſine figura, quid operatur.

2 Aliquando verò iſta verba ſeparatim ponuntur: vt hîc: & tunc non habet locum d. cle. niſi apponeretur dictio ſine figura, quæ tantum importat quantū omnia alia præcedentia iuncta teſte Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, ſine figura. c. ol. 1. poſt Ioan. Andr. in d. clem. ſæpe. in verb. figura. quem ibi ſequuntur communiter docto. Ego tamen non video, quòd tantum ſignificet hæc dictio ſola, quantum omnes aliæ: vt inferius dicetur, alioqui ſuperfluè ponerentur aliæ cùm iſta.

Quis poſſit his clauſulis ſummariis uti.

3 Secundò eſt ponderandum, quòd ſolus Papa his clauſulis vti, & ſic committere cauſſam, vel procedere ſolet, ſed legatus vel alius non poteſt ſic cognoſcere, vel committere. per gloſ. ſing. in c. fi. de hæretic. in 6. & ibi multa addidi, niſi ſit in princeps non recognoſcens ſuperiorem: vt Rex Franciæ, nempe ordo iudiciorum eſt introductus à iure poſitiuo. l. prolatam. C. de ſenten. & ideo ab inferiore tolli non valet, qui iuri derogare non poteſt. cle. ne Romani. de electio. nec iudex etiam cum conſenſu partium poteſt ſummariè procedere, quando ſibi à iure, vel à principe non eſt conceſſum. Ioan. Andr. in d. clem. ſæpe, in fi. & gloſ. in c. de cauſsis. de off. deleg. Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. 2. q. ff. pro ſocio.

Secundū rei ueritatem cognoſcas, quid ſignificet.

4 Tertiò alia ſunt verba, quæ etiam iuris ordinem minuunt, vt cognoſcas ſecundum rei veritatem, vel ſola facti veritate inſpecta. text. & ibi Imol. in c. dilecti. de iud. Roma. ſing. 783. quid important vbi dicit hoc tantum ſignificare, quantum clauſula, ſine figura iudicij, & ſic excludit formam

mam ordinis iudiciarij.d.de Rota.deciſ.33.& 96.ac 115.in no.Iaſ. in l.iuſtitia. ff. de iuſtitia & iure. quod facit ad intellectum ordi.regiæ.rub.*des hoſtelliers*.ordi.5.veſ. *& d'autant que, &c.*ibi. *il ſoit adminiſtré aulx parties prompte & ſommaire expedition de iuſtice,ſans forme ne figure de proces,la ſeule verité du faict regardée & cogneue &c.*

5 Item ſi dicatur,cognoſcas,nulla iuris ſernatâ ſolennitate,vel omiſſa ſolennitate : tunc omnis ordo introductus à iure poſitiuo cenſetur ſublatus:& remanet ius tantùm gentium.Bart. in l. ſi-Huſſa.ff.de donatio.Ioan.Baptiſta,in tracta.de arbitr.lib.10 cap.6.Panor.in c.dilecti.col.2.de iudic. Lanfranc.in d.cle.ſæpe.col.1. & idem eſt dicere ſine ſolennitate, ſicut ſine figura iudicij. Petr. de Ferra.in ſua pract.in forma.libel.in actio.reali.in verb.ſummariè.col.3. *Omiſſa ſolẽnitate.*

6 Si dicatur ſecundum liberum arbitrium procedas, idem eſt dicere , ſicut ſine figura iudicij. Bart.in d.verb.videbitur.& Lanfranc.in d.verbo ſummariè.col.3.in verbo defenſiones.d.cle.ſæpe. vbi vide Georg Nathan.ibi cumulantem alia verba. *Liberũ arbitrium quid.*

7 Quartò idem eſt dicere ſimpliciter,vel ſummariè,quoad iſtam materiam.tex.in d.cle. ſæpe, quia iſta verba in ſignificatione æquiparantur.teſte Bart.in d.verb.ſummariè.in fi. *Simpliciter procedere.*

8 Idem ſi dicatur diligenter citò,illico,vel ſine mora,cauſſa expediatur : quia intelligetur non ſeruato ordine iudiciario,& ſic ſummariè.gl.& in verb.imminere.in authẽ.de inceſt. nupt.colla. 2.& in l.momentaneæ.C.vnde vi.& ibi Bar.in l.penult.C.depoſit.c.ſi epiſcopus.in 1.11.q.3.Alber. brunus.fol.69.verſic.& ſi dicatur.in tracta.de forma & ſolennita.actus. *Diligenter, citò, illico, ſine mora.*

9 Idem ſi committatur à Rege cauſſa cognoſcenda *en toute deligence*,vt ſæpius dicitur in ordina.reg. vel *promptement & ſans delay,* idem ſignificare iſta verba videntur,quod ſummariè : vt in art.præcedent.in fi.patet. *Promptement & en toute diligẽce.*

10 Idem ſignificat velo leuato procedas,vt ſummariè. per l. de ſubmerſis. C. de naufrag.libr.11. Petr.de ferra.in ſua pract.in forma libel.in actio.reali.in verb.ſummariè.col.penul.vide alia verba per Albert.brunum in d.tract.de forma & ſolennita.actus.fol.67.& ſeq. *Velo leuato.*

11 Quintò videndum eſt quid importet verbum ſummariè ſolum,vel ſimpliciter:& notandum eſt , quòd cauſſa ſummaria dicitur quatuor modis. Primò quoad ſubſtantiam iudicij. Secundò, quoad probationes. Tertiò quoad dilationes.Quartò quoad ferias.Bal.in l.1.col.3.ff.ſolu. matri. & in l.tertia.§.ſciendum.ff.ad exhibend.Georg.nathan.in d.cle.ſæpe.§.fin.verſicul.circa primam. *Summaria cauſſa quatuor modis dicitur.*

12 Primò dico quòd per hoc verbum ſummariè , vel æquipollens , ſubſtantialia iudicij omitti non debent:quia ſummariè id eſt breuiter procedendo omnia ſubſtantialia interuenire debent.l. 1.ff.de rerum diuiſio.

13 Et ideo requiritur libellus.d.l.3.in princ.§.ſciendum.ff.ad exhibend. niſi cauſſa ſit parui momenti.authent.niſi.C.de ſenten.ex libel.recitand. tamen poterit iudex ex officio repellere libellum formatum in actione perſonali non expreſſa cauſſa remota:vel non admittet libellum , niſi cauſſa in eo exprimatur:quod ſecus eſſet in cauſſa non ſummaria.gloſ.in l.fin.C. de annal. exceptio.& l.1.ff.de edend.& in c.2.de libel.oblatio.Lanfranc.in dicta cle. ſæpe. col. 3. in princi. & lis debet etiam conteſtari.l.tigni.§.ſi quis.ff.ad exhibend. & alia iudicij ſubſtantialia interuenire debent,quæ ſcripſit gl.& docto.in l.prolatam.C.de ſenten.& interloc.om.iud. *Libellus in ſummarijs an & qualis requiratur.*

14 Secundò in his cauſſis ſummarijs etiam requiritur plenè probatio:ſicut dicitur in d.cle. ſæpe.quod non procedit,quando cauſſæ ſummariæ ſunt nullius,ſeu modici præiudicij:tunc probatio fieri poteſt per iuramentum.per l.theſaurus.ff.ad exhiben.imò probatio vnius teſtis, erit tunc ſufficiens & ſola fama:vt aſſerit Matheſi.no.1.& 2. Idem,ſi tractetur de alterius præiudicio, reparabili tamen in alio iudicio,& cauſſa eſt fauorabilis,tunc per vnum teſtem,vel alia indicia poteſt probari,per quæ iudex ad ſuſpitionem perueniat.l.in lege aquilia ſi deletum.ibi,ad ſuſpitionem. ff.ad legem aquil.l.3.§.cauſſæ.de carbo.edict.l.1.de ventre inſpiciend.vnde cùm per talem probationem perueniatur ad primum gradum probationis, ſcilicet ſuſpicionis:tunc dicitur ſummaria, id eſt primaria,quia prima facie ſic videtur.l.fin.C.de edict.diui Adria.tollend.& ideo adiudicatur poſſeſſio ei, qui prima facie habet apparentiorem titulum , vt dictum fuit art. 1. ſuprà eo.& ſcripſi in glo.concordā.in rubr.de annatis. *Probatio in ſummarijs requiritur.*

15 Item ſi ſummariè cauſſa committatur:non audietur reus proponens exceptiones contrarias, etiam conditionaliter,licet aliàs admitteretur.l.nemo.& ibi Bar.ff.de exceptio.l.ſi quidem.C.illo titul.Boniſa.in d.cle.ſæpe.in princip.col.3.nu.20.gl.& docto.in regula,nullus pluribus.de reg.iu. in 6. etiam exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittentur in hoc primo capite poſſeſſorij,vbi ſummariè procedi debet:vt ibi aſſerit Bart.in d.verb.ſummariè. *Exceptiones contrariæ in ſummarijs repelluntur.*

16 Prætereà non admittetur variatio etiam ante litem conteſtatam,licet aliàs ſecus.vt in l.edita.C.de edend.& ibi plenè docto. *Variatio in ſummarijs reijcitur.*

Quoad tertium dilationes in cauſſis ſummariis abbreuiari poſſunt , etiam ſine cauſſæ cognitione.l.2.ff.de re iud.Ioan.Sainxſon,in conſuet.turo.artic. 26. vt de aliquo operetur hæc clauſula. d.cle.ſæpe. *Dilationes in cauſis ſummarijs etiam citra cauſæ cognitionẽ abbreuiari poſſũt*

17 Tertiò non poteſt procedi tempore feriato,niſi in caſibus à iure expreſsis.l.1.ff.de feri. nec obſtat d.cle.ſæpe.quia loquitur quando alia verba iuncta ſunt : vnde ſummariè dicitur breuiter, non autem breuiſsimè, ideo totam ſubſtantiam iudicij debet comprehendere, nihilque de ſubſtantialibus omittere.l.1.de regul.iur.l.in ſumma.de condict.indebit.Io.Baptiſta,in tract.de arbitr. in lib.10.c.7.alia licet videre per Bat.in d.l.extraua.ad reprimendum.in verb.ſummariè. *Feriatis diebus an in ſummarijs procedatur.*

De plano quid ſignificet.

18 De plano hoc verbum interdum ſumitur pro ſummariè. vt in l. nec quicquam. §. de plano, ff. de offic. proconſ.

Secundò accipitur, vt procedatur ſine inſcriptione ad pœnam talionis. l. leuia. ff. de accuſatio.

19 Tertiò vt procedatur à iudice etiam procedente, & non ſedente pro tribunali. l. vnius. §. fi. ff. de quæſtio.

20 Quartò vt in modum denunciationis, non in forma iudicij procedatur vel ſine ſtrepitu iudiciorum. cap. nouit. circa finem. de iudic.

21 Quintò ſumitur vt ſine proceſſu ordinis iudiciarij, vel repulſa iuris ſolennitate pernicioſa, & ſic planius & temperantius ſolito. l. de ſubmerſis. & ibi Patruus meus Rebuff. C. de naufrag. lib. 11. Bartol. in dicta l. leuia. ff. de accuſatio.

22 Circa hoc verbum de plano quid importet? Reſpon. quia iudex non habet in altum aſcendere: ſed in ſcanno & loco plano, & cõgruo ſedere poteſt, & in domo ſententiã dicere poteſt, vel etiam non ſedendo in camera ius dicere. per l. vnius. §. fin. ff. de quæſtio. & quòd ſtylus altus iudiciorum non ſeruetur, vt conſuluit Aymo crauette in conſil. 140. in cauſſa. col. 2. & idem tenet Ioan. Baptiſta. vbi ſuprà art. 8. gl. in verb. feriarum. d. cle. ſæpe. per l. miles. §. ſexaginta. de adulter. facit text. in l. ſi vt certo. §. planè. ibi, cæterùm ſi vt de plano opus facere tu eum impoſuiſti machinæ. ff. commodat. vbi de plano, accipitur pro loco plano. l. ſed & ſi. §. 1. de inſtitor. actio.

23 Item poteſt ad examinationem teſtium & ad ſententiam peruenire iudex, etiam lite non conteſtata. Innoc. in c. olim. de accuſatio.

24 Nec erit neceſſe dare dilationem ad habendum aduocatum, nec aduocatorum audire ſtrepitum, qui aliquando magnos faciunt ſtrepitus iura pluta allegando. l. 2. ff. de ori. iur. ita Ioan. Saixſon in d. art. 26. rubr. *des retraictz.* in conſuetud. turo. tenebitur tamen eos audire ſummariè & ſine faſtu loquentes, & facti propoſitionem auſcultare: alioqui eſſet reo tollere defenſionem, quæ omni iure conceditur. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. c. dilecto. de ſenten. excommunica. in 6.

25 Item in feriis inductis ob neceſsitates hominum iudex poterit cognoſcere. l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulteriis. glo. in verb. feriarum. in d. cle. ſępe. quam ibi ſequuntur docto. & Feli. in c. fi. de iudic. & c. olim. de accuſa.

26 Igitur ſi mandetur de plano procedi: cenſetur remota neceſsitas afferendi libellum, ſecundum quoſdam, ac neceſsitas obſeruandi dies feriatos ob neceſsitates hominum, ac cognoſcendi pro tribunali, litem conteſtandi: non tamen cenſetur remota neceſsitas iuſtitiam adminiſtrandi, aut veritatem lædendi, aut de cauſſa non plenè cognoſcendi: niſi res hoc expoſcat. d. §. de plano. & authen. niſi. C. de ſenten. ex libell. recitand.

Clauſula ſine ſtrepitu quid operetur.

27 De clauſula ſine ſtrepitu quia conuenit cum clauſula de plano, parum dicam. Nam planè loquens dicitur ſine ſtrepitu: & altè loquens ſtrepitum facere cenſetur: vt aſſerit Lanfranc. in d. cle. ſępe. per cap. fin. de hæretic. in 6. habet tamen hunc effectum præter effectus clauſulæ de plano: quia quando committitur cauſſa decidenda ſine ſtrepitu, poterit litigator loqui iudici ſubmiſſa voce, & illi in aure dicere ſine recuſatione: licet aliàs poſſet iudex recuſari, ſi ei ſic pars loquatur, dum ſedet pro tribunali: vt Ioan. de Imol. aſſerit in c. accedens. 1. vt lite non conteſtata. niſi iudex reuelaret id, quod dixit ei pars. Ioan. Baptiſta. in additio. ad Ludo. Roma. ſing. 257. per authen. iubemus. in fin. C. de iudic. cauere debet pars, ne ſic iudici in ſecreto loquatur, ne ſe & iudicem ſuggillet.

28 Item virtute huius clauſulæ poterit iudex clamorem aduocatorũ, & procuratorum, multitudinemque ipſorum refrenare. c. fi. de hæretic. in 6. Boniſa. vbi ſuprà. col. 4. nec erit danda dilatio, ad habendum aduocatum, cum ſtrepitus aduocatorum ſit ſecluſus. d. c. fi. de hæreti. in 6. Ioan. Baptiſta in d. tractat. de arbitr. lib. 10. c. 8. licet ſecus in aliis cauſsis. l. ab hoſtibus. §. fi. & l. ait prætor. §. fi. ff. ex quib. cauſ. maior. glo. in c. 1. vt lite non conteſtata.

29 Item exceptiones fruſtratorias reiicere iudex poterit. glo. in verb. exceptiones. in d. cle. ſępe. quam docto. ibi ſequuntur.

De ſtrepitu vide tex. in c. nihil. de præſcriptio.

Clauſula ſine figura, quid contineat.

30 Clauſula ſine figura iudicij, de qua loquitur text. in l. vna. §. ſimilique modo. C. de latina liberta. tollend. & c. indemnitatibus. §. ſi qua verò. de electio. in 6. hunc habet effectum: vt per eam tollatur omnis ordo iuris poſitiui, vel conſuetudinarij, ſeu municipalis requiſitus in iudicio: & remanebit tantùm obſeruantia iuris naturalis, & gentium. Bar. in d. extraua. ad reprimendum. in verb. ſine figura. & tantum importat hæc clauſula ſola, quantum ſi omnia coniungerentur. Ioan. Andr. in glo. & figura. d. cle. ſæpe. & Petr. de Ferra. in pract. ſua in verb. ſummariè, quod ſupra reprobaui. vbi plus dicit, quòd figura iudicij eſt ordo ſubſtantialis proceſſus à iure requiſitus: quo omiſſo, ipſum iudicium vitiatur. l. prolatam. C. de ſenten. idem tenet Ioan. Baptiſta. in d. tractat. de arbit. lib. 10. c. 10. verſicu. 16. gl. in verb. non exiſtat. d. cle. ſæpe.

Viginti effectus clauſularũ ſummariè, de plano, & ſine figura.

31 Colligendi ſunt igitur effectus ſequentes, quando iſta quatuor verba iunguntur, vel iſta ſola ſine figura, ſeu æquipollentia alia verba, de quibus ſuprà, quòd tunc citatio, quæ eſt iuris naturalis, in quantum ſapit defenſionem, non cenſebitur ſublata per hanc clauſulam. glo. in l. fi. C. de legib. c. ad noſtram. 3. de iureiurand. cle. paſtoralis de re iudica.

32 Secundò requiritur legitimatio perſonæ, fundata ſuper iure naturali: vt potè an procurator habeat

habeat mandatum:ne factum non habentis mandatum aliis præiudicet:quod iuri naturali repugnat.l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſta.& l.factum alterius.ff.de reg.iur. & regula,non debet quis.eo.titu.in 6.Bar.& alij in l.2.in fi.C.de edicto diui Adria.tollend. Secus in legitimatione fundata ſuper ſolemnitate iuris ciuilis,vel conſuetudinarij:vt requiratur conſenſus patris in filioſa.Nam illa legitimatio per hanc clauſulam tollitur,ſicut quando extra ordinem agitur. glo. in l.1. C. qui admit.c.fin.de iudi.in 6.Bald.in l.3.§.ſed vtrum.col.2.ff.de minorib.Georg.Nathan.in d.cle.ſæpe.in fi.tollitur etiam illa exceptio,an procurator ſit miles.l.militem.C. de procurato. vel ſi aliàs de iure ciuili inhabilis ſit.not.in l.fideiuſſor.§.quædam.ff.mandat.ibi per glo.& Bart.

33 Tertiò non requiritur libellus,ſed petitio verbalis ſufficiet, redacta per ſcribam in acta.gloſ. neceſſario.in d.cle.ſæpe,quod conuenit iuri naturali.Nam coram Salomone mulier dixit, filius meus viuit,& tuus mortuus eſt 3.Reg.3.c.afferte.de præſumptio.

34 Et ſic illa petitio non requirit concluſionem,nec aliam ſolennitatem:de quibus in l.1.ff. de edend.& c.1.de libel.oblatio.ſed ſufficit generalis , nec pars tenebitur huius petitionis parti dare copiam,ſed à notario petere poterit,ſi viderit ſibi expedire.Lanfranc.in d.cle.ſæpe. nec cõuerſio ordinis vitiabit,vt ſi petat cogi & condemnari,vel ſimpliciter : ſed talis porrigi debet petitio , & declaratio,ſuper qua certa fundari poſsit ſententia.l.3 C.de ſenten.ex libel.recitan. ſic conſuluit Signo.homod.conſil.111.in quæſtione.nu.7.in hoc regno tamen breui , ſed ſecundum iuris formam concludere ſolemus.

35 Quartò non fit litis conteſtatio:quia eſt ſolennitas iuris ciuilis.rubr.C.de litis conteſt.tamen effectus quos producit litis conteſtatio, puta quòd procurator fiat dominus litis,vel quòd dentur poſitiones,& articuli bene requiruntur.teſte Georg.Nathan.in repeti.d.cle.ſæpe.§.fi.col.2.4. Guido tamen ſing.698.dicit in ſummariis non requiri litis conteſtationem,ſed in ordinariis,etiã ſi procedatur ſummariè requiritur:vide ibi & in tracta.meo de effectib. litis conteſtatæ , vbi multos cumulaui litis conteſtatæ effectus.

36 Quintò dilationes longæ non dantur,ſed quanto poteſt breuiores:dum tamen defenſiones & legitimæ probationes non repellantur:& ſic duæ dilationes ſufficient:vna ad faciendum poſitiones & articulos,altera ad producendum omnia,quæ partes producere voluerint , & hoc de iure canonico.in d.cle.ſæpe.de iure ciuili ſufficiet vna ad probandum.l.fi.ff. de fer. & hoc ſeruaretur in foro ciuili.teſte Ioan.Baptiſta.in d.tracta.de arbitr.lib.10.c.10.verſi.11.ego tamen puto neceſſarias dilationes dandas,& hoc eſt multùm arbitrarium:vt iudex pro qualitate materię dilationes concedere poſsit:ſed illas pro facti qualitate abbreuiare poterit.

37 Sextò teſtes non citati admittuntur,dummodo requiſiti fuerint per partem,ſecus ſi ſe offerrent,tunc enim eſſent ſuſpecti,per tex.in l.quæ omnia.§.fi.ff.de procurato.docto.in l.cùm ab initio.quemadmodum teſta.aperiant.reprobata gloſ.ibi.

Iurare tamen teſtes & parte præſente tenentur·ne veritas occultetur , & parti defenſionis copia negetur.Barto.in d.ver.ſine figura,per d.cle.ſæpe.& cap.omnia.ac cap.abſente.3.quæſt.9.& teſtes debent in ſecreto examinari inſtar Danielis 13. cap. qui ſic fecit, pro liberanda à calumnia ſancta Suſanna.etiam pars de calumnia iurare tenetur,ne veritas occultetur.8.diſtinc. cap.veritate.Nec refragatur quod de iure ciuili ſit introductum, quòd iuretur de calumnia.l. 2. C. de iura.calumniæ.quia hoc eſt verum,vt ſemel iuretur in tota cauſſa:ſed quòd ſimpliciter iuretur , eſt de iure diuino : ideo ius ciuile ſtatuit inſequendo ius diuinum propter hominum incredulitatem. Exo.20.cap.& ſi Chriſtus.de iureiurand.& ideo eius omiſsio,ſi à parte petitum fuerit,vitiat proceſſum.c.fi.de iura. calum. in 6. Matheſi.ſing.65. nota quòd ſtatutum. hodie non ſolet hoc iuramentum in curiis exigi:quia omnes ferè calumniis abundant : vel quia de calumnia non exercetur,nec de ea curatur.

38 Septimò non requiritur concluſio in cauſſa,licet in publicatione teſtium ſecus:vt concludit Bart.in d.verb.& ſine figura.per c.fi.de hæretic.in 6.vbi publicatio atteſtationum requiritur. probat à ſpeciali Matheſila.no.38.poſt Bart.in verb.publicationem.in d.extrauag.ad reprimendum.& ſic poteſt opponi contra teſtes exceptio ſapiens ius naturale,vt in inimico.aliàs tolleretur defenſio:ſi pars non poſſet impugnare teſtes,etiam poſt publicationem : & ſic ſi ipſa omitteretur.cap.cùm cauſa.de teſti. & poſt ipſam publicationem non poteſt pars alios teſtes producere timore ſubornationis.c.fraternitatis.de teſtib.clem.2. illo titul. & ſubornationis timor iuri naturali conuenit,ne alter alteri inſidietur.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. & vt maliciis occurratur. l. in fundo.ff. de rei ven.ſecus ſi exceptiones contra teſtes erant à iure ciuili inductæ.l.neque enim.§. primo & 2. ff.de teſta.milit.

39 Octauò ſententia ratione huius clauſulæ in ſcriptis non eſt ferenda , ſed eſt ſicut petitio in ſcriptis redigenda,exemplo Salomonis:in c.afferte.de præſumptio. ſecus de iure canonico, & ſic in foro canonico ſeruaretur.glo.in ſcriptis.d.cle.ſæpe , vt ſit deliberata , & non ſubita. l.2.C. de ſenten.ex libello recitand.& ne poſsit poſteà iudex eam mutare:vidi in Forenſi iudicio ius canonicum quoad hoc ſeruari, vt antequàm ſententia, in his etiam ſummariis proferatur, in ſcripturam redigatur,niſi in minimis cauſsis.

40 Nonò poteſt etiam ferri ſententia à iudice ſtante:quia vt à ſedente feratur,eſt introductum à iure ciuili.l.2.de ſenten.ex pericul.recitand. C.& c.fin.de re iudic.in 6. quod eſt verum in diffinitiua:interlocutoria verò nudo verbo proferri poteſt.per text.ſing.in l.defendente.ff.de autho.

tuto.

tuto.quem not.Præpoſ.in cap. cùm ceſſante.col. 10. de appella.dixi in repetit. l. quod iuſsit. no. 2.nume. 199. ff. de re iudi. vbi poſui vltra ſexaginta differentias inter interlocutoriam & diffinitiuam.

41 Decimò in perſonam domini eſt ferenda ſententia: licet procurator ſit litem conteſtatus, quia eſt ſolennitas iuris ciuilis.l.1.C.de ſenten.& interlocuto.omnium.iud.

42 Vndecimò valebit ſententia lata pro abſente non citato,licet aliàs non valeret.l.furioſo. ff. de re iudica.vbi Iaſ.& l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex.

43 Duodecimò iudex non tenetur proferre ſententiam condemnatoriam, ſed poteſt iubere, vt res capiatur,& diſtrahatur pro debito,& ſic poteſt ab executione incipere,exemplo Salomonis dicentis,Afferte mihi gladium. quæ verba ſunt executoria. d. c.afferte. Nam olim omnia manu regia,& ſic executiua expediebantur.l.2.ff.de orig.iur.ſecus quando ſumus in iudicio plenario.l. 1.C.de executio.rei iudica.hoc tamen in practica vix ſeruaretur.

44 Decimotertiò exceptiones quæ magis tendunt ad differendum,& fruſtrandum proceſſum, per iudicem ſunt repellendæ,cùm magis ſint contra ius naturale, quàm ſecundum ius:exceptio verò rei iudicatę,vel aliæ ſimiles,cùm ſint de iure naturali, ne ſępius iudicetur in idipſum, non repelluntur.teſte Ioan.Baphiſta.d.lib.10.cap.10. vbi dicit poſſe opponi etiam exceptionem præſcriptionis,licet ſit de iure ciuili:nam in his quæ facere tenetur iudex, non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis:tamen in his quæ à iure facta ſunt,vel diſpoſita ita quòd per hoc ſit ius quęſitum alteri,iudex nō poterit hoc immutare ratione illius clauſulæ.l.bona fides.ff.depoſit.aliàs eſſet contra naturalem rationem auferre ius quæſitum: ideo exceptio non ſolutæ gabellæ admittetur,per quam ius eſt quæſitum fiſco,vel alteri.Bal.in l.ſi pro ea.C.manda.col.penulti. & ſequent. & exceptio ſpoliationis.Iaſ.conſil.162.in quarto volumine.

45 Decimoquartò iudex poteſt diebus feriatis ad neceſsitates hominum procedere, non in diebus feriatis in honorem dei.d.clem.ſæpe, nec in feriis repentinis. vt in gloſ.de neceſsitate.d. cle.ſæpe.

46 Decimoquintò ratione huius clauſulæ iudex multitudinem teſtium,aduocatorum,& procuratorum refrenare debet.d.cle.ſæpe.& de Ferra.in d. ver.ſummariè, ſufficit quòd audiat in his ſummariis duos vel tres teſtes non reprobatos.

47 Decimoſextò poterit iudex ſimul cognoſcere,vel ordine præpoſtero de exceptionibus dilatoriis,& peremptoriis:quia hic ordo à iure ciuili eſt inductus.l.perēptorias.C. ſenten.reſcind. non poſſe.l.prolatam.de ſenten.& glo.in l.nec quicquam.§.de plano.ff. de off. proconſ. licet ibi Bald.teneat contrarium per c.exhibita. de iudic.quod non obſtat: quia ibi non proceditur ſine figura iudicij Ioan.Baptiſta.in d.c.10.verſi.23.

48 Decimoſeptimò valet ſententia lata ſuper condemnatione partis debiti: licet fuerit omiſſa abſolutio alterius:nam æquitas naturalis eſt,vt ſi pro parte iudex plenas habeat probationes, in eo tantùm ferat condemnationem, & reſiduum in quo eſt dubium in ſuo ſtatu dimittat. Ioan. Baptiſta.in d.libr.10.cap.10.verſic. item 33.tract.de arbitris per l.quidam.ff.ſi cert.peta. vbi docto. quia regula iuris quod ſuper toto pronuncietur,eſt inducta de iure ciuili.l.qualem.ff.de arbit.

49 Decimooctauò in his ſummariis iudex non poteſt procedere plenariè.tex.in c. ſi quis cùm clerico.11.q.1.aliàs grauat partem.

50 Fallit in caſibus deſcriptis in cle.diſpendioſam.de iudic.quia per illum text. datur iudici facultas procedendi ſummariè:ergo poterit omittere,ſi iudici videatur.

51 Secundò fallit de conſenſu partium in omnibus ſummariis de plano iudex procedet: quia res de facili reuertitur ad ſuam naturā.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.c.ab exordio.35.diſtin.Panor. in c.ad noſtram.3.de iureiurand.quod bene ſeruatur in Franciæ curiis.

52 Decimonono hodie in cauſsis ſimpliciter ſummariis de iure communi vel municipali,aut ex forma reſcripti debet libellus offerri, & lis conteſtari:licet dilationes poſsint per iudicem abbreuiari.cap.fin.de offici.iudic.Specul.eodem titu.§.poſtremo.de Ferra.in d. verb. ſummariè.col. tertia.& ferè in his ſummariis in Francia proceditur vt in plenariis:eo quòd iudices iſtam neglexerunt materiam: ob id volui eam hìc ſummariè tractare, ne quidem tàm ſummariè vt intelligi non poſsit. Tu lector,boni,ſi lubet,conſule.

Fourniſſement.

GLOSSA TERTIA.

Furnire quid.

1 FVrnire eſt partem adſtringere opponentem ad reſtitutionem eorum quæ recepit faciendum:& rem in manu regia apponere:teſte Ioanne Gallo, in quæſtio. per areſta quæſt.52.poſſem dicere ioci cauſſa hoc verbum tractum eſſe à Grecis, nempe apud eos,πορνη,meretrix dicitur,& πορνεία,fornicatio.πορνεῖον,lupanar:nempe is,qui fornicatur,oportet, quòd permulta mulieribus tradat,& quaſi fundat: & ſolet dici,*fault fournir à l'appointement*.hoc factum eſt relicto π.& aſſumpto φ. ſunt enim hæ literæ ſimiles, pornio vel fornio.& hæc reſtitutio,ſiue furnimentum,quod practici ſeu reſtabilimentum vocant,ideo fieri debet,ne nudi & inermes in iudicio contendamus: & ne meis aduerſarius expenſis & bonis iudicium

cium proſequatur.cap.oportet.3.quæſt.ſecunda.& cap.primo. de ſpoliato.in 6.alioqui iudex opponentem non reſtituentem non audiet.l.ſi debitor offerret.ff.de ſolutionibus.& quia in iudiciis æqualitas eſſe debet:ne plus habeat vnus ex re litigioſa, quàm alius.regula in iudiciis.de reg. iur. in 6.{Vnde anno 1382.die 6.Iunij,Liebaut & Regnaut fratres propter defectum reſtabilimẽti,ad quod condemnati fuerant per curiam ſupremam, amiſerunt cauſam in vtilitatem Guillelmi de Tulliers,& ita curia declarauit.}

2 Duplex eſt reſtitutio ſeu furnimentũ,quoddam reale,vt de facto quis cogatur reddere,quod ex re contentioſa receperit, alioqui non audietur,vnde in literis ſolet apponi,*la nouuelleté, troubles,& empeſchemens oſtez,& reſtabliſſemens faictz &c.*fundatur in l.1.§.ex die.ff.de vi & vi armat.de Ferra.in ſua practi.in forma libelli. de turbatio. poſſeſſ.in fi.ſed hoc non poteſt facere apparitor, ſed tantùm iudex. *Furnimentũ duplex.*

3 Alterum eſt figuræ,quod figuraliter,vt practici dicunt fit,id eſt. verbo, de quo per Berber. in practic.legum regia.fol.167.& facit text.iuncta glo.in cap.cùm eccleſia. & cap. cũ ſuper. de cauſa poſſeſsio. vbi verbo manutenetur quis in poſſeſsione: & promittit pars ſeruienti facere reſtabilimentum,ſiue reſtitutionem realem arbitrio iudicis de hoc cognoſcentis.

4 Ideo ſi ædificata fuerit magna domus:& poſteà nunciem ei nouum opus:vel dicam me dominum & poſſeſſorem loci,in quo domus eſt ædificata: tunc non ſolet tota deſtrui domus, ſed modicum,& reliqua figuraliter:ſed ſi pars deſtruxerit domum ſua authoritate,conſtruetur & reſtabilietur in eo ſtatu in quo erat ante deſtructionem.

5 † Et ſententia,qua pronunciatur hoc reſtabilimentum figuraliter faciendum eſt executoria,ſicut ſi verum fieri deberet: vt ex communi conſenſu totius curiæ fuit dictum in hoc ſenatu anno 1499.die 9.Auguſti. ad ampliationem huius tex. qui de vero intelligi debet, tamen etiam habet locum in ficto: vt videmus per ea quæ not. Bartol. & alij. in l. 1. in princi. ff. ad legem falcid. *Areſtũ quo ſententia reſtabilimenti eſt executoria.*

6 Imò interdum vidi reſtabilimentum figuraliter fieri,eò quòd habitantes conquerebantur: & nomine habitantium nouitas intentabatur: requirebat tamen ſindicus reſtabilimentum pro quibuſdam,ſed non fuit auditus:quia illi conqueri debebant,& hoc petere.& niſi in literis ponatur, quòd reſtitutio fiat realiter,ſufficiet verbo fieri,teſte Berber.in d.viator.iur.in pract. legũ regiar. facit quod dicit Domi.conſi.106.ſuper dict.col.1.quòd ſi Papa mãdet alicui,vt beneficia realiter, & cum effectu dimittat,debet intelligi de totali abdicatione,videlicet vt omnino deſerat rem,per illud verbum realiter.glo.in cle.1.de vita & honeſta.clerico.text.in extrauag.execrabilis.§. ſtatuimus.in verb.realiter.de præbend.ſcripſi in arti.1.tract.de literis obligato.glo.14.*reaulment.*nam ſolet pars vnum aureum,vel quid aliud commiſſario tradere, promittens ſe plenè reſtituturum, ſi apparuerit eum plus recepiſſe.iuxta l.ſtatuliber, rationem. ff.de ſtatuliber. vel ſecundum ordina. nouiſsimam ſolet pars interrogari,quid, & quantum receperit, & reſtabilire debet id,quod receperit ſtatim,ſub pœna amiſsionis cauſſæ: & poſt iuramentum alteri parti licet probare partem plus recepiſſe:vt eſt ſtatutum in rubr.*des ſequeſtres.*artic.5.& 6.in ordi.reg. ibi Deo propitio,dicam in 3.Tomo commentar. *Realis reſtitutio quã do fieri debeat: & quid ſignifi cet realiter.*

7 Item anno 1509.die 7. Septembris inter magiſtrum Carolum de Baigneulx, & Ioannem de morez,fuit dictum in hoc ſenatu quòd neutri partium recredentia adiudicaretur, ob defectum reſtabilimenti:nihilominus tamen adiudicauit poſſeſsionem vni ex partibus.{ Et quamuis non ſit adiudicata,tamen in manibus commiſſariorum debent partes deponere ac reſtabilire quod receperunt,vt cenſuit Senatus anno 1519.die 26.Maij.} *Areſtum quo neutri parti adiudicatur recredẽtia ob deffectũ reſtabilimẽti.*

8 Et de liquidis reſtabilire debet: & de dubiis cautio danda eſt: vt fuit pronunciatum anno 1535.die 10.Ianuarij.etiam quòd diſtributiones quotidianæ non debent reſtabiliri, ſed in intereſſe & damnis computantur. *Areſtum quo diſtributiones non reſtituũtur.*

9 † Vbi etiam fuit dictum recredentiarium non teneri ad concludendum ſuper appellatione à recredentia:niſi in concluſione dicatur quòd non tenebitur procedere quouſque reſtabilimentum fuerit factum de liquidis,& cautio data ſuper non liquidis.

10 Imò ſi ſint tres,vel plures:& vni adiudicetur recredentia,ſi altera pars furnire cupit, & alia non:pars quæ obtinuit recredentiam,non tenetur procedere cum altera, niſi etiam furnierit,videtur ordina.reg.de public.1539.artic.40. & ſcripſi ſuperius, niſi fieret in fraudem: quia illa pars colludit cum recredentiario, ne procedatur ad plenum poſſeſſorium: & tàm is qui amiſit recredentiam,quàm is qui in vnius locum per reſignationem fortè ſuccedet, aſtringitur ad furniendum. *Recredẽtiarius non tenetur procedere cum illo qui non reſtituit.*

11 Imò pars petere poteſt reſtitutionem rerum acceptarum poſt manus regiæ miſsionem, & vulgò dicitur,*apres la main du Roy miſe*, & fiet illi: & procurator regius emendam petet nomine regio,quia fregit manum regiam, &contra prohibitionem fecit, qui aliquid attentauit poſt manus Regiæ appoſitionem:vt ſcripſi in glo.concorda.§.1.in verb.in manibus.in rubr. de regia nominatio. Item ſi condemnatus ad reſtabiliendum reſignet poſt recredentiam, reſignatarius non audietur,donec fructus omnes reſtituat,tam ſui prædeceſſoris quàm à ſe perceptos:ſecus ſi ante recredentiam reſignauerit:hoc cenſuit Senatus anno 1540.die 13.Aprilis.& anno 1542.die 11.Maij inter magiſtros Aegidium durandum,& Petrum combault. *Reſtitutio fieri debet poſt manus regiæ miſsionem.* *Areſtum.*

12 Item etiam contra theologum litigantem ſuper præbenda theologali, fuit dictum, *la complainte* *In præben-*

de theologi ſit furnimētum.

plainte ſera fournie: quia capitulum interim ſumptibus illius præbendæ alium theologum habebit, qui actus illius theologi faciet. & ſi pars velit probare, plures eſſe fructus liquidos, quàm pars reſtabiliuerit, datur ei dilatio, & interim proceditur ad vlteriora: vt ſuperius dixi.

Sētentia furnimenti leuiter dari non debet.

13 Et ſententia furnimenti non debet leuiter dari: nam ſi pars dicat nō debere fieri, iudex eam audire tenetur: & ſi pars allegat cauſam iuſtam, iudex ad dicendum ius pronunciabit: vt fuit dictum anno 1531. die 26. April.

Fructus vltimi anni reſtitui debent.

14 Et debet reſtabilire pars fructus, quos recipit vltimo anno: quia de aliis pars non conqueritur: vt in literis cōtineri ſolet, & habetur in cap. 2. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. attentans per ignorantiam excuſatur ab emenda, ſed non à reſtitutione ſeu reſtabilimento ſeu furnimento quod

Duæ prouiſiones in materia tantū poſſeſſoria dantur.

15 idem eſt. † Nota quòd in materia poſſeſſoria non dantur niſi duæ prouiſiones, videlicet furnimenti ſeu ſequeſtri & recredentiæ: & ſi interim altera pars petat, vt ſibi liceat ædificare in loco contentioſo, non debet permitti, etiam cautione data: vt fuit dictum in ſenatu anno 1514. die 27. Nouembris. vt refert Imbert. in inſtitu. foren. libr. 1. §. ceterum. ego tamen vidi interim dari prouiſionem alimentorum, anno 1533. die 13. Februarij. pro D. de Culam, contra dominam de Toulteuille.

Areſta.

Furnimenti ſententia quando non detur.

16 Item non petitur, nec petita datur hæc ſententia furnimenti, quando aliquis archidiaconus, vel alius eccleſiaſticus, recipit fructus ex deportu. iuxta cap. ſi propter. de reſcri. in 6. capit. ſi tibi conceſſo. de præben. ibidem. ſic vidi ſeruari quotidie, poſtquàm iure recipit. per cap. ſi tibi de prębend. in 6. {Idem ſi quis fructus receperit ratione ſententiæ manus leuationis, eo quòd ordinatio de hoc furnimento non loquitur, & quia authore prætore poſſedit, ideo iuſtè. l. iuſtè. ff. de acquir. poſſeſſ. & ſicut ſi per recredentiam obtinuiſſet, ſic & proderit ſententia manus leuationis, nec tenebitur poſteà furnire quæ recepit, licet dicatur ſequeſtrum duraturum, quia extendetur ad ea quæ poſt iſtam nouiſsimam accipientur ſententiam. Et hoc reſtabilimentum ſeu reſtitutio vſque ad concluſionem in cauſa peti poteſt, ſicut fuit in Senatu deciſum anno 1511. die 16. Maij. Tamen pars quæ debet reſtabilire non debet moneri à iudice eccleſiaſtico, ſed denegatur ei audientia coram iudice ſeculari, vt cenſuit Senatus anno 1519. menſe Martio, pro D. Nicholao le Feure preſbytero, contra magiſtrum Petrum de Chardiuilliers, qui obtinuerat ab archidiacono Pariſienſi monitionem contra le Feure.}

17 Vltimò notandum eſt, quòd ſi quis obtinuerit in pleno poſſeſſorio, debet agere cōtra commiſſarios ad fructus, antequam agat contra partem: & id quod non poterit à commiſſariis exigere, à parte repetere poterit loco intereſſe: vt fuit concluſum in domeynij camera anno 1547. die 19. Ianuarij pro Merido rogemont contra curatum de Carnetim.

Areſtum.

Qu'on ne ſouloit faire ſur vn poſſeſſoire.

GLOSSA QVARTA.

Praxis ſuper ſayſina, & vti poſſidetis.

1 ADuerte quòd receptis literis ſuper ſayſina ſeruiens præcipit parti ne habeat aduerſam partem turbare in poſſeſsione ſayſina, & manutenet verbo partem impetrantem: tunc ſi pars ſe opponat, aſsignat ei diem, quo cauſſas oppoſitionis dicat coram iudice, à quo literæ fuere impetratæ, ponendo tamen rem contentioſam in manu regia: ne partes ad

Duo capita poſſeſſorij.

2 arma veniant iuxta l. æquiſsimum. ff. de vſufruct. † Et ſic poſſeſſorium in hoc regno habet duo vel tria capita inſtar cerberi.

3 Primum caput eſt, per quod ſtatim fit rei contentioſæ ad manum regiam poſitio: & opponenti aſsignatur terminus ad comparendum coram iudice, à quo fiet ſequeſtratio ſub manu regia. & neutra partium poſsidebit: donec recredentia (quam Itali tenutam dicunt) ſeu practici iuris ſcripti Franciæ gaudentiam, id eſt, *la iouyſſance* alicui adiudicetur.

4 Secundum caput eſt per quod recredentia adiudicatur alicui: & is cautione data recipiet fructus vſque ad plenum poſſeſſorium.

5 Tertium caput eſt, in quo pars in pleno manutenetur poſſeſſorio: & manus regia, ac omne aliud impedimentum in rebus contentioſis per executorem primi capitis appoſitum tollitur, ac amouetur, teſte Berber. in viato. iuris. in prac. leg. regia. de quibus plenè dicetur in rub. *des matieres poſſeſſoires.*

Et les dicts poſſeſſoires ſont plus longs qu'ilz ne ſouloyent eſtre: à ceſte cauſe en enſuyuant les ordonnances de noz predeceſſeurs, nous auons ſtatué & ordonné, ſtatuons & ordonnons que d'oreſnauant touchant les fourniſſemens qui ſerōt faictz par ſentence du iuge royal parties ouyes ſommairement & de plain, les dictes ſentences ſeront miſes à execution, non obſtant oppoſitions, ou appellations & ſans preiudice d'icelles.

GLOSSA QVINTA.

Requiſita ut ſententia furnimenti exequatur.

EX hnc tex. patet ſenteotias furnimenti eſſe executorias, etiam appellatione non obſtante:ſed requiruntur ſequentia.
1 Primò quòd furoimentum ſit factum, ibi, *les fourniſſemens que ſeront faictz.* & intellige hic *faictz.* id eſt *ſtatuez.* quia iſtud furnimentum debet eſſe prolatum à iudice: iden ſi non ſit, non exequetur etiam ſi in literis ſayſinæ diceretur, adhuc tameo iudex debet hoc pronunciare: vt eſt in literis regiis.
2 Secuodò quòd illa reſtitutio, ſeu furnimentum ſit factum pet ſententiam, ibi, *par ſentence.* ergo ſi partes coouenerint, vt fiat, noo exequetur, vt hic: niſi ſententia lata ſit: vt ſuperius dixi quia nnn conueniunt verba tex. ergo nec deciſio. arg. l. 4. §. toties. ff. de dam. infe. ſi tamen iudex ſequens coouentionem partium illam furoimenti ſententiam protulerit, erit executoria per tex. & ibi docto. in l. 1. §. in de. ff. de no. oper. nunciat.
3 Tertiò quòd à iudice ibi, *de iuge.* & ſic non ſufficit ab arbitro latam eſſe ſententiam, cùm à iudice differat. l. ait prætor. ff. de re iudic. l. t. C. de arbit. & non eſt iudex de quo loquitur ordinatio,
4 nec à ſeruiente nrdinari pnſſet, oiſi vt verba tantum fiat. † Quartò requiritur, quòd ſit lata ſententia à iudice regio: ergo ſi à iudice baroonum, vel aliorum dominorum pnlata eſſet, non exequeretur: quia verba hoc non dicunt, ſed in text. dicitur, *ſentence de iuge royal.* ideo quando qualitas in actu exprimitur, oportet quòd illa inſit. l. eum actum. ff. de negn. geſt. ſcripſi in §. cum verò. in glo. deponentes. de collatio. in coocordat.
5 Quintò quòd iſta ſenētia lata ſit partibus auditis, ibi, *parties ouyes,* nnn tamē requiritur, quòd ordine iuris ſint auditæ, ſicut in definitiua: ſed vt ſequitur, & ſcripſi in articul. t. in 4. requiſito. ſuprà eod.
6 Sextò quòd ſummariè ſaltem ſint auditæ partes. ibi, *ſommairement & de plain.* quia ſi pars tot dilatiooes vellet habere io hac ſententia, ſicut in definitiua, non concederentur: cùm ſit materia mnmentanea: vt ſuperius dictum extitit.

A ſententia poſſeſſoria an appellandum, & quando.

7 Et ſic poſſeſſnriç ſcotentiæ, recredentiæ, etiam furnimenti, ſequeſtrationis, & aliæ executioni demandari poſſunt, non obſtante appellatinne. l. vnic. C. ſi de momen. poſſeſsio. fuerit appel. per quam dicunt iuris ciuilis interpretes, non eſſe à ſententia poſſeſſnria appellandum.
8 Ratio eſt fauore pnprietatis, vt celerius appareat de iure partium: & ne dio cauſſa pnprietatis differatur: cùm poſſeſſoriū ſit quodammodo ordo ad petitorium: & petitorium ſit quid maius: & ideo nnn debet poſſeſſorium retardari. Bal. io c. paſtoralis. §. præterea. nu. 4. de offic. delega. & quia poſſeſſorium eſt parui præiudicij. Bar. in l. 2. ff. de appel. recip. Panor. conſil. 55. in cauſſa. vol. 2. facit gl. ſecundum primam lecturam. in c. cùm eccleſiaſticæ, vbi Dec. in princi. de exceptio. & quia ſcotentia poſſeſſnrij poterat reparari per petitorium: ergn ab ea de iure ciuili appellari non poterat ſecundum quoſdam in l. 2. ff. de appella. recipiend.
9 Fallit quando contineret expreſſam iniquitatem: quia tunc poſſet appellari tanquam à iudicis dolo. arg. l. ſeruo. §. cùm prætor. ff. ad trebellia. & ſi hoc nnn fieret vi appellationis, debet fieri officio iudicis ſuperioris: vel proſequatur victus intereſſe ſuum contra iudicem, qui ita facit litem ſuam in poſſeſſorio, ſicut in petitorin. l. properandum. ibi, ſiue ſuper poſſeſſione. iunctn §. ſinautem alterutra. C. de iudic. Bal. in d. §. præterea. quod eſt notandum.
10 Item quando ſcotentia ſuper pnſſeſſorio eſſet talis, contra quam non poſſet poſteà ſuccurri illi, qui eſſet condemnatus: vt pote lata fuit ſuper remedio l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vbi quis & pnſſeſsionem amittit, & proprietatem: & tunc etiam reciperetur appellatio.
11 Vel ſi poſſeſſor nnn haberet aliquod ius, niſi poſſeſsinnem ſnlam, ex quo nnn poteſt ſibi poſt pnſſeſsiooem omiſſam ſuccurri, permittetur appellatio. Dec. in c. 1. de cauſſa poſſeſ. & in d. l.
12 vnica. & ita doct. aſſerunt. † Nos tameo in hoc regoo ſeruare iura regni debemus: vt quis à ſcotentia poſſeſſnria appellare poſsit, ſed illius ſententiæ fiet executio ante appellationem, & ea non obſtante: & poſteà proſequi poteſt appellās ſuam appellationē: & iſta praxis elicitur ex d. l. vna. C. ſi de momēt. poſſeſ. vt plenius ſcripſi in art. 5. gl. 3. ſuprà eo. ob id nūc alia hic non inſeram.

Sans ce que les dictsiuges royaulx defferent aux dictes appellations, ne pareillement aux appellations interiectées, des interlocutoires precedentes ledict fourniſſement.

GLOSSA SEXTA.

Appellationis regula permiſsiua, & executionem defert.

QVamuis in dubio deferendum ſit appellationi. l. ſciendum. ff. de appellatio. recipiend. & regula appellationis permittendæ cenſetur permiſsiua, niſi expreſsim prohibita reperiatur. gl. ſing. in l. qui reſtituere. ff. de rei veodica. Feli. in rubr. de appel. vbi etiam Peruſ. & Dec. & Ioan. Neuiſanus in ſilua nuptial. in fin. & poſito quòd iudex oon teneatur deferre appellationi, tamen teoetur ſufferre, id eſt differre executinnem ſuam: quia non poteſt facere, quin per appellatinnem euolet iuriſdictio ad ſuperiorem. l. cùm apud. ff. iudica. ſolui. ca. venientes. de iureiur. Bald. in c. paſtnralis. §. præterea. col. 2. de offic. deleg. ſcripſi in præfa. ſuprà. tameo per Fraociæ praxim non differtur executio ratione appellationis, per hunc text.

Fallit tamen quando iudex pronunciaret ſe competentem: & pars appellaret ante furnimentum.nam illa interlocutoria non mandabitur executioni: nec iudex procedet ad vlteriora fauore incompetentiæ,quæ ſemper excepta cenſetur.per gl.ſing.in cle.vna.in gloſ.vlt. de ſequeſtra.poſſeſ.& fruct.vbi multa cumulaui,& ſuperius artic.3.in glo.2.

Charles VIII. artic. LIII.

Articulus decimus.

Item & ſemblablement en toutes interlocutoires qui ſe peuuent reparer en diffinitiue,les iuges royaulx puiſſent paſſer oultre,iuſques à la diffinitiue incluſiuement non obſtant oppoſitions ou appellations quelzconques interiectées en noſtre dicte court,& ſans preiudice d'icelles,ainſi que dict eſt.

GLOSSA PRIMA.

Ab interlocutoria, inferente grauamen reparabile in diffinitiua non poterit appellari.

1 SVperius dictum fuit de interlocutoriis precedentibus recredentiam,vt eam non impediant,ſi ab eis appelletur,vel ab aliqua illarum:niſi de incompetentia ageretur, vel de iudicis recuſatione:nunc autem generaliter ſtatuit, quòd appellationes ab interlocutoriis non impediant iudices, quominus in cauſſa procedere poſsint nō obſtantibus appellationibus,ad curiam ſupremam emiſsis.idem ſi ad alios iudices,& multo fortius ſi illæ interlocutoriæ poſſunt in diffinitiua reparari. Et iſte articulus conuenit iuri ciuili, per quod non poteſt appellari ab interlocutoria,ſi grauamen in diffinitiua poſsit reparari.l.2.ff. de appella. recipiend.& l.ante. C. quorum appella.non recipiant. & ibi doct. nam appellatio videtur tunc fruſtratoria:quia iudex appellationis à definitiua poterit reuocare grauamen, etiam vt compeſcatur temeritas litigantium,& ſatagentium impedire proceſſum.c.cum appellationibus.& c.fin.vbi glo.de appella.in 6.& cauſſa abbreuiandarum litium:& vt intra triennium lis poſsit finiri iuxta l. properandum.C.de iudic.& ne lites in infinitum extendantur,in l.apertiſsimi.C. de iudic.& ne ſint immortales.d.l.properandum.ibidem. Et quia non eſt transferenda iuriſdictio in alium:cùm duret iudicis poteſtas vſque ad diffinitiuam,poſteà definit eſſe iudex,quia eſt functus ſuo officio, alioqui ante iniuria afficitur.teſte Bal.in d.c.cùm olim,col.2.de electio.ob id canoniſtæ,cùm non finiatur inſtantia triennio.c.venerabilis. de iudiciis,ſecundum vnum intellectum, introduxerunt propter æquitatem,& iuſtitiam, vt omnis grauatus,& iniuriam paſſus,appellare poſsit.c.vt debitus honor.de appellat.& c.1.illo titu.in 6.Bald. in l.2. col.2. de epiſcop.audient.C.ſed hîc approbatur iuris ciuilis diſpoſitio.

2 Vnde ſi quis appellaret ſuper carcere,vel tortura,admitti debet appellatio:quia grauamen eſt irreparabile in diffinitiua.l.2.ff.de appel.recipiend.glo.in verb.ipſo iure.in cle.1.de hæretic.& docto.in c.ſuper eo.2.de appellatio. Abundè Specula.& poſt eum Ioan.Andr.in additio.ad eum,in rubr.de appellatio.§.in quibus.verſic.ſed nunquid poteſt ab interlocutoria.in 2.parte.& hodie in appellationibus ab interlocutoriis non ſeruantur iura canonica,ſed iura ciuilia. teſte Guido.Papæ in deci.Delphinal.q.75.ſed circa.quod eſt verum in quantum conueniunt legibus regiis,aliàs ſi illis refragentur,ſeruamus leges regias.

Grauamen quando dicatur irreparabile, vel non.

3 Secundò grauamen dicitur irreparabile in diffinitiua: quando eſt talis interlocutoria, quæ compellit ad factum,videlicet vt procedere teneatur, vel aliud facere:quia cùm factum infectum eſſe non poſsit.l.in bello.§.factæ.ff.de captiuis.ideo grauamen illud irreparabile cenſetur.Doctò. in l.quod iuſsit.ff.de re iudic.

4 Tertiò quando tangit factum principale, vel ſubſtantiam negotij. l. intra vtile.ff. de minorib.vt pote,ſi pronuncietur quis minor,vel maior,prodigus, vel aliàs inhabilis:quia ex hoc totus annullatur actus: vt doct.tradunt in l.is, qui.ff.de verb. obligatio. idem ſi iudex per ſententiam actorum copiam deneget. l. 2. C. vt lite pendent. & ſi iuſtam executionem tutoris repellat.l.1.§. ſi quis tutor.ff.quando appellan.ſit.vel inſtrumentum procuratorij.l.1.C.de procura.vbi docto.

5 Quartò ſententia ſuper legitimatione perſonæ dicitur continere grauamen irreparabile,teſte Bald.in marga.in verb.ſententia.q.8.ideo ſi iudex pronunciat fideiuſſores idoneos,grauamen dicitur irreparabile,& appellari poteſt.l. arbitro. & ſeq.ff.qui ſatiſda. cogant. vel ſoluendam pecuniam minori ſine curatoribus.l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minorib. Guido Papæ in deciſ. Delphi.q.52.circa.

6 Quintò quando interlocutoria meretur executionem:vt pote ſi partes cogantur facere compromiſſum.Barbat.conſil.85.illud in medium.col.penul.in 3.vol.vel quando generatur præiudicium circa executionem.l.arbitro,ff.qui ſatiſda.cog.Salic.in d.l.ante ſententiæ.C.quorum appel. non recip.vel quando oportet reſtitutionem facere, ſeu reſtabilimentum:vt ſuperius artic.proximo ſcripſi,& ſententia excommunicationis etiam dicitur grauamen irreparabile, quia executionem habet.cap.paſtoralis de appellat. ſic fuit pronunciatum in hoc Senatu contra officialem Remen.pro Belluacen.epiſcop.anno 1519.die vlti.Ianuarij,proſequente curato de Nozart.

7 Sextò ſi iudex pronunciet teſtes admittendos, vel non, dicitur grauamen irreparabile, vel aliàs probationes recipiendas, vel non. ſic conſuluit Corne. conſil.35. circa primum. in princip.volum.1.

8 Septimo

8 Septimò etiam à ſententia in momentanea poſſeſsione,licet de iure,ſecundum quoſdam appellari non puſsit.l.vnica. C.ſi de momenta. poſſeſ.fuerit appel. quia in petitorio poteſt reparari.Si tamen per iſtam ſententiam paretur præiudicium, ad quod non ſit alio modo conſultum, quàm per appellationem,vt in hoc regno:tūc poterit appellari per d.l.2.ff.de appel.recip.vbi hoc Bart.exprimit.col.2.tenete quæ ſuperius ſcripta ſuper hoc plenè fuerunt.

9 Octauò quando alia non expectatur ſententia:vt pote ſi quis pronunciet ſe iudicem competentem,vel incompetentem.c.ſignificantibus.de offic.delega.l.air prætor.§.permittitur. ff. de minorib.gloſ.in authent.habita.in fi.C.ne filius pro patre.Panor.in c.ſuper eo.in 2.no.1. de appella. Sal.in l.penul.C.quorum appellatio.non recipiant.

10 Et ideo ſi interlocutoria fuerit prolata poſt ſententiā,poterit ab ea appellari:tum quòd grauamen in definitiua non reparetur, quia iam eſt lata:tum etiam quòd vno tempore prohibitum alio tempore videtur conceſſum.l.ſi ita quis.ff.de vulgar.& ſcripſi in §.teneantur.de collat.in concorda.& in q.14.tracta.no.& probat hic tex.ibi (*puiſſent paſſer oultre iuſques à la diffinitiue incluſiuement*) igitur ſi nulla diffinitiua ſperetur,iudex tenebitur deferre appellationi,nec vlterius procedere poterit per hunc tex.ideo ſi recuſetur executor mixtus,& is pronunciat procedendum eſſe coram eo,certè ſi ab illa interlocutoria appelletur,non poterit ad vlteriora procedere:quia grauamen dicitur irreparabile.

Interlocutoria prolata poſt diffinitiuam recipere appellationem poteſt.

11 Nono intellige etiam ſi perfectè grauamen non poſsit reparari in diffinitiua , quin aliquod faciat præiudicium, tunc etiam poterit appellari.l.1.§.quæſitum.ff. de appellatio. vbi permittitur appellari à mendaci relatione.Bar.in d.l.2.in fi.vbi vide plenius, quando grauamen poſsit reparari in diffinitiua,vel non.& per Bal.in d.l.2.C.de epiſcop.audien.

12 Decimò ſi grauamen ſit reparabile,ſed cum magna difficultate,etiam poterit appellari:& iudex non valebit poſteà procedere.Bart.in l.1.§.quæſitum.ff.de appella.& in l.2.C.de appellat. recipiend.vt refert Feli.in c.accepimus.col.2.de fide inſtrumento.

13 Vndecimò irreparabile dicitur, quando obeſt vlteriori litis proſecutioni:vt ſi quis à probationibus excludatur,teſte Imbert.in inſtit.Foren.pag.191. vbi etiam dicit non dici ob hoc irreparabilem interlocutoriam:quamuis de conſuetudine & in patria cōſuetudinaria non poſsit reparari,niſi per appellationem,ſed irreparabilis debet dici prout de iure.vide gloſ.in verb.nequiret. de cauſ.in pragmat.

14 Et putarem bonum eſſe,quòd appellatio emiſſa ab his interlocutoriis,ad ſenatū, poſſet per ſupplicationem releuari:vt anfractus litium , & temporis diuturnitas vitaretur. quòd aliquando curia concedit,vt vidi, etiam vt appellationes,quæ fiunt intra ciuitatem,vbi parlamenti curia degit,bonum eſſet,per ſupplicationem releuarentur , ſed ſigillum non eſſet tanti momenti, verùm vtilitas publica & populi præferri debet.

Releuari ſine literis in quibus caſibus liceat.

15 Duodecimò ſi ex forma ſtatutorum iudex poſsit vſque ad diffiuitiuā procedere vt hic,non obſtantibus appellationibus ab interlocutoria , tunc poterit ſuperior adiri per viam ſupplicationis,quam ſi ſuperior admittat.& inferiori inhibeat de illa interlocutoria cognoſcet,iuxta l.ſi quis aduerſus.& authen.quæ ſupplicatio.C.de precib.imperato.offerend. hoc expreſsim tradit Petr. de Ferra.in ſua pract.in forma ſenten.interlocutoriæ.ab incompetentia iudicis.in princi.& Barba. in conſil.85.illud.in medium.col. penul.in tertio volumi. ſtatutum eſt. Tamen hodie in hoc regno prohibita eſt ſupplicatio,id eſt erroris propoſitio ab interlocutoria:vt ſcripſi abundè in tract. de ſupplicatio.inferius.

Ab interlocutoria non ſupplicatur.

16 Vltimò licet hic articulus loquatur in iudicibus regiis,ibi, *iuges royaux*, habet tamen etiā locum in conſiliariis ſupplicationum & requeſtarum:vt fuit deciſum in hoc Senatu anno 1518.die 9.Auguſt.(de quo in ſtilo parla.areſto 408.) & idem putarem in conſiliariis theſauri,magiſtris computorum,& aliis magiſtratibus à Rege ad iudicandum prępoſitis:tum quia in eis eſt eadem ratio : & non poteſt dici,quin ſint iudices regij,poſtquam iudicant, & officium à Rege habent: & in electis iudicantibus de collectis & Regiis impoſitionibus idem dicerem,licet ab illis ad curiam generalium appelletur:& hic tex.dicit *en noſtre dicte court*,tamen ex eadem ratione oſtenditur habere etiam locum.per gloſ.in verb.Italiæ,in c.1.de tempo.ordina. in 6. alia poſſunt videri per Bart.& alios in l.2.ff.de appella recipiend.

Ordinatio loquens in iudicibus regiis habet locū in conſiliariis ſupplicationū, & aliis magiſtratibus regiis iudicantibus. Areſtum.

Françoys. artic.IIII. *des publ.* 1519.

Item en enſuyuant les ordonnances de feu de bonne memoire le Roy Charles huictieſme noſtre treſcher Seigneur & couſin que Dieu abſolue : auons ordonné & ordonnons,que noz iuges puiſſent paſſer oultre iuſques à diffinitiue incluſiuement,non obſtant les appellations qui ſe pourroyent interiecter en noz dictes cours de parlement de leurs interlocutoires,qui ſe peuuent reparer en diffinitiue,& ſans preiudice d'icelles appellations.

Articulus vndecimus.

X 2

GLOSSA VNICA.

Ab interlocutoria non habente grauamen irreparabile in diffinitiua appellari non poteſt.

1 HIC articulus innouat ea, quæ ſupra in proximo articulo ſtatuta fuere, & illum articulum confirmat: quia ante iſtum articulum iudices propter ſupremæ curiæ authoritatem ſuperſedebant, & appellationi deferebant: ideo hîc expreſsius ſtatuit non eſſe deferendum, etiam ſi appellatum fuerit ad curiam ſupremam, ſed vltra procedendum: at cùm grauamen in diffinitiua reparari poſsit, non eſt opus ſuper his interlocutoriis inſiſtere. ideo cùm hîc ſtatutum ſit, quando appellatum ſit ad curiam ſupremam, multo fortius ergo ſi ad alium iudicem. per authen. multomagis. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Ordinatio an appellationem tollere poſsit.

2 Et nota quòd reſcriptum principis, vel ordinatio poteſt tollere & renouare appellationes ab interlocutoria, quia dicitur de iure ciuili. Bald, in marga. in verb. ſententia. q. 8. vbi etiam dicit non procedere quando totam cauſſam terminaret. l. intra. ff. de minorib. docto. in rubr. de appellat. in decretal. vbi abundantius videbitis: & dicam in tracta. meo de appella.

Appellationi deferre an iudices contra hanc ordinationem poſsint.

3 Quid ſi iudices velint ſuperſedere, & appellationi ab interlocutoria, non continente grauamen irreparabile deferre, an poſsint? videtur quòd ſic: quia hîc vtitur verbo poteſt (*que noz iuges puiſſent paſſer oultre*) ſed verbum poteſt importat voluntatem. l. ſæpe. ff. de offic. præſid. & quicquid poteſtati iudicis permittitur, non ſubiicitur eius neceſsitati. l. non quicquid. ff. de iudic. l. 1. C. quomodo & quando iudex.

In contrarium facit: quia verbum poteſt relatum ad iudicem inſtante parte, ſi iuſtè petatur, importat neceſsitatem. tex. & glo. vbi Angel. & Iaſ. in l. 1. ff. de iuriſ. omnium iudic. quia eſt iudicandi neceſsitas: & neceſſe habet iudex iudicare. l. 1. §. iudicandi. ff. de munerib. & honor.

Inhibere curia poſt appellationem ab interlocutoria quando poſsit.

4 Item peccatum eſt facere contra legem. l. non dubium. C. de legib. ſed iſta lex hoc vult: ideo putarem quòd ſi pars requireret iudicem poſt appellationem ab interlocutoria, quæ non infert grauamen irreparabile, quòd iudex qui nollet procedere ante inhibitionem factam per curiam, redarguendus eſſet, & à ſuperiore puniendus: ſecus ſi poſt inhibitionem, & ideo text. hic dicit poteſt iudex, videlicet, ſi eidem videatur, & ei videri debet ante inhibitionem procedere debere, poſteà verò habet manus ligatas: tamen non debet ſuperior ſine cauſſa inhibere, nec cancellariç Franciç literas releuamenti concedere, cùm hîc prohibeatur. arg. l. ſi hominē. ff. mandat. vide Petr. de Ferta. in ſua practic. in forma appellatio. interlocutoriæ. in verb. & contra formam.

Reſiſti iudici exequenti poteſt.

5 Quæro, ſi iudex in materia habente grauamen irreparabile velit exequi, quomodo parti ſuccurratur? Reſpon. reſiſti ei poſſe: vt per Panor. & Dec. in c. ſi quando. de offi. delega. vbi fuſius tractant doct. illos vide, ſi te delectet, ad reliqua nunc pergo, quia & ſuperius ſcripſi. artic. 7. gl. 14. hoc non ſeruari in regno, ideo quantum poteſt breuius debet appellans obtinere inhibitiones à ſuperiore. ſi non valeat, debet proteſtari iudici de ſua appellatione, & ſi velit exequi iterum appellare inhærendo primæ.

Charles VIII. artic. LII.

Articulus duodecimus.

Item & que es cauſes & matieres pures perſonnelles qui n'excederont la ſomme de dix liures, les ſentences diffinitiues des iuges royaulx ſeront executées non obſtant oppoſitions ou appellations, interiectees en noſtre court de parlement, & auſsi ſans preiudice d'icelles.

GLOSSA PRIMA.

Perſonalis pura materia quæ dicatur.

1 IN primis videndum eſt quæ dicantur materiæ ſeu actiones purè, ſeu merè (quod idem eſt) perſonales. Reſpon. illas, quibus cum eis agimus, qui obligati nobis ſunt, ad aliquid dandum, vel faciendum. l. actionum genera. §. 1. ff. de actio. & §. omnium. il. in titul. in inſtitu. ſed in maleficiis non habet locum: vt in arti. ſeq. declaratur, ibi, *en matiere pure ciuile, & perſonnelle*, & ita cenſuit Senatus in Tornela anno 1544. die 11. Martij, dicens præpoſitum Pariſi. in hoc malè iudicaſſe, & peius feciſſe exequendo condemnationem pro re criminali factam.

Areſtum.

Condemnatus ad æſtimationem rei appellare, & ſententia exequi poteſt.

2 Et dicuntur merè perſonales, ad differentiam realis materiæ, ſeu actionis, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſsidetur, petimus. d. l. actionum. ideo ſi quis fuerit condemnatus ad reſtitutionem veſtis, vel ad eius æſtimationem, quæ fuit ad decem æſtimata libras: ſi condemnatus appellet, non exequetur, quia non eſt purè perſonalis. per hunc tex. & ita fuit pronunciatum in hoc Senatu anno 1528. die 5. Ianuarij. idem ſi agatur de reliquis, quæ arreragia dicunt: condemnatus enim in iſtis ſi appellet, non patietur executionem, quia realem naturam habent, & ſic iudicantur, vt cenſuit Senatus anno 1516. die 11. Martij: vt alibi plenius dixi.

Areſtum.

Areſtum pro æſtimatione damni an ſit exequenda ſententia.

Idem ſi quis dederit damnū frumento, vel aliis rebus alicuius, & pro tali damni æſtimatione fuerit condemnatus ad decem libras: talis ſententia poſt appellationem non exequetur, quia non eſt purè perſonalis, areſto Senatus anno 1527. in menſe Maio, ita ſancitum fuit. ſi tamē cōuentus reus pro dato damno abſolutus fuerit, ſi animalia ob id capta fuerunt, reſtituenda eſſe data cautione, & ſic rei fauore exequendam ſententiam cenſuit idem Senatus anno 1547. die 6. Februa. in magno auditorio.

3 Item dicuntur merè perſonales, ad differentiam actionis perſonalis in rem ſcriptæ, pro ut

eſt

eſt actio ad exhibendum.vt in l.3.§.eſt autem perſonalis.& ibi gl.& docto.ff.ad exhiben. vnde ſi quis fuerit condemnatus ad exhibendum aureos ſubſtractos,& ad reſtituendum,nun exequetur hæc ſententia poſt appellationem per hanc ordinationem,quia nun eſt merè perſonalis : de qua loquitur hæc ordinatio.

4 Præterea dicitur in text. *pures perſonnelles*, ad differentiã materiæ mixtæ, ſeu actionis mixtæ,vt familiæ erciſcundæ,communi diuidundo.fini.regundo.de quibus in §. quædam.de actio.in inſtitu. vnde condemnatus in actione familiæ erciſcundæ ad dandum decem libras pro parte domus indiuiduæ , ſi appellet, non fiet in eum per hunc articulum executio, quia non eſt materia pura perſonalis,& mera:vt requirit iſte text.& ſic non conueniunt verba huius articuli:ideo nec diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de damno infecto.cap.indemnitatibus.§.ſupradicta.de elect.in 6.ſed fortè in hac ſententia non merè perſonali,vt exequi poſsit,ſolent impetrari literæ regiæ,vt per modum prouiſionis cautione data exequantur : & de his perſonalibus & realibus ſcribit Specul. in tit.de actio.& petit.§.ſequitur.verſic.verum ſi velis.in verb.tranſiuit.& Iaſ.ac Gomeſ.in §.omniũ. de actio.in inſti.Iaſ.& alij in rubr.ff.de reb.credit.glo.& doct.in c.diſpendia.de reſcript.in 6. {doceni in tract.vt laici non conueniantur coram iudicib.eccleſ. } *Praxis in actione mixta.*

5 Rationes aſsignari poſſunt plures, quare ſententia diffinitiua in qua aliquis eſt condemnatus ad decem libras,vel ad minorem ſummam eſt executoria, non obſtante appellatione. Prima eſt quia de modico agitur, inſpecta tamen qualitate perſonæ.l.2.ff.de re iudica.& ſententiæ minimę rei,& modici præiudicij non recipiunt appellationem.authen.niſi breuiores.C. de ſentẽ.ex libe. recitand.iuncta l.vna.C.ſi de momenta.poſſ.ſ.fuerit appe.& ſuperius dixi.& arti.ſeq.licet de iure canonico ſecus.c.de appellationibus.extra.de appel.& vt lites breuientur.l.properandũ. C. de iudi.& ne plus exponatur ad appellationẽ proſequendã,quàm res principalis valeat.l. mediterra neç.C.de annu.& tribut.li.10.& ne interim appellãs cõſumat bona & tẽpus,vt in artic.ſeq.quod ſolet fieri in litibus proſequendis:propter quas efficitur litigans pauper.text.in authen. vt differen.iudices.col. 9. & ſcripſi in proœ. concorda.in verb. ſumptibus. etiam quia præſumitur pro ſententia.l.Herennius.ff.de euictio. & c.in præſentia. de procura. & quia parui eſt præiudicij, vt executio fiat contra reum, nempe poterit poſtea cauſſam appellationis proſequi : & ſi videat ſe debere,poſtquàm ſoluit,agnoſcet bonam fidem, & eam appellationem non proſequetur : quod faceret in odium fortè,& iniuriam actoris : etiam in fauorem curiarum ſupremarum inductum eſt,ne in his paruis immorentur,& detineantur,vt artic.ſequent dicitur.ibi , *pour obuier à la grande & infinis multitude des proces* &c.vnde poſtquam plures ſunt rationes,ſi vna ceſſet non propterea ceſſabit ordinationis deciſio. per text.in §.affinitatis. de nupt. in inſtitu. { facit tex.in c. anteriorum.2.quæſt.6.} *Rationes quare actio purè perſonalis ſit executoria.*

6 Sed an requiratur cautio?Reſpõ.cùm hîc nõ dicatur,nec nos dicere debemus.nã vbi lex non dicit,hoc nos non debemus addere.l.diſſentientis.C.de repud.ibi , nulla iuris præcipit conſtitutio : & lex nulla eſt tale quid dicens.tex.in §.ſinautem.in authen. de non eligendo ſecundo nubent.col.prima.

Contrarium eſt verum:nam inferius artic.ſeq.& 16.dicitur *en baillant bonne & ſuffiſante caution*, ergo cautio neceſſaria eſt:vt ibi fuſius dicetur:& hoc ſeruatur.

Et multa ſunt requiſita ad hoc vt iſta ſententia ſit executoria,quæ deſcribam in artic.16.infrà. ibi videre licebit.

Loys X I I. artic. L X X X I. *des publ.* 1499.

Item & pour obuier à la grande & infinie multitude de proces eſtans en noz dictes cours , & à fin que noz ſubiectz ne conſument plus leur temps, ne leurs biens en vain, & en petites cauſes & matieres : auons ordonné & ordonnons queles ſentences, de noz baillifz,ſeneſchaulx,& autres noz iuges reſſortiſſans ſans moyen en noz dictes cours, qui ſeront par eulx données en leurs ſieges principaulx,& es aultres:eſquelz ilz ont accouſtumé de tenir leurs aſsiſes,& durant icelles en matiere pure ciuile & perſonnelle,qui n'excederont la ſomme de vingicinq liures tournoiſes ou la valleur d'icelle pour vne foys payer,ſeront miſes à execution,enſemble la condemnation entiere des deſpens , non obſtant oppoſitions ou appellations quelzconques,& ſans preiudice d'icelles : en baillant bonne & ſuffiſante caution de rendre le tout s'il eſtoit dict en fin de cauſe,que faire ſe doyue.leſquels deſpens ſeront taxés par autre lieutenant,ou commis que celuy qui aura donné la ſentence. Articulus decimuſtertius.

DVæ aſsignantur rationes, quæ mouerunt conditorem , ad ſtatuendum ſequentia. Prima propter infinitos proceſſus , qui ſunt in curiis ſupremis:& ne ſubditi conſumant tempus & bona in paruis cauſsis , & materiis in artic. proximo, ſuperius aliâs ſcripſi. Et hic articulus expedietur cum articulo ſequenti, cùm ad idem tendant : nempe hîc ſtatuitur ſententiã in perſonalibus latam vſque ad vigintiquinque libras turonen.exequendam, *Lex duas rationes aſsignat, & illum elucidatio.*

jo articul.ſeq.vſque ad quadraginta libras Pariſieo.quæ aſcendunt ad quioquaginta turonenſes: & hic addit vltra articu. præcedentem, quòd ſit lata io ſede principali, vel in alio tempore iuridici conuentus, vbi aſſuetum eſt aſsiſias ipſas teoere.

Item declarat de vigintiquinque libris ſemel tantùm dandis, ad hoc quod exequetur illa ſententia ſuper principali, id eſt ſuper iſtis vigintiquinque libris, & etiam ſuper expenſis factis in lite.nam poſtquàm principale exequutorium eſt, & acceſſorium eſſe debet.l.cum principalis.ff. de regu. iur. & hoc quia hîc exprimitur:contrarium fortè diceremus, ſi non eſſet expreſſum:vt ſcripſi ſuperius art.3.gl.2.de ſenteo. proui.

Ad hæc addit cautiooe data has viginti quinque libras tradendas victori vnà cum expenſis, quæ taxari debent per alium quàm per illum, qui ſeoteotiam protulit prnpter quandam ſuſpiooonem, quam poteſt victus per condemnatiooem & appellationem prætendere, exiſtimans ſe exemptum in illa cauſſa, in qua appellauit.c.ad hæc.1.de appel.

Coacervatio ſummarum an fieri debeat.

Quæro, quid ſi quis fuerit cōdēnatus prn emptinne frumēti ad triginta, pro emptione vini ad alia triginta, voa ſententia, an pnterit exequi? videtur quòd ooo, quia excedit ſummam hîc taxatam, ergo &c. oempe facta enaceruatione, erunt ſexaginta libræ, ergo excedunt ſummam huius articuli & ſeq.per l.ſi idem.ff.de iuriſdic.nmnium iud.

In contrarium videtur:quia tot ſunt ſenteoriæ, quot ſunt capitula.l.ſcire debemus. ff. de verb. obliga.l.quid tamen.in princ.ibi, quaſi ſiot plura compromiſſa.ff.de arbitris.gloſ.in l.etiam. §. ex cauſſa.ff.de minnrib.l.quædam.famil erciſcun.vbi Bald.c.Raynutius.vbi docto.& c. Raynaldus. de teſta.ergo quælibet poteſt exequi vt hîc.

Item nnn fit coaceruatin quando impediretur iuriſdictio, per coaceruationem:vt hîc, ſecus ſi faueretur iuriſdictinni.l.ſi quis ſeparaom.§.1.ff.de app. & d.l.ſi idem. Bart.in l.vbi fideiuſſnr.ff.de ſolutio. & l.ædiles. §.2.ſi fortè.de ædil. edict.

Item vbi reſultat ndium, & iuriſdictionis excluſio, coaceruatio prnhibetur.l.maiorem.cum l. ſeq.ff.de pact.iuncta d.l.ſi idem.facit l.ſi libertus minorem, §.ſi quis plures.ff.de iure patro.ſecus ſi fauor.c.apoſtnlicæ.io ver.ſemel aut ſucceſsiuè. de dnnatio.ſic conſuluit Alex. conſi.113. viſo themate.& cooſi.97.io 6,vol.Dec.cooſi.344.Applaudent.in fi.ſcripſi in gl.decem. in §.1. de mandatis apnſtnl.in conenrda, qund etiam facit pro auditoribus Caſtelleti, qui vltra viginti libras cognnſcere noo poſſunt, vt oon prohibeantur:ſi ex ſingulis articulis viginti petantur, etiam ſi excedant mille libras per prædicta.

Auditores Caſtelleti quando vltra viginti libras cognoſcere poſſunt.

Tamen ſi rectè inſpiciamus verba tex. nos dicemus onn exequendam ſentenoam, ſi in vno libelln, ſi etiam in vna ſententia, iſtæ ſine capitum ſepatatione ſummæ contineantur:quia tunc vna ſeotentia eſt, & excedit ſummam hîc taxatam, etiam dicit tex. *pour vne foys payé*, & tameo ſemel ſnluendo plures ſummas excedit ſummam præſtitutam hîc: ergn executoria nnn erit hæc ſententia:ſecus ſi diuerſa ſiot capita.vide glnſ.& docto.in l.fi.ff.de iuriſd. omnium iudicum. {Et ita iudicauit Senatus anno 1508. die 8. Maij contra requiſitiooem egregij in parlamento aduocati vocaò Diphnmcs, & idem iudicauit anno 1534.die 16.Februarij, videlicet ſententiam executoriam, licet excedat 40.libras Pariſi.ſi tamen plura contineat capita.}

Areſtum.

Loys XII. artic. LXXXII. *des publ.* 1499.

Articulus decimusquartus.

Item & ſi les dictes parties appelloyent d'aucune ſentence interlocutoire au parauant la ſentence qui ſeroit donnée pour raiſon de la dicte ſomme de vingt & cinq liures tournoys, & au deſſoubz les dictz baillifz, ſeneſchaulx, & autres noz iuges reſſortiſſans ſans moyen en noz dictes cours comme dict eſt, ne differēt de proceder au iugement dudict proces, non obſtant le dict appel ou appeaulx, & ſans preiudice d'iceulx, ſinon qu'il fuſt appellé des interlocutoires, qui ſeroyent données ſur la competence ou incompetence des iuges, ou en matiere de recuſation.

Iuramento ſtadum tam in materia principali quam incidenti.

ISte articulus fuit elocidatus ſuprà eo. arti. 3. vbi eſt ſimilis. ratio huius eſt.nam qui vult conſequeos, vult & neceſſarium antecedens ad illud: vt ibi dixi. & de competentia, & de recuſatione:facit, quod ſi ſtatuto caueatur, vt in cauſsis damoi dati ſufficiat probatio per iuramentum, tunc quicquid incidet, & tāget illam cauſſam, poterit probari iuramento.Bart.in l.ſnleot.ff.de aliment. & ciba.legat. col.2. Bal.in l.1.C.de iureiurand. alia vide in d.art.3.

Baillivi vnde dicti.

Nota hîc *baillifz*, fortè dici poſſe à verbo Hebræo, בַּעֲלִי baalli enim idem ſignificat quod dominans mihi, ſeu dominus meus, vel magiſter:& quia iſti bailliui dominantur ſuis ſubditis, eos ſic vocari quaſi magiſtri, & domini ſunt ſubditorum:vt abundè docui in l.pupillus.§.munus publicum.ff.de verbo.& rerum ſignif.Baal etiam pro idolo ſumitur apud Hebræos.

Loys.

Loys XII. artic. LXXII. dés publ.1512.

Item que toutes ſentences & condemnations d'amendes de Baillifz,Seneſchaulx,Preuoſtz & autres noz iuges ou leurs lieutenans reſſortiſſans neuëment en noz dictes courts de parlement non excedans la ſomme de 25.liures, ſoit enuers iuſtice ou parties,ſeront executées : non obſtant oppoſitions ou appellations quelzconques,& ſans preiudice d'icelles, & ſeront les ſommes deſdictes amendes payées,c'eſt aſçauoir à partie en baillant caution, & à nos recepueurs ſimplement, pourueu toutesfoys que ſi par noz dictes Courts eſt dict mal iugé & bien appelle : la dicte partie ſera contraincte rendre la dicte amende, & ſeront auſſi tenuz nos dicts recepueurs chaſcun en ſon endroit rendre leſdictes amendes,en fourniſſant du dicton de l'arreſt, par lequel la ſentence aura eſté infirmée,ſuppoſé que les eſtats d'iceulx noz dicts receueurs fuſſent pour l'année chargez de ce que montent leurs receptes. & voulons les ſommes eſquelles monterōt leſdictes amendes en reportant par noz dicts recepueurs les dicts dictōs d'arreſtz auec quictances des condamnez eſtre rabbatues de leurs dictes receptes par noz aimez & feaux gens de noz cōptes ſans aucune difficulté. Si dōnons en mandement par ces meſmes preſentes à noz aimez & feaulx conſeilliers, les gens tenans noſtre court de Parlement à Paris,& à tous noz autres iuſticiers & à chacun d'eux,ſi comme à luy appartiendra, que noſdictes preſentes ordonnances ils facent lire & publier en leurs iuriſdictions & auditoires, & icelles enregiſter, afin de perpetuelle memoire,& au ſurplus les gardent,obſeruent, & entretiennent inuiolablement,ſans enfraindre, de poinct en poinct ſelon leur forme & teneur. Et pource que de ces preſentes lon pourra auoir affaire en pluſieurs & diuers lieux, nous voulons qu'au vidimus d'icelles, ou de l'extraict de l'vn ou de pluſieurs articles d'icelles,ſelon qu'ilz ſeront requis, & que lon en pourroit auoir affaire,faicts ſoubs séel royal, ou par l'vn des Grephiers de noſdictes courts de Parlemens, Bailliages,& Seneſchauſſées,deuëment collatione, foy ſoit adiouſtée comme au propre original,auquel afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable, nous auōs faict mettre noſtre ſeel. Donné à Lyon au mois de Iuin,l'an de grace mil cinq cens & dix, & de noſtre regne le treſieſme, ſic ſignatū par le Roy.vous L'archeueſque de Sens,les Eueſques de Paris,de Tournay,de Coſme,D'angouleſme:les premiers preſidens de Paris,Tholoſe,Bordeaulx,Diion & Rouan,les Seigneurs du Bouchaige & baillif D'amiens:les threſauriers de France:generaux des finances & autres,preſents,ainſi ſigné,de Molins.

Articulus decimuſquintus.

GLOSSA PRIMA.

1 TRia hic ſtatuuntur,primum,quòd omnis ſententia mulctæ, qua quis condemnatus eſt ad emendam,eſt executoria,non obſtante oppoſitione, & appellatione : ſiue lata fuerit ad vtilitatem partis,ſiue ad fiſci commodum,ſi modo nō excedat ſummam 25. librarum turonen.& hiç art.derogat l.ſi qua pœna.ff.de ver.ſignifi.ibi, nec antè debetur,quàm aut non eſt prouocatum,aut prouocator victus eſt:& executio fiet per prehenſionem perſonæ,& incarcerationem quoad emendam:ſed quoad damna & expenſas non continebitur pars carceribus:vt fuit in ſenatu deciſum anno 1396.die 5.Martij,contra Colin gargan.famulum pauuarij pro magiſtro Petro dabnet. & Ioh. du Val eius famulo. † Secundò quod parti ſoluenda non eſt,niſi det prius cautionem,fiſco verò ſimpliciter,id eſt,ſine cautione : quia fiſcus eſt ſemper ſoluendo:ideo in eo non requiritur cautio.l.2.ff.de fundo dota.l.1.§. item ſciendum, ſi cui plus quàm per legem falci.nec ſolet fiſcus ſatiſdare, & ſic nec eius receptor, dicit iuriſconſultus in l.1.§.ſi ad fiſcum.ff.vt legat.no. caueat. † Tertiò dicit text.cogēdam partem ad reſtituendam dictam mulctam iam receptam:ſic etiam fiſcus reſtituere illam debet, ad ſolam areſti oſten-

Tria dicta huius articuli.

Cautionem non præſtat fiſcus.

tionem,ſi malè iudicatum,à ſuperiore dictum fuerit,& malè fuiſſe impoſitam emēdam pronunciatum: vnde magiſtri compūtorum debent deducere ex compotis receptoris, quod in areſto continetur,iuncta acceptilatione id eſt quictançia partis,à qua fuerat exacta: oportet enim quod confiteatur ſe recuperaſſe talem ſummam, quam pro emenda ſoluerat ex ſententia talis iudicis: & hoc fieri debet ſine difficultate:vt in ſimili dicit tex.in cap.ſi beneficia,de præbend. in 6. & in tex.*ſans aulcune difficulté.*

2 Hic articulus ampliat ſuperiorem diſpoſitionem,vt in mulcta locum habeat,etiam declarat.l. ſi qua pœna.ff.de verb.ſignifi.vbi in mulcta prouocatio eſt:tamen nonobſtante prouocatione, ſi ſententia non excedat ſummam vigintiquinque librarum turonen.executioni mittetur:& cogetur condemnatus dictam mulctam ſoluere,& poſteà poterit appellationem proſequi, ſiue fuerit condemnatus principaliter,ſiue acceſſoriè. Tùm quia hic generaliter dicit,*toutes condemnations*,& exprimit *toutes*: intellige ſiue pars fuerit condemnata ad mulctam erga fiſcum,ſiue erga partem, quia quoad hoc non fit differentia,imò exprimitur in text.ibi,*ſoit enuers iuſtice ou partie.*

Mulcta clericus à ſeculari imponi non poteſt.

3 Secundò intellige,quòd ſi mulcta imponatur à iudice ſeculari contra clericum in caſu permiſſo:quę regulariter non poteſt irrogari in clericum,cap.vnic.de cleri.coniuga.in 6.Guido Papæ quæſt.450.ſuprà quæſt.7. non tamen fiet executio contra perſonam clerici, nec in bonis eccleſiaſticis,nec in bonis eius mobilibus,quia non ſubiiciuntur iudici laico: ſed executio fiet in bonis eorum temporalibus immobilibus,quæ iuriſdictioni regum & aliorum dominorum temporalium ſubiiciuntur,teſte Bal.in cap.cum veniſſent.de inſti.per c.quo iure.8.diſt.& ita ſeruatur teſte Bernar.Lauret.in tractat.continē.caſus, in quibus iudex ſecularis poteſt manus in perſonas clericorum imponere in verſi.ſextus & vltimus caſus.{Et ita cenſuit Senatus Pariſi. pro Ioan.de Creel ad mulctam condemnato contra Siccart requirente cogendum vt hic anno 1383. die 11. Februarij vt eſt in lib.conſilij.}abundè ſcripſi in art.2.tract.de literis obligato.

Impoſitio mulctæ infamiam non inducit.

4 Nota quòd impoſitio mulctæ non inducit infamiam,ſed inſaniam.glo.ſing.in l.1.C.de modo mulcta.Aufrer.in deciſ.Tholo.quæſt.274.vbi dicit ſe vidiſſe declarari per ſenatum Tholoſanum:intellige tamen prout declaraui, in l.aliud eſt fraus.§.inter.ff.de verbo.ſignifi. Cuius tamen mulctæ impoſitio interdum condemnatum ad inſaniam inducit,& multò magis eius exactio.

Mulcta quādo non ſit executoria.

5 Tertiò non erit executoria mulctæ ſententia,quando ad eam condemnatus eſſet furioſus,vel impubes,non doli capax.l.neque.vbi Iaſ.& alij.ff.de in ius vocand.furioſus enim ſatis ſuo furore punitur.l.diuus.ff.de offi. præſid. ſed ſi minor doli capax ex delicto de iure diuino, vel iuregentium condemnatus fuerit,etiam exequi in eum poterit,nec reſtituetur. per tex.in l.ſi ex cauſſa. §. nunc videndum.ff. de minor.Iaſ.in l.1.§.nunciatio.1.nu.10.ff.de no.ope.nunc.

Areſtum.

6 Quartò non exequetur contra eum qui alieno eſt nomine condemnatus,tutorio ſoriè,procuratorio,vel alio nomine conſulum,aut ſcabinorum: ne officium ſit eis damnoſum.l. ſed & ſi quis.ff.quemadmodum teſta.aperiant.ita fuit iudicatum in hoc ſenatu anno 1543.die 1.Iunij,pro muliere condemnata ad ſexaginta ſolidos pro emenda tàm nomine ſuo, quàm tutorio, vt non fieret in eam executio nomine tutorio,ſed pro dimidia tantùm, pro qua erat condemnata nomine ſuo:ſed fiet executio in eum,cuius nomine fuit procurator,vel alius condemnatus.{Si tamen plures fuerint ad mulctam condemnati,quilibet pro virili tenetur, & non inſolidum, vt cenſuit Senatus pro abbate & religioſis S.Leuodij, qui fuerant condemnati ad mulctam cum duce Burgundiæ, vt docet Aufrer. in ſtylo parla. areſto 156. Item dictum fuit quòd ſi plures. nec mittetur executioni quando lata fuit per contumaciam, ſed tantum quoad intereſſe partis. vt patet in ordi.reg.rub. *des adiournemens perſonnels*.art.2.}

Requiſita in hoc articulo.

7 Notanda ſunt requiſita in hoc articulo,requiritur primò, quòd ſit ſententia prolata,vel condemnatio.Ergo condemnatio etiam facta per interlocutoriam abſque cauſſæ cognitione eſt exe-
8 cutoria:vt hîc,*ſentences, ou condemnations par ſentences* intelligere ſolet *diffinitiues par condemnations interlocutoires*, & ſic ante condemnationem non habet locum iſte text. licet dicatur aliquem iniuſtè appellaſſe,& ſic ad mulctam tenetur:tamen ante condemnationem, vel declarationem non tenetur per iſtum text.quia in omni mulcta requiritur ſaltem declaratio.c.cum ſecundum leges.de hæretic.in 6.inde dicit text.in l.ſi qua pœna.ff.de verbo.ſigni.at mulctę prouocatio eſt,nec antè debetur,quàm aut non eſt prouocatum,aut prouocator victus eſt, nec aliter, quàm ſi is dixerit,cui dicere licet.

Non ſufficeret etiam comminatio iudicis: vt ſi diceret, præcipio ſub pœna decem librarum, niſi condemnatio ſubſecuta fuerit,per hunc tex.*condemnations*.& pœna comminata exigi non ſolet ante condemnationem.l.1.C.comminatio.& epiſtolas &c.gl.in c.vno.de ſagitta.c.ſicut tuis.de ſymo.& c.ſalonitanæ.63.diſt.

Secundò quòd in illa ſententia vel condemnatione quis ad mulctam ſeu emendam ſit condemnatus, ſecus ſi ad aliam rem: vt ibi, *d'amendes.* {Et ſi pater ad mulctam ſit condemnatus, eo mortuo fiet executio in filium, qui ſi iuſtam opponendi cauſſam habeat, opponere poterit. vt probatur in l.1.per doc. C.de cōdic.ex leg.cauſa ad cōſilium reiecta fuit anno 1528.die 9.Martij.}

Mulcta erogata in prima inſtātia à ſenatu executoria. Areſtum.

9 Tertiò quòd illa condemnatio ſit lata à iudicibus regiis,ibi,*& aultres noz iuges*,ergo ſiue fuerit impoſita à iudicibus regiis,vel à gubernatore Montiſpeſſulani,ſeu eius locum tenente, ſiue à ſenatu,exequetur,vt hîc:quia omnes ſunt regis iudices: & multò magis exequetur illa,quæ à ſenatu,vt concluſum fuiſſe aſſerit Boer.in deciſ.Burdegal.quæſt.65.ſed aliud.num.11.vbi dicit fuiſſe iudica

ſe iudicatum in condemnato in prima inſtantia à Senatu per contumaciã, vt exequi debeat: quia eadẽ ſeu maior ratio eſt in hoc caſu, ergo eadẽ diſpoſitio. §. porro, quę fuit pri. cauſſa benefi. amitten. in vſib. feudo. ibi, ſi qua fuerit antiquioribus cauſsis ſimilis, ſeu maior cauſſa & idem in conſiliariis ſupplicationum, ſeu requeſtarum: ſed in ſenatu parua admodũ erat dubitatio imò nulla.

10 Quartò requiritur, quod immediatè ab eis iudicibus appelletur ad curiam ſupremam: ſi ergo appellaretur ad balliuum, vel ad alium, nõ eſſet executoria, ibi patet. *reſſortiſſans nuëment*, quod idem eſt dicendum quod nudè, id eſt, immediatè, quaſi ſine vllo veſtimento intermedio: quia ab his prolata maiori præſumptione tenetur, quàm ab aliis. l. ab executore. vbi Bartol. & Imol. ff. de appellatio. & ſuperius dixi.

11 Quintò requiritur, quòd non excedat ſummam vigintiquinque librarum turonen. vt eſt in tex. declaratum, ſi excederet, nec in vigintiquinque libris exequeretur: quia ſententia eſt indiuidua in vno capite. l. in hoc iudicio. ff. famil. hercíſ. ſecus in pluribus. cap. Raynutius. de teſta. & ibi doct. & quamuis iſte tex. non loquatur niſi de libris, tamen puto intelligendum de turonen. quia dum vult intelligere de Pariſi. hoc ſolet exprimere, vt in art. ſeq. & communiter dum loquimur de libris in Francia, intelligimus de turonen. & ſic de minoribus. per l. nũmis. ff. de leg. 3. l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur. dixi in l. etiam æs. ff. de verb. ſig.

Librarum appellatione quæ ueniant.

12 Sextò requiritur quòd ſit impoſita ad vtilitatem partium, vel fiſci, ibi, *ſoit enuers iuſtice, ou partie*, & intelligo de quacunque parte: & quid ſi fuerit conſignata, an pendente appellatione recuperari poſsit: arbitror fuiſſe deciſum in hoc ſenatu anno 1522. die 17. Februarij, poſſe, ſi ad vtilitatem partis erat impoſita: & pars cautionem non offerebat: ſed ſi ad fiſci vtilitatem dicta fuerit, & depoſita, non recuperabitur pendente appellatione à parte: ſed fiſcus eam obtinebit.

13 † Septimò quòd pars det cautionem de reſtituendo, ſi fuerit dictum, malè iudicatum. Et hîc ſimpliciter dicitur *caution*, ergo ſimplex promiſsio partis cum obligatione bonorum ſufficiet, ſuprà dixi artic. primo. ibi vide, & in artic. ſeq. declaratur non ſufficere ſimplicem promiſsionem, vt aliquid operetur iſte text. per ea quæ not. Bartol. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infect. & quia non ſatis eſſet parti prouiſum, & quia tex. ord. loquuntur de hac cautione idonea, ideo hîc videtur repetitum. receptor tamẽ regiarum pecuniarum ſimpliciter recipiet ſine promiſsione & obligatione: vt patet in text. quia fiſcus eſt ſemper idoneus & ſoluendo: vt dixi. {Ideo iſta cautio præſtatur, quia pœnę repeti non ſolent, cum depenſæ ſunt. l. pœnę. ff. de condi. indebi. & id quod pœnæ nomine à debitore exactum eſt, lucro debet creditoris cedere. l. id quod. ff. de ſolu. ſed ratione huius cautionis repetetur. vt dixi ſuperius titul. de prouiſio. artic. vltim. & authoritate huius conſtitu.}

14 Octauò requiritur, quod quando pars, quæ ſoluit mulctam vult eam repetere à fiſco, vel eius receptore, quod fidem de areſto faciat annullante primam condemnationem, & ſententiam: & pars, quæ recepit mulctam, poteſt compelli non obſtante quacunque appellatione, vel oppoſitione ad reſtituendum, etiam per intruſionem ad carceres, nec aliqua ſuper his admittetur compenſatio. argu. l. fin. C. depoſit.

Pars quæ recepit mulctam quomodo cogi poſſit ad eam reddendam.

15 Nonò quòd ſi aliquis fuerit condemnatus ad decem libras pro iniuria illata tali, iſta ſententia non erit executoria, poſt appellationem, tùm quia infamiam continet. l. 1. ff. de his qui notant. infamia. tùm quia de hoc non loquitur iſte text. ita fuit in hoc ſenatu deciſum anno 1530. die 20. Februarij.

Mulcta pro iniuria non eſt executoria.

Areſtum.

16 Vltimò ſi hîc condemnatus non habet, vnde ſoluere poſsit pœna corporali puniri debet, eo quòd in ære qui non habet, luat in corpore dicit l. penul. in fin. ff. de in ius vocand. {Tamen de conſuetudine eſt quòd ponatur in carcere donec ſoluerit, ſunt verba l. in §. iudices. col. 2. de pace iura firmãd. & iſta eſt praxis & ſtylus curiarum per iſtum text. refert.} idem hodie, ſi bona habeat, & requiſitus illam mulctam non ſoluat: vt in princip. huius artic. dictum extitit. {Sed an liberetur cedendo bonis, cenſuit Senatus liberari, ſi non fuerit pro delicto impoſita, ſed fortè, quia malè appellauerat, vt docet Aufrer. in ſtylo parla. areſto 172. Item no. quòd pro emenda alibi plenius dicam.} Alia plena manu de mulcta ſcripſi. in l. aliud eſt fraus. §. 1. & in l. ſi qua pœna. ff. de verbor. ſigni. quæ hîc non repetam.

Emendam ſoluere quomodo quis cogatur.

Françoys artic. V I. *des publ.* 1519.

Item nous auons ordonné & ordonnons, que les ſentences de noz iuges reſſortiſſans ſans moyen en noz dictes courts en matieres pures perſonnelles, qui n'excederont la ſomme de quarante liures Pariſis, ou la valeur d'icelles, pour vne foys payer: & de dix liures Pariſis de rente ou reuenu, ſerõt miſes à execution enſemble la condemnation entiere des deſpens, non obſtant oppoſitions ou appellations quelzconques: & ſans preiudice d'icelles: en baillant bonne & ſuffiſante caution de rendre le tout, s'il eſtoit dict en fin de cauſe, que faire ſe deuſt, leſquelz deſpens ſeront taxés par aultre lieutenant ou commis, qu'icelluy, qui aura donné la ſentence:

Articulus decimusſextus.

tence: pourueu toutesfoys qu'au raport & iugement des dictes ſentences, iceulx iuges ſeront tenus appeller auec eulx, & auoir l'aduis & conſeil de quatre notables conſeilliers, ou aduocatz de leurs ſieges, qui auec les dicts iuges ſigneront le dictum des dictes ſentences, s'ils ont eſté de l'opinion & aduis d'icelles.

GLOSSA PRIMA.

Requiſita in perſonalibus ut ſentẽtia executoria ſit.

1 Hic ſtatuitur ſententiam in puris perſonalibus latam exequendã, ſi non excedat ſummam quadraginta librarum pariſien. quæ quinquaginta libras turonen. faciunt, & hoc ſequentibus requiſitis.

Primò quòd ſententia prolata fuerit, ibi, *les ſentences*, nec ipſo iure fit executio: nec poteſt dici ſententia, antequàm lata fuerit. l. fi. ibi, nec nomen quidem ſententię habere mereatur. C. de ſenten. ex libel. recitand. nec poteſt habere proſecutionem, nec executionem ſententia, quę non eſt. l. item eorum. §. ſed ſi ita. ff. quod cuiuſque vniuerſita. not.

Præceptum executionẽ habet.

2 Secundò quòd ſit diffinitiua: vt fuit dictum artic. 12. ſuprà, cùm appellatione ſententię veniat diffinitiua. l. quod iuſsit. vbi plenè ſcripſi. ff. de re iudicat. ideo in hoc text. non repetitur *condemnations*, quia non habet locum niſi in ſententiis. Continebitur tamen præceptum factum in confeſſum: quia ſententia dicetur quoad iſtum text. per l. ſi debitori. & ibi ſcripſi. ff. de iudic. & in repetitio. d. l. quod iuſsit in præfa. ideo ſi Titius conuentus confiteatur debere quadraginta libras: & iudex condemnauerit illum ad ſoluendum intra tempus iuris: ſi hìc appellet, non obſtante appellatione fiet executio. per hunc articulum: quia non poteſt dici quin ſententia ſit prolata, à iudice regio, dummodo alia hìc requiſita interueniant: & eadem eſt ratio in hoc præcepto, & ſic eadem erit & iuris deciſio. l. illud. ff. ad legem Aquil. & l. vlti. in fi. de iureiurand.

De noz iuges. 1.

GLOSSA SECVNDA.

Iudicum baronum uel comitũ quãdo ſententia ſit executoria.

1 Tertiò requiritur quòd ſit lata à iudicibus regiis ibi, *de nos iugez*, & idem intellige, ſi fuerit lata à locumtenentibus ipſorum: quia per alios factum nomine tamen iſtorum, perinde eſt ac ſi lata eſſet ab ipſiſmet iudicibus: nam qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, propriũ nihil habet, ſed eius, qui mandauit, iuriſdictione vtetur. l. 1. §. fi. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſ. & per regulam iuris, qui per alium facit, perinde eſt ac ſi ipſe faceret. l. 1. §. videor. ff. de vi & vi armat. etiam requirit iſte text. vt ſit lata ſententia à iudicibus, regiis ibi, *par noz iuges.* & locumtenentes etiam ſunt iudices regij: ideo iſte text. eis conuenit: ſed ſi fuerit iudex baronis, vel comitis licet ab eo appelletur ad curiam immediatè, etiam ſi eſſet iudex vnius paris Franciæ: tamen non habebit locum iſte tex. cum non ſit iudex regius.

Areſtum ut iudices ducis ſuam habeant ſentẽtiam executoriam.

2 † Ego hoc intelligerem, quando eſſent iudices baronum, vel comitum ſolitorum infeudari: ſecus ſi vnus ducatus eſſet patrimonialis Regi factus, tunc ſi poſteà ad vitam alicuius illum Rex donet, officiales illius ducis habebuntur, ac ſi eſſent officiales regij, ita fuit pronunciatum pro officialibus duciſſæ Biturigum anno 1523. die 3. Februarij. & dictum quòd ſententiæ officialium illius ducis erunt executoriæ, ſicut ſi ex iudicibus manarent Regiis. Et fortius ſi Rex non donaret, ſed vt Rex habet ducatum Andegauenſem, ſi iudices illi deputati proferant ſententias huic textui conuenientes, executoriæ erunt, quia, poſtquàm ad dominum fundi primarium reuertuntur: inſpicitur ius regium, & non comitatus, vel ducatus ius: vt doct. not. in capitulo primo & ſecundo, de feud. & hìc iudices generaliter accipimus pro omnibus qui ius dicunt nomine regio: vt dixi ſuperius.

Reſſortiſſans ſans moyen en noz dictes courts.

GLOSSA TERTIA.

Sentẽtia eſt executoria in illis caſibus in quibus ad curiã appellatur.

1 Quartò requiritur quòd ab illis immediatè ad curiam ſupremam appelletur, ibi, *reſſortiſſans ſans moyen en noz dictes courts*, & hìc curiæ appellatione venit ſuprema per excellentiam, arg. §. ſed ius quidem ciuile. de iure natural. in inſtitu. Priuilegia ipſius ſcripſi in procemio concordatorum in verb. ſummas. ſi tamen in aliquibus caſibus appellaretur ad curiam, in aliis non: tunc ſententia in his in quibus appellatur ad ſenatum prolata, eſſet exequenda: ſi iſta appellatio in perſonalibus deuolueretur ad ſenatum: quia tunc eſſet *reſſortiſſans ſans moyen*, dummodo alia hìc requiſita concurrerent. ſed ſi in criminalibus fortè ad ſenatum appellaretur, in ciuilibus autem ad bailliuum, vel ſeneſchallũ: tunc in his non eſſet executoria, per iſtum text. nec ſi de facto appellaretur poſt ſententiam ad ſenatum: alioqui fieri fraus huic conſtitutioni poſſet: & inſpicitur id, quod eſt de iure, & non de facto. l. rectè. & ibi Iacob. ff. de iud.

de iud.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui. ff. de verb.obligatio.dixi in gl.continuationis.in interpretat.l.vnicæ.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt proferunt.

2 Quintò requiritur quòd ſit prolata in ſede principali,vt ſuprà artic.13.ibi,*en leurs ſieges principaulx,& es aultres auſquelz ilz ont accouſtumé tenir les aßiſes,& durant icelles.*ſedem principalem vocat tribunal,vbi iudex ſolitus eſt reddere ius.l.penul.ff.de iuſti.& iure. l.1.de iudi. & ſic excludit ſententiam latam domi,vel alibi extra ſedem principalem:& valet etiam ſententia lata vbi iuridici conuentus & aſsiſiæ teneri ſunt ſolitæ,eo tamen tempore quo tenentur:ergo ſi alio tempore ibi proferrentur,iſtæ ſententiæ non eſſent executoriæ:quia vno tempore permiſſum,alio tempore cenſetur prohibitum.c.1.& 2.ac c.penul.de temporib.ordina.ſcripſi in tractat.nominatio.q.14.nu.5.ideo neceſſe eſt cuſtodire conſtitutum tempus.l. ſcire oportet.§. conſequens.ff. de excuſatio.tutor.vide alia quæ docui ſuprà art.1.glo.12. *Sedes principalis quæ.*

En matieres pures perſonnelles.

GLOSSA QVARTA.

SExtum requiſitum eſt vt ſententia feratur in perſonalibus : prout declaraui ſuprà articulo duodecimo.

Que n'excederont la ſomme de quarente liures pariſis, ou la valeur d'icelles pour vne foys payer.

GLOSSA QVINTA.

1 ECce ſeptimum requiſitum, quòd ſententia non excedat quadraginta libras pariſien. ſecus ergo ſi excedat : & ſufficit in quocunque minimo excedere, etiam ſi in vno obolo. l.2.vbi docto. C.de reſcindend.venditio.vbi quis agit ad reſcindendum venditionem ſi excedat dimidiam,etiam in minimo.glo. in c. cùm cauſſa. de emptione. quia hîc vult quòd non excedat, & in minimo eſt exceſſus, vt etiam ſcripſi in tractat. de reſciſi. contractuum.artic.vno. *Exceſſus etiã in uno obolo dicitur.*

2 Item infertur, quòd ſi famulus petat ex locatione plurium annorum centum, vt pote ex locatione cuiuſlibet anni decem:& fuerit lata pro eo ſententia, poterit exequi, vt hîc vſque ad tres annos per ordi.quia tot ſunt ſententiæ,quot ſunt anni locationis : & tot ſunt ſtipulationes,quot ſunt anni pro quibus ſolutio promiſſa eſt.l.pluribus.ff.de verbo.obligat.l.ſancimus. §. ſi quis autem.C.de donatio.Barba.conſil.9.vbi epiſcopus.col.1.in 3.vol.Iaſ.in conſil. 87. in præſenti. in 3. vol. ſcripſi de hac conſeruatione quandò fieri debeat in §.1.in glo.decem.de mandat. Apoſtolic. in concorda.poſt text.& ibi not.in l.ſi idem.ff.de iuriſdic.omnium iud.quod eſt verum, ſi actor in petitione diſtinxiſſet annos, ſecus ſi ſimpliciter petiiſſet centum ex locatione, quia tunc non eſſet niſi vna ſententia.l.ſcire debemus.vbi doctor.ff.de verbo.obligatio.vide quę ſcripſi ſuperius art.13.& art.vltimo de ſentent.prouiſio. *Sententia plurium annorum licet excedat,eſt executoria.*

3 Etiam fuit prolatũ areſtum pro D.Marcello aduocato ſupremi ſenatus,per quod fuit dictum ſententiam datam ad ſoluẽdum legata per modum prouiſionis, licet excederet ſummam hîc ſtatutam,exequendam eſſe,nonobſtante appellatione:quia erat ſententia prouiſionalis, quæ exequi ſolet, quamuis iſtam ſummam excedat:& eſt bona limitatio ad iſtum tex.quem intelligũt quando ſententia non eſt prouiſionalis:tunc vltra quinquaginta libras turonen.non exequetur, ſecus ſi ſit prouiſionalis,quæ etiam exequetur vltra.& propriè dicitur prouiſionalis, quando ſuper re peritura,deterioréve futura proferretur : & hoc exprimitur vt ſcripſi in præfatio.trac. de ſenten. prouiſio.in vltimo caſu. *Areſtum. Sententia prouiſionalis etiã vltra ſummã 40.librarũ pariſien. eſt executoria.*

4 Item anno 1526. die 8. Aprilis fuit etiam pendente appellatione ad ſoluendum redditus condemnatus appellans per modum prouiſionis : licet redditus excederent ſummam decem librarum hic ſtatutam, quia appellatio poteſt longo tempore trahi, ideo ſolet ſenatus ſic per prouiſionem condemnare, quando extat obligatorium inſtrumentum authenticum, contra quod nil opponitur,niſi id quod eſt in proceſſu,quæ tamen poſsint contra illud opponi,ſcripſi in glo. *oppoſitions*.in tracta.de literis obligatoriis articulo primo. *Areſtum. Pẽdente appellatione ſolet fieri prouiſio etiam in redditibus.*

5 Et ſi ſententia excedat ſummã hic ſtatutam,non poterit exequi etiam vſque ad ſummam hic taxatã:quia ſententia eſt indiuidua.l.in hoc iudicio.in fi.ff.famil.erciſ.ibi,quia non poteſt ex vno eodemq; iudicio res iudicata in partẽ valere,in partẽ non valere,ſic nec exequi:ideo condemnatus ad centum poſt appellationem nõ poterit cogi ad ſoluendũ quadraginta:de hoc vidi dubitari, per reg.vtile.de regu.iur.in 6.& ſuperius dixi art.proximo & 13. (Poterit tamen fieri executio, ſiue pecunia petatur, ſiue frumentum, aut alia res,dummodo æſtimatio non excedat hanc ſummam 40.librarum,quia omnes res pecunia æſtimantur.l.ſi ita.ff.de fideiuſſo.& pecuniæ nomine rem ſignificari Probus ait.l.pecuniæ.ff. de verbo. ſignif. Sic iudicauit Senatus anno 1528. die 26. Ianuarij do.de Thou,& Brulart aduocatis poſtulantibus pro religioſis monialibus de Vuariuil-
le,etiam *Sententia excedẽs nõ eſt executoria quoad quadraginta.*

le,etiamſi æſtimatio frumenti facta fuerit in pecunia per ſententiam,ſi non excedat ſummam ordinationis,erit executoria,vt cenſuit idem Senatus anno 1526.die 18.Martij.}

Et de dix liures pariſis de rente ou reuenu,ſeront miſes à execution.

GLOSSA SEXTA.

Sententia nõ excedẽs decẽ libras redditvum eſt executoria.

1 SI debeas mihi decem annua,& fueris in his condemnatus:poteſt fieri executio,vt interim tenearis pendente appellatione ſoluere: ſiue redditus ſint perpetui, ſiue ad tempus:ſiue ſint redditus,ſiue prouentus: vt declaraui in glo.concordato.in §.volumus.de collatio.in verb.redditus. & in l.frugem. ff. de verbo. ſignifica.abundantius forte dicam in rubr.*des rentes*.in ordinatio.regiis.

2 Intellige etiam ſi quis deberet mihi decem ſextaria annua frumenti,vel dolia vini: & fuerit condemnatus vt hic:ſententia executoria erit, dummodo æſtimatio frumenti decem libras non excedat pariſi. teſte Imbert.in inſtitu.foren.pag.196.quia hic dicit *quarante liures pariſis, ou la valeur*,dummodo alia conueniant in hoc tex.requiſita.& idem ſi non eſſent annua, ſed ſemel tantùm deberentur decem ſextaria frumenti,quæ aſcenderent vſque ad quadraginta libras:vt etiam iſta ſententia condemnatoria aliis requiſitis extantibus eſſet executoria.

3 Item ſi per ſententiam fuerit dictum redditum decem librarum poſſe redimi:hæc autem ſententia etiam exequetur, & redimetur non obſtante appellatione: vt fuit dictum in hoc ſenatu contra pauperes cœcos Pariſien.de redditu per ipſos pretenſo perpetuo anno 1534.die 2.Martij: quia iſta ordinatio loquitur *des ſentences qui n'excederont dix liures pariſis de rente, ou reuenu ſeront miſes à execution*,ergo quælibet ſententia ſuper redditu,dum tamen modò non excedat valorem hic contentum:& quando agebatur actione perſonali,ſecus ſi reali, per iſtum tex.*pures perſonnelles*,quæ etiam verba referuntur ad redditus.

Sententia per quem redditus decem librarũ redimi poteſt, & eſt executoria. Areſtum.

4 Quid ſi ſententia excedat decem libras:tamẽ pars dicit,velle tantùm executorium eſſe in decem libris, an poſſit? & breui reſpon. non eſſe in facultate partis ordinationem extendere. nam poſtquàm ſententia excedit decem libras,non eſt executoria, ergo pars conſentiens non poteſt limitare hũc articulum.Et ſic fuit iudicatum in ſenatu anno 1520.die 19.Februa. vide quæ ſcripſi ſuprà artic.13.{Tamen ſententia lata inter dominos fundarios de reditu fundiario,etiam vnius denarij: quia maximi poteſt eſſe emolumenti propter laudimia & retentiones,non erit executoria.Ideo præpoſitum Pariſienſem, qui illam fore executoriam iudicauerat, perperam iudicaſſe pronuntiauit Senatus anno 1529.die 8.Martij,pro Ioanne Richet contra fratrem Ioannem Guignon religioſum S.Ioannis Hieroſolymitani.Videte quę dixi in §.fi.in gl.vlt.de conſti.redi.}

Enſemble la condemnation entiere des deſpens,non obſtant oppoſitions,ou appellations quelzconques & ſans preiudice d'icelles.

GLOSSA SEPTIMA.

Sententia expẽſarum quando erit executoria.

1 ALiam extenſionem ad iſtum text. quòd ſententia quadraginta librarum meretur executionem,non ſolùm in principali,ſed etiam in expenſis,quia acceſſoriæ ſunt, & naturam ſequi debent principalis.l.cùm principalis.ff. de regu. iuris. Ita fuit iudicatum in hoc ſenatu,anno 1528.die 14.Iulij,exequendam fore ſententiam expenſarum,etiam ſi fuerit appellatum, ſuper aliquo articulo taxationis: fuit tamen contrarium iudicatum in vna ſententia furnimenti,quæ executoria erat quoad titulum, non quantum ad expenſas, quia communiter iudices non ſolent ad expenſas in ſententia furnimenti condemnare.Ideo ſi condemnent non erit executoria areſto 1527.die 6.Septembris.quæ areſta ſic poſſunt conciliari, videlicet vt quoad expenſas ſententiæ executioni dari non debeant poſt appellationem, niſi de his expenſis cautum ſit in ordinatione:& ſic cùm ordinatio ſit ſtricti iuris,non fiet executio extra caſus in ordinatione comprehenſos,& ita cenſuit Senatus anno 1548.die lunæ,16.Iulij.in audientia, dictumque fuit, vt publicaretur. nam hîc exprimitur in ſententiis & ſuper actionibus perſonalibus,ſecus in aliis vbi non eſt expreſſum.

2 † Etiam ſi expenſæ aſcenderent vltra ſummam principalem, vt multoties videmus, quod probatur per hunc tex.dicentẽ,*condemnation entiere*,ergo integra ſolutio quantumcunque aſcendat fieri debet,alioqui nõ diceretur integra.l.ſilua.§.integra.vbi ſcripſi.ff.de ver.ſig. Ad hæc acceſſorium etiam maius & pretioſius cedit ſuo principali.per tex.ſing.in l.& ſi non ſunt.§.perueniamus.ff. de auro.& argent.legat.Barto.in l.cùm aurum.ibidem.ſequitur Roma. ſing.622.lego mulieri. & Corſetus in ſing.incipienti legatum.Panor.in c.ex literis.de iure patro.Angel.& alij in §. ſi tamen.de rer.diuiſio.in inſtitu.ſed dicebant quidam contrariũ ſeruari. videlicet non exequendam, niſi vſq; ad quadraginta libras pariſ. {Quod non eſt verum.Imò cenſuit Senatus exequendam ſententiam etiam ſuper expenſis controuerſis, & vt dicunt, *articles croiſés*. anno 1528. die 14. Iulij, de Thou & Alligreto aduocatis poſtulantibus.}

Ideo ſi

Ideo ſi expenſæ accedant ad triginta, & ſumma principalis ſit quadraginta librarum:non fiet coacetuatio ad impediendum executionem.per l.ſi idem.ff.de iuriſdi.omnium iudic.& ſic cenſuit Pariſien Senatus anno 1526. die 18. Martij. ſed conſiderabitur materia principalis ſeparatim, & expenſarum etiam ſeparatim.

Et ideo de iure communiter concluditur,quòd ſententia lata in principali,non eſt executoria quoad fructus,& expenſas,nec ſententia lata in principali, parit præiudicium in aliis acceſſoriis: vt plenè Soci.in l.ſi quis cum totum.§.1.ff.de executio.rei iudica.& ita cenſuit Senatus annò 1521. die 5.Decembris. ſed quia expreſsè hoc eſt ſtatutum in hoc caſu. ergo ad alios non extendetur. deciſ.neapol.q.77.fuit ſatis.in fi.vbi allegat Bart.in l.creditor.§.iuſſus.ff.de appellatio.& Bald. in l. vnic.C.ſi de moment.poſſeſsio.fuerit appellat.vide gloſ.in l.cum exceptione.§. hæc autem actio. ff.quod met.cauſ.

Sentẽtia exe cutoria in principali non eſt exe cutoria quo ad expẽſas. Areſtum.

En baillant.

GLOSSA OCTAVA.

Ctauò requiritur is qui ſententiam exequi petit cautionem præſtet, & qualem debet præſtare,reſpondet text.ſequens.

Bonne & ſuffiſante caution.

GLOSSA NONA.

Nonum requiſitum eſt quòd det bonam & ſufficientem cautionem. de qua ſuperius dixi abundè.artic.1.ſed quid debet promittere iſte fideiuſſor datus,ſequitur.

De rendre le tout s'il eſtoit dict en fin de cauſe,que faire ſe deuſt.

GLOSSA DECIMA.

Ecimum hîc traditur,quòd pars det fideiuſſorem de reddendo totum,ſcilicet principale & expenſas.non valeret ergo cautio:nec ſententia eſſet exequenda,ſi non daret fideiuſſores de reſtituendo principalem ſummam cum expenſis: quia hîc vult vt cautio totum promittat reddere:& qui totum dicit,nil excludit.l.à procuratore.C.mandat.valeret tamen,ſi vnus fideiuſſorum promitteret principale, alter verò expenſas.nam quod in vno ſtatuitur,idem in duobus dicendum eſt.l.ſingularia.in fi.ff.ſi certum pet.ſcripſi in glo.concorda. in §.præfatique graduati.in glo.nominationis.de colla. & quamuis fideiuſſor promittat totum reddere,ſi tamen per areſtum fuerit dictum male iudicatum ſuper expenſis,vel pro debiti parte, non tenebitur fideiuſſor totum reddere:quia hîc obligatur conditionaliter:ſi fuerit dictum,ergo ſi non fuerit dictum,vel quatenus fuerit dictum, tenetur.l.Stichum.& l.ſe.ff.de lega.1.vide alia in artic.1.ſuprà eo.& quomodo executio in iſtum fideiuſſorem fieri debeat,elucidaui in tracta.de liter.oblig.articul.5.

Fideiuſſor debet obligari ad principale & ad expenſas.

Leſquelz deſpens ſeront tauxez par autre lieutenant ou commis, que celuy qui aura donné la ſentence.

GLOSSA VNDECIMA.

Ndecimum requiſitum eſt,quòd expenſæ taxentur per alium,quàm per iudicem, qui ſententiam protulit:ſufficit ergo quòd ſint taxatę per aduocatum antiquiorem,qui ex conſuetudine ſedet deficiente iudice, & videtur commiſſus à conſuetudine: ideo hîc comprehenditur ibi, *ou commis &c.*& in tractat.de recuſat.habetur articu.ſexto. ibi, *qui a couſtume tenir le ſiege en ſon abſence,ſoit lieutenãt particulier,ou le plus ancien aduocat &c.*hoc eſt ſtatutum:ne iudex dum videt ſententiam executoriam taxet magnas expenſas in odium appellantis.& quia iudex qui condemnauit ſic partẽ videtur illi ſuſpectus.c.ad hæc.1.de appel.ideo ſtatuitur,vt alius taxet. & ſi iudex expenſas taxauerit, non erit ſententia executoria quoad expenſas, quia non habet iſta requiſita:& cui non conueniunt verba,nec diſpoſitio conuenire debet.l.4.§.toties ff.de damno infe.& ſicut is,qui protulit ſententiam, nón poteſt taxare expenſas, ita non poteſt amplius cognoſcere de cauſſa,ſi ſemel partem grauauit:ſed ſolet curia,licet dicat malè iudicatum in interlocutoriis remittere ad illud tribunal, à quo eſt appellatum, tamen ſolet dicere, vt alius cognoſcat, quàm is qui ſententiam protulit:vt ſcripſi in §.1.de friuol.appel.in concorda.vbi dixi non ſeruari.c.vt debitus.de appe.in curiis ſecularibus regni:& in hac taxatione iudex impendiorum, quæ ad iter explicandum neceſſaria eſſent,rationem habere debet, per text.in l. ſed ſciendum.ff.ad Trebel.in parlamentis tamen duo ex conſiliariis illius cameræ ſolent expenſas taxare,in qua iudicatus fuit proceſſus.vide quæ dixi ſuprà de ſentent.prouiſio.attic.3.gloſ.2. circa.fin.

Taxatio expẽſarum in executoriis per aliũ fit quã per iudicem,qui ſententiam protulit.

Pourueu toutesfoys qu'au raport & iugement des dictes ſentences,iceulx iuges ſeront tenuz appeller auec eux.

GLOSSA DVODECIMA.

DVodecimum eſt quòd iudex in relatione proceſſus, & vt vocant,rapportu,& ſententia tenetur vocare aliquos, qui illis aſsideant,& conſulant. Et ſic non ſufficeret vocare ad rapportum,niſi adeſſent ſententiæ & iudicato:quia iſte tex.copulatiuè loquitur:ad veritatem cuius requiritur vtrumque eſſe verum.c.2.&c.inter cæteras. de reſcrip.nec ſufficeret vocare,ſi nõ venirẽt,& quid vocati facere debeãt,ſubſequitur.

Et auoir l'aduis,& conſeil.

GLOSSA DECIMATERTIA.

DEcimotertio requiritur quòd iudex petat conſilium ab illis, quos conuocauit: & ſic vocati debent dare conſilium iudici, ſuper hac ſententia ferenda, an ſit condemnandus reus,vel abſoluendus.& ſi nõ concludant ipſum damnandum ad quadraginta libras,exequetur ſententia,vt hîc:& quòd aduocati cogantur cõſulere iudici, firmat gl. ſing.in l.2.C.de proxi.ſacro.ſcrinio.lib.12.ſecundum Bal.in marguar. in verb. conſilium.quæſt. 6.Panor.in c.cùm in veteri.nume.13.de elect. ſed cùm quilibet ad lucrum regulariter propenſus ſit,& volens illud capiat,non ſolent cogi;ſed poſſet iudex,etiam vbi nullum eſſet lucrum,eos cogere,alioqui ad lucrum aliud eos reiicere:ſed quot vocare, & quales debeat, & ab illis conſilium accipere.lege ſubſequentem text.

De quatre notables conſeilliers ou aduocatz.

GLOSSA DECIMAQVARTA.

Conſiliarij prius vocari quàm aduocati debent.

1 DEcimumquartum eſt quòd iudex ſumat conſilium à quatuor conſiliariis, aut aduocatis:& dictio ou,hîc poſita eſt alternatiua ordinis, non electionis: quia ſi ſunt conſiliarij in illa ſede, & iudicio, debet ab illis conſilium petere, non ab aduocatis, eis ſpretis:vt in ſimili dixi in §. ſtatuimus. in 2.de collatio.in concorda.in glo. authen. ſi verò non ſint conſiliarij,ab aduocatis habebit conſilium:nempe cùm conſiliarij ſint ad hoc præfecti,alij capi nõ poſſunt.arg.l.maritus.C.de procuratorib.prouiſio enim expreſſa facit ceſſare tacitam.l.cum filio.ff.de vulgar.nec poſſet iudex huic text.præiudicare, vocando aduocatos, & dimittendo conſiliarios,alioqui à ſuperiore puniri poſſet:quia hoc ei mandatur à Rege. vt cõſilia-
2 rios vocet:ergo alios conuocare non poterit,niſi illis deficientibus,vel recuſatis.† Et per hoc patet,quòd ſcriba ſeu graferius tenetur ſcribere conſiliarios, ſeu aduocatos conſulentes, qui interfuerunt deciſioni cauſſæ: vt iudex appellationis poſteà cognoſcat, an fuerint ſeruata: quæ hîc ſtatuta ſunt.nam in aliis ordinationibus vbi non exprimitur numerus quatuor,vel alius,eſt in arbitrio iudicis,quot velit vocare pro qualitate materiæ,vbi non ſunt conſiliarij.arg.l.1. ff. de iure deliber.ſic fuit in Senatu deciſum, anno 1520.die 21. Martij. vel puto hîc voluiſſe intelligere *par conſeilliers*,id eſt conſulentes: quia tempore huius ordinationis nulli erant conſiliarij niſi in curiis ſupremis vel admodum pauci.

Areſtum.

Quos aduocatos iudex recipere debeat.

3 Decimoquintò requiritur quòd illi conſulentes,vel aduocati ſint notabiles, id eſt inſignes,& notatu digni:ideo non poteſt omnes aduocatos accipere iudex,ſuos fortè conſanguineos,vel famulos,niſi ſint notabiles,vt hîc,& experientes, videlicet & doctos vocare ad conſilium debet, & bonos:vt ſcripſi in prooemi.concorda.in verbo viros.†Facit text.in l.nec quicquam.§. obſeruare. ff.de offic.proconſ.vbi ſcripſi.†ſed hodie affectio totum penè turbat mundum:hodie ex ſanguinibus ædificatur ciuitas ſancta,curiæ,& omnia ferè.

4 Nempe graduatos conuocare debet; nam hi graduati inſigniuntur gradu & nobiles fiunt, ſaltem doctores.teſte Barto.in l.iudices.C.de dignitatib.lib.12.& Bono de curuli in tractatu nobilita.in 3.parte.num.97.

Intellectus ad l. nemo. C.de digni.

5 Etiam hoc verbum *notables*, vix poteſt referri ad conſiliarios:quia vnuſquiſque habens officium à Rege cenſetur dignitatem ſuſtinere.l.nemo.in fi. C.de dignitatib.libro 12. per quem text. Ludo.Roman.ſing.805.dicit quòd licet officium procuratoris ſit vile, tamen principe mandante efficitur nobile.Boerius in deciſio. Burdegal.quæſt. 222. notabilis aliquando in malum capitur:vt ſcripſi in l.Marcellus.ff.de verb.ſign.tamen quia ſunt quædam vaſa facta ad ignominiam, alia ad honeſtatem; vt teſtatur D.Paulus:ita in officiis regiis officia ad ignominiam non nobilitant hominem,quicquid dicant doctor.in contrarium.& illa l.nemo.loquitur de ſenatore: ideo appatitoris vel carnificis officium non eſt nobile, etiam ſi à principe concedatur: ſed ſenatoris officium dignitatem confert habenti; & ſic debet intelligi illa l.nemo: malè hactenus intellecta.

6 Nec puto ſufficere quòd vocet quatuor,ſi vnus ex illis non eſſet illius ſententiæ,per iſtum textum copulatiuè loquentem *appeller & auoir l'aduis & conſeil.* & in fine dicit quòd debent ſe ſubſcribere,ſi illius opinionis fuerint, ibi,*ſigneront le dicton des dictes ſentences:s'ils ont eſté de l'opinion & aduis d'icelles*: & ſi non fuerint, debebit alios conuocare, donec quatuor conueniant: & hoc eſt tutius.& ſic ſeruari ſolet: vel is qui illius non eſt ſententiæ, ſolet in ſententiam maior s

partis deuenire: & non poſſet omitti conſilium, alioqui ſententia eſſet nulla, quia hoc eſt de forma vt ſcribit Bald. in l. vna col. penult. C. ne liceat tertio prouoca. & Feli. in c. cum dilecta. col. 7. de reſcript.

De leurs ſieges.

GLOSSA DECIMAQVINTA.

Aduocati illius ſedis & parlamenti ſemper vocari poſſunt. Areſtũ pro aduocatis parlamentorum.

DEcimumſextum requiſitum eſt, quòd iudices habeant conſilium ab aduocatis illius curiæ, in qua iudicant, ſi ibi inueniantur, & non fuerint recuſati, & ſint illius qualitatis, videlicet *notables*. Alioqui poteſt aliunde quærere. arg. l. vt gradatim. ff. de munerib. & honorib. & ita fuit deciſum anno 1524. die 9. vel 15. Ianuarij, q̃ ſententia eſſet exequẽda: licet dominus Montholonius aduocatus, & alij curiæ ſupremæ conſuluiſſent pro illa cauſſa, pendente coram bailliuo Meldenſi: quamuis allegatum fuiſſet multos in ciuitate practicantes fuiſſe, quod eſt bene notandum. quia ex omnibus mundi partibus ad hanc ciuitatem homines veniunt conſilij habendi gratia, & aliis de cauſsis: & idem putarem, ſi haberent conſilium ab aduocatis degentibus in ciuitatibus parlamentorum, vt ſuperius dixi: nam ſicut partes veniunt ad parlamenta ratione iuſtitiæ habendæ, ita ad aduocatos illius ſupremæ curiæ conſilij habendi cauſſa: nempe dicit Bald. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. quòd ſicut mulieres & ruſtici vadunt ad ſiluam cauſſa ligni habendi, & ad ciuitatem indulgentiarum conſequendarum gratia, ita & gratia conſilij ire debent. faceret tamen iniuriam iudex aduocatis ſui tribunalis, ſi hoc paſsim facere vellet: ſed quando videt eos recuſatos alios quærat, vel in ardua cauſſa, cui non ſunt fortè pares practicantes illius curiæ. {Et ita iudicauit Senatus anno 1519. die 9. Februarij inter locumtenentes Eſtamparum vbi inhibuit locumtenenti generali vt non mitteret conſulendos proceſſus ad hanc ciuitatem, niſi fuiſſent magni momenti, & vt dicunt *de grand importance*, & ſic debet intelligi quod ſcribitur} in arti. decimoquinto, rubric. *des cauſes beneficiales* vbi additur, quòd ſex in ſententia recredentiæ vocari debent, vel ad minimum quatuor, ibi ſic dicitur, *practiciens de leurs ſieges, & auditoires non ſuſpectz, ne fauorables à l'vne ne l'autre des dictes parties.* doctores verò regentes non ſuſpecti ſemper vocari ad hoc poſſunt, quia illorum eſt conſulere, & licet non ſint pragmatici illius curiæ, ſed ibi iura profitentes: tamen iudices ob hoc illos recuſare non debent. argument. l. lecta. & ibi doctor. ff. ſi certum petatur. & ſcio me eſſe vocatum à magiſtratibus in locis, vbi fui regens, licet non eſſem aduocatus in illis tribunalibus.

Doctores regentes ad conſilium vocari debent.

Qui auec les dicts iuges ſigneront le dicton des dictes ſentences.

GLOSSA DECIMASEXTA.

DEcimumſeptimum quòd conſiliarij ſeu aduocati ſignent, ſeu ſubſcribant libello, ſeu breuiculo, *le dicton des dictes ſentences.* vt in l. 2. C. de ſenten. ex pericul. recitand. & de quo proſit iſta ſubſcriptio, & ex quibus cauſsis fiat, ſcripſi in tractatu, de chirograph. & cedula recognition. in præfationibus.

S'ilz ont eſté de l'opinion & aduis d'icelle.

GLOSSA VLTIMA.

Subſcribere quãdo quis tenetur.

ET ſic quis non tenetur ſubſcribere, quando non eſt illius ſententiæ: quod facit contra quoſdam iuuenes aduocatos, qui ſe paſsim ſubſcribunt omnibus opinionibus aliorum, etiam ſi veræ non ſint illius ſententiæ: cùm ipſi fortè nullius ſint, nec iudicij, ſed deciſiones aliorũ bonas maláſue ſequuntur, ſicut grues primam. cap. in apibus. 7. q. 1. alia elicite per vos ex hoc articulo: iſta tamen ſunt præcipua, & notanda.

Loys. X I I. artic. L X X X V I I. *des premieres.*

Item que es matieres que doyuent eſtre executées non obſtant oppoſitions ou appellations quelzconques, & ſans preiudice d'icelles, noz dictz iuges executeront leurs ſentences ſans attendre noz lettres de chancellerie, ne commiſsion ne auctorization de noz dictes cours.

Articulus decimuſ-ſeptimus.

GLOSSA PRIMA.

Sententia executoria ſine literis regiis poſt etiam appellationẽ exequi poteſt.

1 IſTe articulus tollit dubiũ magnũ, quod iudices huius regni facere ſoliti erãt: nempe ex cõſuetudine regni omni appellationi deſertur propter ſuperioris reuerentiam: ob id nõ audebãt iudices poſt appellationẽ ſuas exequi ſentẽtias ante iſtũ articulũ: in quo ſtatuitur vt iudices, qui ſentẽtias protulerint in materiis executoriis, eas exequi poſsint nõ obſtãtibus oppoſitionibus, & appellationibus, & nõ expectatis literis à cancellaria emanatis: in quibus permittatur, vt executio fiat. nec eſt opus à curia impetrare cõmiſsionem ad

Literæ ſuperfluæ non ſunt impetrandæ.

exequendum iſtam ſententiam executoriam, neque authoritatem curiæ opus eſt habere ad hoc,
2 vt ſententiæ iſtæ executoriæ exequi poſsint etiam poſt appellationẽ. † Ratio eſt:ſuperfluum enim eſt precibus poſtulare, quod iam lege iſta permiſſum eſt.l.1. C. de theſauris.lib.10. ſed iſta executio eſt permiſſa iam ab ordinationibus,& ſic à lege Gallorum. ergo alia permiſsio non requiritur:& ſi practicantes & pragmatici curiarum regni ſciuiſſent iſtum articulum,non impetraſſent,nec impetrarent tot literas,quot ſolent impetrare: quia mens conditoris eſt, vt non impetrentur literæ,quæ non ſunt neceſſariæ:ideo in patria iuris ſcripti ſuperfluę literę non impetrantur: vt hîc ſolet fieri.

3 Intellige tamen executionẽ fieri poſſe etiam poſt appellationẽ, tamẽ ante inhibitionem:ſecus ſi poſt per articulum ſequentem,quando eſt facta partibus auditis: quia ſuperiori obtemperandum eſt.l.vna.ff.ſi quis ius dicen.non obtempera.doct.in c.non ſolum.de appella.& ſuperius dictum fuit: ideo ſi curia inhiberet,tunc literæ ſolent impetrari,quòd non obſtante appellatione, & inhibitionibus, ſententia exequutioni mandetur per modum prouiſionis: quæ literæ facilè conceduntur & vocantur in reſſortu Tholoſano literæ de ſortiatur: quaſi ſententia ſortiri debeat effectum,& debet fieri mentio inhibitionis curiæ,alioqui eſſent ſurreptitiæ.

Sententia nulla à partibus probata non meretur executionẽ.

4 Secundò intellige quando illæ ſententiæ ſint validæ.l.4.§.condemnatum, eum accipere debemus,qui ritè condemnatus eſt:& ibi plene doct.ff. de re iudica:quia ſententia nulla exequenda non eſt.Bal.in cap.ſuper quæſtionum.col.3.& cap.cùm in iure.col.3.de offic.deleg. & conſil.216. vol.4.Hippol.conſil.43.omnis dubitatio,& ſententia arbitralis,licet aliàs ſit executoria per ſtatutum,tamen ſi ſit nulla,non debet exequi, etiam ſi de partium cõſenſu confirmata fuerit:vt conſuluit Dec.conſil.499.in cauſſa.in fin.quia non poteſt approbari vt ſententia,ſed vt pactum.glo. in l.2.C.communia vtriuſque iudic.Bart.in l.vna. C. qui pro ſua iuriſdict. iudices dari poſſunt. alia multa allegat Dec.quæ videre poteris.& multa ſcripſi in tractat.de literis obliga.articu.1.

5 Nota tamen quòd ſi iudici,coram quo de nullitate agitur,conſtet,illam ſententiam fuiſſe aliquam,debet illam confirmare,& exequi facere,Bar.in l.1.in fin.quando prouoca.non eſt neceſſe. C.Alex.conſil.181.in cauſſa.col.ſi.vol.6.

Sententia quam pars iniuſtam cõfitetur,non debet exequi.

6 Tertiò niſi pars quæ obtinuit confiteretur eam iniuſtam,quia tunc non debet exequi, cùm corrigi poſsit.Innoc.in c.quia plerique.col.2.de immunita.eccleſ.per tex.in c.2.de purga.vulgar. & eo caſu pars,quæ pro ſe habet ſententiam,poteſt compelli per cenſuram eccleſiaſticam,vt parti victæ faciat liberationem.Iaſ.in repet.l.admonendi.col.16.& ſeq.nu.46.cum ſeq.ff.de iureiuran. ſcripſi in repetit.l.quòd iuſsit.numero 138. cum ſeq.in 2.not.ff. de re iudicat. & puto in hoc caſu quòd ſecularis ſeculares, eccleſiaſticus eccleſiaſticos cogeret, nec aliter permitteretur in hoc regno extante vſurpatione.

7 Quartò intellige quandò ſententia fuit liquida, aliàs non.Bal.in cap.paſtoralis.§. quia. col. pen.de offic.deleg.abundè ſcripſi in dicto artic.1.rubric.de literis obliga.in glo.9.

8 Quintò quando pars executionem non peteret,vel nollet.Bald.in cap.ſuper eod. col. 2. de offi.delega.hoc enim iudicium non datur niſi poſtulatum fuerit.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno.infe,& inuito beneficium non datur.per reg.iur.

9 Sextò quando appellaret tanquam à minima is pro quo lata eſt,& eam non acceptaret.l.quidam.ff.de re iudic.vbi not.docto.& in l.quidam.ſi cert petat.

Falſa ſententia non eſt exequenda.

10 Septimò quando eſſet falſa,capitul.2.de crimin.falſ.vbi Papa commendat epiſcopũ,qui ſententiam authoritate falſarũ literarũ latam noluit mandare executioni.Barba.cõſil.43.pręclare.col. 7.in 1 vol.quia falſa ſententia non eſt ſententia, ſicut falſus denarius,non eſt denarius.glo.ſing. in l.omnes.C.de hæreti.Alex.in addit.ad Barth.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pignor.actio. glo.in c.vera iuſtitia.45.diſt.Plura ſcripſi in l.Paulus.ff.de verb.ſign.

11 Intellige quando in promptu conſtaret de falſo,ſecus ſi altiorem requireret indaginem,quia tunc interim exequi poſſent,per modum prouiſionis l.2. C.de fal. quia in executione, quæ eſt ſummaria,non admittuntur executiones requirentes altiorem indaginem.l.3.§.idem. ff. ad exhiben.Alex.in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebel.

12 Octauò quando illę ſententię erant iuris ordine ſeruato prolatę,aliàs non valent,& ſic non exequentur.Bald.in c.paſtoralis.§.1.de offic. delegat.quia authoritas iudicis non excuſat, ſi non ſeruet ordinem iuris.Panor.in ca.conſultationibus.col.vlt.de iure patro. Nempe maior eſt defectus dum aliquid non fit ritè,quàm ſi fiat iniuſtè.Bald.in dicto cap.paſtoralis.§.quia verò.col.vlt. de offic.deleg.

Sententia in incidentibus an ſit executoria.

13 Nonò intellige ſententiam exequendam tàm in principali,quàm in incidentibus. Bal.in dicto ca.paſtoralis.§.prætereà.num.3.de offi.delega. Barba.in clem.cauſſam.col.4.de elect.per text. in clemen.diſpendioſam.de iudic.ibi,eas quoquomodo tangentibus; quia ſi vna cauſſa puta alimentorum ſit priuilegiata,etiam aliæ incidentes quæſtiones ad eam erunt priuilegiatæ,Barto.in l.ſolent.ff.de aliment.& ciba.legat.facit tex.in cap.ſi annum.ibi, necnon & dependentibus ab eiſdem.de iudic.in 6.de expenſis dictum fuit ſuperius artic.proxi.gloſ.7.

Sẽtẽtia antequam debitorem appareat eſſe, nõ fertur.

14 Decimò intellige quandò appareret debitorem eſſe: nam de hoc conſtare debet,antequam condemnari poſsit, liquere enim prætori debet.l.hæc autem.§.1.ff. quibus ex cauſ. in poſſeſsion. eat.facit l. non ignorat. C. qui accuſa.non poſſunt.vnde fuit pronunciatum per hunc Senatum

anno

anno 1536.die 17.Februarij,pro quodam tutore, qui pendente lite ſuper ratione fuerat condem-
natus ad dandum decem pupillo,malè iudicatum , eò quòd non apparebat illum tutorem debi-
torem eſſe in aliquo:vt ſuperius dictum extitit.

Arctum.

15 Vndecimò non exequetur ſententia quando aliud contineretur in ea,vt pote,condemno te
ad decem,non obſtantibus literis quinquennalibus,vel annalibus:eo quòd iudex repellit partem
à ſuis literis,in eo non erit executoria,nec in aliquo:quia ſententia videtur indiuidua,& non po-
teſt exequi niſi amittat literas.arg.l.ſi communem.ff.quemadmo.ſeruit.amittã.l.in hoc iudicio.ff.
famil.erciſcund.& hoc ſæpius vidi ſeruari in iudiciis.

Executoria ſententia non eſt ubi quis literis annalibus uel quinquennalibus priuatur.

16 Duodecimò quando executio eſſet reuocabilis,aliâs non debet exequi etiam per literas re-
gias,& ante appellationem.Aufrer.in deci.Toloſ.quæſt.430.vnde licet à ſententia lata in poſſeſ-
ſorio de iure ciuili non appelletur.l.1.C.ſi de momenta. poſſeſ. quia in petitorio parti prouideri
poterit. Fallit tamen ſi per ſententiam in poſſeſſorio inferatur præiudicium irreparabile. Bad. in
dicta l.1.de Ripa.in l.4.§.condemnatum.num.21.ff.de re iudic. & Iaſ. ibi vt ſuprà dixi : vnde ex-
ceptio nullitatis impedit prehenſionem perſonæ, quæ fieret pro executione ſententiæ.nam per
capturam perſonæ fieret iniuria quædam,quæ non poteſt aboliri.Bald.in l.1.C.in integr. reſtitut.
poſtula. Feli.in cap. cùm ſuper.col.penult.de re iudicat.refert Bertrand. conſil.43. etiam ſi verum.
in fine.volum. primo ex noua editione. idem dixi in tribus ſententiis conformibus,vt non de-
beant exequi : quando executio retractari non poſſet,vt in matrimonio.in §.fi.de friuol.appella.
in concordat.

Executio impeditur quãdo eſſet irretractabilis.

17 Vltimò non poteſt victor pro executione iudicati propria authoritate bona condemnati
capere per text.in l.miles. §. primo.ff.de re iud. vbi doctores dicunt quòd ſi pars contrarium fa-
ceret , amiſsione debiti & rei punienda eſſet.per l.extat.ff.quod met. cauſ. ſed de licentia iudicis
poſſet victor capere bona.gloſ.in dict.§. qui iudicati,quam approbant ibi docto. quod non ſer-
uaretur in hoc regño:imò iudex ea concedens puniretur, vt vitetur occaſio tumultus.l. non eſt
ſingulis.ff.de re iudica.ideo executio iuris authoritate fieri debet.l.ſi ex ſtipulatione.vbi docto.ff.
de acquir.poſſeſsio.alia licet videre in articul.1.tract.de literis obliga.ne plura.

Pars propria authoritate bona ſibi adiudicata ſine executione non capit.

Françoys. artic. V. *des publ.* 1519.

*Item pource que icelle ordonnance à eſté mal gardee & obſeruee par nos dictz
iuges à cauſe des inhibitions & defences, qui leur ont eſté faictes tant par vertu
de reliefz en cas d'appel,que pareillement par les lettres, de ne lite penden.de nos
dictes cours,auons ordonné & ordonnons,que non obſtant icelles inhibitions pour-
ront proceder outre ſans ſur ce attendre permiſſion , ou inionction de nos lettres
de chancellerie. Toutesfois ſi par nos dictes cours parties ouyes eſtoit ordonné, in-
hibition leur eſtre faicte de ne proceder outre,leur enioignons y obeir.*

Articulus vltimus.

GLOSSA PRIMA.

1 AMpliat prædicta hic articulus : vt exequi debeant ſententiæ exequutoriæ , etiam ſi
parti inhibitum fuerit,vel iudici in vim literarum appellationis, vel ne lite pendente
quicquam innouetur : quia hæ literæ facilè concedi ſolent , & ſine cauſſæ cognitio-
ne,ob id non vult illis obtemperari, ſi non fuerit à curia ordinatum inhibitiones eſſe
faciendas : tunc illis ſtari debet,ſi ſpeciales ſint.quia hæc non ſolent fieri ſine cauſſæ cognitione,
& auditis partibus,nec aliàs fieri debet:adeò quòd ſi appellans ſupplicauerit curiæ, vt inhibitio-
nes fiant iudici : & curia cenſeat hoc ſic faciendum eſſe, dicens, fiant inhibitiones in forma,illis
inhibitionibus generalibus non vult conditor hic vt iudices obtemperent , niſi partibus auditis
fuerit dictum,fiant inhibitiones,tunc enim obtemperandum eſſet:aliâs puniretur non obtempe-
rans arbitrio curiæ.l.vnic.ff.ſi quis ius dicent. non obtem. quando verò inhibitionibus exactis à
curia partibus non auditis iudex procedit in his executoriis,non punietur,quia authoritate hu-
ius ordinationis hoc facit : & quod authoritate iuris factum eſt pœnam non meretur.l.Graccus.
C.de adulter.& ſic addemus hîc generales inhibitiones non recipiendas,ſpeciales verò ſic.

Sententia executoria poſt inhibitionem an ſint exequendæ.

2 Præmittendum eſt ad intellectum ſequentium , quòd ſunt aliqua debita priuilegiata execu-
toria etiam ſine inſtrumento regio notato ſigillo,ſi de illis appareat debitis.

Debita executoria ſine inſtrumentis.

3 Et primo debitum regium , poſtquàm enim ipſe priuilegia aliis concedit , neceſſe eſt vt ſibi
non deſint.l.nemo.& l.miſsi.de exactorib.tributo.C.lib.10.vbi not.& publicæ functiones velo le-
uato exiguntur. §. coges.in authen.de mandat.princ.col.3. Bal.conſil.238. ad veritatem.in primo
volum.imò conductores ſeu exactores publicorum vectigalium,quos firmarios regios vocamus,
etiam ex pecunia ipſis debita pro iſta conductione & exactione habent ex conſuetudine contra
hos debitores executionẽ etiã ſi Regi ſoluerint,& quando agitur de denariis regiis. l.litibus.§.fi.

Regium debitum exequendum.

C.de agricol.& cenſitis.li.11.Pyrrhus in l.penulti.de conueniend.fiſci debitorib.& l.fi.de capiend. & diſtrahend.pignor.lib.10.vide eum in l.vnica.de conducto.& procurato.lib. 11.& iſta eſt materia quæ in curia generalium iuſtitiæ exercetur. { Etiam mulctæ & emendæ adiudicatæ regi à Senatu,exequi debent,non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus, & apparitores non debent iſta timere,ſed exequi,vt ſtatuit Senatus Pariſ.anno 1382,die 3. Decembris, inſtantibus theſaurariis regiis,videlicet Philippo de S.Petro,& Regnaldo de la Chapelle. }

In venditorem vini executio debiti fit.

4 Secundò ſi quis viendiderit vinum,executio fit in eum tredecimę partis,vel octauę conſuetę, dummodo terminus non fuerit datus venditori:tunc efficitur debitum commune,& amittit priuilegium.arg.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudica.ſic vidi in forenſibus iudiciis ſeruari.

5 Tertiò depoſitum eſt debitum,priuilegiatum habens executionem paratam.l.penu.C.depoſit.dixi in tracta.de liter.oblig.arti.6.alia executoria,de iure communi.

Debitũ nundinarum eſt priuilegiatum.
Areſtum.

6 Quartò priuilegiatum eſt debitum factum tempore nundinarum Lugduni, Campaniæ, vel Briæ:vt poſsit capi debitor:ſecus ſi extra ciuitatem factum fuerit,vel in ciuitate, & extra tempus nundinarum:vt fuit deciſum in hoc Senatu,anno 1542.die 13.Iulij,in magna camera. idem puto in nundinis aliarum ciuitatum ſic priuilegiatis,vt etiam prius ſolui debeant,& ſine contributione:quod ſecus eſt in aliis debitis.l.1.& per totum,ff.de priuileg.creditorum,vbi etiam ſi plura ſint bona quàm ea quæ licitantur,creditores opponentes non audiuntur.Secus ſi non ſint alia bona, vt l.pupillus.ff.de priuileg.eredito.cum aliis legibus ibidem deſcriptis.

Statuta ab ordine ſancti Michaelis ſunt executoria.

7 Quintò ea,quæ ſtatuta ſunt ab ordine militum S.Michaëlis,qui à Rege ſancto Ludouico inſtitutus fuit , quos vocamus *les cheualiers de l'ordre*,executioni mandari debent, nec ab his poteſt appellari:ita inueni in fundatione illius ordinis,vbi hæc verba ſunt,*Ordonnons , & eſtabliſſons , & determinons ledict ordre auoir cognoiſſance & court ſouueraine es cas,qui le touchẽt,& peuuent toucher,ſur les freres,& compaignons,& officiers d'icelles,& que toutes ſommations,peines,corrections,punitions,priuations,appoinctemens,ſentences,iugemens,arreſtz,& choſes paſſées,faictes & decretées,par ledict ordre es cas qui luy touchẽt:& peuuent toucher,& ſur freres & cheualiers officiers d'iceluy ordre,ſoyent executoires,valables & enterinees,comme de court ſouueraine,ſans que pour les empeſcher lon puiſſe,ou doyue ailleurs recourir,par complaincte,ſupplication,appel,ou autrement,en quelque maniere que ce ſoit &c.*

Datum Ambaſię anno 469.poſt milleſimum:die verò prima Auguſti.nec cenſetur per hoc prohibita erroris propoſitio,quę vix tolli poſſet:vt not.docto.in l.vna.C.de erro.calcul.ſcripſi in tractat.de ſupplica.& propoſitio.erroris.

8 Sextò ſententia lata à prælato contra aliquem,vt oſtenderet titulum ſui beneficij, quem nullum pronunciauit,non obſtante appellatione exequi poteſt:quia conferri illud beneficium alteri poteſt.glo.in verb.inquirant,in fi.§.ordinarij de pacific.poſſeſſorib.in pragmatic.

9 Septimo ſententia lata ab epiſcopo contra laicum facta prorogatione exequi debet : ne ſit caſſa epiſcopalis cognitio,& propter dignitatis epiſcopalis reuerentiam,l.epiſcopale iudicium.C. de epiſcop.audien.quod vix hodie ſeruaretur in Forenſi iudicio,cum ſeculares iudicibus totis(vt aiunt)neruis iuriſdictionem eccleſiaſticam deſtruere moliantur,quæ ante eos exorta eſt,& poſtcà etiam durabit.

Sententia Generalium monetæ executoria.

10 Octauò ſententia ſuſpenſionis , interdictionis , vel priuationis lata à Generalibus monetarum,contra officiales dictæ monetæ , executioni mandari debet pendente appellatione ad ſenatum:vt continetur in ordinatio.moneta.nouiſsimis. verſic.item volent,*que ſi des ſentences &c.*

Statuta pro obſeruatione regulæ religioſorũ ſunt executoria.

11 Nonò ſtatuta facta pro obſeruatione regulæ religioſorum , vel collegiorum ſeruari debent non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus.ca.relatum.ne cler. vel mona. vnde quando committitur quibuſdam reformatio monaſterij : omnia ab his ſtatuta exequentur per prouiſionem non obſtantibus appellationibus:quia agitur de correctione in qua appellatio non recipitur niſi poſt executionem in hoc regno .c.ad noſtram,de appella. alios caſus in quibus appellatio non recipitur ſcribam,in rub.de appella.in ordinatio.reg.

Caſus executorij.

12 Vltimò ex prædictis habemus caſus in quibus executio fit,primus eſt in literis obligatoriis: vt abunde ſcripſi in tractatu de liter.obliga.

Secundus eſt ratione rei iudicatæ,ſeu condemnationis,vt in hoc tract.

Tertius ratione debiti priuilegiati , vt regij denarij , pupillorum , & aliorum , de quibus ſtatim ſcripſi.

Quartus ratione penſionis debitę locationis cauſſa:& hunc & quemlibet iſtorum caſuum plenè tractaui articulo quarto.tracta.de liter.obliga.

Quintus,ex priuilegio Pariſien.conceſſo,& aliis ferme ciuitatibus regni, contra extraneos licet per executionem procedere:vt oſtendi in tract.de literis obligato.articul.ſexto.

Sextus caſus eſt prouiſionalis : omnes enim caſus prouiſionales exequi poſſunt : vt abundè ſcripſi in tract.de ſentent. prouiſio. alij caſus poſſunt ex his tractat. elici , quia quilibet iſtorum alios complectitur. { Et in quibus caſibus executio per ordina.fit,iudex debet prouunciare executionem faciendam , non obſtante appellatione, aliàs perperam agit , vt pronuntiauit Senatus anno 1513.die 29.Octobris.}

13 Aduertendum eſt,quòd executionẽ ſuſpendit in integrũ reſtitutio,vt C. in inte.reſti.poſtul. ne quid noui fiat.l.vnica.& l.defendente. de authorit. tutor. ff. vbi Bartol. dicit hoc eſſe verum,

quando

quando cauſſa reſtitutionis eſſet euidens,aliàs non impediet executionem præſtita cautione.per c.ſuſcitata.de in integ.reſtitu.& hoc iure vtitur.Boer.in deciſio.Burdegal.quæſt.65.ſed aliud.

14 Item quando peteretur reſtitutio aduerſus principis ſententiam : tunc non impeditur eius executio,ptopter authoritatem principis.dict.cap.ſuſcitata. de in integr.reſtit. Aufrer. deciſio.54. & in deciſio.Neapol.q.356.fuit dubitatum.

Hodie de ſtylo regni Franciæ propter vehementem præſumptionem differendæ executionis ſolent executioni demandari interim ſententiæ cautione data:niſi executio ſit irretractabilis.per dict.cap.ſuſcitata:& ſic vidi ſeruari.

15 Secundò nouatio executionem impedit.l. 4.§. ſi ex cõuentione.ff.de re iudica.quæ non fit, niſi expreſsè dicatur in inſtrumento:ideo ſi quis promittat de nouo id,in quo eſt condemnatus, niſi dicat animo nouandi,non tollitur executio.per l.fin.C.de nouatio.Iaſ.&alij in l.ſingularia.ff. ſi certum petatur. *Nouatio impedit executionem.*

Imò vidi per literas regias concedi cuidam ſimplici viro pauperi tamen, cui erat facta hæc promiſsio animo nouandi,cùm non intelligeret renunciare ſuæ ſententiæ,vel areſto,vt non obſtante hac nouatione, ſententia exequeretur, non habendo rationem ad nouationem,quod eſt notandum:quia ſi poſtea iſta allegentur coram ſenatu:interrogatur debitor,quare non ſoluit, & ſolet condemnari:vt ſæpius audiui.

16 Tertiò delegatio executionem tollit:vnde ſi condemnatus dem debitorem meum, qui tibi promittat ſoluere:non poteris poſteà executionem in me petere : quia delegatio ſolutioni æquiparatur.l.quamuis.§.interdum.ff.ad Velleia.vt plene Bart.Angel.& Imol.probant in l.delegare.ff. de nouatio.& iſta eſt communis ſecundum Iaſ.in d.l.ſingularia.col.9.ff. ſi cert.petatur. niſi cum proteſtatione accipias debitorem tibi delegatum : vt ſi non ſoluat intra menſem, non recedis à ſententiæ executione:quod facere debes,ne prius debitum tollatur. *Delegatio executionẽ impedit.*

17 Quartò quando allegaretur nullitas.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudica.dixi tamen interim per modum prouiſionis ſententiam exequendam.in tract.de liter.obliga.art.1.& ſuprà eod.artic. 7.per cap.accepimus.de fide inſtru.l.fi.C.de ordi.cognit. Franciſ. Marc.in deciſio. Delphinalib. quæſt.43.primæ partis. *Nullitas an executionẽ impediat.*

18 Quintò quando proponitur error, & ſic ſupplicatio principi.authen.quæ ſupplicatio.C.de precib.impera.offer.dixi tamen interim executionem faciendam in interpretatio.l.quod iuſsit.in ſecundo nota.ff.de re iudic.& in tracta.meo de ſupplica. *Supplicatio & literæ ciuiles an executionem impediant.*

19 Sextò, quando impetrantur literæ in forma ſupplicationis ciuilis.l.ſi prætor.§. Marcellus.ff. de iudic.tamen executio interim fit:vt dixi in tracta.de literis ciuilibus.

20 Septimò ſi ſuper rebus captis controuerſia à tertio moueatur : & condemnatus non habet alia bona,alioqui alia capienda eſſent.tex.ſing.in l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iudica.& in hoc differtur executio,quouſque cognitum fuerit,ad quem illæ res pertineant:quæ cognitio ſummariè fieri debet,vt ibi.

21 Octauò ceſsio bonorum executionem impedit.l.1.& fin.C. de ceſsion. bonorum. intellige quando non haberet bona, nec in fraudem alienaſſet. & in caſibus in quibus ceſsio recipitur:de quibus per Iaſo.in §.fin.inſtit.de actionib.& Soci.regul.48.Ceſsio. *Ceſsio bonorum executionem impedit.*

22 Nonò impeditur executio,ſaltem differtur,donec is,qui eam petit, caueat : ſi tertius in alio iudicio illam rem petebat,vel ſe opponebat executioni.l.is à quo.ff.de rei vendic.Alexand.conſil. 14.in ſexto volum.Feli.in cap.cùm ſuper,colum.4.de re iudicata.etiam habet locum in beneficialibus,vt tertius ſe opponens executioni ſententiæ recredentię, vel alterius non impediat executionem præſtita cautione victo,eidem tamen ucn oberit.Panor.& Fel.in cap.veniens.de teſtib. dixi ſuperius art.1. *Cautio datur à petẽte executionẽ.*

23 Decimò ſi commodatatius,vel depoſitarius condemnatus fuerit ad æſtimationem rei, impedietur executio:ſi dominus rem inuenerit commodatam,vel depoſitam, & eam abſque pretij ſolutione recuperauerit.l.ſi fullo.vbi Bartol.ff.de condict.ſine cauſſa.l.in commodato.§. fin. & l. rem.commoda.ff. *Recuperãs rem non poteſt æſtimationẽ repetere.*

24 Vndecimò etiam executio impeditur contra fideiuſſorem lite pendente ſuper debito principali,vel ſuper re principali:vt docet Bald.in l.fin.C.de fideiuſſorib. ſcripſi in tractatu de literis obligatoris.artic.11. *In fideiuſſorem an fieri executio poſsit.*

25 Duodecimò impeditur executio contra eum cuius bona ſunt confiſcata. Creditores enim nil conſequi poſſunt:ſed iudices etiam in pœnis fiſcalibus & emendis fiſcum præferũt.ſed contra.rub.C.pœnis fiſcalibus.credito.præferri,lib.10.quæ lec.licet ſit valde æqua,tamen quidam magiſtratus & animas & corpora principibus tribunnt:ſed ſi maritus & vxor ſe obligauerint,& quilibet in ſolidum: tunc confiſcatione bonorum mariti facta vxor conueniri poterit propter illam obligationem:& ita fuit iudicatum in Caſtelleto:vt alibi dico. *Confiſcatis bonis creditores nil cõſequuntur.*

26 Decimotertiò impeditur executio, ſi ſententia executioni demandata intra annum non fuerit.per cap. Si autem. & cap. plerumque de reſcriptis.cap.quærenti. de offic.deleg. vbi docto. ſuperius ſcripſi.

27 Decimoquartò impeditur regulatiter executio per appellationem, cùm per eam ſuſpenſa ſit ſententia.cap.venientes.de iureiuran.ergo non poteſt exequi. fallit poſt deſertionem. doctor. *Appellatio executionẽ impedit.*

in cap.cum ſit Romana.de appellat. & cenſetur eſſe deſerta ſi non fuerit reuelata intra tres menſes,vel intra tempus ſtyli. item ſi intra biennium quis non fuerit eam proſecutus.authent. ei qui appellat.C.de tempor.appel.Niſi in conſiſtorio principis, vel parlamenti, vel quando iudex appellationis etiam inferior ad dicendum ius ſuper appellatione pronunciauerit. l.cùm anterioribus.ibidem & cap.anteriorem.2.quæſt.6.dicam abundè in tractat.de appel.

Animal dātum pro noxa executionem impedit.

28 Vltimò denegatur actio iudicati contra eum,qui dedit animal noxæ victus per ſententiam. l.ſi quis à multis.ff.de noxalib.Alios caſus poteris elicere docte lector.ex practi.Vberti de Bonacurſo.in rub.de impediment.executio.

Hæc noſtra ſcripta,ſi lubet,boni conſule,quæ licet modica ſint,tibi bone lector,nolui denegare : quamobrem errata benignè corrigere,& non per inuidiam digneris,de iure probatis gratias agamus Deo optimo maximo , qui iſta nobis ſuggeſsit & docuit.
Amen.

FINIS.

Spes mea Chriſtus.

PRAEST

PRAESTANTISSIMO VIRO, D. LVDOVICO DE LANSELERGIO APVD THOLOSATES SENATORI EGREGIO,

P. Rebuffus iuris vtriuſque doctor, & comes S. D.

MVlta me hortantur ad hunc tractatum tibi dicandum Senator ampliſſime: primum egregij ac prudentiſſimi ſenatoris patris tui memoria: Cuius ego & morum grauitatem, & doctrinam, humanitatemq́ præcipuam erga me, dum mente repeto, non poſſum non me primum illi, deinde tibi veluti eius virtutis hæredi, obnoxium publicè fateri: nam dum eſſem in ætate, quæ per ſe non ſatis conſulta eſſe ſolet, & ſuo conſilio, & humaniſſima commonitione ſæpe mea ſtudia excitauit, auxitq́ ſemper animum ad ea promouenda, idque, adeò, vt eius authoritas (vt ingenuè fatear) iuueniles calores (verbis vtar Iuſtiniani) in ſtudio literarum tantiſper continuerit, donec cum ætate creſcente iudicio in his ad hoc vſque tempus noſtræ ſenectutis perſeuerauerimus. itaque cùm ille plures reliquerit liberos dignos quidem tanto patre, vt qui non ſolum facultatum, ſed etiam virtutis & eruditionis, hæredes verè exiſtant, & generis nobilitatem, antiquúmque & clarum familiæ nomen, & retineant, & illuſtrent, augeántque quotidie: omnes ſane alij à probatis laudatíſque viris tùm cogniti ſatis, tùm laudati ſunt: tua tamē integritas non ſolùm ob cognationem, verùm etiam & morum & literarum præſtantiæ mihi ſemper, & alijs admirationi fuit: vt qui à teneris annis non ſolùm literarum bonarum, liberaliúmque artium inſtitutione excoli cœpiſti: verùm vtriuſque iuris ſciētiæ ſtudio cumulatiſſimè ornatus: ita vſu atque exercitatione forenſi iādudum perfeciſti, vt belliſſimè aduocationis officio perfunctus, à Rege noſtro ſenatorio apud Tholoſates munere decoratus fueris: quo ſuſcepto; tantum vitæ probitate, conſilio, exiſtimatione denique apud omnes valuiſti: vt ab optimo principe nuperrimè Lutetiam multis cauſſis, & quidem maximis grauiſſimisque euocatus, ſelectúsque iūdex fueris: quæ cum veriſſima ſint, dignū exiſtimaui, vt literis iſta commēdarem. Quamobrem libellum de Euocationibus, tibi maximè conuenientem, dicandum optima ratione cenſui: quod munus qualecumque ſit, & ſi multò digniori te ornare cuperem, hilari tamen (qua aſſoles) fronte ſuſcipies. Sat intereà erit, ſi ſit virtutis tuæ, & amicitiæ noſtræ perpetuum teſtimonium.

Vale, & nos ama.

TRACT

TRACTATVS

DE EVOCATIONIBVS VTILIS, ET IN FORENSI IVDICIO VALDE FREQVENS.

EVuocationis materiam permultis ignotam eſſe, & à iurium interpretibus parum diſcuſſam & tractatam, mente mea reuolues, frequentem tamen & neceſſariam, quęſtiones in hac materia vſu venientes, & in forenſi iudicio quotidie agitatas, breui petractare vehementer, & longo tempore percupiui, ſed cùm aliquas concluſiones in l. quod iuſsit. interpretatione præſcripſiſſem, eas ſufficere exiſtimabam, donec vidiſſem eas ad plenam materiæ cognitionem non ſatis eſſe: quamobrem ſequentia in ordinem duxi redigenda, prius habita Dei opt. max. inuocatione.

Summa eorum quæ in tractatu cõtinentur.

1 Primum omnium quot modis accipiatur euocatio, ſeu verbum euocare. Secundò, quid ſit. Tertiò, quotuplex ſit. Quartò, quomodo euocatio facięda ſit. Quintò, cui euocare ſit liberum. Sextò, quando euocatio iure fieri valeat. Septimò, quæ euocationis habendæ gratia allegari poſſint. Octauò, quis euocationem impetrare iure valeat. Nonò, an acta ante euocationem facta ſubſiſtant. Decimò, quibus ex cauſsis euocatio irritetur. Vndecimò, quæ ſint differentiæ inter euocationem & appellationem. Duodecimò, quæ etiam differentiæ conſiſtant inter euocationem & ſupplicationem: quibus viſis, euocabimus ſupplicationis materiam, quam Deo adiuuante etiam pertractari in animo eſt, cùm materia de literis ciuilibus, ex quibus, vt ſpero, non minimus aderit fructus.

Quot modis accipiatur verbum euocare.

2 In primis ſciendum eſt, quòd verbum euocare multis ſumitur modis. Primò, euocare pro abducere, exponit iuriſconſul. in l. proculus ff. de damno infecto. ibi, aut ſi in vicino tuo agro, cuniculo, vel foſſa aquam meam euoces, quamuis enim & hîc aquam mihi abducas &c.

3 Secundò, pro remouere, extrahere. in l. ſacra. §. 1. ff. de rerum diuiſio. ibi, ſolent, qui religione eum locum liberare volunt, ſacra inde euocare, quamuis Spiegel. in dictio. ſuo exponat ſacra euocare, id eſt expugnatores ſacrilegij nomine exoluere: videre vtra expoſitio conueniat. Et prima mea ſententia, magis arridet text. & ſenſui, vt puto.

4 Tertiò, euocare ad munera, eſt conuocare, vocare iniungere munus. l. 2. in fi. iunct. l. Lucius. §. idem reſpõ. ff. ad municipales. & l. tertia. de muneri. alibi dicit committere munera. in l. ad remp. ibidem. l. 1. C. de temporib. appella.

Euocare eſt in ius vocare.

5 Quartò, euocare, eſt citare, in ius vocare. l. prima. §. primo. ff. de feriis. ibi, tametſi non rectè fecerit, qui eos euocauerit. l. etiam. in fi. ibi, ad agendum à præſide euocato. de minorib. & poſteà ibi, non euocatis creditoribus. l. ſecunda. §. legatis. de iudic. ibi, eum qui tutelæ reddendæ cauſſa Romæ eſſet euocatus, alterius tutelę cauſſa, cuius non erat euocatus non debere compelli iudicium ſuſcipere. facit l. cum verò. §. ſubuentum. ff. de fideicomiſ. liberta.

Budæi ſententia cum diſtinctione ſuſtinetur.

6 Quintò euocare eſt in re criminoſa citare, teſte Budæo. in forenſ. *adiourner à comparoir en perſonne.* intelligendum eſt tamen, quòd ſi verbum euocare proferatur in ciuilibus in quibus præſentia perſonæ opus non eſt, tunc intelligetur in ius vocare. iuxta l. fi. C. de procurat. videlicet vt compareat quis per ſe, vel per procuratorem: vt ibidem liberum eſt cuique. & ſic non accipitur hoc modo ſicut Budæ. ſcribit, vt proximè probaui per multos tex. & adhuc allego tex. in l. contumacia. ibi, tribus edictis euocatus. de re iud. ff.

Si verò euocare reſpiciat crimen, vel caſus, in quibus opus eſt præſentia perſonæ, tunc euocare eſt citare: vt ipſe qui citatur compareat: vt vulgò dicitur *perſonnellemẽt cité*, & hoc ratione materię, non verbi. de hoc loquitur l. 3. in fi. ff. de teſti. ibi, teſtes non temere euocandi ſunt per longũ iter: & ibi non eſſe dubitandum, quin euocandi ſint, quos neceſſarios in ipſa cognitione deprehenderit, qui iudicat. & l. 2. §. ſenatus. ibi, edictis euocati affuerunt. de iure fiſci.

7 Sextò euocare verbum ad vocationem bellicam accommodatum eſt, & eſt ad diuerſa loca diuerſos cogere exercitus, teſte Budæ. in annot. primis, in l. 1. ff. depoſit. inde euocati, milites auxiliares, qui ſubitò ad opem rei publi. ferendam vocati ſunt, nil allegat, poſſet tamen adducere Liuium lib. 2. deca. 3. & lib. 3. deca. 3.

8 Vltimo euocare hîc accipimus pro eo quod eſt cauſſam inchoatam ad ſe vocare, & ob id vetare illi iudici, coram quo incepta erat, ne de ea cognoſcat. l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. cap. vt noſtrum. de appellatio. & hanc euocationem huc euocabimus, & plura aliunde adfinia afferemus.

Secundò

9 Secundò quid ſit euocatio? Reſpon. eſt cauſſę pendentis coram inferiore ad principem, vel alium ſuperiorem, legitimè facta reuocatio ſeu tranſlatio. primò dicitur cauſſæ pendentis: quia deciſa cauſſa non euocatur, nec lis, quæ non eſt, euocari poteſt. arg. l. decem. ff. de verb. oblig. cap. ad diſſoluendum. de deponſ. impuber. & inferius fuſius explicabitur.

Quid ſit euocatio.

Coram inferiore ideo in definitione dixi: quia ſi coram ſuperiore agitaretur cauſſa, & ille non recognoſceret alium, non poſſet ab eo cauſſa euocari, ſicut nec appellari: vt ſcribitur in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & inferius plenius elucidabitur.

10 Item dicitur ad principem, quia Papa & princeps ſolent ad ſe euocare, & nemo ab eis per d. c. cuncta. & c. vt noſtrum. de appella. & in ordi. reg. ſcribitur in rub. *Du droit royal,* vbi ſcribitur euocationem eſſe iuris regalis.

Dicitur etiam ad alium ſuperiorem, quia etiam extra principem is qui reuocare iudicem poteſt, euocare cauſſam ab eo non prohibetur, l. iudicium. ff. de iudic. & inferius dicetur in 4. q.

Legitimè dicitur, quia ſi ius refragetur, fieri non poterit euocatio: vt dicam inferius. in 10. q.

Poſteà inſcribitur in definitione reuocatio, quæ ponitur in d. c. vt noſtrum. pro euocatione. Budæ. autem in forenſ. vocat eam tranſlationem litium: ſed vtcunque vocetur in forenſi iudicio, & à iure euocatio nominatur.

Interdum aduocatio à Papa. in cap. auditis. de procurato. & reuocatio in dicto cap. vt noſtrum. quia is qui euocat, reuocat poteſtatem iudicibus datam in illa cauſſa. d. l. iudicium. ff. de iudic. cap. paſtoralis. §. primo. de offi. delegat. alia inferius pro hac definitione dicentur.

11 Tertiò quæro quotuplex ſit euocatio? Reſpon. duplex, quædam eſt expreſſa, altera tacita: expreſſa eſt, quando in literis, vel aliàs exprimitur verbum euocamus.

Duplex euocatio.

12 † Et regulariter princeps non euocat cauſſam, niſi apponat verbum euocamus, *euoquons &c.* & ita ſcribunt doctores in c. vt noſtrum. de appella. archi. in c. induciæ. §. ei autem. 3. q. 3. ſicut dicitur de reſeruatione, in qua requiritur verbũ reſeruamus. tex. in c. inter dilectos. vbi Io. Andr. ſecundum vnum intellectum. col. vlt. de exceſſib. prælato. & dom. conſi. 136. ſuper primo. Ideo vidi in literis regiis euocationis opponi *Nous pour les cauſes deſſuſdictes, icelles auons euoqué & euoquõs de grace ſpeciale.*

Verbũ euocamus an requiratur in literis.

13 Hæc tamen clauſula de plenitudine poteſtatis, vel de gratia ſpeciali non eſt neceſſaria: quia iſtam euocationem facit princeps de iure communi: ergo ita plenitudo poteſtatis non requiritur, nec clauſula de gratia, cùm de iure fiat. l. iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat. ff. de iudic. hoc expreſsè ſcribit D. Boer. in trac. de præeminent. mag. conſilij in add. ad Ioannem Monta. fol. 39.

Clauſula de plenitudine an ſit neceſſaria.

14 Ego tamen putarem iſtam clauſulam non omittendam propter conſuetudinem & ſtylum Franciæ, qui eſt vt apponatur, & ex ſtylo deſcribi ſolet, ideo non omittenda. l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditio. inſtitu. & ſtylus curiæ eſt ſequendus. c. ex literis. de conſtitut. de quo plenè ſcripſi in trac. de conſue. in ordinatio. reg. imò ſi hæ clauſulæ omitterentur, literæ non valerent, quia contra ſtylum ſolitũ eſſent, & hoc in expreſſa euocatione, diuerſum eſt in tacita: vt ſequitur.

15 † Tacita euocatio eſt, quę tacitè fit, eo ipſo, fortè quod princeps incipit cognoſcere de cauſſa, tacitè videtur ab aliis euocare: vt firmat Innocen. & alij in c. cùm M. circa finem. de conſtitu. & hanc doctores indirectam vocant, directam verò expreſſam: nam ſicut verbo voluntas hominis declaratur. l. Labeo. ff. de ſuppellect. lega. ita & facto. l. de quibus. in fi. de legib. ibi, quare rectiſsimè etiam illud receptum eſt, vt legem non ſolo ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogetur, facit l. Paulus. ff. rem rata habe. c. dilecti. de appellatio.

Tacita euocatio.

16 Notandum eſt quod ſi pars in ſupplicatione peteret euocari cauſſam: & poſteà Papa, aut princeps ſignet illam ſupplicationem, & dicat, audiat talis, & citet, vt petitur, videtur princeps ſe ad partis petitionem referre. l. ſi defenſor. ff. de interr. actio. & ſic videtur cauſſam euocare, & in literis poſteà exprimi debet verbum euocamus. c. inter dilectos. circa finem. de fide inſtru. ſic conſuluit domi. conſi. 47. ſupplicatur Papæ. ſequitur Paul. conſil. 253. ad confirmationem, in 1. vol. & Dec. conſi. 137. & diligenter. col. 3. verſi. 3. principaliter. & per illa verba audiat talis, tacitè euocata à primo cenſetur cauſſa: vt firmant do. de rota. deciſ. 67. ſi petatur, in no.

Tacitè quãdo euocatio fiat.

17 Item ſi princeps delegat cauſſam, aliqui videtur adimere à primo iudice, qui cognoſcebat, & aduocare tacitè. cap. cæterum. de reſcri. vbi doct. & cap. paſtoralis. & cap. cùm contingat ibidem. & quid interſit inter euocationem expreſſam & tacitam, dicam in differentiis inferius inter appellationem & euocationem: & hoc eſt notandum in Francia, quia ſæpius princeps iudicibus certis cauſſam committit, quos commiſſarios vocant: & illi omnibus aliis præferuntur, quia ſpecialiter commiſsi ſunt, alij generaliter. per cap. paſtoralis. §. fin. de reſcrip. & tunc in literis ſolet exprimi verbum euocamus, tamen ſi non exprimeretur euocatio, tacitè fieri cenſetur.

Per delegationẽ euocatur cauſſa.

18 Adhæc dicendum eſt quod dupliciter fit euocatio, videlicet motu proprio, & ad partis petitionem. Motu proprio fit, quando citra partis petitionem fit: & hæc ſolet fieri, quando agitur de epiſcopatu, abbatia, vel de alia magna re, vel de cauſſa parium Franciæ, aut de alio habente fauores, & tunc magno Regis conſilio committi ſolet: vt no. Ioan. Monta. in trac. de autho. mag. conſilij. in 4. art. promiſcuè. fol. 69. vel alteri curiæ parlamenti, aut iudicibus, quibus principi videbitur, & in hoc certa non poteſt aſsignari regula: quia pro ratione voluntas: vt dicit gl. in §. furtiue. de vſucapio. in inſti. & effectus. l. illius clauſulæ, motus proprij, deſcripſi in forma mandati. in

Dupliciter fit euocatio.

ver. mo

Ante intimationẽ an euocatio operetur.

19 ver. motu proprio, in concorda. Franciæ. † Et per iſtam euocationẽ motu proprio ſactum reuocatur iuriſdictio iudicis cognoſcentis, etiam ſi ignoraret dictam euocationem: vt aſſerunt Panor. Imol. & alij, in c. cæterum. de reſcrl. & Peruſ. in d. c. vt noſtrum. de appella. dicẽs hanc eſſe communem ſententiam: quia clauſula motus proprij operatur etiam ante intimationem. allegat c. eccleſia. vt lite pendente. & hanc opinionem ſequitur Cor. conſi. 62. primò ingrediendo literam f. vol. 1. & Aufr. in deci. Tholo. q. 480.

20 Contrarium tamen ſeruatur in Francia, in qua nullæ literæ ligant, vel paucæ admodum ante intimationem: & hoc etiam docent Feli. & Dec. in d. c. cæterum. col. 3. de reſcrip. dicentes, non inueniſſe hunc motus proprij effectum, vt ante intimationem euocatio locum habeat: nec geſta à iudice à quo euocatur cauſſa, ſunt nulla: antequàm fuerit illi præſentatio euocationis facta, & ita vidi ſeruari: quia non eſt veriſimile principem euocantem velle afficere ignorantes. cap. 1. vbi Inno. de conceſ. præbend. in 6. l. qui abſenti. ff. de aequit. poſſeſ. & ſcientiam, & non ignorantiam obligati volumus. l. generali. C. de tabular. lib. 10. nec tenebatur iudex, qui cognoſcebat diuinare. c. vnico. vt eccle. beneſ. ſine vlla diminutio: conſeran. l. ſi putator. ff. ad legem Aquil. poſtquàm pœna non imponitur ignoranti. per d. l. generali: & retractatio eſt pœna. gl. in c. cognoſcentes. & ibi docto. de conſti. c. ſi religioſus. de electio. in 6. dixi in §. monemus. in verb. nullitatis pœnam. de collatio. in concorda. ideo non imponetur ante euocationis præſentationem.

21 Etiam iure cognoſcit iudex ante reuocationem, tàm quia eſt iudex, quàm etiam propter communem errorem. l. barbarius. ff. de offic. præto. & quia eſt in poſſeſsione cognoſcendi, quam auſerre ab eo oportet: vt dicit Bald. in l. falſus. col. 7. verſi. nunc videndum. C. de furt.

Clauſula irritans ante intimationẽ an operetur.

22 Limitant doctores in literis euocationis, vbi eſt hæc clauſula irritans, videlicet decernens irritum & inane, quicquid in contrarium factum fuerit. per d. cap. 1. de conceſsio. præbend. in 6. & docto. in d. cap. vt noſtrum. de appellat. quia natura iſtius clauſulæ eſt afficere etiam ignorantes. per cap. ſi eo tempore. de ele. in 6. cap. dudum. & cap. penul. de præbend. eo. libr. glo. in verbo cenſetur. de coll. in pragmati. ſanctio. idem firmat Alex. in conſi. 90. omiſsis. in 7. vol. & Soc. conſil. 112. quod colla. in 3. lib. Dec. in d. cap. cæterum. col. 4. ſiue iſtæ literæ proceſſerint cum cauſſa, vel ſine cauſſa, etiã ſine motu proprio. vt Fel. ſcribit ibidem. & doct. in c. audita. de reſtit. ſpoliat. quia vbi hæc decreti clauſula eſt oppoſita, non intelligitur hæc conditio, ſi pars vti voluerit: vt aſſerunt doct. in d. c. cæterum. licet Feli. ibi relinquat hoc cogitandum.

23 Ego tamen putarem in hoc caſu ante literarum & voluntatis euocantis intimationem valere geſta per iudicem à quo, per ea quæ proximè dixi in clauſula motus proprij: & iſtud ſeruatur in Francia, quicquid in contrarium dicatur, ratio eſt: quia ante præſentationem & receptionem literarum, & voluntatis euocantis non dicitur iudex cognoſcens habere notitiam euocationis. cap. audita. de reſtit. ſpoliat. & doct. ad hoc ibi ponderant: & ideo ignorans non obligatur: vt ſuperius dictum extitit: & ſic non erit nullum, quod interim factum erit, etiam poſt euocationis conceſsionem, niſi fuerit intimata: vt ſuperius dixi. facit c. ſi pluribus. de præbend. in 6. quia paria ſunt non eſſe, & non apparere. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutel. & euocatio antequàm appareat, perinde eſt, ac ſi non eſſet, vnde intimatione opus eſt.

Scientia iudicis ſit per literarum præſentationem.

24 Imò etiam dicunt doc. quòd ſi iudex euocationem ſciuerit ante literarum præſentationem ei factam, adhuc acta valebunt. per d. cap. audita. vbi dicit receptionem literarum, ſed ignorantia ſemper præſumitur ante præſentationem. per reg. præſumitur. & l. verius. de probatio. ff. Calder. ſic docet conſil. 4. an ſi Papa: rubr. de offi. delegat. (Alioqui ſequeretur, quòd ſi pars longo tẽpore retineret literas nolens illis vti, quòd acta eſſent nulla, quod non eſt dicendum: ideo præſentatio fieri debet.)

25 Imò etiam non ſufficeret quod vtraque pars ſciret: ſed oportet quòd illa euocatio ſit nota iudici à quo. argu. l. hæc autem. §. non defendit. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſsio. eatur. facit quod not. Batt. in l. multum. ff. de conditio & demonſtra. Cardi. in cle. quia contingit. in 3. oppo. de religioſ. domib. poteſt enim aliquid eſſe notorium, & tamen non conſtabit iudici: & tunc requiritur probatio, vt fiat notorium iudici: vt pulchrè conſuluit Dec. conſi. 29. in cauſ. col. 2. in 2. dubio.

Peti euocatio à parte ſolet.

26 Ad petitionem partis etiam euocatio fieri poteſt, quando pars Regi ſupplicat, vel alteri, qui euocare poterit: & tunc conueniunt doct. ante euocationis intimationem factam, iudicem, à quo poſſe cognoſcere. per d. cap. audita. & cap. vt debitus. de appella. & cap. gratum. ibi, certus. de offic. deleg. hoc probat Archie. in cap. is qui. de procura. in 6. & Bal. in l. mandatum. col. penul. verſic. & nota. C. manda. Præpoſit. in cap. ſuper eo. 2. notab. vlt. & cap. ſi duobus. de appellatio. ibi, cognouerit. facit c. 2. de offi. delegat. ibi, innotuerit. hoc firmat Bal. in l. 1. C. vt lite pendente. & Dec. conſi. 295. in cauſſa. col. 2.

Collatio vicarij poſt reuocationem an valeat.

27 † Facit tex. ſing. in l. ſi fortè. ff. de offi. præſid. ſecundum Rom. ſing. 57. fuit quæſtio. vbi concludit valere collationem beneficij factam per primum vicarium, antequam ipſe ſciat reuocationem eſſe factam. idem tenet ſing. 566. quod lex, ſi fortè. & eum ſequitur Calder. in conſi. 4. rub. de offi. delegat. per gl. in l. tribunus. ff. de teſta. militis. quam ſequitur Iaſ. in l. more maiorum. nu. 8. ff. de iuriſd. omnium iud. alibi de hoc ſcripſi. ideo alia ſuper hac q. non adducam.

Quomodo ſiat euocatio.

28 Quartò quomodo euocatio facienda ſit. Reſpon. qui vult impetrare euocationem, primum omnium oportet, vt ſupplicationem porrigat, (quam libellum vocat imperator. in l. 1. C. de precib. impera offerend.) per libellorum aliquem magiſtrum, vel alium,

Regi,

Regi,vel illi à quo euocationem impetrare deſiderat, in qua narret cauſſam, vel cauſſas, ob quas euocationem petit:quia petitio eſt prima.& primò fieri debet, dicit imperator:vt congruum reſponſum accipere poſsis,inſere pacti exemplum.l.vt congruum.C.de pact.

29 Secundò de cauſſa,vel cauſsis allegatis inquirendum erit an veræ ſint:quia non ſufficit dicere,ſed probare oportet.in l.1.ff.ſi quadrupes pauper.feciſſe dica.c.2.de conſuetud.in 6.

30 Tertio probationes & omnia oſtenduntur Regi,ſeu interiori conſilio,quę cauſſę,ſi probatę fuerint,Rex euocationem concedere ſolet: ex cauſſa enim ſubuenire princeps ſolet, ſicut olim prætor.l.1.ff.ex quib.cauſ.maior.

31 Quartò poſt euocationis conceſsionem literæ à ſecretariis fiunt,in quibus hę cauſſę exprimuntur,alioqui non valent:vt inferius dicetur.

32 Quintò literæ ſigillo muniendæ ſunt à cancellario,qui hoc caſu non ſolet ſigillum recuſare, quia ad conſilij deliberationem videt hoc concluſum eſſe: & ipſe ex officio concluſionem conſilij (in quo intereſſe poteſt) ſequi debet:vt patet in rubr.*du chancellier*,in ordinat.reg.

33 Sextò literæ ſic impetratæ præſentantur illi,coram quo cauſſa pendet,putà parlamento, vel curiæ Generalium iuſtitiæ,vel magno conſilio: & ab eo tempore manus illorum ſunt,& ora ligata,vt inferius dicetur,vt non poſsint amplius de illa cauſſa cognoſcere.

34 Septimo acta coram primo iudice facta deferuntur ad iudicem,ſeu parlamentum,cui cauſſa poſt euocationem commiſſa eſt,vt iudicent:& alia fiunt neceſſaria,de quibus inferius.

35 Vltimò alia agenda deſcribuntur inferius,artic.2.in literis reg.primis.ibi videre licebit.

36 Quintò cui euocare ſit liberum? Reſpon. in hoc regno principi noſtro Chriſtianiſsimo cauſſam ſuis coram iudicibus pendentem quibuſcunque ad ſe euocare liberum eſt:quia iudicium ſoluitur vetante eo,qui iudicare iuſſerat.l.iudicium.ff.de iudic. Nam ſicut ex cauſſa ab officio remouere poteſt,ita interdicere vnam cauſſam.c.paſtoralis.§.item cùm toturn.de offic.deleg.& l. quæ de tota.ff.de rei vend.quia is poteſt regulariter deſtituere, qui poteſt inſtituere.c.cum ex iniuncto.in fi.de hæretic.& ſicut mandare iuriſdictionem,vel non mandare, *Quis euocare poſsit.*

37 eſt in arbitrio ſuo,ita adimere mandatam.l.ſolent.§.ſicut.de offi.proconſul. † Et non ſolum princeps, ſed etiam quilibet alius ſuperior in eadem ſpecie iuriſdictionis poteſt cauſſas coram ſuis pendentes iudicibus ad ſe euocare.per d.l.iudicium.ibi,vel maius imperium habet.& in l.ſo

38 lent.§.ſicut,de offic.proconſ. † Vnde Comes,Dux,vel Baro,vel alius dominus, qui iudices vel bailliuos conſtituit, ab illis licitè cauſſam euocare poterit ea ratione quòd eos in totum ex cauſſa deſtituere,& ſic pro parte poteſt:vt ſuperius dixi.hoc planè ſcribit Ioan.Monta.in d.tract. de authorita.conſilij fol.39.& Alber.Brunus in conſil.92.nemini in materia feudorum.

39 Idem in epiſcopo,vt à ſuo officiali cauſſam euocare poſsit,teſte Imol.in c. paſtoralis.col. 2. de offi.ordi.cum ſit idem conſiſtorium epiſcopi, & officialis.c.2. de conſue.in 6. Aufrer.deciſio.

40 480.& Iacob.in tract.de feud.in verbo vicarius.col.1. † Aduertendum eſt tamen, quod ſuperior per appellationem cauſſam euocare non poteſt ab inferiori iudice.c.cùm ab eccleſiarum.& *Superior per appellationem non euocat.*

41 c. irreſtagabili.de offi.ordi.†Ex quo infertur ꝙ legatus ſine expreſſa cōceſsione Papę nō poterit cauſſam coram epiſcopo,vel alio ordinatio incœptam euocare.c. peruenit.& ibi hoc docet domi.11.q.1.glo.in verb.ſi dicat.in c.vt debitus.de appel. Spec.in tit.de leg.§.nunc oſtendendum. verſi.quod autem dixi.circa finem.ibi,legatus quoque.& Panor.in c.1.col.2.de offic.legat. *Legatus an euocare poſſit.*

42 Ratio eſt:quia concurrit cum omnibus ordinariis in iuriſdictione,& ſic eſt locus præuentioni.c.ſi à ſede.de præbend.in 6.& ratione præuentionis occupatur iuriſdictio.c.penult. vbi Soci.de foro compet.l.ſi quis poſteà.de iud.ff.cum non ſit ſuperior in eadem ſpecie iuriſdictionis, ſed tantũ per appellationē reuocare non poterit,quod geritur,niſi ad eum appelletur:& quando dantur plures iudices, ad vnum datur optio parti,auth.habita,vbi ſcripſi in ſcholaſtico.priuileg. C.ne filius pro patre.gl.in l.fin.C. vbi in rem actio exerceri debeat.gl.& doct.in c.1.de off. deleg.

43 Item archiepiſcopus non euocat cauſſas ab epiſcopis ſuæ prouinciæ, quamuis illorum ſuperior ſit per appellationem.c.Romana.de foro compet.in 6.& d.c.paſtoralis.nam ordo confunditur,cùm ſua iuriſdictio vnicuique non ſeruatur.ca.peruenit.11.q.1.de Ripa.in c. cum M.num. 195.de conſtit.

44 Prætereà epiſcopus ab abbate non euocat.c. quanto. & c. graue.de off.ordin. vbi gl.nec à decano,vel archidiacono.c.2.de exceſsib.pręla.Hoſtien.in ſumma de offi.archidiaconi.§.quod ſit eius officium.& Bal.in d.l.iudicium.

45 Idem dicendum eſt,ſi epiſcopus à plebano, vel à capitulo euocare vellet vt ei non permittatur,ſi ab eo iuriſdictionem non habeat:vt firmat Archidia.& Domi.in c.de perſona.11.q.1.Imol. in d.c.paſtoralis.col.2.de off.deleg quia iuriſdictionem ab his abdicare non poteſt: cum nec eos inſtituere nec deſtituere poſsit:vt ſuperius ſcripſi, quòd ſi non poſsit tollere totum, nec partem arg.l.ſi quis.in principio.ff.de lega.3.l.quæ de tota.de rei vendic.c.nuper.de ſenten. excommunicatio.Peruſ.in ca.vt noſtrum.col.4.de appella.

46 Adhæc vnum parlamentum ab alio non euocat, cum par in parem iuriſdictionem non habeat, & imperium.l.nam & magiſtratus.ff.de arbitr.l.ille à quo.§.tempeſtiuum. ad Trebel. & cùm vnũ maius imperiũ in ſuo diſtrictu,ſeu reſſortu non habeat altero,non euocabitur:vt Montaigne & Boer.dicũt in tract.de authorita.mag.conſilij, dicentes idem in magno conſilio,& ſolùm vidi priuum cōſilium,ſiue vt vulgò vocatur,*le conſeil priué*,euocare cauſſas etiã à parlamẽtis, *Parlamentum ab alio non euocat nec magnũ conſilium.*

ſed hoc authoritate regia facit, non ſua.

Generalium cauſſæ à parlamentis non euocantur.

47 Inſuper nec parlamentum à generalibus iuſtitiæ euocat, cum in cauſsis eiſdē cōmiſsis parē habeāt iuriſdictionē cum parlamentis: & ipſi, & cauſſæ eorū à parlamentis exēptæ ſunt: vt patet in rubr. de ord. genera. in ordin. reg. & areſt. magni conſilij. hoc fuit (vt dicunt) pronunciatum.

Parlamentū quādo poſsit cauſſam euocare.

48 Item parlamentum cauſſas coram bailliuis, vel ſeneſchallis pendentes non euocat: tum quòd ipſa poſsint ſolùm per appellationem ab eis cognoſcere, & bailliui non habeant iuriſdictionem ab ipſis: tum quòd euocatió eſt maximi imperij: ideo rex ſibi in hoc regno reſeruauit: vt eſt videre in rub. *du droict royal*, in ordin. reg. & docto. no. in l. imperium. de iuriſdict. omn. iud. ff. & in hoc conueniunt D. Montaigne. & Boeri. in d. tract. de autho. & præminent. magni conſilij.

49 Si tamen ab interlocutoria appelletur ad ſenatum: ſi illa appellatio decidi non poſsit ſine principali cauſſa: tunc parlamentum ſine literis inſtantiam coram ſeneſchallo, vel bailliuo, ſeu alio magiſtratu pendentē ſeculari euocat, & ius dicit: & ita centies fieri audiui in curia Pariſ. ſuprema.

Supplicatiō nū conſiliarij non euocant.

50 Item licet olim conſiliarij ſupplicationum, qnos requeſtarum vocant, ſolerent euocationibus vti: hodie tamen eſt illis in ord. reg. prohibitum. in rub. *des conſeilliers tenans les requeſtes du palais*. artic. 1. vt non euocent ſine literis de committimus: in quibus dici ſolet, *par ces preſentes vous commettons*. & vt ſigillum cancellariæ domino ſuo proſit.

Gubernatores prouinciarum an euocare poſſint.

51 Præterea gubernatores prouinciarum, ſeu vicem gerentes Regis, etiam euocare cauſſas pendentes non poſſunt: vt eſt ſtatutum in rubric. *du droict royal*. artic. 1. quamuis abutantur aliquando volentes euocare etiam à parlamentis: quod eſt prohibitum.

52 Nec gubernator Montiſpeſſulani euocat à baiulo, nec Seneſchallus à Præpoſito, vel ab alio iudice inferiore, vel bailliuis: & hoc videtur tenere Ioan. Fabr. in inſtit. de attilia. tut. col. 2. & ſeq. verſi. ſed an ſuperior, vbi dicit Seneſchallum non poſſe dare tutorem in terra Baronis ſibi etiam ſubiecti, ſi ille Baro habeat iuriſdictionem ordinariam, ſic nec poteſt expleta, vel executiones facere in terra Baronis, niſi in caſu reſſortus: vt eſt in ordina. reg. rub. *des ſeneſchaulx*. artic. quarto.

Seneſchallus quando euocat & dominus directus.

53 In coniuet. Picta. legitur in rub. *de la diſtinction des iuriſdictions*. art. 6. quòd ſeneſchallus cauſſas pendentes in parua aſsiſia euocat ad ſuam magnam aſsiſiam, ante litis conteſtationem, ex cauſſa legitima: ſed propriè non eſt euocatio: vt ſuperius dixi, nec poterit dominus directus ab vtili cauſſam euocare: vt Bal. inquit in l. 3. q. 43. ff. de rerum diuiſio. nec poteſtas Bononiæ à poteſtate artus lanæ. teſte Angel in dicta l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.

54 Item concludendo dico tunc ſuperiorem poſſe cauſſam euocare ab inferiore, quando idem habet iuriſdictionem ab eo, alioqui non: vt docet Bal. in l. 1. in fin. C. de iuriſdict. omnium iudic. cap. 1. col. 3. de allaudiis. & Calca. ſic conſuluit conſi. 8. in cauſſa. col. 10. & conſi. 16. nu. 60. & Franc. Curt conſil. 2. vaſſallus.

Superior per appellationē quid facere debeat contra inferiorem

55 Poterit tamen ſuperior per appellationem, licet non poſsit euocare, præcipere inferiori, vt intra certum tempus cauſſam decidat, & definiat. per cap. irrefragabili. de offic. ordi. Iacobi. in tractat. de feud. in verbo, vicariusque perpetuus. & Panor. in capitul. nullus. de iure patronat.

56 Nos tamen in Francia ſolemus impetrare literas à cancellaria, quibus præcipitur illi magiſtratui, vt cauſſam determinet & decidat intra tale tempus. ſcripſi aliam praxim in rubr. de friuol. appella. in concorda. §. 1. ibi vide, ne plura.

Euocatio quādo iure fiat.

57 Sextò quando euocatio fieri iure poſsit? Reſpon. ex cauſſa publica euocatio fieri poteſt per principem, aliàs non ſine magna cauſſa. per text. ſolennem. in authen. qua in prouincia. verſicul. excipiuntur. & ibi hoc firmant Guill. l. de Cuneo. & Paul. C. vbi. de crimine agi oporteat. Nam propter hoc quod in commune vtile eſt, concedi debet. l. ſi quis in graui. §. virum. ff. de ſenatuſconſ. ſyl.

Si in duobus interlocutoriis eſt grauatum, cauſſa euocatur.

58 Sed ego non impono legem principi, vndè quando vult, hoc poteſt, tamen de honeſtate non debet euocare ſine cauſſa. per cap. penul. de iura. calum. & ibi Panor. hoc docet in primo no. vnde vidi teneri, quòd ſi parlamentum grauauerit partem in duobus areſtis interlocutoriis: poterit princeps illam principalem cauſſam ad ſe euocare: quia veriſimile eſt, quod & in principali grauabit, poſtquàm bis ita factum eſt: & pro hoc allegant l. non diſtinguemus. §. cùm quidam. iuncta glo. ff. de arbit. & c. vt debitus. de appella. & reg. ſemel. de reg. iur. in 6. & ſic conceſſum fuit à cancellaria, vt à iudice Maxilien. mihi relatum extitit. & facit cap. primum. de dilario. ad quod deberent aduertere parlamenta Franciæ, ne etiam in minimo aliqnem grauent.

Princeps an ſine cauſſa euocet.

59 Vnde Alber. & Iacob. concludunt, in d. l. iudicium. & Iacob. in d. tractat. de feudi. in verbo, vicarius col. 1. principem cum cauſſa, vel ſine, cauſſas in parlamentis quibuſque pendentes euocare poſſe: quia vani capitis eſt exiſtimare ſuperiorem non poſſe præcipere, nec euocare ſine cauſſæ cognitione: vt inquit Inno. in cap. ad aures. de tempor. ord. per text. in cap. quia frater. 7. q. 1. & Barba. docet in cap. ſi quando. per illum text. col. 2. de reſcri. & quòd Rex Franciæ cauſſas in parlamento Pariſ. pendentes euocare poſsit, conſuluit Iaſ. conſil. 144. circa primum. in 1. q. vol. 2. ſed ſicut princeps non debet alicui auferre dominium ſine cauſſa. l. 2. C. de precib. imper. offeren. ita nec propriam iuriſdictionem. l. qui furere. ff. de ſtatu ho. Bal. in l. prima. col. vltima. ff. de conſt. prin. alioqui inſtar pueri eſſet, qui nunc daret, & ſtatim auferret.

¶ Et grauat Princeps partem, quando ſine magna cauſſa litem euocat. text. in authen. vt differentes iudices colla. 9. & ſic firmat Petrus Belluge. in ſpeculo Princip. rubr. 23. verſ. ſed penè. nume. 7. & ſeq. maximè in hoc regno, in quo conuentum eſt inter Papam & regem, vt cauſſæ

coram

coram ſuis iudicibus definiantur, in tit.de cauſsis in corpore. infr. & cancellarij qui ſi: ciunt capita ſua ſicut arundines,peccant: & melius eſſet eis cedere officio,quàm paſsim literas concedere in perniciem totius populi,& animarum ſuarum periculum.}

60 Nec valeret conſtitutio curiæ,ſi diceretur nullam debere impetrare euocationem,niſi cauſſas curiæ oſtenderit, & curia admiſerit, aliter decernebat euocationem nullam, & partem mulctandam:quia iuri principis derogaret & inferioris conſtitutio contra legem ſuperioris non valet,cle.ne Romani de electi.

61 Imò qui impediret ſubditos,ne ad principem irent,crimine læſæ maieſtatis irretiretur:vt firmat Lucas de penna in l.vna.col.10.cum ſeq. C. vt nemo ſuſcipiat ad ſuum patrimonium ruſticos.lib.11.& iudices ſeculares & alij impedientes clericos ad forum eccleſiaſticum accedere, vel literas à iudice ſuo impetrare, ſunt excommunicati. per c.quoniam.de immunita.eccleſi.in 6.& in bulla cœnæ domini exprimitur.art.13.& fortè iſtorum magnus eſt numerus hodie. *Impediens ſubditos ad princip. in ire, læſæ maieſtatis crimine tenetur.*

62 † Et ideo votum ſeu iuramentum de non impetrando diſpenſationem, vel de ea impetrata non vtendo,non valet:quia ius ſuperioris ſemper cenſetur exceptum.c.venientes. de iureiura. Fel.in c.cæterum.de reſcript.& hoc facit contra doct.Biturigum,qui ſimile iuramentum exigunt à baccalaureis:quod ſæpius iura ibidem profitens reprobaui. *Iuramentũ de non impetranda diſpenſatione non valet.*

63 Prædicta intelligenda ſunt in principe: inferior verò à principe in hoc regno non euocat, vt dixi, & inferior in quibus caſibus euocat, non poteſt ſine cauſſa pendentem cauſſam coram inferiore euocare.l.penult.C.de peda.iudicib.Iacob. in d.l.iudicium.

64 Sic dicitur in Papa, vt poſsit commendas beneficiorum liberè & ſine cauſſa remouere: vt no.in c.omnes.& ſeq.7.q.1.firmat dominic.conſi.8.quidem cardinalis. col.3.gl.in c.qui plures.21. q.1.nec daretur facta à Papa reuocatione commẽdatorio interdictum vnde vi,nec reintegrandæ poſſeſsionis remedium:vt probant Panor.& Fel.in c.ſi conſtiterit.col.2.de accuſat.quia plenaria beneficiorum diſpoſitio ad Papam pertinet.c.2. de præben.quod tamen in hoc regno non permitteretur ſine cauſſa:vt dixi in tract.de pacifi.poſſeſſo.ſicut in epiſcopo,vel alio inferiore à Papa, qui non poteſt ſine cauſſa reuocare commendam.glo.in c.nemo.de electio.in 6. imò in hoc regno non ſolet princeps ſine cauſſa euocare:vt ſæpius vidi. *Commendas ſine cauſſa Papa non reuocat.*

65 Septimo quæro quę cauſſæ allegari ad obtinendã euocationem poſsint?Reſpon. cauſſa publica:vt ſuperius dixi in proxima quęſt. *Quæ cauſſæ allegari ad euocationem poſsint.*

66 Secundò poteſt allegari ſuſpitio notab. vt pote ſi quis litiget contra præſidem alicuius curiæ:quia vbi caput eſt ſuſpectum,poteſt conſilium recuſari,ſic & curia:vt decidunt interpretes.in c.1.de iudi.per c.quod ſuſpecti.3.q.5.& c.inſinuante.de offic.delega.& Bald.in l.1.col.1.C. ſi rector prouinciæ.Feli.in cap. cauſſamque.col.1.de offic.delega. Alex.conſi.40.proſpectis.col.2. in 2.vol. & Dec.conſil.151.col. 9. { Ego ſæpius vidi vnum præſidem recuſatum, tamen in locum illius alter pro tribunali ius dicebat,& curia non ob hoc recuſabatur,quicquid ſcribant doct.} *Suſpitio præſidis cauſſam euocandi præbet uel conſiliariorum.*

67 Idem ſi recuſaret conſiliarios propter cauſſam ſimilem illorum: vt ſi in parlamento Pariſ. ageretur de aliqua nominatione alicuius conſiliarij illius curiæ.c.cauſſam.de iud.ideo ſolet tunc magnum conſilium de hac cognoſcere.

68 Idem ſi recuſaret conſiliarios propter ſuſpicionem,affectionem,vel cauſſam vnius pendentem in illo parlamento,& alij non remanerent in numero ſufficienti ad conficiendum areſtum: vt Boer.vult in addit.ad Montaigne,in tract.de autho.& præeminent.mag.conſilij.ſed cùm hodie ſit conſiliariorum vbique ſufficiens numerus,hoc vix allegari poteſt:vt inferius in literis regiis dicetur.

69 Prætereà ſi ſit diſcorda inter duo parlamenta,quia fortè agitur de limitibus vtriuſque:tunc Rex etiam proprio motu proceſſum euocabit ad magnum conſilium, cui ſpectat cognitio, ad quod iſtorũ parlamẽtorũ cognitio pertineat,& poſteà illã remittit cauſſam ad illos ad quos videt cognitionem ſpectare:vt eſt in ordina.reg.poſitis in ſtylo parlamenti.rub.de appella.ordina. ante penult.& hoc fit,ne diuerſa ſequantur areſta:vt ſcribunt docto.in l.nulli.C. de iudic.quia vnum alteri non vult cedere.argu.cap.paſtoralis. de reſcript. & fortè vtrunque vellet trahere aquam ad ſuum molendinum:ideo vide ordina.ſeq. *Diſcordia inter duo parlamenta cauſſam euocationi præbet.*

Charles VIII. artic. LXXII.

Item & pource que à cauſe de la diuerſité des Parlemẽs & eſchiquier de Normandie ſuruiennent ſouuent pluſieurs queſtions a cauſe d'iceux,que ſi eſdicts cas aucune declaration ſe faict par nous en noſtre cõſeil pour diſcuter,auquel deſdictz parlemens ou eſchiquier la matiere ſera renuoyee & cõmiſe:nous voulons & ordonnons que iuſques à ce que par nous & noſtredict conſeil ſoit diſcute ou la cognoiſſance de telles matieres ſera renuoyée,nul d'iceux parlemẽs & eſchiquier en entreprenẽt aucune cognoiſſance. Mais en laiſſent faire aux gẽs de noſtre dict cõſeil,auſquels nous ordonnons que ſommairemẽt,& de plain,& ſans figure de proces ilz decident & determinent ou ladicte cauſe ſera traictee & renuoyee, fors Articulus primus.

& excepté des matieres dont notoirement la cognoiſſance appartient à nous, & a noſtre dicte court de Parlement.

Eſchiquier quare ſic dicatur.

ESchiquier dicitur fortè ab ἐχέσω, id eſt habeo, quòd parem cum parlamentis iuriſdictionem habeat, vel ab ἐχῖνο, quòd acta ibi adſeruentur, & coniiciantur. nam ἐχῖνος apud Demoſthe, dicitur capſa, vel ſcrinium forenſe, nunc æneum, nunc opere figulino, in quo teſtium dicta, acta litis, omniáque à partibus prolata coniiciebantur: vnde ea quę in acta prolaturi erant apud ſequeſtrum depoſituri, quòd palàm in iudicium proferrentur τὰ ἐς ἐχῖνον ἐμβαλλόμενα appellabant, litis inſtrumentum ſignificantes.

Bona ſita in diuerſis parlamentis cauſſam euocandi praebent.

71 Adhæc ſi bona alicuius partim ſita ſint in iuriſdictione (quam reſſortum vocant) alicuius parlamenti, & partim in altero: & de illius hæreditate agatur: tunc quia vtrumque parlamentum poſſet cognoſcere: & diuerſa poſſent ſequi areſta, & iudicata: ſolet concedi euocatio per illa quæ docto. notant in dicta l. nulli. C. de iudic. & ita vidi concedi pro domino *de l'eſtrange*.

27 Item aliæ cauſſæ in arbitrio Regis & euocantis ſunt poſitæ, qui aliquando motu etiam proprio, & vix ſine cauſſa, ſed aliquando ex leui hoc concedit.

Proximo parlamento quādo cauſa committi ſoleat.

73 Et quando ob ſuſpitiones, vel recuſationes euocatur cauſſa: ſolet princeps illam euocatam committere proximo parlamento, ne partes laboribus & expenſis grauentur. per cap. diſpendia. de reſcript. in 6. & extat lex regia. ſi tamen magno conſilio committat, nullus refragatur.

Appellari ab euocatione non poteſt.

74 Et ideò ſi euocatio fiat cum cauſſa, vel ex leui, vel ſine, non poterit ab ea appellari: vt decidit Bald. conſil. m. proceſſus. in 5. volu. quia eſt arbitrij & voluntatis principis: & quia à principe non appellatur, ſi ſuperiorem non recognoſcat: vt eſt Rex Franciæ. l. t. ff. à quibus appel. non licet, cap. per venerabilem: qui filij ſint legitimi: multæ aliæ cauſſæ allegari poſſunt, quas arbitrio principis approbandas relinquo.

Euocationem quis poſſit impetrare.

75 OCtauò quis euocationem impetrare poſsit? Reſpon. Omnis qui non prohibetur, & etiam parte aduerſa non vocata, & ſine illins conſenſu. capit. cæterum. de re-

In reſcripti impetratione non citatur pars ſed in illius cōprobatione.

76 ſcript. vbi Imol. & Feli, in c. cum olim. col. 5. de re iudica. † Nec in hoc regno eſt conſuetum in literarum regiarum impetratione citare partem, quod conuenit. l. obſeruandum. ff. de iudic. & l. nam ita diuus, de adoptio. Dec. in ca. 1. de iureiurand. plenè ſcripſi quando citanda ſit pars in reſcriptorum impetratione. in repetitio. l. quod iuſsit. in fin. ff. de re iudi. & regulariter in reſcripti impetratione non eſt citanda pars, etiam ſi reſcriptum ſit pręiudiciale parti. l. quoties. C. de precib. imper. offerend. Specul. in titul. de lapſis & diſpenſa. §. qualiter autem, verſi, quibus autem. in fi. per l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico.

Quamuis contrarium tenuerit Barba. in conſil. 43. præclarè. col. 18. in 1. vol. & Dec. in d. c. cæterum. col. vlt. de reſcript. ac Soci. in rub. ff. de liber. & poſthu. ſed praxis quotidiana ſeruat primam opinionem, vt non requiratur citatio: vt ſcripſi in tracta. de reſcri. & liter. reg. in ordina. reg.

77 In verificatione & approbatione, ſeu (vt dicunt) interinatione literarum, ſolet citari pars ad verificandum illam clauſulam, ſi preces veritate nitantur. l. fi. C. ſi contra ius. c. 2. de reſcript. ideo ſolet in reſcriptis deſcribi, ſi vobis conſtiterit vocatis vocandis, de præmiſsis &c. per tex. in cap. exhibita. de iudic. Aegidi, bellamera deciſio. 85. ſi executor. Dec. conſil. 173. viſo proceſſu, & conſilio. 233. viſo tenore, & conſilio 275. viſo tenore. & in literis Franciæ, ſolet apponi clauſula, *s'il vous appert des choſes ſuſdictes, ou tant qu'il ſuffira.* vt dicam in dicto tractatu de reſcript. ſeu literis regiis.

Acta ante euocationē facta valēt.

78 NOnò, an acta facta ante euocationē valeant? Reſpō. valere nec princeps illa acta iure facta reuocare ſolet, ſed valebunt, ſi iure facta ſint: vt firmat Innoc. in c. intimaſti de appel. & Bal. in l. ſolent. §. ſicut. ff. de offic. proconſu. ſic quando cauſſa ad ſuum remittitur iudicem, non reuocantur acta anteà legitimè facta, per text. in l. cùm anteà. in fin. C. de arbit. & l. iubemus. C. de liber. cauſſa. Barba. in c. cauſſam quæ de teſtibus, & text. ad hoc ſing. reputatus in c. audita; de reſti. ſpoliat. quòd ſi Papa mandet aliquid reuocari non intelligitur de rectè geſtis: & hoc ſequitur Nicol. milius in verbo reſcriptum. q. 26. & Iaſ. conſi. 213. col. vlt. in ſecundo vol.

79 Vnde ille, cui committitur cauſſa poſt euocationem, cognoſcit ab illo tempore, quo vltima acta fuerunt conſcripta à iudice euocato, dummodo ante euocationis intimationem facta fuerint, ſecus ſi poſteà: ideo in literis euocationis inſeri vidi: *Nous pour les cauſes deſſuſdictes icelles cauſes & proces en l'eſtat qu'il eſt, auons euoqué & euoquons par ces preſentes, par deuant vous &c. laquelle nous vous commettons par ces preſentes, pour d'icelle cognoiſtre, appoincter, & determiner, & parfaire, proceder les dictes parties preſentes, ou appellées, ou procureur, ſelon les derniers actes & appoinctemens d'icelle cauſe.* Ecce igitur quomodo princeps in ſuis literis hoc mandat. quod probat Iacobi. in l. ſi longius. col. 2. ff. de iudic.

80 Itaque acta facta coram primo iudice, fidem etiam faciunt coram euocante, & illo cui cauſſa commiſſa eſt: vt ſcribunt Bal. & Feli. in cap. cauſſam quæ in primo, de teſtib. alioqui fruſtra ad ſuperiorem deferrentur, & ea, quæ rectè facta ſunt, valent, licet perueniant ad caſum, à quo incipere non poſſunt per regul. iuris.

Expenſis euocantis

81 Ex quo infertur, quod acta facta coram iudice euocato deferri debent ad euocantem expenſis procurantis euocationē: ſiue fuerit originarius actor, ſiue non, ſiue fuerint literæ euocationis

motu

motu proprio conceſſæ,ſiue ad petitionem,teſte Guido.Papæ.in deciſio.Delphinal. quæſt. 440. vtrum princeps.& hoc ſolet princeps mandare in fine literarum, & tunc ſine dubio illud eſt ſequendum:quia licet princeps concedat motu proprio,tamen pars hoc inſtigat:vt plenè ſcripſi in forma mandati Apoſtolici in gl.motu proprio:& ideo in quo ſtatu cauſſa inuenitur,in eo deciditur ab euocante:vt in literis dicitur,*en l'eſtat qu'elle eſt*,& hoc probat Alber.in dicta l.iudicium. *acta ad euocantem deferuntur.*

81 Acta tamen facta poſt euocationem intimatam iure non ſubſiſtere, ſed eſſe ipſo iure nulla probat.c.eccleſia.in ſecunda.vt lite pendent.& cap.vt noſtrum.& cap.ſi duobus.de appel.& cap. licet.de offic.delegat. *Acta poſt euocationē intimatam non ualent.*

83 Quia non debet eſſe tàm audax inferior,vt poſt euocationem ei notificatam in cauſſa procedere debeat:vt ibi nota.& Chaſſa.in conſuetudi. Burgund.in rubr. *des iuſtices & droict d'icelles.* num.98.& in §.5.in gl.*s'il n'a grace*.num.194.& in catalogo glo.mundi.in quinta parte conſidera. 24.nume.92.

84 Etiam dicunt docto.quòd ſi acta ignoranter fuerint facta poſt euocationem, adhuc erunt nulla,ſi in ea erat clauſula motus proprij, vel decreti.per gloſ.in verbo, depoſitionis. capit. primo §.adiiciebatur. de conceſsio. præbend.in 6. & ibi Domi. & Philip.quod tamen ſuperius reprobaui.

85 Item dum proceſſus euocatus erat concluſus coram iudice, ſi euocetur à ſuperiore: tunc euocans adhuc non obſtante concluſione in cauſſa coram primo iudice facta,dilationem partibus concedet nouam.per text.in l.edictum.ff.de iudic.Boeri.in repetit.l. conſentaneum. fol.13. in additio.C.quomodo & quando iudex.

86 Decimò quibus ex cauſsis euocatiò annullari poſsit? Reſpon. primò, quando falſa cauſſa eſt principi allegata: & princeps ea motus euocationem conceſsit. certè annullabitur illa euocatio veritate comperta. nam ſemper literæ intelligi debent, ſi preces veritate nitantur.c.2.de reſcript.l.fi.C.ſi contra ius. *Quibus ex cauſsis euocatio annulletur.*

87 Idem ſi litis pendentia in euocationum literis non exprimatur: quia veriſimile eſt,quòd ſi princeps litem pendere ſciuiſſet, & coram quibus, cauſſam non euocaſſet.c. inter.de re iudic.c. vt debitus.de appellatio.c.ſuper eo.de cohabita.clerico.& docto.in c.cæterum.de reſcript. Bal. in l.fi.de relatio.Barba.conſil.9.præclare.col.1.in 2.vol.Feli.in c.ſuper literis.col.7. de reſcript. verſi. ſexta regula.Ioan.lupus in repetit.c.per veſtras.in 4.not.de donatio.inter vir.& vxor. *Pendere litem in euocationum literis exprimi debet.*

88 Et eidem dicerem,ſi alia tacita vel expreſſa ſunt, quæ potuiſſent monere concedentem ad denegandum dictam euocationem.ca.ſuper literis.de reſcript.vbi plene iurium interpretes,vel ſi de leui hoc princeps non conceſsiſſet.c.poſtulaſtis. in fi. ibidem.multa de hac expreſsione ſcripſi in concord.in forma mandat.in verb.pro expreſsis.

89 Quia hæc euocatio eſt odioſa,ergo reſtringenda.l.cùm quidam.ff.de liber. & poſtu.& reg. odia.de regul.iur.in 6.Bald.conſil.penulti.in quinto volu.tum quia tollit præuentionem.l.ſi quis poſteà.ff.de iudic.cap.propoſuiſti.de foro competent. tum etiam quia tollit illud, de qua re cognouit iudex de ea pronunciare debet.l.de qua re.ff.de iudic.Innoc.in c.ex literis.de offic. delegat. nec videtur voluiſſe princeps inſcius præiudicare proceſſui agitato inter partes: vt aſſerit Bald.in l.falſus.col.7.verſic.nunc videndum.C.de furtis.nam hoc cedit in contumeliam illius iudicis,qui iam de cauſſa cognoſcere cœperat.per l. litigatores. ff. de arbit. & ſi pars cauſſæ ſtatum expreſſiſſet,euocationem non obtinuiſſet,vel non ita de leui.d.c.poſtulaſti.de reſcript. *Euocatio odioſa.*

90 Expreſſa enim tunc fieri mentio dicitur,quando ſuſtantialis tenor proceſſus, & qualitates perſonarum,iudicum aduerſariorum quoque,ſi plures ſint,ac res,de qua eſt controuerſia,expreſſæ ſint.l.fi.C.de precib.impera.offerend.docto.in d.c.ſuper literis.de reſcript. *Expreſſa mentio uel tacita quæ.*

91 Et in hoc certa non poteſt dari doctrina, quid ſpecialius exprimi debeat: ſed hæc arbitrio eorum relinquuntur,quibus cauſſæ iſtę videndę committuntur:qui ſi cauſſas approbent,Regiq; ſuadeant iuſtas & bonas eſſe:illas tunc Rex approbat:quæ ſi poſteà facta euocatione probentur falſæ,literæ euocationis nullius momenti pronunciabuntur:& pars in expenſis condemnabitur: vt inferius dicetur abundantius.

92 Vndecimò videndum eſt quæ ſit differentia inter appellationem & euocationem? Reſpon.Primò differt euocatio ab appellatione. nam euocatio tàm motu proprio quàm ad petitionem partis concedi poteſt.teſte Aufrer.in ſuis deciſion.quæſt.480.vt ſuperius abundè ſcripſi. *Differentia inter appellationem & euocationē.*

Appellatio verò ad partis tantùm petitionem: nam oportet quòd verbo pars appellet.l.litigatoribus.C.de appella.l.2.& ſequent.ff.eod. vel in ſcriptis.cap.1. de appella.in 6. & ſine partis appellatione Rex non concedet literas appellationis, quas releuamenti literas pragmatici vocant: & nunquam vidi motu proprio clauſulam in literis appellationum expreſſam.

93 Nec obſtat l.non tantum.ff.de appella.quia ibi ad tertij petitionem, ſed non motu proprio emiſſa & cùm agatur de fauore condemnati, videtur ipſe appellare: quia qui per alium &c.l.1.§. deceſsiſſe.ff.de vi & vi arma.& ſic ibi ad petitionem fit,videlicet tertij, & illi cōcedentur appellationis literæ:& ille ad mulctam condemnaretur,ſi declararetur perperam appellatum eſſe.

94 Secunda differentia euocationis literæ non ſolent dari,niſi per Regem, cùm ſint meri imperij maximi.arg.no.in l.imperium.ff.de iuriſd.omnium iud.& etiam odioſæ:vt ſuperius dictum extitit.& hoc ſibi reſeruauit Rex.in rub. *du droict royal.* Sed concedi appellationis literas per par-

lamentum audiui, & hoc cancellario recuſante ſic, *des gens tenans le parlement &c.* quia cùm appellatio ſapiat defenſionem. doct. in rub. de appel. ideo eſt fauorabilis, arg. not. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. & olim quando cancellarius recuſabat literas parlamentū ſupplebat: vt in libris curiæ patet. Sed hodie curiæ ſunt timidæ, etiam releuare poſſunt per ſupplicationem ſine literis: & bonum eſſet quòd fieret in cauſſis breuibus, quæ non excedunt decem libras, & in cauſſis fauorabilibus, & in interlocutoriis in ciuitate prolatis, in qua eſt parlamentum: quia etiam quilibet iudex & magiſtratus concedit literas appellationis, quando ad eum appellatur, etiam bailliuus Montiſpeſſulani, quando appellatur ad eum à iudice vindemiarum, in cauſ. magna. ſecus in leui.

Quilibet magiſtratus appellationis concedit litteras.

95 Tertia differentia eſt, euocatio totam cauſſam deuoluit ad ſuperiorem. Arch. in c. curiæ. 11. q. 3. & ibi Domi. appellatio verò ab interlocutoria non deuoluit, niſi illum art. ſuper quo eſt appellatum, ideo cauſſa remitti ſolet ad iudicem à quo ſi malè appellatū fuerit. c. vt debitus. de appel. c. Romana. §. fi. illo tit. lib. 6. & c. cùm appellationibus, ibidem; ſi autem bene appellatum fuerit, iudex appellationis cauſſam principalem retinet, vt ibi, quod eſt verum in curiis eccleſiaſticis, ſecus in ſecularibus, quæ ſolent remittere ad eandem curiam, à qua fuit appellatum, tamen vt alius iudex cognoſcat, quàm ille qui malè iudicauit: vt ſcripſi in concorda. in §. 1. rubr. de friuol. appella.

Euocatio totam deuoluit cauſſam appellationum.

96 Quarta differentia eſt, euocatur cauſſa lite pendente. capitul. eccleſia. in ſecundo vt lite pendent. appellatur autem ea finita, aut ſaltem aliquo articulo, vel comminatione facta cap. 1. & cap. cum ceſſante. & per totum. de appella.

Iuriſdictio poſt appellationem quando ad primum iudicem redeat.

97 Quinta differentia, quando appellatio eſt deſerta, iuriſdictio redditur ad iudicem, à quo eſt appellatum, c. cùm ſit Romana. de appellatio. cle. ſicut eodem titul. not. docto. per illum text. in l. quoniam. in 1. C. illo titul. & hoc declaratione deſertionis per iudicem ad quem facta: licet per leges regias non requiratur, in rubr. de appella. artic. 5.

98 Idem iuris eſt ſi renunciatum appellationi fuerit. c. gratum. de offic. deleg. & ibi not. ca. interpoſita. de appella. l. ſi quis libellos. C. de appel. & hæc renunciato impunè & ſine literis regiis intra octo dies fieri poteſt; vt eſt in d. regia. rub. *des appellations.* artic. 15.

99 Diuerſum eſt in euocatione ſemel facta & intimata: nam licet deſerta ſit per partes, nunquam tamen cauſſa reddit ad illum iudicem, vel ſenatum, à quo euocata eſt ſine remiſſione principis, vel magni conſilij, teſte Henric. Bohic. in dicto c. vt noſtrum. de appel. ideo ſi cauſſa à principe committatur decidenda alicui, & ille moritur, non redit ad ordinarium, nec amplius de eadem cognoſcet, per text. ſingu. ſecundum Bal. ibi col. 2. in l. ſi vt proponis. in prima. C. quomodo, & quando iudex. facit cap. paſtoralis. §. 1. de offic. ordin. docto. in c. inter dilectos. de exceſsib. prælat. Panor. conſil. 6. in quæſt. col. 2. in ſecundo vol. Petr. de Ancha. in conſil. 58. circunſcriptis. Roma. conſi. 335. circa primum. col. 2. & Dec. conſil. 137. & diligenter. col. 2.

Poſt euocationem cauſſa non redit ad primū iudicē.

100 Item ſi delegatus proferat ſententiam nullam. Bald. in dicto tit. de allaud. in 3. col. & in ca. paſtoralis. §. fi. de offi. ordi. de Ripa. in c. cum M. circa finem. de conſtit. quod intelligo, quando res non eſſet integra, quia iam ille cœpiſſet cognoſcere, cui cauſſa commiſſa fuit. Sal. in d. l. ſi vt proponis. Philip. Peruſ. in d. c. vt noſtrum. in fi. ſi verò nō incœpiſſet cognoſcere, ne detur ei, qui delegationem impetrauit, malignādi occaſio: æquum & iuridicū eſt, vt ordinarius poſsit cognoſcere. per l. fi. § illud. C. de temporib. appella. & Salic. in d. l. ſi vt proponis. & maximè quando non fuit intimata iudici cognoſcenti, vel fuit notificata, ſed non factum præceptum, vt amplius de cauſſa non cognoſceret. nam poſt præceptum difficile eſt, vt is cognoſcat ſi princeps ad eum illam cauſſam non remittat, vel alius poteſtatem habens.

101 Item ſi Papa det executorem ad prouidendum de beneficio, vel prouidet, videtur adimere facultatem ordinario, ne conferat: & ſi executor malè prouideat, ad Papam deuoluitur collatio. c. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. de conceſsio. præbend. in 6. & ibi no. ſic conſuluit Petr. de Ancha. conſi. 58. circunſcriptis. & Roma. conſi. 335. circa primum. col. 2. verſi. cæterum. de hoc abundè ſcripſi in §. 1. in gl. intra ſex menſes. de nominatio. regia. & §. ſi quis verò. de collatio. in concorda.

Si executor à Papa detur ad conferendum, ordinarius conferre non poterit.

102 Idem ſi Papa conſtituit aliquem vicarium in epiſcopatu Montiſpeſſulani, vel in alio: nam videtur prohibere epiſcopo, ne illum remoueat, & alium deputet: vt docet Antho. de But. in c. nouit. de iudic. citat de Ripa. in d. c. cum M. de conſtitu. & ideo quidem vicarij epiſcoporum petunt confirmari à Papa, vt poſteà non deſtituantur: quibus aſſentirem, ſi iſti confirmationi epiſcopus conſentiret, alioqui non: ideo vicarium reuocari etiam poſt confirmationem vidi: vt ſcripſi in praxi benefic.

Vicarius epiſcopi an poſt confirmationem reuocari poſsit.

103 Sexto attentata poſt euocationem reuocantur. d. c. eccleſia. vt lite pendent. Hoſtien. in ſumma de cleric. peregrinantibus. §. & quo priuilegio. verſi. ergo hæc tria. c. licet. de offi. delega. Bohic. in dicto cap. vt noſtrum. Sed in appellatione ab interlocutoria non: niſi veram & iuſtam cauſſam appellationis eſſe conſtiterit. c. non ſolum. de appella. in 6. niſi in parlamento: vt ſcripſi in rubr. de appella. in ordina.

Attentata poſt appellationem an reuocentur.

104 Septima differentia eſt, quia expreſſa facta euocatione non poteſt is, à quo cauſſa eſt euocata, de ea cognoſcere, etiam quoad tertium: vt firmat Inno. in dicto c. cum M. in fi. & ibi cum ſequuntur alij, & doct. in d. c. vt noſtrum. in euocatione tamen tacita quam ſuperius notaui, poteſt cognoſcere is, à quo cauſſa eſt euocata quoad tertium cap. Romana. §. in alium. de appella. lib. 6. & ibi doct. ſequuntur. & Peruſ. in d. c. vt noſtrum.

Differentia inter euocationem expreſſam & tacitam.

Item

105 Item poſt expreſſam euocationem non valet proceſſus, etiam ſi pars non oppoſuerit, ſecus in tacita. Imol. & alij. in d. cap. cæterum. Iacob. in d. l. iudicium. ff. de iudic. quod eſt intelligendum vt dixi.

106 Item tacita non annullat proceſſum factum per iudicem ignarum euocationis. Gemi. cõſi. 47. ſupplicatur. de Ripa in d. cap. cum M. ſecus in expreſſa. & hæ ſunt differentię inter expreſſam & tacitam. ſuperius dixi idem in tacita & expreſſa. quoad hoc. At in appellatione non prohibetur iudex à quo cognoſcere quoad tertium: quia quoad illum non cenſetur appellatum, nec eidem prohibitum. d. §. in alium. Panor. in c. cùm teneamur. col. 2. de appellatio. Feli. in cap. qualiter in primo. col. 7. de accuſat. & latius infrà dicam.

107 Octaua differentia, appellatio friuola de iure non deuoluit, ſi ei non deferatur. cap. cum appellationibus. de appella. libr. 6. licet omni appellationi in hoc regno propter ſuperioris authoritatem deferatur. gloſſ. in pragmat. ſanct. in tit. de friuol. appellat. in verbo, iniuſtè, niſi in caſibus executoriis non obſtante appellatione, quos not. in tractat. de ſenten. prouiſio. & in tracta. de ſenten. executor. Diuerſum eſt in euocatione facta etiam ſine cauſſa, quæ ſtatim deuoluit. c. peruenit. in 2. de appellat. & ibi not. ideo hæc magis ſuſpendit, quàm altera: quia altera in iure conſiſtit, id eſt non valet niſi fuerit iuſta, hæc verò in facto, id eſt, an princeps eam admittat. text. eſt, & ibi iuris interpretes. in d. c. vt noſtrum. item quia euocatio habet voluntatem ſuperioris inhibentis inferiori, ne amplius de cauſſa cognoſcat. Dec. ibi.

Appellatio friuola non deuoluit, ſecùs in euocatione.

108 Nona, quando cauſſa euocatur ab aliquo, poteſt ad eum remitti: & ſolet hoc fieri, quando agitur de contentione iuriſdictionis circa limites territoriorum, & reſortuum: vt ſuprà dixi: quia nihil tam naturale &c. l. nihil tam naturale. ff. de re iu. c. alio tit. arg. 2. q. 7. c. nos ſi incompetenter. ſecus in appellatione, quæ ſemel emiſſa prohibet cauſſam ad eum, qui grauauit, remitti. l. eos. in princi. C. de appella. c. vlt. §. fi. 2. quæſt. 6. c. accepta. de appella. ſuperius conſuetudinem Franciæ ſcripſi contrariam.

Cauſſa ad eum qui grauauit, remitti nõ poteſt.

109 Decima, facta appellatione iudex à quo poteſt in illa cauſſa recuſari, & appellans eſt exemptus à iudice à quo. l. vna. ff. apud eum à quo appellatio. c. Romana. §. cum verò. de appel. libr. 6. c. ad hæc. in primo, & ibi Bohic. & cap. paſtoralis. §. fin. illo tit. & ſecundum conſuetudines aliquorum locorum eſt exemptus, etiam in omnibus cauſſis: licet de iure in illa tantùm cauſſa, in qua poteſt recuſari: in euocatione autem non poterit recuſari, ſi princeps cauſſam ad illum remittat prætextu illius euocationis. Bohic. d. cap. vt noſtrum. in fin. quia appellatio ex iniquitate iudicis procedit. l. præfecti. ff. de minor. doct. in cap. vt debitus. de appella. euocatio verò venit ex facto principis, & non ex culpa eius, à quo euocatur communiter: ideo non eſt quod recuſetur, nec reperitur iure cautum, ergo &c. §. conſideremus. de triente & ſemiſſe. colla. tertia. intelligerem tamen niſi ex cauſſa recuſationis, vel ſuſpicionis fuerit cauſſa euocata. & illa adhuc duret: quia tunc princeps ad illum non deberet remittere: nam durum eſt coram ſuſpecto iudice litigare. c. cùm inter. de exceptio. nec tollit princeps iudicis recuſationem, niſi ex certa ſcientia ſcribat. gl. & doct. in c. ad hæc ſumus. de reſcript. & ibi addidi quod tamen facere non debet.

Exemptus eſt appellãs à iudice à quo.

110 Vndecima, quicquid fit per euocationem ab illo à quo eſt cauſſa reuocata, etiam in acceſſoriis eſt nullum. d. cap. vt noſtrum, ſecundum verum intellectum: quia princeps euocando videtur omnem iuriſdictionem ab illo, quoad illam cauſſam adimere: vt ibi: & no. in cap. conſtitutis. illo tit. & Aufrer. in deciſio. Capel. Tholoſ. quæſt. 480. ideo poſſeſſor lite euocationis pendente non poterit vti ſua poſſeſſione: & ſic limitatur. cap. 1. vt lite pendente. & cap. ſi conſtiterit. de accuſa. facit. cap. laudabilem. vt lite pend. intelligendum eſt, quando vtendo fieret præiudicium negotio principali iuxta cap. ſi à ſede. de præbend. libr. 6. Innoc. in c. in præſentia. col. 2. de probatio. in appellatione diuerſum eſt: quia non impeditur denunciatio, & publicatio excommunicationis, vel alia conſecutiua ad præcedentem ſententiam. cap. paſtoralis. §. verum. & cap. conſtitutis. in 2. de appella. glo. in cap. ſi eo tempore. de electio. lib. 6. quod non ſeruatur in hoc regno: quia poſt inhibitionem ſuperioris inferiori intimatam, non audet ipſe quicquam moliri in præiudicium appellationis, nec etiam in acceſſoriis & conſecutiuis. vt audiui ſæpius pronunciari. & not. Dec. in cap. bonæ. de appella. imò nec ante inhibitionem à diffinitiua poſt appellationem non audent in hoc regno iudices quicquam attentare, etiam in conſecutiuis, ita quòd extinguitur iudicatum de præſenti: vt dicitur in l. 1. §. fi. ff. ad Turpilia.

Poſt euocationẽ iudex à quo nil poteſt facere, ſecus in appellatione.

111 Duodecima, poſt euocationem emiſſam iudex à quo etiam de conſenſu partium non poteſt ſine expreſſa remiſsione de cauſſa ſe intromittere: vt aſſerunt Do. de Rota. deciſ. 76. poſtquam litera &c. in no. Præpoſ. in d. cap. vt noſtrum. ne ſuperiori illudatur. cap. bonæ. 2. verſic. nec obſtabat. de poſtula. præla. intelligo poſtquam erat intimata, vel erat apposita clauſula irritans: vt ſuperius dixi. & vide Iaſ. & Dec. in l. pacta quæ contra. col. 2. C. de pact. ſed contrarium eſt in appellatione poſtquam iudex de partium conſenſu cognoſcit. per cap. interpoſita. §. ille. de appel. cap. ſi à iudice. ibidem. lib. 6.

De cõſenſu partium iudex à quo poſt appellationem cognoſcit, ſecus poſt euocationem.

112 Decimatertia, valet appellatio, licet tenor ſententiæ, in ea non inſeratur. l. fi. C. de precib. impera. offer. l. 2. C. de appella. ſecundum vnam lecturam, ſi tamen iudex ad quem velit, videre ſententiam, & petat ſibi edi iuxta l. argentarius. §. edi. ff. de edend. & appellans non poſsit habere exemplar iudex in eum caſum duplici poteſt vti remedio.

Sententiæ tenor an ſit iudici ad quem edendus.

113 Primo ſi appellatus ſit præſens, eum interrogabit, an ſit lata illa ſententia, & ſi confiteatur,

Sententia

quando non oſtenditur, duplex remedium.

iam conſtabit de illa, nec aliter ſententiam edere oportebit: ſi verò neget, imponetur ei ſilentium, & vt ea amplius non vtatur. arg. ff. de interroga. actio. l. non alienum. Inno. c. in cap. 1. de proba. Bar. in l. 2. col. 2. C. de edend. ſi pars nolit reſpondere, pro confeſſo habebitur. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actio.

114 Secundum remedium eſt, quia ſi non ſit aduerſarius, vt in proceſſu inquiſitionis: iudex pronunciabit conditionaliter, ſi appareat aliqua ſententia, eam confirmo, vel infirmo, ſecundũ quod videbitur ei ex actis faciendum: vt no. Inno. in c. G. perpetuus. de fide inſtrumen. no. Bal. in l. ſecunda. col. 2. C. vt lite pendente. ſed euocatio non valet: niſi tenor proceſſus, & ſtatus cauſſæ exponatur. Feli. in d. cap. cæterum. dixi ſuprà. aliæ ſunt differentiæ multæ, quas ſtudioſus poterit hîc addere: nam per iſtas & euocatio, & appellatio rectè intelligi poterunt.

Differentia inter euocationem & ſupplicationem.

115 Poſtremò notandæ ſunt differentiæ inter euocationem & ſupplicationem, de qua in tracta. ſeq. dicetur. Primò finita lite non fit euocatio. cap. quod bene. 6. quæſt. 4. quia non poteſt euocari, quod non eſt. arg. §. ſeruus. de cap. diminut. in inſtit. & Spec. in tit. de remiſsio. §. nunc videamus. col. 2. vbi limitat. Supplicatio autem poſt litem finitam fieri ſolet per l. ſi quis. cum authen. ibi poſita. C. de precib. impera. offerend. l. vna. C. de ſenten. præfe. præto. abundantius ſcripſi in d. tract. de ſupplica. inferius.

Caſus in quibus lite finita fit ſupplicatio.

116 Secundò euocatio fit lite pendente, & non ante. cap. eccleſia. in 2. vt lite pendente. ſed ſupplicatio de qua in d. authent. quæ ſupplicatio non fit ante litem, nec ea pendente regulariter. l. 2. C. vt lite pend. c. penul. extra. illo tit. quod limitat ibi Bal. col. vlti. niſi vt ſibi fiat copia actorũ, ſecundò vt ei detur exemplum pronunciationis: tertiò vt præcipiatur iudici negligenti, vt procedat: quartò quòd ei aſſocietur alius, ſi erat ſuſpectus. §. ſuper hoc. in authen. in medio litis. vnde verſ. ponit ibi Alberic. ſequentes,

Quatuor in petitis dum pendent iurgia litis,
Et copia detur, vel iudex aſſocietur,
Vt procedatur, vel definitiua ſequatur.

Sed in illis caſibus non loquimur de ſupplicatione, id eſt de erroris propoſitione, ſed de alia ſupplicatione, quæ poteſt fieri & in principio litis & in medio, & in fine, vt ſcripſi in tractatu de ſupplicat. quæſt. 1. in præfa.

Motu proprio non fit ſupplicatio.

117 Tertiò euocatio motu proprio fieri poteſt: vt ſupra dixi in prima differentia inter appellationem & euocationem: ſupplicatio verò fit ad partis petitionem. d. authent. quę ſupplicatio ibi offerenda eſt. & hoc importat verbum ſupplicatio. alioqui non ſolet concedi: hoc autem iudicium concedi non debet, ſi non petatur. in l. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

118 Quartò euocatio aliquando ſine cauſſa fit, ad beneplacitum principis: vt ſuprà probaui in 6. q. ſupplicatio verò ſine erroris propoſitione fieri non eſt ſolita. d. authen. quæ ſupplicatio, dixi in tracta. ſupplicationis.

Areſtũ poſt ſupplicationem datur executioni.

119 Quintò poſt ſupplicationem ſententia ſeu areſtũ mandari poteſt executioni. in d. authen. quæ ſupplicatio, vt in d. tractat. de ſupplica. ſcripſi. diuerſum in euocationem: nam cum principale non ſit deciſum, exequi non poteſt, alioqui diceretur, nimis propere Marcelle: vt in l. 1. C. de executio. rei iudi.

Mulctatur ſupplicans errorem nõ probans.

120 Sextò poſt ſupplicationem nõ probans errorem debet mulctari: vt inferius, in ordina. reg. patet: quia ſupplicans eſt in culpa allegando errorem, qui non eſt, ſecus in euocatione, cum facto principis fiat, & beneplacito: vt ſuprà dixi, ob id nõ poteſt culpa adſcribi principi, cur illam cõceſſerit; ſi tamen ex falſa cauſſa facta fuerit, ſolet procurans euocationem condemnari ad expenſas, damna, & intereſſe: vt inferius dicetur.

Centum quadraginta libras deponit ſupplicans.

121 Septimò antequàm ſupplicationem quis ex cauſſa erroris obtineat, oportet deponere ſex viginti libras per legem regiam, de qua in tractat. de ſupplica. imò hodie centum quadraginta libras per leges nouiſsimas, quas inferius videbimus. Sed hoc in euocatione non procedit, quia ex mera principis liberaliter procedit: & in ea hoc non eſt ſtatutum, ideo nullam huius rei eſſe pœnam in ſimili ſcribit Vlpia. in l. ſi quis ſepulchrum. §. funus. ff. de religioſ.

Supplicatio in poſſeſſorio non procedit.

122 Octauò in poſſeſſorio non ſupplicatur: vt inferius patet in ordi. reg. ſed cauſſa poſſeſſorij bene euocatur: de qua ponit exempla in materia beneficiali. Ioan Montaigne in tractat. de autho. mag. conſil. in quarto argumento promiſcuè. fol. 60. poſt eum Boer. in additio. ibi. & quotidie videmus euocationes has in beneficiorum poſſeſſoriis fieri.

123 Nonò ſupplicatio non ſuſpendit proceſſum cauſſæ antequàm intimetur. l. 1. C. vt lite pendent. & ibi Bal. ſecus in euocatione: vt ſuprà declaraui, quando habet clauſulam irritantem, aut aliàs vt dixi. de iure tamen in forenſi iudicio, hodie idem eſt in euocatione ſicut in ſupplicatione: vt ſuperius dixi. & in 3. q.

Supplicatio iudicatur præſentibus his à quibus latum eſt. Areſtum.

124 Decimò ſupplicatio eiſdem præſentibus iudicari ſolet, à quibus areſtum eſt prolatum. d. authen. quæ ſupplicatio. quia melius eſt ſeipſum corrigere, quàm ab alio corrigi ſpectare. in authent. de nup. colla. 4. & latè dixi, in rationibus dubitandi, ad l. quod iuſsit. ff. de re iud. euocatio ex cauſſa ſupplicationis conceſſa communiter tractatur in alio parlamento, quàm in illo, à quo eſt euocata, vel in magno conſilio. per c. cum inter. vbi doct. de excep.

Supplicatio

125 Vndecimò ſupplicatio non ſolet concedi niſi ſemel. l. ſi quis. C. de precib. imperato. offerẽd.

Euocatio

Euocatio quoties principi placet,dicto cap. cæterum. quia ſemel diſcuſſo de errore,ceſſat cauſſa ſupplicationis.dicto cap.cum ceſſante.ergo ceſſabit effectus,ſed in euocatione non,quia poterit eſſe quod adhuc non eſt lata ſententia,& de nouo venit recuſatio ad notitiam partis.c.inſinuante.de offic.delega. *ſemel fit.*

126 Duodecimò ſupplicationem ſolus princeps admitit.Imol.in c.ex literis.col.3.de in integr. reſtitu.quia iuri derogat.l.quoties.C.de precib.imperat.offeren.euocatio bene poteſt concedi per quemlibet ſuperiorem in eadem ſpecie iuriſdictionis.d. l. iudicium ſoluitur: & ſupra dixi. Aliæ ſunt multæ differentiæ, quæ hîc addi poſſunt,ſed his nunc contentus ero, per quas materia facilè percipi poterit. *Supplicatio à principe, euocatio etiã ab alijs.*

FRançoys par la grace de Dieu Roy de France, à tous ceux qui ces preſentes lettres verront Salut. Comme depuis aucun temps en ça nous ayons eſté aduertiz & informez par noſtre treſcher, feal & grand amy,le Cardinal de Sens, noſtre Chancellier, & auſsi par aucuns deleguez de noz cours de Parlement,que pluſieurs euocations & iuſques au nombre effrené,ont eſté cy deuant deſpechees à cauſe des recuſations baillées contre aucuns des Preſidens & conſeilliers de noz dictes cours, qui eſt groſſe vexation,fraiz,& miſes intolerables aux parties litigantes,& grand retardement de iuſtice. Et pourautant que cela peut aduenir pour icelles euocations octroyer trop facilement,ou pour les parentaiges,conſanguinitez,affinitez,& alliances,ou autre d'iceux qui ſont en noz dicts Parlemens: deſirans y pourueoir pour l'aduenir,affin d'oſter & abolir à noſtre pouuoir,toutes cauteleuſes voyes & moyens de ceux qui pourſuyuent telles euocations au retardement de iuſtice,preiudice & dommaige de noz ſubiects,auons par maniere de prouiſion,& iuſques à ce qu'autrement en ſera par nous ordonné:apres auoir eu ſur ce l'aduis d'aucuns grands & notables perſonnages de noſtre conſeil de noz cours de Parlement:en enſuyuãt iceux auons ordonné & ordonnons les choſes qui s'enſuyuent. Et premierement que les requeſtes tendants à fin d'euoquer aucuns proces de noz cours de Parlement à cauſe des ports,faueurs,& autres ſuſpicions,eſtans es dictes Cours: ſeront raportées par les maiſtres des requeſtes,pour icelles ouyes,les renuoyer où bon nous ſemblera,pour en auoir l'aduis d'iceux,auſquelz les renuoyerons, lequel aduis ſera rapporté par deuers nous. Et ſi apres auoir entendu iceluy aduis,il nous ſemble les dicts proces deuoir eſtre euoquez,& en ce cas,ſera reſpondu aux dictes requeſtes, que les ſupplians feront apparoir du contenu en la dicte requeſte. Et la commiſsion addreſſee aux Baillifz & Seneſchaux Royaux, ou leurs Lieutenants:& ſera ordonné que les parties aduerſes des ſupplians auront vn double de la requeſte: & que par deuant le commiſſaire deputé à enquerir ſur icelle, ilz puiſſent faire apparoir du contraire ſi bon leur ſemble, & ſera le requerant premier ſon inquiſition. Et auons defendu & defendons à noz dictes cours de n'empeſcher par inhibition ne autrement les dicts Iuges, qu'ilz ne procedent à faire les dictes inquiſitions, & aux dicts iuges de ne refuſer d'icelles faire, & n'examineront aucun domeſticque des produiſans, ne de leur conſeil, & ſur ce prendront le ſerment des teſmoings & des parties. Et quand eſdictes requeſtes ſera contenu aucun cas qui touche l'honneur d'aucun Preſident ou conſeillier de la dicte cour, le double d'icelle requeſte deuëment authentique ſera enuoyé à la dicte cour par ceux qui nous bailleront ledict aduis,ſans preiudice ne retardation de la fin contenue en la dicte requeſte,pour iceluy veu,& communiqué à noſtre procureur general en la dicte cour,s'enquerir ſur ce,& faire punition dudict preſident ou conſeillier,s'il eſt trouué coulpable. A laquelle Cour enioignons faire punition dudict *Articulus ſecundus.*

cas dedans

cas dedans trois moys apres la reception dudict double de requeſte, & de nous en certifier, autrement en default de ce, nous deſapreſent, comme des lors auons euoque à nous & aux gents de noſtre dict grand conſeil, la punition dudict cas. Auſsi s'il eſtoit trouué que calumnieuſement, & contre verité le dict cas euſt eſté mis en auant, celuy qui l'aura proposé, ſera condemné à telle reparation que de raiſon. Et apres les inquiſitions faictes d'vne part & d'autre, ſur le contenu eſdictes requeſtes, s'il nous ſemble apres auoir entendu l'aduis de noſtre conſeil, leſdictes cauſes & matieres deuoir eſtre euoquées, les lettres d'euocation ſeront octroyées, ſeulement aux fins de r'enuoyer les cauſes & matieres dont ſera queſtion, au plus prochain Parlement, & non de les retenir en noſtre grand Conſeil, ſi non que les parties le conſentiſſent. Et pource que bien ſouuent les procureurs des parties conſentent le principal eſtre retenu: nous voulons que noſtre dict conſeil n'y ait regard ſi les dicts procureurs n'ont pouuoir & procuration expreſſe pour ce faire. Et ſi voulons telz procureurs eſtre puniz comme de raiſon, s'ilz conſentent à la dicte retention, ſans la dicte procuration, ou mandement ſpecial de ſa partie, ou que par nous pour aucunes cauſes, à ce nous mouuãts de noſtre propre mouuemẽt fuſſent octroyées lettres pour retenir la cognoiſſance deſdictes matieres audict conſeil. Item en iugeant les dictes cauſes de recuſation, les Iuges auront à conſiderer & iuger ſi elles ſont admiſsibles, & telles qu'elles ſoyent ſuffiſantes pour faire ſoubſtenir la cognoiſſance de la cauſe de celuy qui eſt recuſe. Et ne ſeront aucunes cauſes euoquées, ſi en la cour, où ſera le proces, demeure nombre ſuffiſant, & meſmement en noz cours de Parlement de Paris, Thoulouſe, Bordeaux, & Rouen, iuſques au nombre de vingt, tant Preſidens que Conſeilliers: pour les terminer & decider, & aux autres douze. Toutesfoys ou leſdicts proces ſeroyent contre aucuns Preſidents ou conſeilliers de la dicte cour, leurs femmes, enfans ou freres en leurs propres & priuez noms, auquel cas ſera par nous poiriueu, comme verrons eſtre à faire par raiſon, ayant regard au nombre des ſuſpectz & recuſables. Et apres que aucune partie aura procedé en la dicte cour, & que la cauſe ſera conteſtee ou censee pour conteſter, ne ſera receu à requerir ladicte euocation, s'il ne iure les cauſes de ſuſpection qu'il propoſe eſtre de nouueau venues à ſa notice & cognoiſſance. Et quant aux matieres criminelles, là où ſe trouuera cauſe de les euoquer, nous voulons, qu'elles ne ſoyent euoquées: Ains Iuges commiz ſur les lieux iuſques au nombre de dix, pour les iuger comme par arreſt, & ſans appel. Et s'il eſt trouué, que ceux qui pourſuyuent les dictes euocations, ayent donné faux à entendre par leur requeſte, & que la preuue ne ſoit conforme au contenu en la dicte requeſte, ou bien que le contraire ſoit prouué par la partie aduerſe; nous voulons, que ledict euocant ſoit condamné en amende enuers nous, & neantmoins aux ueſpens & amande arbitraire enuers la partie, eu egard à la qualité du proces, & miſes deſdictes parties. Leſquelles ordonnances de noſtre propre mouuement, certaine ſcience, plaine puiſſance, & auctorité Royal, voulons eſtre gardées & obſeruées de poinct en poinct, ſelon leur forme & teneur par prouiſion, comme dict eſt.

SI DONNONS en mandement par ces meſmes preſentes à noz amez & feaux les gens tenans noz cours de Parlement à Paris, Thouloufe, Bordeaux, & Rouen, & à chacun d'eux en leur regard, que ceſte preſente ordonnance, &

ce, & prouiſion ils facent lire, publier, & enregiſtrer chacun en leurs Cours, iuriſdictions & auditoires, & icelle entretiennent & facent entretenir, garder, & obſeruer de poinct en poinct, ſelon leur forme & teneur, ſans aller, ou ſouffrir aller au contraire. Car tel eſt noſtre plaiſir. En teſmoing de ce nous auons faict mettre noſtre ſeel à ceſdictes preſentes.

Donné à la Bourdeſiere, le dixhuictieſme iour de May, l'an de grace mil cinq cents vingtneuf. Et de noſtre regne le quinzieſme. Sic ſignatū ſuper plicam, Par le Roy. Geodoyn. Sigillatum verò cera crocea cum duplici cauda. Et in fine dictæ plicæ fuere deſcripta ſequentia. Lecta, publicata, & regiſtrata, requirente procuratore generali Regio, Burdegallæ in parlamento, vigeſimatertia die menſis Iunij. Anno domini milleſimo quingenteſimo vigeſimono. Extraict des regiſtres de la cour de parlement de Bourdeaux. Ainſi ſigné, Collation eſt faicte. De Pontar. Collation eſt faicte a l'original, rendu à maiſtre Geffroy de la Chaſſaigne Preſident au parlement de Bourdeaux. Signé: Du Tillet.

1 NOtanda ſunt in his literis ſequentia. Primò dicit Rex in principio literarum poſt ſalutem impertitam, certiorem ſe factum fuiſſe per legatum, & alios, euocationes plures conceſſas fuiſſe vſque ad numerum effrenatum: vt dicitur de teſtibus, quorum effrenata reprobatur multitudo in c. ſignificauerunt. de teſtib.

2 Secundò in literis aſsignantur cauſſæ quare olim tot euocationes conceſſæ fuerunt, tàm pro recuſationibus præſidentium, quàm conſiliariorum, & propter conſanguinitates, & affinitates, ibi, *à cauſe des recuſations.* tractaui ſuprà in ſeptima quæſtione.

3 Tertiò rationes ponuntur, cur euocationes prohibeantur. primò ratione vexationis. ibi, *qui eſt groſſe vexation.* Nam ex euocationibus partes vexantur, & moleſtantur: & quis alium litibus vexare prohibetur. per text. in cle. 1. de reſcri. & Georg. natam in repetit. cle. ſæpe. col. 8. in verb. cauſſa. de verbo. ſig.

Rationes cur euocationes prohibeantur.

4 Item impenſæ intolerabiles exponuntur in litibus: vt ſcripſi in proœ. legum regia. in fi. probatur hîc, *fraiz & miſes intollerables aux parties litigantes.*

5 Ad hæc per has euocationes retardantur proceſſus, ideo immortales redduntur. l. properandum. nobis viſum eſt, ne lites fiant penè immortales, & vitæ hominum modum excedant, C. de iudic. ibi, *& grand retardement de iuſtice.* aſsignat etiam hæc euenire ex euocationibus, quæ facilè conceduntur, cùm parlamenta in vnam non poſſunt venire ſententiam. ibi *& pourautant que cela.*

6 Præterea vult cautos circuitus abolere. ibi, *& oſter & abolir toutes cauteleuſes voyes,* & hæ etiam rationes recitantur in ſequentibus literis, & ſic ex hoc præſumi poteſt contra impetrantem euocationem, quòd iuſtam cauſſam non habeat, quia fugit: & fugiens de iure ſuo diffidere videtur, & ſic non videtur eſſe de iure ſuo bene tutus. d. l. properandum. C. de iudic. quod eſt verū, quando ſine iuſta cauſſa illam petit, alioqui contra.

Euocationē petens præſumitur de iure ſuo diffidere.

7 Quartò Rex per prouiſionem ſequentia ſtatuit, donec aliud ab eo ordinatum fuerit. ibi, *par maniere de prouiſion.* & iſta eſt cautela pro principibus, & parlamentis, aliiſque iudicibus, vt ſi contraria ſtatuant, illis non adſcribatur vitio: quia primò hoc ſtatuunt per prouiſionem, poſteà ſimpliciter: & aliquando primum videtur melius, ſicut conſilium mulierum. de quo in l. filia. C. de inoff. teſta. & c. forus. de verbo. ſignifi. etiam ordinatum fuiſſe ex conſilio magnorum virorum notabilium, & curiarum ſupremarum aſſerit. ibi, *auons par maniere de prouiſion &c.* & ſic eſt neceſſarium principi habere cōſilium, ſi bene regere vult. l. dubium non eſt omnia bene regi, quę conſilio fiunt. C. de repud. & l. humanum. de legib. dixi in proœ. ad leg. reg. ſupr.

Statuens cōtraria quando reprebēdi non poſſit.

8 Quintò dum quis vult obtinere euocationem, oportet quòd conficiat ſupplicationem, in qua omnes cauſſas recuſationum, vel alias iuſtas, quas veras eſſe putat, ſcribat: vt ſuperius in 4. q. dictum extitit. & probatur ibi, *& premierement que les requeſtes tendans &c.*

9 Sextò ſupplicationem pars magiſtro cuidam libellorum porrigat, & cum non exprimatur cui, pars habet optionem. per reg. in alternatiuis eſt electio debitoris., & iſte libellorum magiſter referre debet cauſſam principi, vel cauſſas, ibi, *ſeront raportées par les maiſtres des requeſtes,* ſed ſi pars alteri fortè offerret, & Rex ei reſponderet, idem dicendum eſſet: vt ſuperius. q. 4. dictum extitit, quid in praxi ſeruetur: Nam ſæpius deficientibus libellorum magiſtris, committitur alicui conſiliario magni conſilij, vel alteri cui Rex voluerit.

10 Septimò magiſter libellorum debet Regi partis ſupplicationem referre: & quibuſdam Rex poſteà committit, vt videant, an cauſſæ ſufficientes ſint euocationis habendæ gratia, quæ in ſupplicatione ſcriptæ ſunt, & demum illi referunt opiniones ſuas: an cauſſa ſit euocanda, necne: probatur ibi, *pour en auoir l'aduis d'iceulx, auſquelx les renuoyerons.* & ſic nō ſtatuit quòd debeat remitti

libello

libellorum magiſtris tantùm:ſed poteſt Rex committere magno conſilio,in quo eſt præſes cum magiſtris libellorum, & conſiliariorum: vt dictum extitit ſuprà quæſtione quarta. & olim ſoli cancellario hæ cauſſæ iuſtitiæ referabantur: & is concedebat, vel negabat, nec oportebat adire Regem.

Cauſſæ euocationis probari debent.

11 Octauò habita opinione aliquorum,ſi cauſſæ euocationis conſilio iuſtæ videantur, Rex ſolet reſpondere,quòd ſupplicantes probabunt contenta in ſupplicationibus,ibi,*& ſi apres auoir entendu &c.*quia non ſufficeret dicere,niſi probetur.l.prima.ff.ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur. ideo ſi partes allegent conſanguinitatem,vel affinitatem inter partes & conſiliarios eſſe, oportet quod probent.

Commiſſio iudicibus dirigitur.

12 Nonò quò ad probandum illas cauſſas committetur bailliuis, & ſeneſcallis, ſeu eorum locumtenentibus in partibus degentibus.per l.iudices.& autbent.apud eloquentiſsimum.C.de fide inſtrumen.ibi,*& la commiſſion*, & hoc eſt introductum vt vitentur ſumptus & expenſæ.ſi tamen pars velit ducere magiſtrum libellorum ad inquirendum: hoc ſolet concedi ſumptibus partis requirentis.

Exemplum ſupplicationis dari debet aduerſario.

13 Decimò debet dari etiam aduerſariis ſupplicantis exemplum ſupplicationis: & poterit ipſe aduerſarius probare contenta in ſupplicatione vera non eſſe, ibi, *& ſera ordonné*, ſed non dicitur à quo, intellige per Regem, qui hoc ſtatuit per eius cancellarium: & tunc ſecretarius hoc ſcribere ſolet: quia omnia aduerſario edenda ſunt, quibus quis eſt vſurus. l. prima. §. edenda. ff. de edend.

Probatio ſupplicantis prius fit quàm aduerſarij.

14 Vndecimò probare prius ſupplicans debebit,poſteà aduerſarius eius.ibi, *& fera le requerant premier ſon inquiſition*,Nec ergo fieri debet vno contextu:cùm apponatur tempus,igitur vna non completa,altera inchoari non debet.per l.fin.ff.de fer. Nam qui prior appellat, prior agat. l. qui prior.ff.de iud.& hoc eſt ſtatutum:quia ſi euocans non probet,euocatus non habet aliquid probare:ideo ſtatuitur,vt poſt probationem euocantis,euocatus probet,qui ſi anteà probaret,ſuperfluum eſſet.

Defendētes inquirere quomodo puniantur.

15 Duodecimò defendit curiis parlamentorum,ne iudices de his cauſsis inquirentes impedire habeant,ibi,*& auons defendu &c* quod ſæpius facere ſolebant,quid ſi defendant, mulctari à Rege poterunt: q contra legem, & Regis præceptum venirent: vt plenè ſcripſi in tracta. nomina. quæſtio.19.

16 Decimotertiò præcipit etiam iudicibus,vt inquirere non recuſent, ibi, *& auxdictz iuges de ne refuſer d'icelles faire &c.* qui ſi recuſarent, pœna arbitraria etiam puniendi eſſent, cùm hic non exprimatur: & magna mulcta condemnandi eſſent, quia contra voluntatem Regis,& legem regiam veniunt.vt ſcripſi in d.tractat.nomina quæſt.19.

Domeſtici in euocatione examinari non debent.

17 Decimoquartò prohibet vt non examinentur domeſtici partium:quia domeſtici à teſtimonio repelluntur.l.etiam.C,de teſtib.plenè ſcripſi in tractatu meo.de reproba.& ſalua. teſtium.ibi, *& n'examineront aucun domeſtique &c.* Et ſic debent iurare partes,videlicet, quòd teſtes, quos producunt,non ſunt domeſtici, & teſtes etiam:& hoc additum eſt iuri communi propter euocationis præiudicium: alioqui poſſet obtineri ſemper euocatio, dum probaretur facilè cauſſa per domeſticos.

Exemplum ſupplicationis famam magiſtratus labefactātis dandum.

18 Decimoquintò prouidet quòd quando in aliqua ſupplicatione exprimeretur aliquis caſus labefactans honorem præſidentis, aut conſiliarij curiæ parlamenti:tunc exemplum illius ſupplicationis approbatum & authenticum mittetur ad d. curiam, in qua reſidet præſes, vel conſiliarius,ſed à quo? Reſpon.*par ceulx qui nous bailleront ledict aduis*,vt ſunt magiſtri libellorum, & alij, quos vult Rex ſciſcitari: & iſti procurare debent, vt exemplum authenticum ad illam curiam mittatur,vbi ille agit præſes,vel conſiliarius: & hoc eſt ſtatutum vt ille,cuius fama læditur,ſe defendere poſsit:& nil eo non audito fiat.cap.1.de cauſſa poſſeſsio.Sed ob hoc non debet retardari inquiſitio, ibi, *ſans preiudice ne retardation de la fin contenue en la dicte requeſte.* Item de hoc caſu propoſito contra præſidem,vel conſiliarium,iubet procuratori regio communicari,& ſuper hoc inquiri.vt puniatur is præſes,vel conſiliarius,cuius crimen denũciatum fuit,ſi probetur:& in hoc partes,antequàm crimen contra aliquem magiſtratum opponant,aduertere debent,nec ex leuitate animi procedere,alioqui grauitèr punientur. & idem puto,ſi opponerent contra conſiliarium magni conſilij,vel generalium iuſtitiæ,cùm ſit eadem ratio.

Conſiliarius à quo ſit puniendus.

19 Sed dubitari poſſet,ad quem ſpectat punitio huius præſidis,vel conſiliarij? Reſpon. ad curiam,in qua eſt præpoſitus, vt in rubr. vbi ſenatores vel clariſsimi.l.2. & 3. quod probat Barba. conſil.64.col.5.in fi. in 4. vol. Quæ curia intra tres menſes punire debet dictum delinquentem: alioqui euocat Rex per hunc tex. ad ſuum magnum conſilium punitionem huius conſiliarij delinquentis,vel præſidis, & ſic poſt tres menſes non requiruntur aliæ literæ:quia per hunc tex. euocatio fit:tamen ſolent impetrari literæ,quę continent citationem delinquentis ad conſilium.

20 Decimoſextò ſi inueniatur, quòd pars ſuggillauerit honorem præſidis, vel conſiliarij, & non probauerit,tunc debet puniri.non dicit text.qua pœna,ideo reſeruatur iudicibus arg.l.pen.ff. de effracto.ibi,*auſſi s'il eſtoit &c.ſera condamné à telle reparation,que de raiſon*,& de hoc abundè ſcripſi in tracta.exceptionum,in verſi.ratione iudicis.in 3.diuiſio.

21 Decimoſeptimò factis inquiſitionibus ſuper ſupplicatione euocationis hincinde, ſi cauſſæ

allegatæ

allegatæ probatæ fuerint:& viſum fuerit Regi cauſſam euocare : Rex concedet literas euocationis,ad finem tamen remittendi cauſſam ad proximum parlamentum ibi, *& apres les inquiſitiõs &c..* & ſic poſt euocationem Rex non ſolet cauſſam retinere,poſſet tamen ex cauſſa,ſi vellet.

22 Decimooctauò cauſſa euocata non poteſt retineri,in magno conſilio,vt ibi decidatur, ſed remitti à conſilio debet, niſi de partium conſenſu.ibi, *& non de les retenir en noſtre grand conſeil.* nempe poſſunt partes renunciare priuilegio in fauorem earum introducto.l. ſi quis in conſcribendo.C.de epiſc.& cleric.& de pact.

Conſenſus partium in retentione cauſſæ requiritur.

Nec valebit conſenſus vnius partis : quia hic dicit partium, & pluralis locutio duo ad minus requirit.l.2.ff.de teſtib.& ſi tres,vel quatuor fuerint partes,non valebit cauſſæ retentio, niſi omnes conſentiant:quia indefinita æquipollet vniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de legat.2.capitul. vt circa de electio.in 6. Nam quod omnes tangit, ab omnibus probari debet.per regu.iuris. Nam conſenſus procuratorum valet,niſi expreſſam ſuper hoc poteſtatem habeant.ibi, *& pource que bien ſouuent &c.* nec generalis poteſtas procuratoribus data operari poteſt, quòd procuratores conſentire poſsint,vt cauſſa retineatur:ideo puniendi ſunt tales procuratores conſentientes.ibi, *& ſi voulons &c.* hoc probatur in c.cum olim.primo de offic.deleg.

Item retineri poteſt cauſſa motu proprio principis, quando ipſe proprio motu ex aliqua cauſſa conſilio committeret,vt retineretur.ibi, *ou que par nous &c.*

23 Decimononò conſilium debet cognoſcere,an cauſſæ in ſupplicatione propoſitæ iuſtæ ſint, & admiſsibles,ob quas debeat abſtinere, is qui recuſatus eſt.ibi, *item en iugeant leſdictes cauſes &c.*

24 Vigeſimò regula negatiua eſt, quòd deinceps non reuocabitur cauſſa à Senatu : vbi ſufficiens numerus conſiliariorum non recuſatorum remanebit.ibi, *& ne ſeront aucunes cauſes &c.*

Regula quod euocatio non dabitur ſi alius conſiliariorum numerus ſufficiat.

Sufficientem numerum taxat,ſi viginti remaneant in parlamento Pariſien. Tholoſ. Burdegal. Rotoma. in aliis verò parlamentis duodecim ſufficiunt, videlicet in parlamento Diuionen. & Aquen.hodie,quia vbiq; eſt ſufficiens numerus cõſiliariorũ,vix iſta euocatio ob hoc conceditur.

25 Vigeſimoprimò euocatio proponi poteſt principi, quando cauſſa agitur contra præſidem nomine proprio,aut curiæ conſiliarium,vel contra vxores illorum,vel filiorum, vel fratrum : & tunc Rex promittit ſe prouiſurũ,habendo rationem ad ſuſpectos & fauorabiles : qui ſi in maiori parte reperiantur,cauſſa remittetur ad proximum parlamentum.nam qui iuriſdictioni præſunt, non poſſunt ſibi ius dicere,neque liberis.l.qui iuriſdictionis.ff.de iuriſd.omnium.iud. alioqui in illa curia cauſſa decidetur ſuſpectis reiectis.ibi, *toutesfoys ou leſdictz proces &c.*

26 Vigeſimoſecundò ſi cauſſa ſit in curia parlamẽti conteſtata,vel habita pro conteſtata : quæ tunc in cauſſa appellationis habetur pro conteſtata: quando in ea eſt concluſum,bene iudicatũ vel malè:non poterit poſteà impetrari euocatio:tamen huic legi derogatur ſæpius:ſed oportet facere mentionẽ in literis:vt ſuperius dixi,per ea quæ docto.tradunt in ca.ſuper literis.de reſcript. niſi cauſſæ recuſationis,de nono venerint ad ſuam notitiam:& hoc pars iurauerit,ibi, *& apres que aucune partie.* facit text.in c.paſtoralis.de except.

Euocatio poſt conteſtationem prohibetur.

27 Vigeſimotertiò in criminalibus nõ fit euocatio.ibi, *& quant aux matieres criminelles,* ſed ſi ſuſpecti ſint conſiliarij illius parlamenti princeps committet cauſſam illam decem viris,qui iudicabunt illic,& decident cauſſam illius ſine appellatione,cum à principe ad hoc deputati ſint.per c. paſtoralis.de appellat.nam fortè ſi delinquentes aliò ducerentur, euadere poſſent, etiam multæ expenſæ,& litis anfractus eſſent,etiam probationes in loco criminis facilius habentur.

Euocatio in criminibus prohibetur.

28 Vigeſimoquartò prouidet Rex in illum caſum,quando pars non probauit:vel pars aduerſa contrarium probauit:tunc pars quæ ſupplicauit,condemnari ad mulctam Regi debet.ibi, *& s'il eſt trouué &c.* Et ideo Regi condemnatur : quia Regem offendit,qui falſum coram eo proponit, vel fraudem,ob id in mulctam ſolet condemnari.l.nullum.C.de teſtib.item ad expenſas condemnari parti debet.iuxta l.properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iudic.

Condemnatur pars cauſſas non probans.

Prætereà debet cõdemnari ad mulctã parti adiudicandã pro qualitate proceſſus, & expenſarũ partẽ;hæc in sũma eliciũtur ex his regiis cõſtitutionibus:ipſas perlege, & videbis eas elucidatas.

Articulus tertius.

FRançoys par la grace de Dieu Roy de France : A tous preſens & aduenir,ſalut. Comme pour obuier aux abuz & calumnies dont pluſieurs plaidoyants auoyent accouſtumé vſer pour vexer & moleſter leurs parties,& les cõſtituer en fraiz,& miſes inſuportables,retarder le iugement des proces,& les rendre immortelz par le moyen des interdictions & euocations qu'ilz obtenoyent,en propoſant cauſes de recuſations procurées & procedans de leur faict,dol,& coulpe,& autrement inadmiſſibles,ſuppoſant conſanguinitez,affinitez & amitiez contre les Preſidents & Conſeilliers de noz cours de Parlement: Euſſions par l'aduis des gens de noſtre conſeil priué, decerné noſtre edict,& ordonnãce au lieu de la Bourdeſiere le dixhuictieſme de May,mil cinq cens vingtneuf,lequel edict auroit eſté leu,publié & enregiſtré en noſdictes cours

de Parlement, neantmoins comme aucuns d'icelles noſdictes cours nous ont faict dire & remonſtrer iceluy edict n'eſtre gardé ny obſerué. Auſsi par iceluy n'eſt ſuffiſamment pourueu es cauteles, & inuentions des pourſuiuants interdictions & euocations tellement que à preſent pluſieurs noz ſubiects ſont autant ou plus trauaillez au moyen des dictes euocations, qu'au parauant noſtre dict edict. Et outre combien qu'il ne ſoit loyſible tant par diſpoſition de droict, & ordonnance de nous & de noz predeceſſeurs, impugner les arreſts de noſdictes cours ſouueraines, autrement que par propoſition d'erreur, & en gardant les ſolennitez requiſes: neantmoins puis quelque temps aucuns ont trouué moyen d'obtenir lettres pour eſtre receus à alleguer nullitez, giefs & cōtrarietez cōtre pluſieurs arreſts de noſdictes cours. A quoy ont eſté receus, & par ceſte voye ont tenu l'execution de pluſieurs arreſts en ſuſpend, & ſur la verification deſdictes nullitez & contrarietez d'arreſts la procedure ha eſté quelque foys plus longue & de plus grand miſe en noſtre grand conſeil, que la principale inſtance, & pour faire droict deſdictes nullitez & contrarietez d'arreſts, font apporter toutes les pieces, & productions deſdicts principaux procez, & iceux font reuoir comme ſi c'eſtoit vne voye d'appel, qui eſt rendre tous leſdicts arreſts illuſoires, & ſans effect, & conſumer en fraiz ceux qui les auoyēt obtenuz à leur prouffit, vexatiō & charge a noz ſubiects inſupportables. Sauoir faiſons que nous deſirās ſur toutes choſes le ſoulagemēt de noz ſubiects, & les releuer de indues & iniques vexations, extirper tous moyens & voyes, par leſquelles l'expedition de iuſtice peut eſtre retardee, & mettre fin aux procez & differents d'entre noſdicts ſubiects le plus briefuement & promptemēt qu'il ſera poſsible. Auōs par edict, ſtatut, ordōnance, perpetuelz & irreuocables de noſtre certaine ſcience, pleine puiſſance & auctorite Royal ſtatué & ordonné, ſtatuons & ordonnons, voulons, & nous plaiſt, que noſtre edict, faict audict lieu de la Bourdeſiere, dont le vidimus eſt cy attache ſoubz le cōtreſeel de noſtre chancelerie, ſoit garde, ſuyui & entretenu ſelō la forme & teneur. Et outre que ceux qui à l'aduenir preſenteront requeſte pour euoquer proces pendant en noſdictes cours, pour raiſon des ſuſpections & allegations fondees ſur conſanguinitez, affinitez et amitiez, et que aucūs des preſidents et cōſeilliers d'icelles font leur propre faict des proces qu'ilz pretendent faire euoquer, declaireront ſpecialement les degrez de conſanguinité, & affinité, actes & moyens d'amitié, & quel effet ou pourchas ledict preſident ou cōſeillier aura faict pour le ſupport & faueur de la cauſe, & au moyen deſquelles ilz pretendent & maintiennent ledict preſident ou conſeillier en faire ſon propre faict, & que noz amez & feaux les gens tenans noſtre grand conſeil ou autres à qui le iugement & cognoiſſance des dictes requeſtes ſera renuoyé, cotteront en leur aduis ſpecialement, & approuueront les faicts & articles ſur leſquels ils entendent que les euocants informent, pourront les euoquer, informer au contraire, & auſsi les parties bailler reproches ſi bon leur ſemble, contre les teſmoings ouys & examinez eſdictes informations, & enqueſtes. Sur leſquelles ledict commiſſaire ſera tenu oyr & interroguer par ſerment, le teſmoing reproché, & inſerer la reſponce & ſa depoſition, & s'ilz ſont admiſsibles, & non confeſſez par leſdicts teſmoings, les parties ſeront receues en noſtre dict grand conſeil à les verifier promptement & ſans delay par lettres & productions, & non autrement. Et où aucune interdiction ou euocation ſeroit à l'aduenir octroyee

par

par l'aduis des gents de noſtrediƈt grand conſeil ou autres par nous à ce commiz, contre la teneur du diƈt ediƈt de la Bourdeſiere, & de ceſte preſente noſtre ordonnance, la declairons deſapreſent de nul effeƈt & valeur, & auons expreſſement prohibe et defendu, que aucun procureur ne ſoit receu à preſenter requeſte pour euoquer ne interdire noſdiƈtes cours, ou conſentir que aucun procez ſoit retenu en noſtre diƈt grand conſeil, s'il n'ha procuration expreſſe & ſpeciale pour ce faire, et ou les pourſuyuants euocation ou interdiƈtion propoſeroyent par leurs requeſtes aucunes recuſations friuoles, impertinentes, confuſes et generales, voulons qu'ilz en ſoyent ſur le champ deboutez & condamnez en trente liures Pariſis d'amende enuers nous, et où ilz allegueront recuſations ſuffiſantes et legitimes, et ſeront receus à informer, & ne les prouueront deüement, voulons qu'ilz ſoyent condamnez en amende entiere de ſoixante liures Pariſis, & outre ſoyent condamnez es deſpens, dommages et intereſts enuers leurs parties euoquees, & en plus grand amende arbitraire, ſi la matiere eſt à ce diſpoſee, ayant egard a la qualite des perſones, & cauſes, fraiz et miſes qu'ilz auroĩt ſouffert, et que à faire leſdiƈtes preuues ne ſera baille qu'vn ſeul delay, ſi ce n'eſt pour treſgrande et vrgente cauſe, qui ſera exprimee. Et outre attendu que les moyens de nullité & contrarieté d'arreſts peuuent eſtre comprins ſoubz la propoſition d'erreur, auons auſſi par ediƈt, ſtatut et ordonnance perpetuelz & irreuocables de noſtrediƈte certaine ſcience, pleine puiſſance & auƈtorité Royal, ſtatué, declaré, ordonné, ſtatuons declarons et ordonnons, que à l'aduenir nul ne ſera receu à cõtreuenir aux arreſts de noſdiƈtes cours de parlement, et autres cours ſouueraines par voye de nullité & contrariete d'arreſts. Ains ſe pouruoyront par propoſition d'erreur, en gardant les ſolennitez requiſes par noz ordonnances & de noz predeceſſeurs, et dans le temps à ce prefix en cas ou par noz ordonnances y ha lieu de propoſition d'erreur, et ou aucune contrariete ou nullité ſeroyent propoſez contre les arreſts donnez es matieres beneficiales ou poſſeſſoires ou autres, ou propoſition d'erreur ne doibt eſtre receue, les parties ſe pouruoyront par requeſte en ladiƈte court où l'arreſt aura eſté donné, pour faire interpreter & declairer, lequel des arreſts que les parties pretendent eſtre cõtraire, ſera executé, faire droiƈt ſur la nullite, et autrement pourueoir par la diƈte, comme il appartiendra par raiſon. Et neantmoins ordonnons que où en noſtre diƈt grand conſeil y auroyt aucuns procez pendans et indecis pour raiſon de nullité ou contrariete d'arreſts, pretendue par les parties qu'ilz ſoyent renuoyez en icelles noſdiƈtes cours où ilz auront eſte iugez, et leſquelz deſapreſent nous y auons renuoye & renuoyons, & en auons interdiƈt & defendu, interdiſons & defendons à noſtre diƈt grand conſeil toute court, iuridiƈtion & congnoiſſance.

SI donnons en mandement à noz amez & feaux conſelliers les gens tenants noz cours & parlement, grand conſeil, baillifz, ſeneſchaux, & à tous noz autres iuſticiers, officiers, ou leurs lieutenans, & chaſcun d'eux ſi comme a luy appartiendra, que iceux noſdiƈts ediƈt, ſtatut & ordonnance ilz facent lire, publier & enregiſtrer, garder, obſeruer, & entretenir de poinƈt en poinƈt ſelon leur forme & teneur, ſans faire ne ſouffrir eſtre faiƈt aucune choſe direƈtement ou indireƈtement au cõtraire, en quelque maniere que ce ſoit. Car tel eſt noſtre plaiſir & vouloir, nonobſtant quelconques ediƈts, ſtatuz, ordõnances, reſtriƈtions, mãdements,

defenſes,& lettres à ce cõtraires, à quoy quãt à ce, nous auõs derogé & derogeõs. Et affin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, nous auõs fait mettre noſtre séel à ceſdictes preſentes, ſauf en autres choſes noſtre droict, & l'autruy en toutes. Donné à Chantelou, au moys de Mars, l'an de grace mil cinq cẽs quarentecinq. Et de noſtre regne le trẽtedeuxieſme. Ainſi ſigné ſur le repli. Par le Roy en ſon cõſeil. De Neufuille. Lecta publicata & regiſtrata audito procuratore generali Regis hoc requirẽte, Pariſiis, in parlamento prima die Aprilis. Anno domini milleſimo quingẽteſimo quadrageſimoquinto ante Paſcha. Ainſi ſigné, Du Tillet.

Collation eſt faicte à l'original rendu à maiſtre Geoffroy de la Chaſſaigne, Preſident au parlement de Bourdeaux. Du Tillet.

IN hoc ſecundo edicto recitantur ferè rationes conceſsionis primi, & cauſſæ ob quas impetrantur euocationes, & mala quæ inde oriebantur.

Secundò recitat Rex, quòd licet contra areſta quis venire non poſsit, niſi per ſupplicationem, id eſt per propoſitionẽ erroris: tamen quidam allegauerunt areſtorum nullitatem, grauamina, & contrarietatem inter ipſa areſta, quòd vnum eſſet alteri contrarium, & fuerunt auditi: & ſic areſta ſuſpenſa remanſerunt: & oportuit iterum omnia curiæ acta videre, ac ſi eſſet cauſſa appellationis: vnde ex hoc illuſoria erant areſta, & ſine effectu: quod eſſe non debet. l. ſi prætor. ff. de iud. de hoc abundè dico in tract. meo de ſupp. inferius in fi. & probatur ibi, *& outre combien.*

Tertiò ponuntur rationes, quæ mouent ad faciendum præſens edictum. ibi, *ſçauoir faiſons.* Primò vult ſubiectorum ſubleuamen, & eos releuare indebitis & iniquis vexationibus, & radicitus vult euellere omnes modos, quibus iuſtitia impediri poteſt, & finem litibus imponere cupit: vt imperator in l. properandum. C. de iudic. & Papa. in ca. finem. de dolo. quod eſt valde difficile, quandiu inuoluta erit in cordibus noſtris malicia.

Declarari gradus debent conſanguinitatis & affinitatis, ad impetrandã euocationem. Quomodo gradus cõputatio fieri debeat, uel ſecundũ ius ciuile aut canonicum.

Quartò conſtituit edictum præcedens eſſe cuſtodiendum, & vltra ſtatuit, quòd quicunque deinceps euocationem impetrare voluerit ratione conſanguinitatis, affinitatis, vel amicitiæ, declarare tenebitur gradus conſanguinitatis, aut affinitatis, in quoto gradu eſt is, quem vult recuſare, ibi, *& outre.* ſed iſta numeratio quomodo fieri debet? Reſpon. Secundum ius ciuile: quia recta eſt ipſius computatio. vt l. fi. vbi docto. C. de ſucceſſo. edict. & computatio in iure canonico fit ob matrimonia: ergo in aliis ſequemur iuris ciuilis computationem, teſte Bart. in conſi. 224. An fratres. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 86. de teſta. & Albert. Brun. in tracta. de ſtatutis excludentib. fœminas. art. 12. q. 21.

Et ſi alleget preſidem, vel conſiliarium affectionem habere tanquam in proprio facto: tunc oportet quòd declaret factum, in quo oſtendit, & in ſpecie: vt abundè ſcripſi in tracta. de reſtitu. & releua. artic. 1.

Et conſiliarij magni cõſilij debent in eorũ opinionibus declarare, & præcidere ſuper quo facto pars inquirere debeat, ne in incerto vagetur: vt ibi dicitur. *& que noz amez, & feaux les gẽs &c.*

Quintò annullat omnes euocationes, quæ deinceps concedentur contra tenorem illorum edictorũ, nullas & irritas & nullius effectus, & roboris. ibi, *& ou aucune interdiction, ou euocation &c.*

Sextò prohibet, ne procuratores ſine ſpeciali mandato ſupplicationem porrigant ad cauſſam euocandam, vel ad interdicendum cauſſam parlamentis, vel ad conſentiendum, vt in conſilio retineantur. ibi, *& auons expreſſement prohibé &c.* & in ſuperiori artic. hoc fuit deciſum.

Pars cauſſas euocationis habendæ gratia, friuolas proponens quomodo puniatur.

Septimò ſtatuit, ꝙ quando partes in ſupplicatione euocationis cauſſas friuolas, & recuſationes impertinentes, confuſas, & generales expreſſerint, vt ex tempore ſine alia probatione reiiciantur à petitione, & condemnentur ad triginta libras Regi applicandas. ibi, *& ou les pourſuiuans &c.* nihil dicit de condemnatione expenſarum parti facienda: quia adhuc pars aduerſa nullas fecit expẽſas, quia nõ fuit euocata, ſed tãtùm Regi ſupplicatio porrecta, ob id nihil hîc de illis expreſsit.

Si verò propoſuerint in ſupplicatione cauſſas iuſtas, & eas non probauerint, vult vt in emẽda ſexaginta librarum Pariſien. condemnentur: quæ Regi applicantur, & debet vlterius pars condemnari parti in expenſis, damnis, & intereſſe, & in emenda etiam maiori: ſi cauſſa & eius qualitas hoc requirat.

Et quòd vna tantùm dilatio dabitur ad probandas dictas cauſſas: niſi cauſſa ſe offerat, quæ exprimetur, alia in his literis ſcripta in tract. de ſupplica. diſcutientur, vbi materia melius congruit.

Articulus quartus.

EDICT QVE LE GRAND CONSEIL SEVL PEVT COGNOISTRE DES FORCES, PILLERIES, & excez commis ſur les fruictz des benefices, & ſont euoquez tous les proces pendans ailleurs ſur ce audict grand conſeil.

Fra=

FRançoys par la grace de Dieu Roy de France. A tous les bailliſz ſeneſchaulz, preuoſtz, iuges, & autres officiers de noſtre Royaume ou leurs lieutenans Salut. Comme pluſieurs grãdes plainctes & doleances nous ayent eſté & ſoyent eſté faictes ſouuentesfois, que lors qu'il aduient la vacation d'aucuns eueſchez, abbayes, prieurez, preuoſtez, archidiaconies, cures, & autres benefices, ou qu'il aduient que leſdictz benefices tombent en litige, pluſieurs perſonnes tant gentilzhomes que autres de leur authorité priuée & indue, & en enfraignant noz ordonnances, ſe ſont mis et mettent eſdicts benefices, prennent, rauiſſent, & emportent les biens meubles, fructz, & reuenuz d'iceux les mangent, gaſtent, et deperiſſent & prophanent les lieux ſacrez, en grãd meſpris, contempt, & irreuerence de Dieu noſtre createur, de nous, & de iuſtice: & pour coulorer leſdictes maudictes & dãnées pilleries, rauiſſements, gaſtemẽts, & perdent les biens deſdits benefices qui ſont deſdiez & doyuent eſtre employez au ſeruice de Dieu, aliments des pauures, reparations des egliſes, & edifices, & autres œuures charitables, donnent à entendre contre verité qu'il a quelque autre qu'ilz ſuppoſent dont ilz ſe aduoüent qui pretend droict eſdictz benefices, iaçoit qu'il n'y ait aucun droict, ne titre. Et ſoubz ceſte couleur ſe tiennent ſaiſis des maiſons & places deſdicts benefices, pillent & rauiſſent les biens qui y ſont tant es egliſes, que maiſons, & fermes d'iceux, où ilz ſe fortifient, & mettent hors ceux qu'ilz y treuuent, baſtent, & mutilent les gens d'Egliſe qui ſont ordonnez pour faire le diuin ſeruice: & ſi ne veulẽt tolerer ne ſouffrir que ceux auſquelz appartiennent iceux benefices, les puiſſent bailler à ferme à leur prouffit. Ains pour la contraincte d'eux, il n'y a perſonne qui oſe mettre à pris, n'encherir le reuenu deſdictz benefices, ſont & commettent pluſieurs autres maux, pilleries, ſacrileges, forces, violences, excés & oultraiges, & menent eſdictes egliſes, & maiſons vie diſſolue, & ſcandaleuſe, infame, & deshonneſte. Et d'auantage ſont rebelles & deſobeiſſans aux arreſtz, ſentences, et iugements, qui ſont faictz, & donnez cõtre eux, pour vuyder deſdicts lieux: tellement que leſdictes gents d'Egliſe auſquelz appartiennent leſdictz benefices, n'ont peu, ne peuuent faire le diuin ſeruice ne faire les dons & aumoſnes qui ſont tenuz de faire, à cauſe deſdicts benefices, au grãd ſcandale deſdictes egliſes, qui touchent l'honneur de Dieu deſdictes gents d'Egliſe, & generalement de la choſe publique. Et plus ſeroit, ſi par nous n'y eſtoit pourueu. Sauoir faiſons, que nous ce conſideré, ne voulons telles voyes & façons de faire, auoir lieu: ains deſirans de tout noſtre cueur eſtre à ce mis & donne ordre, & prouiſion de iuſtice, & punition eſtre faicte de telz malfaicteurs, en maniere que tous les autres y prennent exemple. Vous mandons & cõmettons par ces preſentes: & à chacũ de vous en ſon regard, pouuoir et iuridictiõ, que vous faictes faire expreſſes inhibitiõs, & deſenſes de par nous ſur certaines & grãdes peines a nous appliquer à toutes gẽs lais ſoyent nobles, ou autres, de quelque qualité qu'ils ſoyent, à ſon de trõpe & cry public, que auxdictz benefices paiſibles, ou que ſoyent litigieux, en quelque lieu que ce ſoit de noz royaumes, païs, & ſeigneuries, ils n'ayent a eux aucunement mettre ne entremettre, ne es egliſes, maiſõs, & edifices, rentes, & reuenuz d'iceux, ſans authorite prealable de nous, ou de iuſtice: & neãtmoins à la requeſte de noz procureurs, auſquelz chacũ en ſon endroict vous mãdõs et ordõnõs treſexpreſſemẽt ſur le deu et deuoir de leurs offices

faire pourſuite deſdictes matieres, vous informez bien & deüement de & ſur leſdictes forces, violances, pilleries, rauiſſemens, battures, mutilations, rebellions & deſobeiſſances à iuſtice & autres crimes, & delictz & malifices commis, & perpetrez par leſdictz perſonnaiges, leurs alliez, & complices eſdictz benefices, egliſes, maiſons, edifices, rentes, & reuenuz d'iceux, que pluſpart vous ſeront baillees par eſcript & declarations, ſi meſtier eſt. Et contre ceux qui par information deüement faicte, ou à faire, ou autrement deüement vous trouuez chargez coulpables, procedez ou faictes proceder par adiournemens perſonnelz en perſonne, ſi les pouuez trouuer, ou à ſon de trompe & cri public es lieux accouſtumez pour comparoir en perſonne à troys briefz iours en noſtre grand conſeil, ſur peine de banniſſement de noſtre Royaume, et d'eſtre attainctz et conuaincuz des cas et crimes à eux impoſez, pour illec reſpondre à noſtre procureur general en noſtre grand conſeil, à telles fins & concluſions qu'il voudra contre eulx prendre, & eslire, & y eſtre procedé comme de raiſon. Neantmoins prenez, ſaiſiſſez, & mettez en noſtre main par bon & loyal inuentaire tous & chacuns les biens tant meubles que immeubles deſdictz delinquans, & ſoubz iceluy les faictes regir & gouuerner par bons & ſuffiſans commiſſaires, qui en puiſſent & ſachent reſpondre & rendre bon compte & reliqua, quād & à qui il appartiendra le tout, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelzconques faictes ou à faire & ſans preiudice d'icelles, pour leſquelles ne voulons quant à ce eſtre differé, auſquelz gens de noſtre dict grand conſeil nous mandons, & pource que leſdits crimes & delitz ont eſté & ſont cōmis en pluſieurs lieux, de noz royaume, pays, terres ſeigneuries, & en diuers reſſortz, de noz cours de parlemens. Et que deſirons iceux faire ceſſer et promptement punir & corriger, & eſtre informez des noms & ſurnōs deſdictz delinquans & coulpables commettons, ordonnons, et enioignons, que ilz cognoiſſent, iugent, decident, et determinent deſdictz crimes, et y facent & adminiſtrent telle & ſi briefue iuſtice, que ce ſoit exēple à tous autres. Et laquelle cognoiſſance, iugement et deciſion leur auons commiſe et ordonnée, commettons et ordonnons de noſtre certeine ſcience propre mouuement, pleine puiſſance & authorité royale pour les cauſes deſſuſdictes, et autres à ce nous mouuās par ceſdictes preſentes. Et en outre auons euoqué & euoquons par ces meſmes preſentes par deuant vous, et les gens de noſtredict grand conſeil, tous et chacuns les proces meuz depuis quatre ans en ça, par toutes les cours, et iuriſdictions de noſtre royaume, pour raiſon et à cauſe des matieres deſſuſdictes, pour y eſtre iugez, decidez, et determinez ainſi que raiſon. Et voulons ceſdictes preſentes eſtre ſignifiées par le premier des huiſsiers de noſtre grand conſeil, de noſtre cour de parlement ou autre noſtre ſergent ſur ce requis aux iuges & parties qu'il appartiendra. Et leur donnant, ſi beſoin eſt, aſsignation en noſtre dict conſeil à certain iour. Et leur faiſant expreſſes inhibitions, & defenſes de par nous ſur certaines et grandes peines à nous appliquer, aſçauoir auſdictz iuges et lieutenans de non entreprendre aucune cour, iuriſdiction, ne cognoiſſance des matieres cy deſſus mentionnées. Et laquelle leur auons interdicte et defendue, interdiſons, et defendons par ces preſentes, et auxdictes parties de n'en faire pourſuite ailleurs, qu'en noſtredict grand conſeil, en certifiant ſuffiſamment iceluy noſtredict grand conſeil par noſtredict huiſsier ou ſergent de ce que fait il aura ſur ce.

Car

Car ainſi nous plaiſt il eſtre faict, de ce faire vous donnons, & à chacun de vous endroict ſoi, plein pouuoir, autorité, commiſſion, & mandement eſpecial mandons & commandons à tous noz iuſticiers, officiers, & ſubiectz, qu'auons commis & deputez, & à noſtredit huiſſier ou ſergent en ce faiſant obeiſſent & entendent diligemment, preſtent & donnent conſeil, confort, aide, ſecours, main forte, & priſons, ſi meſtier eſt, & requis en ſont.

Donné à Paris le dixieſme de May l'an de grace mil cinq cens trente vn. & de noſtre regne le dixſeptieſme.

Ainſi, ſigné par le Roy en ſon conſeil, Guidon, & ſeelé à ſimple queue en cire iaulne, & ſur le reply eſt eſcript ce qui s'enſuit, Lecta, publicata, & regiſtrata.

IN hoc edicto multæ deſcribuntur rationes conſtitutionis: ſed omnes iſtæ rationes tolli poſſunt, ſi exerceatur iuſtitia in locis vbi beneficia ſita ſunt, & ibi poteſt melius delictum ſciri, & puniri, quàm in alio loco: quia ibi quis eſt puniendus, vbi deliquit. l. 1. & authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oporteat: & tamen in conſilio magno fiebat horum exceſſuum cognitio, contra rubri. de cauſsis, in concorda. & ſi pars nõ erat potens, non valebat adiri magnum Regis conſilium. & ſic inultum remanebat facinus: quia ordinarij iudices cognoſcere non poterant: ob id crimina impunita remanebant, & tamen reipub. intereſt, vt puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. quamobrem hoc edictum reuocatum fuit per edictum ſequens: & cauſſa remiſſa ad iudices ordinarios prout de iure.

AVTRE EDICT REVOCATOIRE DE LA IVRISDICTION DONNEE AV GRAND CONSEIL sur les exces commis és benefices, enſemble du tiltre des hoſpitaux & aumoſneries: laquelle cognoiſſance eſt laiſſee aux iuges chaçun en ſon reſſort.

Articulus quintus.

FRançoys par la grace de Dieu Roy de Frãce: A tous preſens & aduenir, ſalut. Comme nous euſſions par edict perpetuel & irreuocable attribué aux gens de noſtre grand conſeil la iuriſdiction & cognoiſſance des excez, aſſemblées illicites, & ports d'armes, commiz és benefices de noſtre Royaulme, & des proces meuz & à mouuoir ſur le tiltre, police, & reformation des hoſpitaulx & aulmoſneries de noſtredict Royaulme, diſtribution & reuenu d'iceulx. Et icelle interdicte & defendue à noz courts de Parlements, comme plus à plain eſt contenu es edicts ſur ce faiz & publiez, & nous ayant aucunes de noſdictes cours fait dire & remonſtrer, que ſoubz couleur deſdicts edicts, pluſieurs procez ſur le tiltre & poſſeſſoire deſdicts benefices ont eſté euoqués en noſtre dict grand conſeil, & au moyen de ladicte interdictiõ pluſieurs excez demeurent impuniz, & la reformation de pluſieurs hoſpitaulz & aulmoſneries differées & retardées, dont pourroit aduenir plus grand deſordre, ſi n'y eſtoit pourueu. Sçauoir faiſons que nous deſirants les hoſpitaulx & aulmoſneries de noſtre dict Royaulme eſtre deuëment reiglez & reformez, les reuenuz & aulmoſnes d'iceulx eſtre diſtribuez, ainſi qu'il appartiendra, & qu'il eſt ordonné par les ſaincts conciles & decrets, noz ordonnances, & de noz predeceſſeurs, & que prompte punition & correction ſoit faicte de tous excez qui ſe commettent es benefices, ſupportant en cela le plus qu'il ſera poſſible, noz ſubiects de tous fraiz, deſpens & vexations indeuës par aduis & deliberations des gens de noſtre conſeil priué. Auons de noſtre certaine ſcience, pleine puiſſance & authorité Royal, reuoqué & reuoquons leſdicts edicts, voulons, & nous plaiſt que noſdictes cours de

parlements, baillifz, ſeneſchaulx et aultres noz iuges chaſcun en ſon reſſort decret & iuriſdiction ſoit par appel ou en premier inſtance, ayent l'entiere cognoiſſance et iuriſdiction deſdicts excez commiz es dicts benefices, enſemble du tiltre deſdicts hoſpitaulx et aulmoſneries diſtributions des fruicts et reuenu d'iceulx, comme ilz auoyent ou pourroyent auoir au parauant leſdictz edicts et publication, & laquelle cognoiſſance nous auons interdicte & defendue, interdiſons & defendons a noſtre dict grand conſeil.

SI DONNONS en mandement à noz amez & feaux les gens tenants noz cours de Parlement, baillifz, ſeneſchaulx, & aultres noz iuſticiers & officiers ou leurs lieutenants, et chaſcun d'eulx ſi comme à luy appartiendra, que noz preſents edicts & ordonnances ilz entretiennent, gardent et obſeruent de poinct en poinct, ſelon ſa forme & teneur, facent entretenir garder et obſeruer inuiolablemēt, lire, publier & enregiſtrer, où beſoing ſera, ſans aller ne venir, ou ſouffrir aller ou venir directement ou indirectemēt au contraire. Mandons en oultre au premier huiſſier de noz cours de Parlement ou ſergent, ſur ce requis, ſignifier noz preſents edict & ordonnance à noz amez & feaulx les gens de noſtredict grand conſeil, & autres qu'il appartiendra car tel eſt noſtre plaiſir nonobſtants, leſdits edicts, & quelconques derogations, reſtrictions y opposées, & toutes autres ordonnances ſtatuts & lettres à ce contraires. Et affin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, nous auons fait mettre noſtre ſéel à ceſdictes preſentes.

Donné a Chantelou au moys de Mars, l'an de grace mil cinq cents quarantecinq. Et de noſtre regne le trentedeuxieſme.

Ainſi ſigné, ſur le reply, Par le Roy en ſon conſeil. De Neufuille.

Lecta & publicata, & regiſtrata audito procuratore generali Regis hoc requirente, Pariſiis in parlamento, prima die Aprilis. Anno domini milleſimo quingenteſimoquadrageſimoquinto ante paſcha. Ainſi ſigné, Du Tillet.

Collation eſt faicte a l'original rendu à maiſtre Geoffroy de la Chaſſagne Preſident au parlement de Bordeaulx. Du Tillet.

HOc edictum reuocat quod ſuperiori edicto ſtatuerat, & ea facilitate, qua aliquid fieri ſolet, ita deſtrui: vnde dicit Bald. in l. quoniam. per illum text. C. de ſecund. nupt. corrigens corrigitur, & ad priſtinum ſtatum ius reducitur. Alia (lector beneuole) hic non addam, ſed ſupplicationum materiam excipiam, poſtquàm de his gratias egero Deo omnipotenti, & beatæ virgini Mariæ: qui me ad finem vſque direxit, & iſta ſcribere impulit, & dedit. Laus Deo.

FINIS.

Spes mea Chriſtus.

D. IOAN.

D. IOANNI ALESMIO, VTRIVSQVE IVRIS COGNITIONE CLARO, AC SENATORI IN BVRDEGAL. Senatu egregio, Petrus Rebuffus S.

A eſt vis amicitiæ (Senator ampliſſime) vt non modò conſiliorum, inſtituti eos velit eſſe participes, quos habet coniunctos, ſed etiam actionum indices, & διαιτητάς, reliquarumq́ rerum ſocios: quapropter præclarè à veteribus dictum eſt, τὰ τῶν φίλων κοινά. itaque cum in conſtitutiones regias quædam ὑπομνήματα, ſeu commentaria conſcribere decreuiſſem, meamq́ tibi aliquando expoſuiſſem ſententiã, laudaſti tu quidem inſtitutum: quæ res eò magis animum ad id accendit, quò à viro amico & probatiſſimo probari intellexi: & vehementius ſtudioſiusq́ elaboraui, & tandem partem ſubſcepti operis abſolui: quam lubenter tibi legendam dediſſem, cenſuram tuam velut amici viri atque perſpicaciſſimi valde deſiderans: ſed tui, qui maximo interuallo abeſſes, copiam habere nobis non contigit: vtcunque tamen ſit, quia alijs noſtris amicis grauiſſimis ſanè viris ita viſum eſt, edidimus, & inter eos, quibus dicauimus, te connumerauimus, noſtrumq́ opus mihi tecum commune eſſe volui, ne hominis amici oblitus viderer. Nec dubito, quin feliciter ſuccedat, ſi à te probatum intellexero: nec enim eſt, quod ſolidius vllum maiorisque ſolertiæ iudicium, quàm tuum deſiderem, cum politicis in rebus iureq́ ſis conſultiſſimus, encyclopediam teneas, latina denique & græca facundia politiſſimus, vt multò reconditioris doctrinæ te idoneum cenſorem & arbitrum cõſtituere deſiderarem. Intereà tamen dum maiora molimur, tibi hæc offerimus. Nec hæc mihi viſa ſunt contemnenda: etenim ea ſemper mens noſtra fuit, vt conſtitutiones principum noſtrorum hactenus à noſtris neglectas, nulloq́ ordine coaceruatas in rectam dilucidamq́ titulorum ſeriem digererem, atque deinde noſtras ſubnecteremus commentationes, vt rudibus praxeos forenſis (quæ ex his tota proficiſcitur) pro virili conſuleremus, & quæ multis annis longoq́ vſu comparauerimus ipſi velut breui manu tradita breui tempore diſcant, ſimulq́ doctis viam aperiremus (aut certè inuitaremus) vt in cõmune afferentes, quæ in foro conſeneſcentes didiciſſent iuuentuti conferrent. Nec enim eſt cur aut quæſtum captantes, aut inuidentes ſua denegent, cum & illiberale ſit & inhumanum. Quid eſt denique cur tantopere Galli aliena amplectamur, noſtra verò aſpernemur? conſcripta extant infinita propè volumina tàm Gallorum, quàm aliorum in leges Romanorum, & quotidie augetur numerus, nemo tamen ad noſtra iſta ſtylum admouet, cùm videatur multò vtilius, & magis neceſſarium, quòd his multa, vel derogata, vel addita ſit illi veteri Romanorum iuri, vel pontificio, aliusq́ nobis cauſſarum tractandarum & ordo, & ratio, & ſanè quotidianus vſus negotiorumq́ varietas in his conſtitutionibus parit non paruam difficultatem, vt interpretationem deſiderent, quæ petenda eſt partim ab vtriusq́ iuris intimis partibus, partim ex formulis proprijs cuiusq́ iudicij, & fori (quas ſtylum dicimus) quæ omnia inter ſe conferenda, vel, ſi diſsidere videantur, conciliãda. Nec minus elaborandum videtur, quàm in interpretationibus legum Pandectarum elaborarunt earum interpretes, moderatius tamen & modeſtiori tractatu & ſtylo quàm illi: ne inanibus quæſtiunculis & diſputationibus non neceſſarijs (quæ immenſam librorum multitudinem nobis pepererunt) occupetur iuuentus hæc, ideo à te quia meam aliquando tibi expoſitam ſententiam, & à te laudatam repetere & confirmare cupio: & vt intelligant ſtudioſi quantum cupiam vt proueh antur. Sed vt ad te redeam, hunc, qualiſcunque ſit, tractatum in forenſi quidem iuditio valde neceſſarium, & frequentem, de literis ciuilibus, cùm totus ciuilis ſit à beneuolo animo profectum, eodem accipias rogo, ampliore ſanè vellem honore te afficere, & honorificentiori munere donare: vt & dignitas tua patitur, & eruditio expoſcit, amorq́ erga me tuus, quo me ſemper officiosè es proſecutus, ne ego pari quoque officio deſim. Vale, & nos, vt ſoles, ama.

TRACTATVS

DE LITERIS CIVILIBVS,

SEV, VT PRACTICI DICVNT,

SVB FORMA SVPPLICATIONIS ciuilis imperratis.

Magnæ areſtorum authoritas.

MAgnam ſententiarum, & areſtorum authoritatem atque vim eſſe, nemo eſt qui neſciat (lector beneuole) credit enim princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapiẽtia, ac luce dignitatis ſuę, quàm ipſe foret iudicaturus. ob id vt oculi pupilla, hæc ſenatuſconſulta ſeruari, ac cuſtodiri debent: niſi magna ex cauſſa ſuccurrendũ eſſe princeps arbitratus fuerit: & qua de cauſſa hoc permittatur, inferius abundè Deo authore tractabimus.

Areſtum quid.

1 In primis noſſe oportet, quòd ſententiæ curiarum ſupremarum, quæ areſta vocantur, in hoc tractatu diſcutientur; eſt autem ἀρεστὸν græcè, placitum, teſte Budæo in annotat. in pandect. primis, & ἄρεστος placitus, & gratus dicitur, ac ἀρεσκος eſt blandus, & gratię aucupator, & captator, qui apud omnes gratioſus eſſe cupit, ab omnibusq; gratiam init. Budæ. in commenta. linguæ grecæ. (Vide tamen quæ dico in gl. 2. tract. vt contract. teſta. Gallicis concipiantur verbis. in 2. tomo, horum commentar. vbi dico arreſtum duplici, r, ſcribendum, contra Budæum.) Et in hoc tractatu dicendum eſt. Primò quot modis contra areſta cognoſcatur. Secundò, à quo hæ literæ concedantur. Tertiò, quamobrem inuentæ ſint. Quartò, quis eas impetrare valeat. Quinto, quot requirantur antequàm impetrari poſsint. Sextò, intra quod tempus. Septimò, quæ differentia ſit inter ſupplicationem ciuilem, & erroris propoſitionem. Octauo, quæ differentia ſit inter reſtitutionem, & literas ciuiles, Nonò, quæ contra has opponi poſsint literas: & his ſummatim diſcuſſis, ciuile erit finem imponere. Facit l. 1. §. nunc videamus. ff. de noui oper. nuntia.

Totius operis ſumma.

2 Sciendum eſt quòd literarum generalis appellatio eſt: vt declaraui ſuperius in tractatu de literis obligatorijs, in principio. & quod ius reſcriptum vocat, pragmatici ac vulgus Franciæ appellat literas regias. Et harum quædam literæ ciuiles dicuntur, & rationabiles, argu. l. ſi cui. ff. de ſeruitu. ibi, ciuili modo. & l. cum hic ſtatus. §. j. ibi. & obligatio ſit ciuilis, de donatio. inter vir. & vxo. Aliæ autem literæ inciuiles & irrationabiles vocantur: prout abundè elucidaui in tractat. de reſcriptis & literis regiis, in præfa. iſtæ igitur literæ contra areſtum impetratæ prima videntur facie inciuiles, vt inferius probatur. tamen quia quædam cauſſæ mouere poſſunt principem ad eas cõcedendum, iuxta ſupplicationem partis ciuilem, æquam, & rationi conſonam. Nam ſi vnus forſan litigantium putauerit ſe grauari, habere eum licentiam, legitimam petitionem offerendi inquit. tex. in authen. vt ſponſalitia largit. §. aliud. colla. 9. ob id de his in hoc tractabitur loco: & tunc ſecundum Budęum in forenſ. lites poſtliminio redire dicuntur, quando poſt iudicium iterum cognoſcuntur impetratis codicillis, ſiue id principis placito ſoluto legibus fiat: quod perquam rarum eſt: ſiue id ius & æquum ſuadeat: vt ſi ex falſis authoritatibus iudicatum ſit, vel aliam ob cauſſam idoneam, vt inferius dicetur.

Literæ ciuiles & inciuiles.

Lites poſtliminio quãdo redire dicantur.

Quot modis contra areſta cognoſcatur.

3 Notandum primò eſt quòd contra areſta ſequentibus modis cognoſcitur. Primo per ſupplicationem, quam propoſitionem erroris pragmatici vocant: vt in autent. quæ ſupplicatio. C. de precib. imperato. offeren. de quo inferius abundè ſcripſi in tractat. de ſupplicatio. ſeu errorum propoſitio.

4 Secundò cognoſcitur contra areſtum per has literas in hac forma ciuili (vt inferius explicabitur) impetratas.

Reſtituitur quis contra areſtum.

5 Tertiò per reſtitutionem in integrum, ſi autem minor per areſtum læſus ſit, vel maior abſens reip. cauſſa & non defenſus, tunc literas regias in integrum reſtitutionis contra areſtum petere poterit. cap. ſuſcitata, de in integ. reſtit. l. ſi cauſſa cognita. de tranſact. in quibus pars factum narrabit, & petet à principe reſtitui: & ſi preces veritate nitantur, princeps mandabit eum reſtitui. de his dicam in tracta. de reſtitu. & releuamentis. & hoc probatur inferius *releuemens, ou reſtitutions contre les arreſtz.* & ferè conueniunt cum his literis: quia omnes iſtæ literæ ſic impetratæ generaliter vocantur ciuiles: ſed differentias inferius deſcribam.

Corrigi quãdo areſtum poſſit.

6 Præterea interdum corrigitur areſtum, antequàm ſit publicatum, & partibus traditum: nempe concluſum & factum areſtum præſidi illius claſsis & cameræ tradi ſolet, vt illud ſignet: in quo

ſi videat

ſi videat erratum, conuocabit eos, qui ſic concluſerunt, & errore oſtenſo, ipſi areſtum corrigent,
vt aliàs fuit factum in hac curia anno 1483. die 27. Nouembris. & quotidie iure fieri poteſt. & hoc
probatur in c. qualiter. primo. de accuſatio. vbi ſic ſcribitur, nō pudeat vos errorem veſtrum cor-
rigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores, ſcripſi in ratione dubitandi ad l. quod iuſsit.
ff. de re iudic. & in tracta. de ſupplicat. interdum hæc correctio fit per ſupplicationem partis, in
qua narratur error: ſed hoc ratum eſt.

Reuiſio areſtorum prohibita. Areſtum.

7 Interdum contra areſtum impetrabantur literæ reuiſionis: vt iterum proceſſus ſumptibus
impetrantis reuideretur: ſed anno 1455. die 16. Maij ſenatus eas reiecit literas, quibus mandabatur,
vt interim poſt areſtum reciperetur proceſſus, & videretur: quia aliàs nunquam eſſet litium finis,
& ex areſtis & fine inducerentur aliæ lites: quod improbat iureconſul. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re
iudic. quamuis Imol. dicat per illum text. in cap. primo. de ſequeſtrat. poſſeſ. & fructuum. Papam
retractare poſſe ſententiam, etiam ſine appellatione, licet tranſiuerit in rem iudicatam. allegatur
etiam cap. cùm olim. de dolo. requiritur tamen ad hoc faciendum, quòd aliqua forma adhibea-
tur, quæ hîc præſtituitur. de hac reuiſione loquitur Matthæ. de afflictis in deciſio. Neapol. 231. dicit
regia. & olim etiam in curiis inferioribus iſta materia reuiſionis agitabatur: vt vidi fieri Nemauſi.
contra l. quod iuſsit. ff. de re iudica. quia iudex eſt ſuo functus officio, ergo non poteſt iterum co-
gnoſcere. l. iudex. ff. de re iudic. cap. in literis de offic. delegat.

Literæ recurſus prohibitæ.

8 Vltimò ſolebant homines in iuriſdictione ſenatus Delphinalis degentes, poſt areſtum à ſu-
prema curia larum habere recurſum ad patriæ gubernatorem, & ab eo impetrare literas, quę vo-
cabantur literæ recurſus: ſed quia hoc erat abſurdum, quod à curia ad gubernatorem recurſus ha-
beretur, videlicet à maiori ad minorem, quod eſt prohibitum: etiam non valet ſuper hoc conſue-
tudo, vt glo. ſing. aſſerit. in cap. 2. de conſuetud. in 6. de quo recurſu loquitur Franciſ. Marc. in
deciſ. 118. & ſeq. in 2. parte. & q. 14. & ſeq. & multis aliis in locis. ideo Rex voluit ſenatum vti hoc
iure, vt ab areſto illorum amplius non recurratur ad aliquem, niſi per iſta remedia approbata: quę
ſuperius ſcripſi. gaudeat ergo Delphinalis curia in hoc omnibus aliis curiis Frāciæ ſupremis co-
æquata: aliis frequēter modis non recipitur cognitio contra areſta. ideo illos nunc miſſos facio,
textum legis regiæ amplectens. {Vide tamen ſeptem modos quibus poteſt curia ſuprema in pri-
ma inſtantia cognoſcere in artic. 7. trac. de reſcrip. & literis reg. in 2. tomo horum commenta.}

Françoys. artic. C X X V I I. *des publ.* 1539.

Articulus vnicus.

*Que tous impetrans de lettres royaulx en forme de requeſte ciuile, reliefue-
ment, ou reſtitution contre les arreſtz de noz courts ſouueraines, s'ilz ſont debou-
tez de leurſdites lettres, ilz ſeront condamnés enuers nous en vne amende arbi-
traire, qui ne pourra eſtre moindre que l'ordinaire du fol appel, & en la moitié
moins enuers la partie, & plus grandes, ſi meſtier eſt, ſelon la qualité & mali-
ce des parties.*

GLOSSA PRIMA.

Sola impetratio an & quando ſufficiat.

1 ET ſic videtur, quòd ſola impetratio ſufficiat ad hoc, vt impetrans debeat condemnari ad mulctam hîc ſtatutam, per hunc text. dicentem, *tous impetrans.* Nam impetrare dicitur quis, ex ſola literarum receptione, & confectione cap. 1. & 3. de reſcrip. in 6. contrarium tamen probat iſte text. ibi, *s'ilz ſont deboutez des dictes lettres*, ergo *s'ilz ne ſont deboutez*, non tenebuntur ad pœnam. arg. l. cùm prętor. ff. de iudi. & ſumendo argumentum à contrario, quod eſt in iure validum. in cap. cùm apoſtolica. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap. & l. 1. ff. de offic. eius cui &c.

Nec refragatur d. cap. primum. & 3. de reſcrip. in 6. quia vbi ſola inſpicitur impetratio, tunc
ſiue reſcriptum ſit nullum, & ſiue pars eo vtatur, ſiue non, punietur pars ſola impetrationis ra-
tione, ſed vbicunque non reſpicitur ſola impetratio, vt fit regulariter: tunc impetrās ſine vſu non
punitur: vt eſt text. ſing. iuncta glo. in cle. 1. de reſcript. ſcripſi abunde in concorda. in §. 1. in verbo
grauare. de manda. apoſtol. & ſic ex iſto tex, ſequentia requiruntur. Primò impetratio. & non ſuf-
ficeret ſi literæ dictatæ eſſent, & non impetratæ, per hoc verbum impetrans.

2 Secundò requiritur quòd hæ literæ impetratæ ſint in forma ciuili, ideo ſi inciuiles ſint, fortè ſubreptitiæ, vel falſæ, non dicuntur impetrari in forma ciuili: vt ſequitur, alia inferius dicentur.

Des lettres en forme de requeſte ciuile.

GLOSSA SECVNDA.

Forma ſupplicationis ciuilis ex qua lege eliciatur.

1 HAec literarum forma elicitur ex l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud. vbi ſic dicitur. Marcellus notat, ſi per dolum ſciens falſo aliquid allegauerit, & hoc modo conſecutum eum ſententiam prætori liquidò fuerit approbatum: exiſtimo iudicem debere querelam rei

admitte

admittere. Quæ olim per prætorem fieri ſolebant: hodie ſaltem in Francia principis auxilium impetrandum eſt:vt vides per l.2.in fi.ff.de reb.eorum.ibi ,imperiali beneficio opus eſt:vt ſcripſi in tracta.de reſtit.& releua.& intellectum illius §.Marcellus, docui in interpretationibus meis:ſicut ſolus princeps contra ſententiam procuratorum ſuorum in integrum reſtituere ſolet.l.1. C. vbi & apud quem cognitio,ſic,& contra alia areſta reſtituit,vt hîc.q.2.

2 Et iſtæ literæ dicuntur impetrari in forma ſupplicationis ciuilis, quia legitimæ & ciuiles reputantur,& approbari,&(vt dicunt practici)interinari ſolent,tanquam ciuiles:vnde iureconſ. in l.minor.§.denique.ff.de minorib.inquit ſic, Deniq; Glabrionem Attilium diuus Seuerus & Imperator Antoninus non audierunt,incoloratè reſtitui deſiderantem aduerſus fratrem, poſt ſpeciem in auditorio eorum finitam:& idem Imperator Licinio Frontoni reſcripſit, inſolitum eſſe poſt ſententiam ſuam, ex appellatione dictam, alium in integrum reſtitutionem tribuere, niſi principem:ſed ſi ab imperatore iudex datus cognoſcat,reſtitutio ab alio,niſi à principe, qui iudicem deſtinauit,non fiet,in l.præfecti.ibidem tex.dicit quòd præfecti prætorio ex ſua ſententia in integrum reſtituere poſſunt:de quo ſcripſi in concorda.proœ.in verb.ſummas.

Secūda quæſtio quòd ſolus princeps has cōcedit literas.

3 Itaque ſolutum erit ſecundum dubium, videlicet, quòd ſolus princeps has concedit literas, vel illius cancellariæ,quælibet in ſuo loco,vbi perfectæ ſunt, aliæ autem non admitterentur literæ in hoc regno:vt eſt in ru.*du droict royal*.in ordi.reg.vbi dicam.& iſtæ ſic ſolent dictari.

Forma literarum ciuilium.

4 *Henry &c. A noz amez & feaulx conſeilliers &c. Nous vous enuoyons encloſe ſoubz noſtre contreſel la requeſte ciuile de tel N. Si vous mandons, que ladicte requeſte vous voyez, & viſitez bien, & diligemment,& icelle par vous veuë & viſitée pourueyez audict tel N. ſur le contenu en icelle, de tel remede, ou equité:& grace que verrez au cas appartenir, & que en voz conſciences nous conſeilleriez faire:eu regard à la matiere ſubiecte. Car ainſi &c.* Et ſic primò pars ſupplicat Regi:& Rex reſcribit:vt hîc,vnde patet ex hoc textu,quòd literæ regiæ etiam contra areſtum ciuiles eſſe poſſunt, vtpote ſi dolo aduerſarij latum ſit;vt inferius dicetur, & ſic nullus præter Regem in hoc regno contra areſtum curiæ reſcribere poteſt,ne quidem alia curia ſuprema contra aliam:vt not.in l. 1. C.ne liceat tertio prouocare.

Curiæ ſupremæ recuſante cācellario literas concedunt.

5 Quamuis ea quæ ſunt iuris recuſante etiam cancellario, curia ſumma concedere ſit ſolita, nempe appellationis literas à cancellario recuſatas curia Pariſ. olim conceſsit anno 1417. die 7. Nouembris.& idem anno 1419.die 25.Aprilis, ac anno 1401. die 28.Ianuarij:vt in regiſtris curiæ patet.ſed hodie curiæ ſupremæ deprimuntur à quibuſdam magnis,quia non viriliter,vt olim,reſiſtere audent,ſua contentæ ſorte.

Inuentæ cur ſint literæ ciuiles.

6 Tertiò iſtæ literæ quamobrem inuentæ ſint? Reſpon.propter publicam vtilitatem, publicè enim intereſt, vt ſuum cuilibet ſeruetur.l.iuſtitia.ff.de iuſtit.& iure.& ex bono & æquo concedi debent:quod non fieret,niſi fortè per has literas ciuiles: & ne pars ex dolo ſuo lucretur. cap. ex tenore.in fi.de reſcript.& vt malitiis hominum obuietur.l.in fundo.ff. de rei vend. cap. ſedes.de reſcri.nam per iſtas literas obuiatur his,qui ſubtrahunt ſaccos,vel inſtrumenta partium,& poſteà areſtum fertur pro illis,certè poſteà reſcindetur,vt hîc,quæ amiſsio probatur per areſtum,in quo non ſcribitur.viſo tali inſtrumento:& de aliis ſcribitur, vt ſolet fieri, quod docent iurium interpretes,in authen.ſi quis in aliquo.C.de edend.

Quis iſtas poſſit impetrare literas.

7 Quartò,quis iſtas impetrare literas valeat?Reſpon.is qui dolo partis aduerſę areſto lęſus eſt, dicto §.Marcellus.l.ſi prætor.ff.de iudi. & quamuis appellatio hoc caſu contra areſtum prohibita ſit: hæc tamen doli exceptio, quæ noſcitur contra areſtum, non cenſetur eſſe ſublata, quamuis ſit quædam appellandi ſpecies.l. non diſtinguemus. §.cùm quidam. ff. de arbit.quæ permittitur hîc.

Requiſita ad obtinendum literas ciuiles.

8 Quintò,quæ requirantur ad iſtas obtinendas?Reſpon. Primò requiritur areſtum eſſe prolatum:Nam hæ literæ conceduntur ad annullandum areſtum: ergo oportet quòd prius factum,& prolatum ſit:priuatio enim præſupponit habitum.l.decem.ff. de verborum obligat.§. ſeruus. de capit.diminutio.in inſtitutio.nam illud quod non eſt,caſſari & rumpi non poteſt.cap. ad diſſoluendum.de deſponſa.impuber.& ideo ſi curia concluſiſſet tantùm,non poſſent hæ literæ impetrari:quia non poteſt dici areſtum donec fuerit perfectum.l.penul.C.de his quib.vt indig.

9 Secundò requiritur ſupplicationem à parte porrectā eſſe Regi,probatur in ſimili in authent. quæ ſupplicatio.C.de precib.Imperato.offerend.vel illis quibus à Rege commiſſum fuerit: quia pars corporis Regis ſunt.l.quiſquis.C.ad leg.Iuliam maieſta.& ſic iſtæ literæ cùm ſint iuſtitię,ita à practicis vocantur,& ſolent à quàlibet cancellaria Francię concedi:nec requiritur vt impetrentur à cancellario,& à magna Regis cancellaria.

10 Tertiò conceſſum eſt à principe, vel à cancellaria, vt de hoc iterum cognoſci poſsit. nam poſt areſtum dignoſci de eo amplius non poteſt:quia cognitum eſt l.vna.C.de ſentent. præfect. prætor.l.prima & ſecunda.ff.à quibus appel.non licet.ſed ratione huius conceſsionis à principe, denuo cognoſcetur, & condemnabitur malè impetrans: vt inferius dicetur. vel areſtum retractabitur.

Clauſa ſupplicatiō & atteſtationes mitti debent.

11 Quartò, quòd ſupplicatio clauſa & ſigillata, remittatur ad ſenatum, qui prius iudicauit. & hoc fit,ne fortè pars poſsit illi ſupplicationi addere quicquam,vel detrahere:vnde in literis dicitur: *Nous vous enuoyons encloſe ſoubz noſtre contreſel la requeſte ciuile de tel N. &c.* ſicut dicitur de teſtium depoſitionibus, quæ etiam clauſæ mitti ſolent ad iudicem committentem.in c. cum cauſam.in

ſam.in §.de teſtib.docto.in l.iudices.C.de fide inſtru.& idem in criminalibus ſcribitur.in l.diuus. 2.ff.de cuſtod.reor.

12 Quintò requiritur,vt iſtæ literæ dirigantur illi parlamento,quod indicauit:& tractari in tribunali tria claſſe & magna camera hæ literæ ſolent, nempe in hoc regno literæ regiæ requirentes publicationem & deſcriptionem regulariter ſolent in 2. claſſe & magna parlamentorum camera legi,publicari,& regiſtrari,non verò in aliis cameris:vt vidi.

Literæ regiæ requirentes publicationem in magna camera publicari ſolent.

13 Item literæ regiæ cauſſæ cognitionem continentes, iudicibus regiis, & illius magiſtratibus dirigi communiter ſolent, & non iudicibus baronum, vel aliorum dominorum, ſi verò executionem tantum contineant,apparitoribus & ſeruientibus tantum regiis,ſeu curiarum apparitoribus (quos Galli *huiſsiers* vocant) diriguntur:vt in praxi ſeruari vidi: & ſic fuit pronunciatum in hoc Senatu anno 1517.die 2.Martij:vt ſcripſi plenè in trac.de reſcript.in q.&.reſcripto.

Literæ regiæ magiſtratibus regiis dirigi ſolent.

Sextò,quòd parlamentum videat,& viſitet dictam ſupplicationem:Nam ſicut viſis & cognitis verbis teſtamenti,tranſigi iubet prætor ſuper teſtamento,& non aliàs.in l.de his.ff.de tranſact. ita & Rex in ſuis literis ſic iudicari vult,ideo dicit,*que la dicte requeſte vous voyez, & viſitez, biẽ & diligemment:*quia iudicantem oportet cuncta rimari.c.iudicantem.30.quæſt.quinta.dixi in l.pronunciatum.ff.de verbo. ſigni. & in l.quod iuſsit. de re iud.& diligenter inueſtigare decernimus. ſcribit imperator in l.diligenter.C.de aquæduct. libro 11.

Areſtum.

14 Septimò quòd viſa ſupplicatione & literis parlamentum prouideat:auditis tamen partibus iudicare debet,nõ illis abſentibus,& nõ citatis,ar.l.de vno.ff.de re iud. & facit c.exhibita.de iudic. ibi, vocatis qui forent euocãdi:& in literis ſcribitur,*& icelle par vous veüe,& viſitée,pourueyez &c.*

Sed quomodo parlamentum ſuper hoc prouidere debeat? Reſpon. in literis ſolet exprimi *pourueyez ſur le contenu*, & ſic de re controuerſa,non de alia,nam de qua re cognoſcit prætor, de ea pronunciare,& non de alia,debet.l.de qua re.de iudic.ff.

Secũdò vult Rex vt prouideatur de talibus remediis quæ poſteà enumerat.Primò de æquitate vult vt parlamentum prouideat de æquitate, quam ſemper iudices maximè parlamenta præ oculis habere debent.l.quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. vnde ſi parlamentum videat de rigore impetrantem reiiciendum,ſed ex quadam æquitate non,æquitatem ſeruare debet: vt hîc, & l.placuit. C. de iudic. æquitatem tamen iuri conformem maximè ſequi debent: vix enim inuenitur æquitas melior lege:vt iuris interpretes dicunt in c.1.de conſtitu. vide Bal.in ca.vnic.col. pen.de alaud.in feud.

Item vult etiam ex gratia ſuccurrendum,ſi forte mulier, vel vir ſimplex, vel ruſticus ex omiſſione allegationum læſus ſit,ex gratia ſuccurri ei debet: vt in l.1.circa finem.ibi, decreti gratiam facere.ff.de quæſtio.

Præterea etiam mandat Rex parlamento vti prouideat in cõſcientia,ſicut illi cõſuleret principi faciendum pro materia,id eſt inſpecta qualitate materiæ:vt ſic vult,& in conſcientia poſsint iudicare,ſi iure regatur.c.1.de offi.ordi.& Iaſ.in §.ſi minus.de actio.in inſtit.ex his apparet,quomodo parlamentum his debeat prouidere, omiſſa affectione, nam apud iudices & maximè ſupremos hominum vel cauſſarum affectio ſepulta eſſe debet,ſed Dei & animæ affectio ob oculos eſſe debet,& tunc rectè iudicabunt:vt ſcripſi latius in rubr.*des conſeilliers* in ordina.reg.

15 Octauò requiritur quòd hoc areſtum dolo partis obtentum fuerit.d.§. Marcellus.ibi, ſi per dolum ſciens &c.nam ſi ſine dolo,nõ ita regulariter ſuccurri ſolet:areſta enim ludibrio eſſe non debent.l.ſi prætor.ff.de iud. vnde ſi partis dolo aliquod inſtrumentum celatum fuerit, his literis areſtum reſcindetur. obſeruatur etiam ſuccurrendum eſſe, ſi aliter quàm per dolum obtentum fuerit:quia in literis dicitur,*pourueyez de tel remede,equité,ou grace que verrez au cas appartenir,& que en voz conſciences nous conſeilleriez faire,eu regard à la matiere ſubiecte.*& ita ſi ſine dolo fuerit obtentum areſtum per oppreſsionem, vel fallaciam forenſem, nos dicimus *par ſurprinſe*, vel forte per partis omiſsionem,vt pote,quia fuit valetudine affecta,ideo produxiſſet literas tonſuræ,quas non produxit:ſed æquum eſt ſuccurri,ideo ei ſuccurrendum eſt ex æquitate: vnde dicitur in literis, *equité,* imò poteſt per has literas prouideri:ſi forte ex gratia, pars obtinuiſſet dilationem, tamen quia erat abſens,illam nõ habuit:ſed in ſtatu fuit iudicatus proceſſus certè prouideri etiam à Senatu ex gratia poterit per has literas,in quibus dicitur,*ou grace*, & breui Senatus inſpectis his literis,& partibus auditis ita prouidere debet,quemadmodum in conſcientia conſuleret principi.

Dolus partis in literis ciuilibus allegatur.

16 Amplia primò,ſi pars ſciens falſum allegauerit.dicto §.Marcellus.Nam veriſimile eſt,quòd propter illud allegatum areſtum prolatum fuerit:& in dubio hoc præſumitur,niſi contrarium dicatur in areſto:quod non ſolet fieri,nec cauſſam in eo areſto exprimere ſolent cap.ſicut.de re iudicat.niſi dicant hoc ſtatuere & ex cauſſa,*& pour cauſe*:non vero in ſpecie cauſſam dicunt.

Falſi allegatio literarũ impetrationem inducit.

17 Vnde dicit glo.in dicto §. Marcellus, ſententiam ſiue areſtum latum eſſe nullum, ſi pars falſum ſcienter allegauerit.Secus ſi dolus fuerit re ipſa,& non ex propoſito: quia tunc opus eſt reſtitutione.argument.l.ſi ex falſis.C.de tranſactio.l.diuus.ff.de re iudic. & in rubric.C. ſi ex falſ. inſtrument.iudica.fuerit.

18 Nos tamen in hoc regno idem ſeruamus ſemper: ſiue ſit contractus nullus,ſiue annullandus:nempe impetrare ſolemus literas à Rege,vel ab eius cancellariis:vt abundè ſcripſi in tractat. de reſciſio. contract. & intra quæ tempora reſciſio peti debeat.& per hoc ceſſat illa ardua difficultas doctor.deſcripta in l.qui agnitis.ff.de exceptionib.An ſententia lata per probationes falſas

Praxis regni in annullationibus contractuũ.

dolo aduerſarij inductas valeat? quod ſic, probat ibi Soci. & ſic per iſtas literas poſteà petitur reſciſio, vt hîc.

Ex omiſſione per literas ciuiles prouidetur.

19 Secundò impetrari ſolent hę literæ, ſi omiſſum fuerit aliquid, quo allegato pars obtinuiſſet, ſi illud ante areſtum propoſuiſſet, not. in d. §. Marcellus. & Innoc. in c. fi. de accuſatio. Anto. de butri. in c. ſi duobus in fi. de appellatio. & ſuperius dixi in literis exprimi, *equité &c.*

20 Idem ſi ex falſa cauſſa latum eſſet: vt in rubr. C. ſi ex falſ. inſtrumen. iudica. fuerit, & ſic poteſt ſuccurri, ſiue dolo partis fuerit latum: reſtum, ſiue ex falſa cauſſa, ſiue etiam ratione iuſti impedimenti, vt probat Paul. Caſtren. conſi. 257. in cauſſa. col. 2. vol. 2. tamen probare oportet eum qui iudicauit ſequutum inſtrumenti fidem: quod falſum eſſe conſtitit. l. 2. C. ſi ex falſ. inſtru.

Ex contumacia procuratoris condemnatus an poſſit literas impetrare.

21 Idem quidam dicunt, ſi per contumaciam procuratoris cauſſa ſit amiſſa, etiam non habita diſtinctione an procurator ſit ſoluendo, necne. l. penult. in fi. vbi gloſ. & Barto. ff. quando appell. ſit. quia facilius per has literas prouidetur & primo certamine, & protinus cauſſa decidetur & ex tempore, *ſur le champ* dicimus, quàm forte contra procuratorem: nam annoſas vulpes difficile eſt capere, tamen inferius allego areſtum in contrarium latum. nu. 31.

Interlocutorium areſtum poteſt per has reſcindi literas.

22 Tertiò ſiue deciſorium fuerit areſtum, ſiue interlocutorium: quia ſi parlamentum nolit reuocare illud areſtum interlocutorium. iuxta l. quod iuſſit. ff. de re iud. & c. cum ceſſante. de appel. iſtæ literæ impetrari poterũt, ſi ſit magni præiudicij, vt ſcripſi in d. l. quod iuſsit. maximè quia parlamēta non ſolent hæc placita interlocutoria facilè reuocare: quod tamen fiet per has literas.

Qualitas facti mutata, reformari per has literas poteſt. Areſtum.

23 Quartò amplia etiam ſi fact: qualitas mutata ſit, hæ literæ regiæ impetrari ſolent, vt pote ſi contra aliquem hæredem ſub beneficio inuentarij actum fuerit: & areſtum latum fuerit contra hæredem ſimpliciter, illa qualitas per has literas mutabitur. ita fuit dictũ anno 1540. die 20. Aprilis. in hoc Senatu in magna claſſe & camera: quia factum qualificatum eſt vnicum: vt dicit Bar. in l. aurelius. §. idem quęſiit. ff. de liberatio. lega. & iniuria verbis qualificata dicitur vnica, vt proditoriè occidere. Bart. in l. item apud. §. ſed quod dicetur. ff. de iniuriis. Feli. plenè in c. 2. col. 11. verſic. reſtringitur. de reſcript. Sed hic erat factum qualificatum, ſiue dictum, ergo ſi curia omiſerit qualitatem, poteſt ſupplicatio porrigi, & literæ iſtæ impetrari, imò etiam ante prolationem ſine his literis corrigi areſtum poſſet: & ſæpius error corrigi ſolet à præſide, qui ſubſcribit areſto: vt ſuperius in præfa. ſcripſi.

Inſtrumenta de nouo reperta an inducãt conceſſionem literarum ciuilium.

24 Quintò impetrari poſſunt literæ iſtæ, etiam ſi inſtrumenta ſint de nouo reperta. l. imperatores. ff. de re iudic. l. diui. ff. de pœnis. vbi Bart. & maximè hæres, qui probabilē ignorantiam habuit, reſtitutionem impetrabit per has literas, quæ fundantur in clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſſa videtur. l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. Barth. in l. 1. de ſenten. aduerſ. fiſc. latis. lib. 10. C. Bald. in l. 1. de condict. indebit. C. docto. in c. ſuborta. de re iudi. intellige reo cōdemnato, ſecus in actore: contra quem lata fuit ſentētia abſolutoria: tunc ipſe actor, has literas non impetrabit: quia inſtructus ad cauſſam venire debebat. ſic conſuluit Paul. Caſtren. d. conſi. 257. in cauſſa quæ vertitur. col. 4. in 2. volum. & allegat l. admonendi. ff. de iureiurand. & licet in d. l. imperatores. per inſtrumenta de nouo reperta non reſcindatur ſententia ipſo iure, tamen per reſtitutionem ſecus: vt ibidem Paul. Caſtren. probat. plus dicens. quòd ſi priuatus reſtitui deſideret, oportet ſe probare non habuiſſe facultatem producendi dicta inſtrumenta: ſed fiſcus, reſpub. & pupillus non: vt no. in d. l. imperatores. quia ſi domi priuatus habebat inſtrumentum in primo iudicio, non habet cauſſam petendi reſtitutionem, alioqui ſecus.

25 Ego tamen puto quod princeps concedere poſſet ex æquitate, etiam ſi domi inſtrumenta reperta ſint: nec iſta ſolet princeps inquirere: ſed tantùm mittit ad parlamentũ, vt prouideat vti ſuperius dictum extitit: ſi appareat inſtrumentum de nouo repertum eſſe, quod non erat allegatum, nec productum. { Ideo his verbis ſcribit Aufrer. in ſtilo parlam. areſto 101. Item nota quòd quitantia poſt ſententiam reperta valida eſt, & ex illa agi poteſt, vt cancelletur obligatio, & ſolutum virtute ſententiæ repeti poteſt contra text. l. 1. C. de condict. indeb. }

26 Item reſtitui poteſt, quando probat ſe feciſſe diligentiam habendi inſtrumentum, & habere non potuit, fortè propter bellum, aut alia iuſta de cauſſa: teſte Bar. in d. l. vnica. C. de ſenten. aduerſ. fiſc. latis. li. 10. Sequitur Franciſ. Curtius in d. l. ſub prętextu. col. 2. de tranſactio. vbi adhuc reſtringit, quando illa inſtrumenta ſola ſufficerent ad victoriam cauſſę. per tex. in d. l. admonendi. ibi, quibus ſolùm vſurus ſit. Sic conſuluit idem Franciſqui. conſil. 18. memoria in conſiliis poſt tractat. feud. deſcriptis. † Et ſic dicit Paul. in d. conſil. 257. quod ratione iuſti impedimenti

Reſtitutio altero de tribus modis petitur.

27 petitur reſtitutio altero de tribus modis: vel quòd ignorauit ſolutionem: vel quia ignorauit vbi eſſet inſtrumētum: vel poſito quòd ſciuerit vtrunque fuerit impeditus producere, vel habere. Inno. in c. vltra tertium. in verb. nequiuerit. de teſti.

Intellectus ad l. admonendi.

28 Idem ſi areſtum latum ſit propter iuramentum, & poſteà inſtrumenta reperta ſint, tunc hæ literæ impetrabuntur, vt in d. l. admonendi. ff. de iureiur. in quà docto. diſputant, an ipſo iure ſuccurratur, an per reſtitutionem, & quicquid dicant, tenendum eſt in Francia, reſtitutionem à principe neceſſariam, ſine qua vix quiſquam obtineret. vide Franciſqui. in l. admonendi. col. 3. cum ſeq. ff. de iureiurand. & tex. ibi dicit permitti conſtitutionibus interdum, ergo non ſemper, ideo oportet vt princeps permittat: & quamuis ex conſtitutionibus interdum permitteretur, tamen Caius author illius legis indiſtinctè hoc permittit, quando iudex ſententiam protulit ſequendo iuramentum: quia ſicut corruit iuramentum, ita & ſententia lata prætextu iuramenti.

29 Nec

29 Nec obeſt quòd ſententia ſola non retractetur : verum eſt ſi lata ſit iure,& ex veris inſtrumentis,diuerſum eſt ſi ex falſis.l.1.& per totum.C.ſi ex falſ.inſtru.ſic eſt dicendum , quando eſt lata ex iuramento,quod poſteà per inſtrumenta apparet,verum non eſſe,ob id reſoluto iuramento,& ſententia ſequens.arg l.lex vectigali.ff.de pignorib.& reg.cum principalis.ff. de regu.iur. & duo vincula inutilia non æquipollent vni bono : & iuramentum quod couſtat non eſſe verum, non meretur ſeruari,ſic nec quod ſequitur ex eo:& ſic loquitur illa lex de iuramento neceſſario, & iudiciali,de voluntario verò in fi.ſed non vult retractari poſſe, quia tranſactum eſt negotium: nam partes conueniunt, quòd ſi altera iuret , nunquàm ab ea aliquid petetur , & ſic poſteà non agetur : ego vidi impetrari literas & verificari : etiam poſt hoc iuramentum voluntarium. & iſte eſt verus ad illam legem intellectus:vt fuſius proſequor in interpretationibus meis ad illã legem.

Aduertendum eſt quòd literæ ciuiles generaliter dicuntur vbicunque ſunt rationabiles,& iuſtæ: & tunc quæcunque reſtitutiones fundatæ in iuſtitia,& æquitate,ſic vocari poſſunt,ſed quod attinet ad iſtum tracta.literæ ciuiles tantùm vocantur, quas contra areſta curiarum ſupremarum impetramus.

30 Sextò etiam requiritur,quòd iſta exceptio,quam nunc adduco,non fuerit adducta ante areſtum, alioqui opponi non poſſet, nec areſtum retractari : quia exceptio rei iudicatæ opponenda eſſet,vt per totum titulum.ff.de exceptio.rei indic.& Petr. de bella Pertica in quæſtione 445.ſed Paul.in dicto conſil.257.volum.ſecundu eſſe hoc verum firmat,quando illa exceptio primò fuit allegata,& reprobata : alioqui contra ſecundum eum,ſi per partem non ſteriſſet quominus probaret,ſed non fuit admiſſa.per text.in l.ſi nautem.§.fi.ff.de nego.geſt.l.quod in diem.§.ſi rationem de compenſa.ideo cum non ſit quid parti imputetur, has poterit literas impetrare, & eis vti ſecundum eum.

Literæ ciuiles in duplici differentia.

31 Septimò vbi actio alia competeret,non debent concedi iſtæ literæ : Nam hoc odioſum eſt, vt areſtum retractetur,& res iudicata,ne iudicium ſit eluſorium.l.ſi prætor.ff.de iudic.& vbi competit ordinarium iudicium,non petitur extraordinariũ,vt eſt iſtud in l.in cauſſæ.ff. de minorib. & ideo anno 1537.die 7.Maij fuit reiectus minor,qui haſce,literas impetrauerat:vt taxatio expenſarum coram ſuo procuratore facta retractaretur,& fuit ei reſeruata actio contra procuratorem, cùm ſit remedium ordinarium:melius tamen & facilius ei eſſet per has literas prouidere,& breuius obtineri poſſet, quàm contra procuratorem,qui mille fortè cauillationes adducere poterit: ſed tamen hoc iure vtimur.

Areſtum ut quando ordinario prouideri poſſit non ſic prouidetur.

32 Octauò,vbi exceptio venit contra areſtum, neceſſe eſt has literas impetrare, vel reſtitutionem:ſecus quando exceptio non infringit,nec impugnat areſtum,tunc in executione ſine his literis opponetur,vt exceptio inuentarij.hoc docet Bart.in l. Neſennius.in fi.ff.de re indic. Bar. & alij in l.1.C.de iur.& fact.ignor.& de hac exceptione rei iudicatæ ſcripſi in tracta. meo exceptionum.& exceptiones quæ in executione opponi poſſunt cumulaui etiam ibi.{ Ideo ſolutio facta ante areſtum in ipſius executione poterit opponi , vt viſum fuit Senatui prout refert Aufrer. in ſtilo parlamenti areſto 68.Item dictum fuit.}

Exceptio quæ non infringit areſtum ſine literis opponitur.

33 Nonò extende,vt ſi aduocato fiſci abſente,& non audito fuerit latum areſtum , in quo ipſe ius fiſci læſum prætendat,in integrum reſtituetur , per has literas.l.ſecunda.§. Diuus primo.ff.de iur.fiſci.l.vna.C.de ſenten.aduerſ.fiſcum latis.lib. 10. vbi non minori priuilegio vti debet fiſcus, quàm priuatus.arg.c.tua.2.de decimis.

Fiſcus per literas ciuiles tuetur.

34 Decimò impetrantur hę literę etiam contra ſententias & placita ſupremorum iudicum vectigaliũ,& generalium iuſtitiæ,& ego ipſe vidi impetrari contra illorũ areſtum,in quo quiſpiam fuerat condemnatus per contumaciam ad ſoluendum:& tamen dicebat ſe anteà ſoluiſſe,& verè fuerunt verificatæ & approbatę literæ anno 1540.die 2.Iunij.quia ſolutio liberationẽ parit,& tollit obligationem. §. 1. inſtitu. quibus modis tolli. obligat. & ſic areſtum poſteà latum non erat æquum:ob id ſupplicatio ciuilis contra illud decretum viſa fuit prædictæ curiæ : facit quod ſcribit Aufrer. in deciſio Tholoſ. quæſt.170. vbi in executione ſententiæ opponi poſſe ſolutionis exceptionem aſſerit.plenius ſcripſi in tracta.meo de exceptio.& hoc intelligi debet impetrando has literas : quando ſententia lata eſt ab illis, à quibus appellari non poteſt,quos congeſsi in tractatum meum,de ſupplicat.

Decreta generaliũ etiã per literas ciuiles reſcinduntur. Areſtum.

35 Vndecimò etiam hæ impetrantur literæ contra iudicata,& magni placita conſilij , cùm illic iudicata aliàs retractari non poſsint , niſi per iſtas literas, vel per propoſitionem erroris : cùm ſit ſuprema curia,& priuilegia ſupremarum curiarum habeat : vt ſcripſi in proœ.concorda.in verb. ſummas. imò dubitat Ioann. montaigne , an maiorem pręeminentiam habeat magnum Regis conſilium,quàm curiæ ſupremæ in ſuo tracta.de authori mag. conſil.& ibi Boer. in additio.concludit.& ego putarem quo ad cauſarum deciſiones parem eſſe eorum authoritatem.

Literæ ciuiles contra magni conſilij indicata impetrãtur.

36 Duodecimò ſi per factum extra iudicium læſus in iudicio fuero,per has etiam mihi literas prouidetur.Nam ſi extra iudicium quis literas ſubtraxerit ex ſacro meo, & ob id cauſſam in curia ſumma amiſero,his iuuabor literis, ſi latum fuerit areſtum : vt docet Franciſq. Curtius in l. ſub prætextu.col.2.no.ſecundo.C.de tranſact.& talis ſubtrahens debet ſuccumbere. Innoc. in c. intimauit.de teſtib.per text.in l. ſi de poſſeſsione.C.de probat. Fel.in c.accepimus.col.14. de fide inſtrumen.vt puniatur in quo deliquit, in Francia is non ſuccumberet , ſi bono iure muniretur:

Læſus per factum extra iudiciũ an his iuuari poſſit literis.

ſed mulcta puniretur magna,quæ pro qualitate facti poterit eſſe maior,quàm res quæ petitur:vt dixi in præfa.ad leges regias ſuprà.

Areſtum latum ex partium etiam conſenſu infringitur.

37 Decimotertiò poſſunt impetrari hæ literæ regiæ: etiam contra areſtum latum ex partium conſenſu: vt firmat Bal.in dicto §. Marcellus. prout refert Soci.in l.qui agnitis. num.10.ff.de exceptio.& hoc ſæpius vidi in forenſi iudicio ſeruari,maximè in vno,qui ignorans areſtum in vtilitatem ſuam latum appellationi renunciauerat:vt ſciuit,has impetrauit literas.& in alio, qui trãſegerat inſtigante parte, antequam ſciret areſtum ad vtilitatem ſuam latum: tunc etiam vidi ſuccurri.nam tranſactio poſt areſtum tanquam poſt rem iudicatam non valet.l.poſt rem.ff.de tranſactio. niſi in illa tranſactione non fuerit niſi in modico grauatus:tunc literę reiectę fuerunt à Senatu quę impetratę à quadam muliere Montisferandi fuerunt, anno 1545. die 8. Ianuarij poſt prandium.

Areſtum.

38 Etiam vidi impetrari has literas regias contra areſtum, in quo aliquis acquieuerat non facta denunciatione ſuo authori: quia poſt areſtum denunciatio fieri non poteſt.l. ſi rem.§.quolibet. ff.de euictio.niſi per has literas concedatur: & quia præſumitur emptorem amiſiſſe cauſſam, eò quòd non erat bene inſtructus.l.ſi ideo.§.1.ff.de euictio. ob id non agit contra venditorem euictione ſecuta:niſi appareat rem fuiſſe iuſtè euictam: vt concludit Imol. in c.vltimo.in fi de emptio.& vendi,per gloſ.in l.niſi.ff.de pact.quæ parum probat ſed ita conſuluit Alex. conſi.67.fortificatur.in 3.vol.& eſt notandum.

39 Quod eſt verum,quando altera dolo,vel ſuaſionibus alterius partis inducta fuerit ad conſentiendum,vel per errorem,& ignorantiã.Nam ea iuſta cauſſa eſt,vt ſubueniatur.l.1.ff.ex quib. cauſ.maior.text.in l.cùm à te.de dolo.vbi eſt text.quem Bald.ſing.not.in marguarita.in verb.ſententia.quæſt.95.& anno 1540.die Iulij.Cùm quidam receptus fuiſſet ad rehabendum & reemendum redditus intra certum tempus modicum, à qua ſententia appellauerat, poſteà acquieuerat ſententiæ in parlamento parte inſtigante; demum impetrauit literas in hac forma: vt non obſtante areſto de conſenſu partium lato eidem concederetur tempus,quod fuit eidem conceſſum literas comprobando.

Areſtum.

Aduocati dolus an parti noceat quæ obtinuit.

40 Decimoquartò impetrari etiam hę literę poſſunt, ſi per dolum aduocati obtentum fuerit areſtum.l.1.C.de aduoca.diuerſ.iudic.vbi Bar. tria neceſſaria eſſe dicit. Primum quòd dolus aduerſarij corrumpentis interceſſerit.Secundum,quod aduocatus falſas allegationes corruptus fecerit. Tertium,quòd ſententia vel areſtum fuerit latum contra abſentem. Nos tamen in hoc regno iſta non quęrimus:ſed an defenſus fuerit actor,vel reus,necne: & ſi appareat eum non defenſum dolo aduerſarij,vel negligentia:tunc ſolet Rex prouidere per has literas:& curia aduocatum punire,qui dolo ſuo cauſſam peruertit.

Areſtum.

41 Decimoquintò literę ciuiles comprobatę fuerunt in Senatu hoc anno 1548. die 12.Aprilis poſt Paſcha.in quibus minor beneficiatus per contumaciam damnatus fuerat,& licet hîc allegaretur in ſpiritualibus maior.per c.fin.de iudic. in 6.tamen ratione literarum curia pronunciauit illum audiendum,aliiſque etiam modis ſolet prouideri,prout facta occurrunt: vt eſt notum curiarum ſupremarum aduocatis:ad quos reliqua reiicio,his nunc contentus.

Intra quod tempus literæ ciuiles impetrari debeant.

Sextò quęro,intra quod tempus hę literę ciuiles impetrari poſsint? Reſpon.intra triginta annos,ſi reſciſio per viam actionis intentetur.gl.no.in ſumma,35.q.9.& Soci.in l.qui agnitis.in fi.ff. de exceptio,ſi verò agatur per reſtitutionem,tunc intra quadriennium.glo.& docto.in l.vna. C. de ſentent.aduerſus fiſcum latis.libr.10.quod incipit currere à die, quo inuenit inſtrumenta, vel quo ſciuit reſtitutionem ſibi competere.l.ſuperuacuam. C. de temporib.in integr.reſtitu. petend. Bald.nominatim conſil.92.quædam ſententia.volu.primo. alij autem aſſerunt in hoc regno, intra decem an.per ordinationem regiam in rubr.de reſcri.contra. vbi abundè ſcripſi, quòd intra decem annos quicunque actus fundati ſuper dolo,vel fraude reſcindi petuntur: alioqui poſteà non audiuntur petentes:vel fortè poteſt dici intra annum, vel biennium à die areſti lati has literas petendas per legem regiã in rubric.de ſupplica.articul.primo.in fi. vbi error contra areſtum proponi debet intra duos annos, & hodie intra annum & areſti peti reſciſio:ſic & areſti reſciſio peti debebit per literas ciuiles. Nam poſtquàm Rex in caſu erroris proponendi voluit, vt intra annum literæ ſupplicationis in cauſſa erroris impetrarentur,ſic & in aliis caſibus videtur voluiſſe:adeò quòd ſi interrogatus de hoc fuiſſet,idem reſpondiſſet:ſic & nos reſpondere debemus.per l.Titius.§.fi.ff.de liber.& poſthu.quod probat Alex.conſi.130.in 2.vol.& cõſi.17.in 7.vol. ac Iaſ. conſil.148.vol.2.& quia odioſum eſt areſta reſcindere propter illorum authoritatem,ideo reſtringendũ.per l.cùm quidã.ff.de liber.& poſthu.niſi ſaperet reſtitutionẽ,tunc à die ſcientiæ, vel inſtrumentorũ repertorũ cõputaretur:vt ſuperius dictum extitit:& tunc bonũ eſſet in literis regiis apponere,*pourueyez audict tel,de tel remede,reſtitution,equité &c.*vel literas reſtitutionis impetrare. Si tamen à ſententiis inferiorum impetrentur literæ reſtitutionis,intra decem annos impetrari poſſunt,& vltra ſi non comprehendantur in ordinatione illa,decem annorum præſtituente tempus ad certorum contractuum & actuum reſciſionem. putarem tamen, cùm hîc expreſſum non ſit tempus,& ſic expreſſè non ſit prohibitum, impetrari poſt biennium poſſe,vſque ad decem annos ſi Rex ex certa ſcientia ſcriberet, habita mentione temporis valere vſque ad illud tempus:& hoc ſeruatur in iudicio forenſi.

43 Septimo

43 Septimò quæ differentia ſit inter ſupplicationem ciuilem, & aliam, quam practici vocant propoſitionem erroris? Reſpon. in ſupplicatione id eſt erroris propoſitione partes allegare ſolent errorem facti interueniſſe in areſto,& per ipſum errorem ita fuiſſe iudicatum. l. præfecti.ff. de minorib.ob id practici in hoc regno & ordinationes regiæ paſſim vocant propoſitionem erroris, quia in eo iudicio proponitur, & allegatur error: in ſupplicatione autem ciuili non ideo dicitur ciuilis ſupplicatio, quia ex iuſta cauſſa ſupplicatio datur, ſed ſententia tenet, licet non ſit erratum in ca.vidē Curtium in l.admonendi.nu.8.ff.de iureiur.

Differentia inter erroris propoſitionem, & has ciuiles literas.

Nec admittitur ſupplicatio ciuilis, quando eſt error: vt fuit declaratum in Senatu,anno 1540. die 3.Februarij in magna camera, ne confundantur hæc iudicia ad diuerſa tendentia: vt probat Bart.de cumulatione.in l.edicta. C.de edend.nempe vnum ex errore, alterum ex gratia eſt: vt in minore non defenſo fuit litigatum in hoc Senatu anno 1539. die 18. Martij ante Paſcha. per l.ſi præſes.C.quomodo & quando iudex.

Areſtum ut in literis ciuilibus error non allegetur.

44 Secundò poſtquàm aliquis propoſuit errorem, & demum acquieuerit:vix eſt vt amplius ei ſuccurri per erroris propoſitionem debeat, quia illum errorē approbauit:vt Docto. not.in l.ſupplicare.C.vt lite pendente.ſic conſuluit Petr.Paul.Pariſien.conſi.u8.domina.col.2.in primo vol. ſi tamen errore inductus fuerit ad renunciandum, literas ciuiles impetrare poterit: vt ſuperius dictum extitit.

45 Tertiò in ſupplicatione erroris non cognoſcunt hi tantùm qui iudicarunt: quia timeretur vt puderet errores eorum corrigere, licet ſint præſentes, primi ſuffragia dent ex conſuetudine parlamentorum:quia eorum præſentia poterit fortè trahere alios in eorū ſententiam.l.ſi in tres. ff.de arbitr.ſed plures alij ſunt conſiliarij, quàm illi qui prius iudicarunt, in ſupplicatione verò requeſtæ ciuilis ſecus,quia per gratiam venit,& deciditur in magna claſſe & camera,ſicut erroris propoſitio, ideo illi iudicant, qui prius iudicauerant; & non eſt eis dedecori; quia nil allegatur contra ipſos iudicantes,ſed contra partem.

Erroris propoſitio ab his qui iudicarunt non iudicatur.

46 Quartò propoſitio erroris quandam iniuriam affert:errare enim prudentes vix ſolent, maximè ſacroſancti ſenatores,qui nec fallunt, nec falluntur. argument.l.fin.C. de ponderat.lib.10. nec aliter propter eorum ſingularem induſtriam iudicant, quàm ipſe princeps foret iudicaturus.l.vna.in fin.ff.de præfect.præto.licet non ſit inconueniens etiam ſapientiſsimum in facto errare cap.1.de conſtitu.in 6.l.ſi.ff.pro ſuo,& maximè in facto longinquo.per l. peregrè. de acquir. poſſeſſ.cap.ex parte de offic.delegat.altera non,quia per gratiam venit,& per in integrum reſtitutionem.l.2 ff.de exceptio.rei iud.l.ſi mater.in prin.ibidem.

Erroris propoſitio quãdo iniuriam infert.

47 Quinto in propoſitione erroris detegitur error iudicantium, in ſupplicatione ciuili iniquitas,vel dolus partis: & dicunt practici *par ſurprinſe de la partie*, & dol.& aliquando dolus, vel fauor iudicis. gloſ.ſing.in l.ſeruo.§. cùm prætor. ff.ad Trebel.ſed non vidi allegari in his literis iudicis dolum,vel fauorem,ſed partis fallaciam.

48 Sexto erroris propoſito non obtinetur niſi à Rege:vt ſcripſi in tract.de ſupplica.ſed literæ ciuiles à qualibet conceduntur cancellaria:vt vidi in praxi ſeruari,quia ſunt literę iuſtitiæ,quæ à cancellariis emanare etiam ſolent, & etiam literæ propoſitionis multoties in Senatu Pariſi. à cancellaria fuerunt impetratæ.

49 Septimò in his literis ſupplicationis ciuilis debet pars deducere ea,quę ſi adducta fuiſſent, non ſic fuiſſet iudicatum:vt pote ſi omiſſa fuerit conſuetudo, quæ ſi fuiſſet per partem allegata, pars obtinuiſſet. Secus in erroris propoſitione:vt fuit iudicatū anno 1539.die 29.Ianuarij:& pro hoc allego tex.ad huc nunquàm expenſum,in l.argentarius.circa fi.ibi. poteſt probare ſe illo iudicio,quo victus eſt,vincere potuiſſe.ff.de edend.

Quæ adducenda ſunt in ſupplicationis ciuilis literis. Areſtum.

In errore oportet probare erraſſe iudicantem: & hoc debet fieri ex productis:quia ad producendum alia pars non admittitur:vt ſcripſi in repetit.l.quod iuſſit.not.2.ff.de re iudic.

50 Octauò impetrantur literæ ſupplicationis,quando eſt in principali erratum, non in acceſſoriis:vt ſcripſi in tractat.de ſupplica.infra.hæ verò literæ ciuiles etiam ſi in acceſſoriis,vel qualitate malè fuerit iudicatum:vt ſi latum fuerit areſtum contra Titium hæredem, vidi impetrari literas,vt illa qualitas hæredis corrigeretur,& apponeretur contra Titium hæredem ſub beneficio inuentarij:& fuerunt verificatæ literę à Senatu,anno 1540.die 20.Aprilis poſt Paſcha.vt ſuperius dixi. idem ſi fuerit Petrus ad ſoluendum decem condemnatus, ſi tanquam tutor fuerit conuentus,poterit haſce impetrare literas:vt illa qualitas tutoris apponatur,vt Petrus tanquam tutor talis condemnatus fuit:& ſic ſeruat praxis,vt poſteà tutor illam ſummam à pupillo repetere poſsit, quam non repeteret, ſi ſimplici ſuo nomine condemnatus eſſet.

Error proponitur ſi in principali erratum fuerit. Areſtum.

51 Nonò impetrantur literæ ſupplicationis ciuilis ſecundum quoſdam, tàm contra areſta ſupremi Senatus, quàm contra ſententias inferiorum iudicum, quæ in rem tranſiuerant iudicatam. per l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.& in ſtylo cancellariæ patet.fol.204.error verò non proponitur,niſi contra areſta ſupremarum curiarum,vel magni conſilij.authen.quæ ſupplica.io. C.de precib.impera.offerend. vel contra areſta Generalium. Ego tamen non vidi impetrari literas in forma ſupplicationis ciuilis niſi contra areſta ſupremarum curiarum: vt ſuperius dictum extitit,bene vidi impetrari literas contra ſententias, quę tranſiuerant in rem iudicatam, ſed non vocabantur literæ in forma requæſtæ ciuilis: ſicut iſtæ quæ contra areſta impetrantur.& ita loquitur iſte tex.legis regię ibi,*contre les arreſtz.*

Literæ ciuiles contra iudicata curiarum ſupremarum impetrãtur.

52 Decimò in ſupplicatione id eſt erroris propoſitione oportet deponere ſex viginti libras, antequam impetrans audiatur, & hodie duplum: vt ſcripſi in tractat. de ſupplica. diuerſum eſt in impetrante harum literarum ciuilium, qui nil deponere tenetur, cùm hæc lex regia, vel alia, hoc non dicat, & vbi lex non addit, nec addere debemus l. de pretin. de publica. l. diſſentientis. C. de repud. (Vnde per iſtum text. condemnatur is, qui ſuccumbit ad mulctam, licet antea non.)

Vndecimò per ſupplicationem lis dicitur pendere. l. 1. & fi. C. vt lite pendente: tamen literæ ciuiles non inducunt litis pendentiam. Bald. in d. authen. quæ ſupplicatio. & ita iudicauit Senatus die 11. Decem anno 1540.

Areſtum.

Literæ ciuiles non inducunt litis pendentiã.

53 Duodecimò ad executionem areſti in propoſitione erroris datur cautio. authen. quæ ſupplicatio. C. de precib. imperatio. offerend. diuerſum eſt in literis ciuilibus: quia ex tempore cauſſa decidnur. Aliæ multæ conſiſtunt differentiæ, quæ in forenſi iudicio addiſci poterũt: his nunc contentus ero, poſtquam dixero errores non ſolere aperiri, donec executio areſti facta fuerit etiam ſuper expenſis.

Duodecim differentias inter ſupplicationem & euocationem ſcripſi in tracta. de euoca.

In ſtylo tamen cancellariæ deſcribuntur aliæ literæ directæ primo apparitori, ſeu hoſtiario, cui Rex mandat, vt ipſe præcipiat tali iudici; quòd prouideat ſuper ſupplicatione talis N. ne deinceps ad principem reuertatur, ſed de his literis hîc non loquimur: & quia non vidi illas impetrari, ideo eas miſſas nunc facio.

Reliefuemens ou reſtitutions contre les arreſtz de noz cours ſouueraines.

GLOSSA TERTIA.

Contra ſententias an & quando poſſunt literæ ciuiles impetrari.

1 ET ſic non haberet hæc ordinatio locum, quando aliquis impetraret has literas contra ſententias iudicum inferiorum, quæ non dicuntur areſta, ſicut ſententiæ Senatus: & in illis ſolet per appellationem prouideri, quod in iſtis non poteſt. l. vnica. C. de ſenten. præfect. præto. ſed contra executionem factam pro debito regio, oportet venire per viam ſupplicationis, & non per viam appellationis: vt fuit aliàs in parlamento deciſum.

2 Niſi illæ ſententiæ inferiorum eſſent à curia ſuprema confirmatæ, etiam ex conſenſu partium: quia tunc areſta curiæ dicerentur, per tex. in ca. ſi apoſtolicæ. ibi, poſt impertitam à nobis authoritatem noſtra cenſeatur effecta. de præb. in 6. docto. in l. a Diuo pio. §. 1. ff. de re iud.

Areſta executioni mittuntur pendente proceſſu ſine cautione.

3 Interim tamen areſta executioni realiter & de facto mitti debent, etiam ſi nulla allegarentur. Boer. in deciſio. Burdegal. quæſt. 79. tertius opponens. & ſic iudicati executio non ſuſpendetur, etiam ſi falſis inſtrumentis iudicatum fuerit: nec ſeruatur in Francia l. fin. C. ſi ex falſ. inſtru. niſi euidenter conſtaret de iniquitate ex inſpectione areſti, vel pars incontinẽti eſſet parata per aliud inſtrumentum probare: tunc ſtatim pronunciari poterit ſuper his literis. l. ſatis apertè. C. de falſ. Bald. conſi. 440. præmiſsis. 2. dubio. volu. 4. & Paul. dicto conſil. 257. col. 2. Allegat Bart. in d. l. ſi prætor. §. Marcellus. in fi. ff. de iud. & in l. fi. C. ſi ex falſis inſtru. & in l. 3. in fi. de pign. & doctn. in l. fi. de edict. diui Adriani, tollen. ca. ſuborta: de in integ. reſti. Iaſ. conſi. 85. Punctus. vol. 1. de his reſtitutionibus & releuamentis dixi in tract. meo. de reſti, & releua. & ſine cautione ſolent hæc areſta exequi: vt ſcripſi in proœ. concorda. in verb. ſummas. Tamen anno 1549. die 13. Iulij, cum Dux Niuernen. diceret viduam de Malli non eſſe ſoluendo, curia cenſuit iuratoriam cautionem dandam, & quòd conſtitueret ſe emptricem, & depoſitariam iuſtitiæ.

Differẽtia inter literas ciuiles & reſtitutionem.

4 Octauò videndum eſt quænam differentia ſit inter literas ciuiles & reſtitutionem? Reſpon. quantum ad effectum nulla videtur differentia: quia ambæ ad reſtitutionem tendunt, ſed in aliis videntur quędam differentiæ. Prima, quia in literis ciuilibus mulcta imponitur per hãc ordinationem illi, qui ſuccumbit: in reſtitutione verò non, ſed in expenſis tantùm condemnatur impetrans reſtitutionem, ſi comprobatæ non fuerint literæ ſicut in aliis cauſis. l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudic.

5 Secundò literæ ciuiles contra areſtum tantùm conceduntur vt hîc reſtitutio. & contra areſtum, & ſententias inferiorum, per l. præſes. ff. de minorib. vt abundè ſcripſi in tract. de reſtitu. & releua. in 2. tomo,

6 Tertio reſtitutionis cauſſa tractari poteſt coram iudicibus quibuſcunque regiis ordinariis. c. cauſſa. de in inte. reſtit. literæ autem ciuiles in parlamento tantùm, & in magna camera: vt in forenſi iudicio vidi ſeruari, non allego iura, nec aliquem: quia neminem vidi, qui hæc ſcripſerit.

7 Quartò reſtituit de iure inferior à principe. l. in cauſſæ. in fi. iuncta l. præfecti. ff. de minorib. c. cùm Bertholdus de re iudic. quamuis in Francia ſine literis regiis vix quiſquam reſtituatur: vt dictum extitit in tract. meo de reſtit. literæ autem ciuiles non dantur niſi à principe, ſeu ab eius cancellaria: vt ſuperius q. 2. docui.

8 Quintò reſtitutio in integrum à die læſionis in maioribus intra quadriennium peti debet. l. fi. C. de tempo. in integ. reſti. petendæ. c. coram. de in integr. reſti. cle. vna. illo titul. in literis ciuilibus non eſt aſsignatum tempus ad eas impetrandum, niſi vt ſuperius dictum extitit. quæſt. ſexta, videlicet biennium vel annus ſicut in erroris propoſitione.

9 Sextò in integrum reſtitutio impetrari non poteſt ab areſto propter dominorum authoritatem: vt ſcribit Benedi. in repeti. c. Raynutius. in verb. ſi abſque. in 2. de ſubſti. fideicommiſ. nu. 50.

de

de teſta. quod eſt falſum tàm de iure,vt l.præfecti.ff.de minorib. quàm etiam ex vſu & communi obſeruantia : & ita vidi in forenſi iudicio ſeruari. & hoc probat iſte tex.ibi, *reſtitutions*, aliæ multæ reperiuntur differentiæ, quæ fortè deſcribentur in tractatu de reſtitut.& releuam.in alio tomo ordina.

S'ilz ſont deboutez de leurſdictes lettres.

GLOSSA QVARTA.

1 IN totum,ſed ſi pro parte ſuccumbat non condemnabitur:quia ſufficit in parte obtinere,vt malè cenſeatur iudicatum.c.Raynutius de teſta.itaque ſi in aliquibus literæ ciuiles comprobatæ & interinatæ fuerunt : non condemnabitur impetrans ad emendam, ſecus ſi in totum fuerit excluſus, vt hîc.imò firmat Aufrer.in deciſ. Tholoſa.q.222.quòd ſi appellans in parte obtineat,compenſari expenſæ debent:vt Panor. & alij in c fi.de dolo.docent:quod in Franciæ curiis ſeruari ſolet.

Obtinens in parte an ad emendam ſit cōdēnādus.

2 Et tunc areſta in reliquis remanebunt valida in l.relegatorum.§. repræhenſæ. ibi, ſic tamen, vt non infirmarentur ſententiæ,quæ ita ſunt prolatæ.ff.de interdic.& relegat.

3 Et ſic in hoc regno nullus admittitur contra ſententiam,vel areſtum ipſo iure : ſed eſt opus appellatione vel reſtitutione,& ſic literis,per tex.in l.diuus.ff.de re iud.vt ſuperius dixi, quamuis Vldar.Zazi.in ſuis no.intellect.dicat reſtitutionem ipſo iure competere:quæ opinio de iure poſſet intelligi,quando excipiendo proponeretur falſitas contra ſententiam , vel alia cauſſa , ſecus ſi agendo. Tamen adhuc in hoc regno excipiendo ſine literis vix reciperetur,(adeò quòd in caſu l.cum à te.ff.de dolo.fuit conſultum,vt impetraret literas is,qui conſenſerat arreſto,eo quòd falsò perſuaſum ei erat,pecuniam famulo & inſtitori ſolutam,cum non eſſet,licet illa lex permittat, de integro agere:tamen literis opus eſſet in hoc regno:maximè ſi ageretur de areſto , vt hîc propter rerum iudicandarum autoritatem.l.ſeruo. §. cum prætor.ff.ad Trebell.) requiruntur tamen ſequentia,quando quis vult dicere contra ſententiam latam ob falſas probationes.

Reſtituitur nullus ſine literis,in hoc regno.

4 Primò quòd inſtrumenta falſa probentur,& iudicem ſecutum illa inſtrumēta falſa.l. falſam. C.ſi ex falſ.inſtrumen.cap.cum.I.& A.de re iudic. Soci. in l.qui agnitis. circa fin.de exceptio.rei iud.ff.& præſumitur quòd obtinuerit ex illis falſis inſtrumentis,ſi nihil in contrarium probatum fuerit : vt not.in cap.licet,de proba.vide alia per docto.in l.admonendi.ff.de iureiurand.& in d.l. diuus.& Aufrer.in deciſ.Tholoſ.q.272.& ſeq.

Requiſita ut quis ueniat contra ſententiam latā ex falſis probationibus.

Ilz ſeront condamnez en vne amende arbitraire.

GLOSSA QVINTA.

HIc vocat emendam arbitrariam,quam tamen taxat, vt vides : ſed poteſt dici arbitraria ipſi condemnanti,vel arbitraria, id eſt arbitranda : vt ſequitur. vide in §. præterea. de actio.in inſtitu.docto.in rub.ff.de eo quod certo loco.& in l.3.ibidem. vidi tamen impetrantem harum literarum acquieſcentem poſteà in iudicio,& deſiſtentem ſe à literis ex iuſta cauſſa,ab emenda excuſatum per ſenatum anno 1542.die 6.Martij,vt in principio huius articuli dictum extitit:& ſic erit arbitraria Senatui,vt imponat, ſi videat iuſtè imponi poſſe , alioqui non:& in dubio inclinandum eſt,vt non imponatur,vel tota, vel vt pars remittatur.

Arbitraria emenda.

Areſtum ut literis acquieſcens ciuilibus , ab emenda ſit excuſatus.

Que ne pourra eſtre moindre que l'ordinaire du ſol appel.

GLOSSA SEXTA.

1 ET ſic in curiis parlamentorum ad ſexaginta libras Pariſien.condemnabitur impetrās harum literarum,ſi ſuccumbat:idem in magno conſilio : ſed in curiis Generalium, cùm ibi non ſoleant temere appellantes regulariter condemnari vltra viginti libras Pariſien.ſic condemnabitur impetrans harum literarum,ſi ibi ſuccubuerit.

Mulctæ in curijs ſupremis quouſque aſcēdat.

2 Et quòd malè impetrans has literas ſit condemnandus ad ſexaginta libras,fuerat pronunciatum in hoc ſenatu ad petitionem Capelli aduocati tunc regij anno 1537.die Februarij ante iſtam ordinationem,quæ ex hoc areſto initium habere forte potuit : & quamuis hîc fiat prohibitio,tamen ego vidi hanc mulctam adhuc moderari per curiam:quia melius eſt de miſericordia reprehendi, quàm de crudelitate , maximè in his mulctis , quæ Deo & hominibus odioſæ videntur. Chryſoſt.in c.alligant.26.q.vlt.ad ſimilem mulctam ſexaginta librarum debet condemnari is,qui ſupplicationem porrexerit ad corrigendum,reformandum,vel modificandum areſtum,ſi ſuccubuerit & erit infamis:probatur in ordina.reg.rub.*des arreſtz*.art.2. iuncta l.2.ibi , qui ea vel aſtutè interpretari.&c.de legib.inferius de infamia dico non procedere.

Initiū huius ordinationis.

3 Vltimo quæ contra has literas opponi poſsint,videamus.Primò opponitur quòd literę ſunt falſæ,ſi ita ſit,ideo nullæ.c.quàm graui.& per totum de crimine falſi.

Quæ opponi poſsint cōtra literas ciuiles.

Secundò quod per ſubreptionem & obreptionem ſunt impetratæ.l.2.C. de leg.doct.in c. ſuper literis.de reſcr.abundè ſcripſi in tract.de reſc.& lit.reg.in præf.

Reſcripta contra rem iudicatam non valent.

4 Tertiò opponitur literas non valere, nec eſſe recipiendas:quia impetrata reſcripta non placet admitti,ſi deciſæ ſemel cauſſæ fuerint iudiciali ſententia,quam prouocatio nulla ſuſpēdit:ſed eos qui talia reſcripta meruerunt etiam limine iudiciorum expelli.text.in l.fin.C.ſentent.reſcindi non poſſe. Et malè faciunt principes, qui facilè conceduntur literas,vt veritas cauſſę deciſę iterum diſcutiatur : vnde quia leges hoc prohibent , non valent tales literæ ſine clauſula non obſtantibus.vt nota.in l.fi.C.ſi contra ius.l.cauſſas.de tranſactio.Bal. in marga.in verbo reſcriptum. quæſt.10.Alexan.conſi.136.in cauſa.col.2.in 2.volu.Soci.nominatim in l.in ſingulis.ff.de except. rei iud. maximè quæ à principe cum conſilio procerum in auditorio introducto ſtatuta ſunt, nullo modo retractari debent,notam infamiæ ſubituro eo,qui vel aſtutè ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare reſcripto.l.2.C.de legib. & qui reſcriptum impetrare tentauerit contra ſenatuſconſulta , tertia parte patrimonij mulctetur, & damnatus crimine ambitus maneat infamis.l. vna. C.de ſenatuſcon. eccleſiaſticæ etiam moderationi omnino eſt conueniendus vt quæ ordinata fuerint,vel rationabiliter deciſa,nulla in poſterum debeant refragatione turbari.cap.eccleſiaſticæ.25.quęſt.2.

5 Imo non ſufficit facere mentionem de ſententia , niſi dicatur quòd tranſiuit in rem iudicatam.glo.& ibi Fel.in cap.ſuper literis.de reſcrip.Iaſ.in d.l.cauſſas. niſi in cauſa matrimonij, & in caſibus,in quibus non tranſit in rem iudicatam.Gerard.ſing.20.ſicut. & Lappus allegat. 89. duo prælati.quos caſus ſcribit Fel.in c.lator.& c.tenor.de re iud.& abundè Hippoly in l.vna.C.de raptorib.virg.imò qui ſupplicat principi aduerſus ſententiam,quæ in rem tranſiuit iudicatam, vel contra areſtum,non ſolum impetratis carere debet, ſed etiam incurrit infamiam.tex.in l.ſi. C. vt

l.ſi.C.ut lit. pēdent,quo ad infamiā non ſeruatur.

6 lite pendent.& ibi Paul.& Petr.Gerar.dicto ſing.20. † Tamen vſus non admittit illum text. quoad infamiam:& contrarium vidi ſeruari,vt non inter infames computari ſoleat quamuis ſuccubuerit,ſed vt puniatur pœna ſtatuta hic,& ſic vides hic poſſe impetrari:nam quando eſt ſtatuta certa pœna,alteri derogatum cenſetur argu.l. cùm prætor. ff.de iud.docto.in c. nonne.de præſumpt.& melius eſt in pecunia puniri,quàm in infamia.

Quibus ex cauſis princeps reſcribat.

7 Poterit etiam princeps propter publicam vtilitatem contra areſtum reſcribere. in l.ſeruo. §. cùm prætor.ff.ad Trebel.gl.in c.omnibus modis.35.quęſt.9.l.quod ſemel.ff.de decret.ab ordi.facien.d.& hoc eſt commune per hanc Galliæ legem,& per modos in præfa.ſuperius ſcriptos.

8 Secundò per reſtitutionem, vt minoribus ſolet princeps facilè indulgere.glo. in dicto. cap. omnibus.per l.in cauſſæ.in fi.ff. de minorib.& per totum.

9 Tertio ex certa ſcientia,& cum clauſula non obſtantibus,vbi videt iuſtam ſubeſſe cauſſam. archid.in dicto cap.omnibus modis.Cepol.cautel.220.deciſ.in c.ſuborta.de re iudica.

Rex iudicata quando poſſit retractari.

10 Quartò vbicunque ſententia lata eſt ſuper contractu ſimulato , vel ex partium colluſione, tunc impetrare reſcriptum poterit : & annullabitur ſententia, etiam ſi tranſiuerit in rem iudicatam.text.ſing.in l.ſi ſponſus.§.ſi vxor.ff.de donatio.inter vir.& vxor.ibi, valebit quidem ſententia , ſed condicetur ei:cui donatum eſt.vnde ſi vxor donet marito, vel contra, & poſteà illa donatio fuerit ſententia confirmata,nonobſtante ſententia infringi poterit : quod probat Bal. in l. cùm allegas.col.3.num.7.C. de vſur.ſi debitor paſſus eſt ſe vinci non oppoſita exceptione vſuraria.& Rom. ſing. 308. tu ſcis quòd donatio.ideo anno 1548. die 18. Maij, quæ erat ante vigiliam

Areſtum.

Pentecoſtes fuerunt recepti hæredes impetrantes literas reſciſionis contractus venditionis,quam mater filio fecerat:& lata poſteà fuerat ſententia pro filio emptore,à qua nō erat appellatum, ſed quia inter perſonas prohibitas:& non apparebat de pecuniæ numeratione,ob id per areſtum reprobata ſuit,& impetrantes fuerunt admiſsi ad reſciſionem illius venditionis ſimulatæ.

Quintò impetrari poſſunt hæ literæ , ſi vnus confeſſus fuerit ſe hæredem in ſolidum , & ob hoc fuerit condemnatus:ſi poſteà appareat alter hæres pro dimidia,reſcinditur prius iudicatum pro parte.per text.in l.qui ex parte.ff.de interroga.actio.

Sententia etiam nullæ facienda eſt mētio in reſcripto.

11 Sextò valerent etiam de iure literæ contra areſtum , vel ſententiam nulliter latam non facta mentione illius text.in cap.per veſtras.de donatio.inter vir. & vxor.& ibi Ioan. Lupus, & Alexa. conſil.95.viſis in fin.vol.2.facit cap.ex tenore.de reſcript. ego autem putarem non prodeſſe has literas,niſi exprimeretur areſtum , etiam ſi nullum eſſet, nec in praxi admitterentur talę literæ, quia ea quæ ſolent mouere principem ad concedendum vel denegandum exprimi ſolent. cap. poſtulaſti.de reſcript.& quamuis non fiat tàm exacta expreſsio in literis iuſtitiæ, quàm gratiæ ad beneficia.per cap.ſuper literis.de reſcript.dixi abundè in forma mandat.in verb.pro expreſsis habentes.in concorda.Tamen reſcriptum non debet eſſe in hoc ſubreptitium,nec approbaretur in hoc regno quantuncunque areſtum vel ſententia nulla eſſet,ſi de eis habita non eſſet mentio.

Subreptitiū eſt reſcriptum ſi de inhibitionibus ſenatus non fiat mētio.

12 Itaque non valebunt hæ literæ,ſi quicquam in eis ſit obreptum,vel omiſſum ex neceſſariis. & ideo conſuluit Iaſo.conſi.47. circa dicta in fin.3. volu.non valere reſcriptum derogans totum inhibitionibus ſenatus,niſi de areſto plenam faciat mētionem,ſed eſt obreptitium & nullum.ideo ſecundum eum ſi ſententia vel areſtum contineat duo,vel tria capita, illa omnia & ſingula debēt exprimi : alioqui impugnabitur illud reſcriptum tanquam ſubreptitium, & dicemus illas literas inciuiles & irrationabiles.

Petitio reſtitutionis nō impedit executionem.

13 Nota tamen quòd petitio reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam,non habet impedire ſententiæ executionem.cap.ſuſcitata.de reſtit.in integr.l.ſi cauſſa cognita. C.de tranſact.Bald.in cap.paſtoralis. §.quia verò.col.prima. de offic.delega.etiamſi falſa diceretur interim ſententia, tamen exe

men executioni demandabitur.c.accepimus.de fide inſtru.vbi Feli.col.3.notat. quòd ſi opponatur ſententiæ,quòd ſit lata per falſos teſtes,vel inſtrumenta, ſtatur ei, donec illorum pendet cognitio,quia pro ea præſumitur.l.Herennius.§.Caia.ff.de euictio.

14 Idem ſententia principis, & in areſto curiæ ſupremæ, quia per modum prouiſionis pronunciari ſolet, quod exequi debeat pendente quæſtione falſi, vel alia requirente cognitionem longuam.per l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff. ad Trebel.etiam pendente in integrum reſtitutione,vt deciditur in deciſ.Neapol.quæſt.356. fuit dubitatum.in fi. etiam quoad expenſas: vt concludit Franciſ.Marcus,pendente recurſu.in ſuis deciſio.quæſt.15.in prima parte.

Areſta pendente cogn. cognitione, exequi ſolent.

15 Fallit quando vehemens præſumptio laboraret contra petentem reſtitutionem.l.ſatis apertè. C.de falſ.Iacobi.in l.ſi prætor.§.Marcellus.col.2.ff.de iudic.Aufret.q.54.& ſeq.col.2.ff.de iudic.

16 Hoc etiam caſu per modum prouiſionis in Francia ſolet cogi pars iudicatis ſatisfacere, etiam ſi allegetur error:vt vidi ſeruari,& hoc etiam aſſerit Boer.in deciſ.Burdegal.quæſt.52.latum fuit.col.prima. & ſcripſi in trac.de ſenten.prouiſio.& tracta. de ſenten.executio. Tamen contra areſtum hoc prouiſionale hæ literę ciuiles non impetrantur,& impetratas reiecit Senatus Pariſie. anno 1544.die 15.Maij. quod probatur art.ſecundo. in rub.de ſupplica. quia poſteà hoc areſtum iure ordinario reparari poteſt.ideo extraordinariæ hæ literę ceſſabunt.l.in cauſſæ.ff. de minorib. & fieri ſolet hæc executio non data cautione de conſuetudine: {quia à parlamentis permitti ſolet, etiam quia areſtum eorum executioni mandatur, in cuius executione non ſolet dari cautio,vt dixi.}

Literæ ciuiles contra areſta prouiſionalia non dantur. Areſtum.

Et en la moitié moins enuers la partie,& plus grande ſi meſtier eſt,ſelon la qualite & malice des parties.

GLOSSA VLTIMA.

1 HAec lex rem principis tuetur:nempe maior mulcta applicanda parti eſſet, quàm Regi:quia partis magis intereſt, quæ fatigatur, & nummis per lites exhauritur, ideo in hoc,fiſco præferenda eſſet.vt arg.rub.C.pœnis fiſca.debi.pręterti.lib. 10. & qui certat de damno præferendus eſt illi,qui lucrum petit.l.iuris.& l.ſeq.ff.de iur.& fact.ignor. Sed hodie tantus eſt principum fauor,vt iudices plurimi putent rem Deo gratam facere, ſi rem principum meliorem, etiam cum ſubditorum iniuria faciant. Sed quę maior eſſe etiam vtilitas principis poteſt,quàm habere ſubditos locupletes? vt dicit text.in §.cogitatio.in autheo.vt iudic. ſine quoquo ſuffragio.col.2.gl.in §.fi.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Maior mulcta an parti debeatur quà Regi.

2 Nota quòd ſi præfecti prætorio,vel conſiliarij protulerint ſententiam,licet non poſsit ab ea appellari,tamen faciunt litem ſuam,& poſſunt coram Cæſare,vel Rege conueniri:vt Bald.docet in cap.paſtoralis.§.quia verò.col.2.de offic. deleg. vbi plus dicit in principe, quòd ſi ſubmitteret ſe iuriſdictioni alicuius,poſſet ſic conueniri.per l.eſt receptum.ff.de iuriſdi.omnium iud.nam ſic ſe ſubmittendo,iudicio ſe ſubmittit diuino,non humano.l.rem non nouam.in princ.C.de iudic.

3 Si tamen vnus conſiliarius ex commiſsione ſenatus iudicet,ad ſenatum appellatur,tanquam de commiſſo ad committentem, & à delegato ad delegantem.cap. ſuper quæſtionum. de offic. delega.cap.ſi duo.ibidem.in ſexto. non quando totus ſenatus, vel vna camera, ſicut dicunt Romani in do.de rota.

Cõſiliarius male iudicans facit litem ſuam,et ad quem ab eo,& quando appelletur.

4 Notandum eſt tamen,quòd intra annum executio areſti,vel ſententiæ fieri debet.cap.quærenti,de offic.delegat. Aliàs anno elapſo, ſi non fuerit executio illius areſti facta, aut ſaltem incœpta, poterit pars ex noua cauſſa ſe opponere:nec executio fiet non audita partis oppoſitione: ſecus ſi intra annum executio incœpta fuerit. cap. plerumque.& cap. ſinautem. de reſcrip. {quia perpetuatur eo caſu per inchoationem executionis, ſicut iudicium.cap.relatum & c.gratum. de offic.delega.}

Areſtum an & quando poſt annum exequi poſſit & poſt decẽ annos quid proſit.

5 Hodie etiam pars in executione intra annum audiri ſolet,ſed decem annos tantùm producitur areſtum ad finem probandi,non vero exequendi,niſi fuerit executum,vel inchoatum exequi intra annum,tunc intra triginta annos exequi poterit:vt vidi ſeruari in praxi.Et docto.etiam tradunt in dicto cap.plerumque.de reſcrip.& in l.falſo.C.de precib.imperat. offerend. {Intelligendum tamen eſt quod areſtum latum ſuper dominio rei ſic poterit exequi, & ad probationem ſeruiet arreſtum,quia titulum prębet, diuerſum eſt ſi latũ fuerit ſuper poſſeſsione, & petatur executio poſt decem annos:quia pars,quę ſuccubuit,de nouo forte acquiſiuit poſt arreſtum poſſeſsionem naturalem & ciuilem.l.peregre.ff.de acqui.poſſe.glo.in l.1. C. de ſeruis fug. ideo non exequetur, nec auferetur poſſeſsio ab iſto, ſed ne arreſtum ſit eluſorium verbo executio fiet, & poſtea ordinariè agetur.vt docet Alexan.in l.permiſceri.ff.de acqui.poſſeſ.probatur in cap.cum eccleſia.de cauſ.poſſeſ.}

6 Item executor areſti non poteſt taxare expenſas, etiam coram eo factas, quia ad hoc non eſt datus, & ſic fuit iudicatũ malè proceſsiſſe bailliuum de Vermandoys,anno 1526.die 17.Decemb. qui eas taxauerat:ſed debet executor remittere ad cõmittentem.per not.in l.à Diuo Pio.§.1 ff.de re iudic.& in c.quærenti.de offic.dele.vide quæ ſcripſi ſuperius gl. 2.in art.3.de ſenten.prouiſio.

Executor areſti an expenſas taxare poßit. Areſtum.

7 Eſt

Differentia inter areſti executionē & literarū obligatoriarum.

7 Eſt tamen differentia quando fit executio virtute rei iudicatæ, areſti, vel in vim literarum obligatoriarum: quia in primo caſu pignora capta non reſtituentur debitori etiam data cautione: niſi conſignet pecuniam, quam debet: ſecus ſi executio fiat in vim inſtrumenti obligatorij: quia tunc datis fideiuſſoribus reſtituentur bona capta regulariter. abundè tamen ſcripſi in tract. de literis obligat. ibi vide.

Areſtum ut pendente erroris propoſitione areſtum exequi debeat.

8 Prætereà anno 1538. & die 28. Nouembr. cenſuit ſenatus Pariſien. contra dominum conneſtabilem de Montmoranci, quòd pendente erroris propoſitione areſtum executioni mandaretur: licet poſteà ſit declaratum errorem interueniſſe: & de hoc ſcripſi fuſius, in tract. de ſupplicatio.

Allegans errorē in uno, in alio executionem petere poteſt.

9 Etiam exequi debet pro illo, qui allegat errorem in quibuſdam capitulis, & in aliis executionem petit: vt fuit dictum à ſenatu pro Domina de Touteuille hoc anno 1543. in menſe Ianuario. licet allegaretur regula iuris, ex eo, quo quis eſt nixus impugnare, fructum conſequi non poteſt. Tamen quando ſunt capita ſeparabilia, illa quæ non impugnat exequentur, illa autem quę impugnat minimè: quia ſcire debemus tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt res. l. ſcire. ff. de verb. obli. vt abundè ſcribam in tract. de appellatio. in artic. 11. in ordinat. reg.

10 Item quando curia condemnat aliquem ad expenſas, damna, & intereſſe, in cauſſa principali, annullat tamen appellationem ſine expenſis cauſſæ appellationis: tunc non veniunt expenſæ reportus, quas ſpecies vocant: ſed expenſæ areſti petuntur. ita concluſum fuit comitialibus decretis, & vt dicunt ab omnibus cameris huius Senatus anno 1520. die 30. Auguſti.

Caſus in quibus retractatur ſententia.

11 Vltimò nota multos caſus in quibus retractatur ſententia per gl. in ſumma. 35. quęſt. 9. quam glo. approbat Ioan. de Platea in l. grammaticos. C. de profeſſorib. & med. lib. 10. & menti commendandum eſt, quòd ſententia etiam valida, vel areſtum retractari poteſt ex omni cauſſa, quæ ſufficiens eſſet ad appellandum: & in illis caſibus non debent hæ literæ denegari, teſte Specul. in tit. de ſenten. §. fin. verſi. Item retractabitur valida ſententia. Allegat. cap. vt debitus de appel. cap. rua. de offic. vica. & congeſsi caſus decem, in quibus ſententia diffinitiua retractari poteſt, in repetitio. l. quod iuſsit. † In ſecundo nota. ff. de re iudica. quos hîc non repetam, nec alia impræſentiarum adducam, conſiderans id quod Apollo, ſeu Apollodo. Græcus dicere ſic ſolebat: οἱ κράτιστοι τ̃ ἀνθρώπων βραχυλογώτατοί εἰσι, εἰ ὖν κἀ δ'ελεγχαι, ὡ ἀνιῶντο ὡς ἀνιῶσιν, οὐκ ἂν ἐμακρηγόρουν. hoc eſt, optimi hominum in dicendo breuiſsimi ſunt, linguaces verò ſi tantum moleſtiæ caperent, quanta reliquos afficiunt, haud ſanè longos ſermones traherent. Quamobrem ne his contrauenium dictis, finem huic tractat. imponam, immenſas Deo Opti. Maxi. & virgini Mariæ agens gratias in ſecula. Amen.

Spes mea Chriſtus.

DIGNIS

DIGNISSIMO DOMINO DECANO GRATIANOPOLITANO, ATQVE SENATORI CONSVLTISSIMO DOMINO RVFFO Pluuierio Petrus Rebuffus S.

Familiaritate & mutuo ſuauiſſimóque colloquio tua à me ſatis cognita virtus, probata eruditio, laudati deniq; mores, tui memoriam apud me ita commẽdarunt (egregie ſenator) vt nominis non modò ſit iucunda recordatio, ſed obliuiſci quidem, ſi velim, nullo modo poſſe videar: quinimo memoriam potius conſeruare, augereq; quàm ſtudioſiſſimè contendam. Ea eſt enim vis earum rerum, quæ præclara iudicantur, vt non patiantur eos, in quibus ineſſe videntur, ſilentio, laudibúsque apud notos familiarésque præteriri. Equidem illa eximia, quæ in te cognoui, me ita commouent, vt non aliter videar erga te affectus, quàm ſolebant erga Socratem hi, qui eius conſuetudine ſermonéque fuerant delectati, dum abſentis & mortui denique hominis ſermones denique repeterent, ſcriptisque permulti mandarent. Tanta tua illa modeſtia, et animi lenitas, qua te noui etiam erga improbos, qui te grauiſſima acerbiſſimáque iniuria affeciſſent, adeò mihi grata fuit, adeò memoriæ adhæſit: vt ſæpe apud pleroſque & graues quidem viros tanquam præclarum animi facinus laudarim. Etenim cùm poſſes acceptam iniuriam ſeueriſſimè etiam ex ſenatuſconſulti authoritate vlciſci, & coërcere, non impetum tamen, quo humanum genus natura ad id fertur, ſecutus es, & nõ ſolùm quid tibi ciuili lege liceret, proſpicere voluiſti, ſed Chriſtiano adhibito conſilio moderatius quærere quid Chriſtiano in ea re prius, quidq; laudabilius & magis expetendum eſſe deberet. Quod quiſque iudicare poteſt, quantum argumentum integritatis tuæ in tua dignitate ſenatoria afferat ad iudicium cauſſarum, quæ ipſe tractas, cùm in tua ita te geſſeris. Et ſanè tum reipſa comperi, quæ de te anteà audiueram ornamenta ſingularia animi tui eſſe, iuris diuini humaníque prudentiam, & ſolertiam ſummam, vt non ſolùm rerum priuatarum, ſed publicarum adminiſtrationi eſſes accomodatiſſimus: vt meritò ad ſenatorium ordinem à principe, & decanatus dignitatem vocatus ſis. Ob id iſtum tractatum ſupplicationum cùm abſque ſupplicationibus promotus fueris, tibi dicandum & iure tuo cenſui, cuius & aliorum ſcriptorum meorum, cùm aliquando te feciſſem iudicem & arbitrum antequam ederentur, & quorum cohortator fuiſti edendorum eorumdem editorum volui facere participem, & defenſorem, vt ſub tuo nomine publicentur, qui cum alijs author fuiſti publicandi. Quæ non dubito quin beneuolo animo accipias, vt noui tuam humanitatem & beneuolentiam. Vale, & nos, quod mutuò facies, ama.

TRACTATVS

DE SVPPLICATIONIBVS, SEV, ERRORVM PROPOSITIONIBVS INCIPIT.

Totius tractatus ſumma.

SVpplicationis materiam frequentem eſſe,illam tamen parum ſecundum curiarum vſum tractatam dignoſcens, ad praxim, per quam facilè intelligi poſsit,redigere cupiens,ſequentia deſcribenda curaui.In primis quotuplex ſit ſupplicatio. Secundò, quid ſit. Tertiò, quamobrem ſit inuenta.Quartò,quomodo introducatur.Quintò, quis iſtam ſupplicationem poſtulare, & impetrare valeat. Sextò, à quibus hæc ſupplicatio fiat. Septimò, an iudicatum pendente ſupplicationis proceſſu exequendum ſit. Octauò, quoties ſupplicatio iſta recipiatur. Nonò, quando concedi vel denegari poſsit. Decimò,intra quod tempus ſupplicationis inſtantia finiri debeat.Vndecimò,quæ differentiæ ſint inter ſupplicationem & appellationem. Duodecimò,quis ſit ſupplicationis effectus. Vltimò, elucidabitur tex.legum regiarum huic materiæ accommodus.quibus peractis,ſupplicationi amplius locus non erit.

Multiplex ſupplicatio, quæ Deo et hominibus fit.

1 Ad primum reſpondere poſſumus,quòd multiplex eſt ſupplicandi vſus,de quo hîc ſi vellem ſingula deſcribere,iuſtum volumem complerem: ſed quantum ad hanc reſpicit materiam, ſummatim proſequar.Annotandum eſt quòd interdum Deo optimo maximo ſupplicamus:ſed quia hoc ſpectat ad theologos,ad eos nunc reiicio:& ad glo.plenam in cle. vna. in verbo orationes. de reliquiis & venera.ſancto.

Supplicandi veterũ mos.

2 Interdum hominibus ſupplicatur:& apud veteres diu receptiſsimi fuit moris, vt ſupplicantes caput,dextram,genua eius,qui ſe ingererent,ſupplices contingerent,nec totum tamen caput,ſed mentum modò:vt ſtatuere Homerus videtur,vel barbę medituliũ:quod probat Euripides,id verò διὰτὸ ἡγεμονικὸν,quia ſit in nobis pars illa principalis,in qua logiſticô, id eſt rationalis collocetur potẽtia,dextram verò διὰ τὸ πρακτικὸν, quoniam inibi maxima inſit ad agendum facultas, genua verò propter motus,& progreſsionis neceſsitatem: tria verò hæc ſymbolicè conſenſum, actionem,progreſſum ad ea,quæ peterentur præſtanda,complecti videntur,teſte Cęlio lib.antiq. lectio.octauo. cap.39.in fi.de ſupplicationibus, quæ Papæ fiunt dico in forma ſupplica. in praxi acquirendi beneficia.

Verbo interdum & in ſcriptis ſupplicatur.

3 Item iſtæ ſupplicationes aliquando verbo fiunt,ſiue voce in iudicio, vel extra, ſicut appellationes.l.2.& ſeq.ff.de appella.& tanti ſunt momenti in voce, ſicut in ſcriptis.arg.l.non figura.ff. de actio.& obliga.

Aliæ in ſcriptis fiunt, & vocantur libelli à iureconſ. in l.nec quicquam. §. vbi decretum.ff. de offi. proconſul.l.omnia.de reg.iur.& alibi ſæpius in iure.

Supplicationes parlament.conſiliarijs dari ſolent.

4 Aliquando ſupremis ſupplicatur iudicibus, vt conſiliariis curiarum ſupremarum:& hoc ſolet communiter in Parlamentis exerceri,adeò quòd pauca admodum in curiis ſupremis tractantur,quæ non fiant,per ſupplicationem,poſtquam cauſſa eſt inchoata, vel per literas regias, & de his loquitur rubr.*des requeſtes preſentées à la cour.*vbi dicetur in ordina.reg. ſed non omnia ſic deciduntur, ſed quando ea, quæ in ſupplicatione petuntur, cauſſæ cognitionem deſiderant in ea, ſcribere ſolet curia,requeſtam in iudicio faciat: & tunc audientia opus eſt, & præſidis auxilio, quod longiſsimum eſt,& latiſsimum.vt dicit.l.prima. ff. de iuriſdict. omnium iudic. {At mortuo rege Franciſco, vidua regina Alienora, in quodam proceſſu dedit curiæ ſupplicationem in qua dicebat,oſtendit Alienora,*remonſtre Alienor &c.* Si verò procurator eius ſupplicaſſet, dixiſſet,ſupplicat,ſed non,humiliter.Ita vidi in palatiis ſeruari.}

Supplicationes quæ inferioribus offeruntur ante proceſſum & poſt fiunt.

5 Aliæ inferioribus offeruntur magiſtratibus, quod etiam frequenter in hac patria fit, vbi ſupplicationibus partes maximè vtuntur,tàm rei quàm actores, & teſtes, & omnes quos cauſſa tangit, ſi quid à iudicibus conſequi, vel ſibi nocumentum vitare velint: ſupplicat autem quis interdum ante proceſſum,fortè vt bona alicuius ſiſtantur,& areſtentur:vt plenè ſcripſi in trac.de literis obliga.art.6.& aliis multis modis practicis notis.& probatur in l.1.C. vt lite pendent. {Et hæc ſupplicatio,niſi fuerit à iudice approbata,& per executorem ſubſecuta conuentio,non interrumpit præſcriptionem.l.ſicut verſ.nec ſufficiat.C.de præſcrip.triginta vel quadra.anno.}

Interdum in proceſſu,& eo durãte, & varie, quidem, prout à nobis prouideri cupimus vſque ad ſententiam:vt ſuprà,& probatur in l.ſecunda.C.vt lite pendent. per docto. & hoc melius ſciri ex iudiciorum exercitio,quàm à iure poteſt.

Quando

Quandoque ſupplicamus poſt ſententiam, & tunc iudici à quo fortè, vt ad executionem iudicati procedat.iuxta l.à Diuo pio.ff.de re iudic.vel vt taxet expenſas, liquidet fructus,ſeu alia faciat: vt dico in tractat.de exceptio.quæ cognoſci poſſunt poſt ſententiam. vt in l.1.C. de iuris & fact.ignoran.

6 Item interdum epiſcopo ſupplicatur poſt ſententiam ab officiali latam:& valet illa ſupplicatio,ſi epiſcopus in integrum reſtituere velit contra ſui officialis ſententiam.ita tenet Ioan.Andr. in cap.Romana.primo reſpon.de appella.iſtam opinionem ſequitur Panor. & alij in cap.ex literis.de in integ.reſtitut.Ioan.Fabr.in d.authent. quæ ſupplicatio, & iſta communis ſententia obſeruatur,teſte Anfrer.in decſ. Tholoſa.quæſt.479.vnde ſolent officiales in ſententiis eorum dicere ſalua domini miſericordia condemnamus &c.{quod eſt prohibitum reſeruare in cauſſa hæreſis per ordinat.reg.Henric.qui an poſsit legem eccleſiaſticis imponere, decidit cap.eccleſia. de conſtit.ſcripſi ſuprà in procem.harum conſtit.}

Epiſcopus aduerſus ſui officialis ſententiam reſtituit.

Aliquando ſupplicatio porrigitur iudici, ad quem eſt appellatum: & hoc variis ex cauſsis, prout negotiorum qualitas occurrit:vt in rubr.de appella.per totum licitum eſt videre.

Aliquando ſupplicatur principi ante areſtum,vt ipſe euocet ad ſe cauſſam: de hoc dixi in tractat.de euocatio.abundè per c.vt noſtrum.de appella.

7 Notandum eſt,quòd ſupplicatio continere debet,primo vt petenti proſit, & alij non obſit. vt l.reſcripta.C.de precib. imperat.offer.nam fœmina ſupplicare poteſt,vt fruatur dignitate prioris mariti,licet nubat minoris dignitatis viro.l.fi.ff.de ſena.facit l.ſi quis ſepulchrum.de religioſ.l.1.§.vlt.ſi vſusfruct.pet.l.habitatores loca.Spec.in dicto tit.§.ſequitur.in fi.& ibi Ioã.And.alioqui ſi alteri obſit,& cognitionem deſideret,non ſolet concedi,niſi audita parte:vt ſuperius ſcripſi.{Vnde cùm publ.Rutilius amici cuiuſdam rogationi iniuſtè reſiſteret,atque is per ſummam indignationem dixiſſet,Quid ergo mihi opus eſt amicitia tua,ſi quæ rogo non facis?Reſpon.Imò quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum? Valer. libr.6.de grauiter dictis. capitulo 540. Vnde adagio patriæ dici ſolet *Coutel que non taille, amic que non vaille, ſi tu le pers non t'en chaille*. Sed & ſcribit Cicero libr. de amicitia, primam eſſe amicitiæ legem, vt ab amicis honeſta petamus.}

Supplicatio quid continere debet.

8 Nonunquam ſupplicatur poſt iudicatum, & areſtum, quod nullo modo per appellationem infringi poteſt, propter iudicis excellẽtiam,& authoritatem & de hac totus iſte complebitur Deo auſpicante tractatus,& propriè ſupplicatio eſt, quando à ſententia Regis vel præfecti prætorio, ſeu parlamenti ſupplicatur.l.vna C de ſenten.præfect.prætorio. Matthæ. de afflic.in conſtitutio. Neapolit.lib.1.rubr.39.verſiculo magnæ curiæ.fol. 104. & quamuis errare quanta poſsimus cura cauendum ſit, non ſolùm in maioribus verumetiam in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſsit errari: non eſt tamen conſequens, vt continuò erret quiſquis aliquid neſcit, ſed ſi quis exiſtimet ſe ſcire, quod neſcit,pro vero quippe approbat falſum:quod erroris eſt proprium. c.quamuis.38.diſtinct.

9 Secundo quærendum eſt,quid ſit ſupplicatio?iſtã reſpiciens materiam,reſpond.eſt quædam parte petente ad errorem facti contra iudicatum proponendum, quod per appellationem vel nullitatem retractari non poteſt,à principe facta impetratio, ſiue conceſſio reiecta diffinitione Panor.in cap.ex literis.de in integ. reſt. vbi ſic diffinit colum.2. ſupplicatio eſt quędam precum porrectio facta principi,per quam ex quadam benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, contra quam non competit remedium ordinarium: quia non conuenit materiæ, ſed potius reſtitutioni in integrum, quæ ab iſta differt: vt inferius dicetur.

Quid ſit ſupplicatio.

Primò dico eſſe quandam impetrationem, ſiue conceſsionem:nam cum multæ ſint impetrationes à principe,vt dico in tractat.de reſtit.ſeu releuamentis, iſta eſt quædam ex illis,& hoc elucidaui in tract.de except.in definitione.

10 Secundò dico parte petente:nam princeps ſine partis petitione non ſolet iſtam concedere, aliàs non diceretur ſupplicatio,nec ad partis ſupplicationem fieri,inferius tamen dicam,quando motu proprio concedatur.vide tamen quæ dixi in forma manda.in verbo,motu proprio.

Pars ſupplicatione petere ſolet.

11 Tertiò dico ad errorem facti:quia ad errorem iuris proponendum,non recipitur quis contra areſtum.vt l.præfecti.ff.de minorib.non enim præſumuntur errare, qui omnia iura in ſcrinio pectoris habent:vt dicunt docto.in l.omnium.C.de teſtament.de principe qui omnia iura habet in ſuis conſiliariis,licet fortè quidam ſint neceſsitatis.

Errore facti non iuris proponitur.

Quartò dico proponendum,quia pars illum errorem proponere, ſi velit ſibi conſuli,debet, & propoſitum probare.l.1. ff. ſi quadru.pauper. feciſ.dicatur.c.non eſt.de conſue. in 6.ſcripſi in repet.l.dinus.ff.de ſenatuſcon.Sillan.

Quintò contra quem proponatur error in definitione dicitur,contra iudicatum,ſed an contra quodlibet,audi ſequens verbum.

12 Sextò reſtringitur erroris propoſitionem fieri tantum poſſe contra iudicatum, quod per appellationem retractari non poteſt: nam ſi competat appellatio, & ſic remedium ordinarium, non competet hoc extraordinarium. per l. in cauſſæ.ff.de minori b.vt concludunt communiter iuris interpretes.

Vbi appellatio competit nõ proponitur error.

Septimò quando iudicatum non poteſt per nullitatem reſcindi:tunc ſupplicari & error allegari poteſt:vt inferius in l.regia dicetur.

Supplicatio à principe tantum obtineri poteſt.

13 Octauò dico à priocipe factam conceſsinnem,noo ab alio:& eſt text.in rubr.*du droict royal*, io ordinat.artic.1.pro quo facit l.diui.in fin.ff.de pœnis. & quia hæc ſupplicatio eſt meri imperij maximi:vt firmant docto.in l.imperium.ff.de iuriſdict.omnium iudic.& ſic ab alio inferiore non præſtatur,alia in ſequentibus dicentur.

Inuenta cur ſit hæc ſupplicatio.

14 Tertio quæro,cur inuenta ſit hæc ſupplicatio?Reſpon.ne auxilium contra iniuriam, & iudicum incuriam denegetur.arg.l.prima.ff.de appella.iuncta l.1.de iniur. & ne contra ius ſubditos grauari princeps patiatur:& ne error vnius,vel plurium alteri quàm errantibus noceat:nempe error voius alteri non debet nocere.l.mandatum 2.ff.mandati.nec credulitas vniu salteri.l.3.§.ſed & ſi ſic. de in rem verſo.Franciſ. Curt.in l.2.in princ.ff. de iudic. ideo error ipſorum iudicum partibus nocere non debet.Adhæc ne quis locupleterur cum aliena iactura. l. nam hoc natura.ff.de condic.indeb.l.iure naturæ.de reg.iur.

Et vt errores corrigantur:melius eſt eoim ſe corrigere, quàm ab alio corrigi expectare.§.1.in authent.de nupt.collatione quarta.ſcripſi in l.quod iuſsit.ff.de re iudicat.& dicitur maximè conſiliariis in cap.qualiter.primo de accuſa. non pudeat vos errorem veſtrum corrigere qui poſiti eſtis vt aliorum corrigatis errores: quoniam apud iudicem diſtrictum qui qua menſura menſi fueritis,remetietur vobis.

Item ne inde iniuriæ oriantur, vnde iura naſcuntur. l. meminerint.C.vnde vi.capit. qualiter primo.de accuſa.

Præterea ne res per errorem indicum, & ſic iniuſtè acquirantur, acquirerentur enim per hoc iudicatum per errorem,& contra veritatem latum. & tamen acquiſitiones iniuſtas lex prohibet. in l.ſi filiusfa.ff.de iud.& in l.1.& per totum.ff.de condic.ob turpem cauſ.

15 Vltimò iudicatum per errorem non poteſt dici propriè & ſimpliciter iudicatum,ſicut teſtamentum.in l.cùm teſtamentum.C.de iur.& fact.igno.nullius autem eſt errantis conſenſus.l. non idcirco.ibidem.& l. ſi per errorem.ff.de iuriſdi. omni.iudic.ergo iſtum areſtum non poteſt dici areſtum, poſtquam per errorem latum eſt: ideo hanc ſupplicationem rectè introductam ad hoc reformandum palàm eſt.

Iudicatum per errorē iudicatū dici nō poteſt.

Introduci hæc ſupplicatio quomodo ſoleat.

16 Quarto quomodo introducatur hæc ſupplicatio?Reſpon.pars victa in Senatu, à quo non licet appellare.l.vna.C.de ſentent.pręfect.prætor.ſupplicabit Regi capello depoſito, & genibus flexis. teſte Azo. in ſumma de precib.Imper.offerend. quem citat Ioan. Andre.in additio.ad Specu.in titul.de ſupplicat.§.1.in princ.

Forma impetrādi ſupplicationē.

17 Sed aduertendum eſt,nam pars, quæ vult proponere errorem, aut errores, debet primò eos ex proceſſu elicere,& in ſupplicatione in membrano deſcripta illos cōnumerare:& iſtam poſtea ſupplicatiooem pars offeret cancellario,qui ſupplicationem & alia documenta,per quę errorem probare pars vult,tradit libellorum magiſtro,aut conſiliario magni cōſilij,qui refert omnia conſilio,quod ſuper hoc ſtatuit,an error,vel errores adſint:& ſi conſilium concludat errorem adeſſe vel non,illam concluſionem referet is,cui erat ſupplicatio à cancellario data, & oſtendet cancellario,qui Regi iſta refert.

Cācellarius ſine Regis permiſſu literas ſupplicationis nō concedit.

18 Et Rex demum ad cancellarij relationem has ſolet denegare,vel concedere literas *Henri &c.* & ſic cancellarius ſine Regis mandato literas non ſolet concedere: licet quidam contrarium dicant,per gloſ.& docto.in dicta authentic.quæ ſupplicatio.& hoc probat dict.Paul.Pariſien.conſil.118.domina.col.1.nu.6.& ſequent.in 1.vol.ideo ad iuſſum & præceptum Regis cancellarius literas concedet:formam illarum literarum vide in ſtylo magnæ cancellariæ.

Literæ ſupplicationis quid continere debeant.

19 Item in illis literis prædicta narrantur, & diriguntur illi parlamento, quod iudicauit:& mittet Rex articulos errorum clauſos,& ſigillatos ſub cancellarię ſigillo,& ſententiam,ac concluſionem magiſtrorum:io quibus fuit concluſum errorem videri interueniſſe mandatq; Rex ac præcipit dicto parlamento,vt errores ac omnia alia videant, & diligenter in eis procedant, vocatis magiſtris libellorum,& partibus ac aliis euocandis, facta in primis depoſitione duplici mulctæ, quæ aſcendit ad ſex viginti libras,hodie ad duplum.Rex etiam præcipit vt corrigant errorem,vel errores,ſi qui ſint,committendo primo hoſtiario vel ſeruienti de citando partes ad diem competentem,de quo certificare parlamentum teneatur,ecce in ſumma quid contineant dictæ literę,& quomodo prius cauſſa prouiſionis erroris introduci debeat.hoc ſcribitur in ſtylo parla.in rubr. de ſenten.& areſt.ordina. quarta. & in prima parte rubr. inſtructiones abreuiatæ ad habendum notitiam ſtyli curiæ parlamenti &c.

20 Item pars literas apparitori,vel hoſtiario tradit,ad citandum partem:quia ab in ius vocando incipere oportet.§.omnium.de pœna temere litigant.in inſtitu.& iſte ſeruiens citat,& diem pręſtituit, ac de his relationem facit:quæ omnia parti tradit, quæ ſupplicationem impetrauit: & poſteà pars debet adire parlamentum: vt in l.1.C.de precib. impera.offerend.ſcribitur ibi,quem adire curia.

Mulcta apud grapharium deponi ſolet.

21 Demum pars proſequens errorem die præſtituta ſe.præſentat in parlamento contra partem aduerſam,poſteà ſupplicationem parlamento porrigit in qua narrat literas ſibi conceſſas,citationem partis factam,rogatq; curiam, vt aperire errores clauſos velit, & præceptum fieri parti, vt compareat certo die,& hora coram grapherio, ad dictam mulctam duplicem apud eum deponendum

nendum vel apud alium authoritate curiæ committendum.

22 Curia viſa partis ſupplicatione & requeſta, ſolet dicere articulos aperiendos, dandamque copiam illorum parti aduerſæ, decernitq; diem & horam ad comparendum, & videndum conſignationem fieri apud actuarium & grapharium, atque ad dandum defenſiones, & actori replicationem, ac reo duplicationem intra tempus ordinationis concedit.

23 Poſteà reus dat defenſiones, actor replicationes, reus duplicationes: & inter procuratores concluditur ad ius ex apunctamento illorum, vt dicunt: & omnia iſta in ſacro reponuntur, & non miſcentur inter alia acta: ſed ſic iudicabitur proceſſus ſine alia productione: nec partes reciperentur ſi de nouo aliquid producere vellent, vel alia errata, vltra ea quæ ſupplicatione Regi ſeu cancellario data expreſſa ſint, teſte Imberto in inſtitut. forenſ. lib. 2. §. ſed ſi appellationem. tamen ego putarem alios errores ex proceſſu elicitos recipiẽdos eſſe, licet non ſint expreſsi: quia mens Regis eſt, vt error vel errores corrigantur: ſi igitur non eſt iſte error expreſſus in literis, poterit tamen & debebit à conſiliariis admitti, & erratum eſſe iudicari: & hoc ſeruatur. *Errores nõ expreſſi in literis accipi an poſſint.*

24 Poſtremò ſi proponens errorem ſuccumbat, & condẽnatur in expenſis, damnis & intereſſe: ſi autem obtineat, condemnabitur reus ad reſtitutionem rei, quam conſecutus fuerat ex areſto & ad fructus perceptos, & percipiendos à tempore areſti lati: & emenda depoſita ei reſtituitur: & curia ſolet dicere erratum, non in quo, & facilè hoc non pronunciare ſolet. *In quibus debeãt condẽnari partes.*

25 Quinto quis ſupplicationem iſtam poſtulare, & impetrare poſsit, & errorem contra iudicatum proponere? Reſpon. Omnis per errorem cõdemnatus ab eo, à quo appellari non poteſt. dicta authen. quæ ſupplicatio, ſiue is ſit Regi ſubditus, ſiue non. *Supplicationem quis poſtulare poſſit.*

26 Ideo à non ſubdito Regis condemnato in parlamento poſſe hanc impetrari, & concedi conſuluit Bald. conſil. 217. ego puto. in tertio volu. vnde ſi Anglus vel mercator Hipanus fuerit à Senatu Pariſ. condemnatus, vel ab alio Franciæ parlamento, hanc impetrabit à Rege ſupplicationem, ſi errore cõdemnatũ ſe eſſe putat, id eſt iudices erraſſe cùm iſta ſupplicatio ſit data in releuamen oppreſſorum, ſicut appel. l. prima. ff. de appellat. ob id tàm à ſubditis quàm extraneis condemnatis perperam, & per errorem ſupplicatio impetrari poterit: nec bene faceret princeps, qui omnibus iuſtitiam debet, ſi extero denegaret, vel ſubdito, ſic per errorem condemnato, dum tamen modo omnia faciat, quę huic actui neceſſaria ſunt dixi articulo primo. nume. 17. & 24. infrà eodem. *Non ſubditus etiã ſupplicationem impetrat.*

27 Sexto à quibus ſupplicandum ſit? Reſpon. ab illis, à quibus appellare de iure non eſt liberum. ideo à Papa non appellatur. c. cuncta. 9. q. 3. ſed ab eo ſupplicatur ad eundem. c. ex literis. de in integ. reſtit. Archid. in c. anteriorum. 2. q. 6. *A quibus ſit ſupplicandum.*

28 Secundò à principe non recognoſcente ſuperiorem ſupplicari poteſt, non autem appellari. l. 1. ff. à quibus appella. non licet. ibi, & quidem ſtultum eſt illum admonere, à principe appellare fas non eſt, cùm ipſe ſit, qui prouocatur: ideo à Rege Franciæ dubium nõ eſt appellari non poſſe.

29 Idem etiam dicunt in Rege Nauarræ, quia à ſententia Regis etiam ſi ſuperiorẽ recognoſcat, appellari non poteſt: vt aſſerit Bald. in l. 1. in fin. ff. de offic. præfec. prætorio. Refert Paul. Pariſien. conſilio 118. damna. col. 1. vol. 1. & idem dicit Iaſ. in Venetis. in l. ex hoc iure. de iuſtit. & iure. col. 4. nu. 26. idem dicunt in duce Mediolani. idem etiam ſcribit Petr. Paul. Pariſien. in duce Sabaudiæ. dicto conſil. 118. domina. in 1. vol.

30 Tertiò nec à præfectis prætorio appellatur. l. vna. C. de ſenten. præfect. prætorio. ſed ab illis ſupplicatur: vt hîc. & c. ex literis. de in integr. reſtit. c. cùm cauſſa. de re iud.

31 Quartò appellari non poſſe à Senatu ad principem oratione diui Adriani effectum eſt. d. l. 1. §. 1. ff. à quib. appella. non licet. ideo à parlamentis Franciæ non appellatur, ſed ſupplicatur, vt notorium eſt omnibus: quod intelligendum eſt, de quocunque Senatu: tanta enim eſt authoritas & poteſtas vnius, quàm alterius, in cauſsis ſibi commiſsis. ex text. in §. aliud. in authentic. vt ſponſal. largitas. colla. 9. ibi, quoties ſententia glorioſiſsimorum præfectorum cuiuſcunque regionis proferatur.

32 Quintò à conſilio priuo, ſeu, vt vulgo dicunt, *du conſeil priué*, nec abſtricto eius conſilio appellari fas eſt: quia princeps ſolet in illo adeſſe, & fingitur ipſum hoc iudicare, ob id non appellatur: tamen ab ipſo ſupplicari poſſet, ſi rex ſupplicationem recipere vellet. quod æquum eſt vt faciat, ſi erratum ſit.

33 Sextò idem in magno conſilio Regis, vt ab eo ſupplicari ad principem ſit liberum, non verò appellari, quia vice fungitur Senatus: & ſicut à Senatu non eſt fas appellare, nec à magno conſilio: vt plene ſcribit Ioan. Montaigne in tracta. de authori. magni conſil. & quia Rex loquitur etiam in illo magno conſilio.

34 Septimò à ſummis vectigalium iudicibus, id eſt à generalibus iuſtitiæ non appellatur, ſed poteſt ab illis ſupplicari, ſicut à Senatu: vt habetur in ordinat generalium. ſiue ſint generales Pariſien. iuſtitiam adminiſtrantes, ſiue in Montepeſſulano, quia par eſt iſtorum iuriſdictio. vt eſt in ordina reg. generalium Montepeſſulani videre. { Vnde ſtatuit rex Iohannes anno 1350. non eſſe appellandum ab illis iudicatis, quæ de conſilio regis proceſſerunt.

35 Octauò à magiſtris computorum in caſibus computa tangentibus non appellatur: quia in illis ſunt iudices ſupremi, ſed ab illis ſupplicari poſſet: in aliis verò caſibus ad curiã ſupremam *An à magiſtris computorũ appellandum ſit.*

ſæpius vidi appellari:quia in illis non ſunt iudices ſupremi vt in computationibus,& quia computationibus ſunt præfecti:ideo turpe eſſet ignorare ius computationum, in quo verſantur.l.2. §.Seruius autem.ff. de origi.iur.& Cicer.Tuſculan.q.lib.2.tamen in illis error proponi,ſi ſit, poteſt,& ſupplicari.

A locatenentibus Regis an ſit appellandum.

36 Nonò dicunt quidam à locatenentibus Regis in aliqua prouincia,vt de locuntenente linguæ occitanæ ad principem ſupplicandum, vt in rubr.ff.de offic. proconſul.Ego putarem illum tanquam delegatum habendum,& ad principem appellandum , ſeu ad curiam eius ſupremam: quia multò maior eſt poteſtas totius curiæ,quàm vnius locuntenentis : & hoc deberet princeps declarare ; quia iſti locuntenentes,ſeu eorũ vicegerentes ſolent ſæpe abuti,qui vſurparunt poteſtatem ſupremam,vt nulli parlamento ſubiici:ſed ſicut locuſtæ eſſe volunt : & mirandum eſt cur cancellarius hoc non reformet,quia multi abuſus committi ſic ſolent.& in rubric.*du droict royal*, articulo primo recitatur vſurpatio eorum, qui ſolebãt cognoſcere ſine appellatione , & alia iura vſurpare regia;quod ibi Rex prohibet , ob id parlamenta Franciæ inſequendo illam ordinationem deberent illos refrenare,ne deinceps iſta vſurparent.

Quando iudices qui iudicarunt nõ interſint ſupplicationi errorum.

37 Decimò ab illis,quibus rex cauſſam committit. vt iudicent appellatione remota , in aliqua cauſſa tanquam ſi ipſe princeps adeſſet,non poteſt appellari:vt probatur in c.paſtoralis.de appe. ſupplicari ab illis tamen non prohibetur ; cùm hoc ſit ſubſidiarium appellationis deficientis remedium.Tamen ipſi poſteà errores non indicabunt,ſed curia parlamenti,in cuius imperio iudicarunt,cognoſcet illis præſentibus,& de his erroribus ſtatuet,vt habetur in ſtyl. parlament.rubr. inſtructio abbreuiate ad habendum notitiam ſtyli curiæ parla.& de modo procedendi in eadem. { Vndecimo contra ſententias latas à iudicibus præſidialibus in hoc regno , in quibus caſibus appellare non licet , vt pote ſi ſententia non excedat 250. libras , vt in tit.des iuges preſidiaux in conſti.reg.ordina.1.}

Areſtum an ſit exequendum pendente ſupplicationis proceſſu.

38 Septimo an areſtum pendente ſupplicationis proceſſu ſit exequendum? breui reſpondeo exequendum,data tamen cautione de reſtituendo omnia,ſi iudicatum retractetur.d.auth.quæ ſupplicat.gl.in c.ex literis. de in integr.reſtitu. & Cardi.in cle. vna.q.10. de cauſſa poſſeſsio. ſequitur. Tremol.in additio. ad Huber. de bonacurſo in rubr.de impediment. executio.& cauſſæ nullitatis.verſ.quinto quia ſupplicatio.Panor. in c.ſuſcitata.de reſti. in integr. Matthæ.de aſfli.deciſ.Neapol.q.341.lata eſt ſententia.Carol.ruinus conſil.34. viſis omnibus.in 2. vol.& ſi hęc cautio non præſtetur ante executionem,irrita erit,ſicut dicitur de vſurario,qui non præſtitit cautionem de reſtituendo vſuras ante teſtamentum,vt non valeat teſtamentum.c.quanquam. de vſur. in 6.ſic & in hac cautione : vt docet Guido Papę q.50.quia hæc curia.& an cautio iuratoria admittatur , ſi pars dicat ſe non inuenire aliam. Guido Papæ ibidem tenet quòd ſic. & deci. 179. circa materiam. vbi dicit,ita fuiſſe concluſum per l.generaliter. C. de epiſcop.& cleric. & doct.in rubric. ff. qui ſatiſda. cogant.ego non vidi cautionem dari in hoc regno Franciæ, ſed executionem faciendam pendente proceſſu,pronunciauit Senatus Pariſ. anno 1540.die 4.Ianuarij.

Areſtum.

Areſtũ executioni mandatur etiam pro illo qui errores allegat.

39 Imò fuit iudicatum in hoc Pariſ.Senatu pro d.de Touteuille, quòd areſtũ executioni mandaretur pro illo etiam,qui errores allegabat,in aliis articulis , in quibus non dicit erratum anno 1543.in menſe Ianuario.quod eſt notandum, vt areſtum exequi poſsit, tàm pro impetrante ſupplicationem,quàm etiam pro parte aduerſa,in illis tamen articulis,in quibus pars non proponit erratum fuiſſe etiam die 15.Martij anno 1544.fuit dictum areſtum exequendum illo,vbi erratum proponebatur,videlicet in hæreditatis petitione,ſed hoc ab vna parte tantùm.

Executio etiam in expẽſis fit.

40 Non tamen fiet executio quoad expenſas areſti : ſed expectabitur ſententia propoſitionis erroris confirmatoria,vel infirmatoria,vt in conſi.Neapol.magno aſſerit fuiſſe iudicatum Matth. de affli.in deciſ.Neapol.q.231.dicit regia.& ſemper obſeruatum.nos tamen Galli ſeruamus contrarium,vt exequi tàm in expenſis quàm in principali liceat : vt dico in tracta.de ſenten. execu. arti.16.& eſt ordi.reg.in rubr.*des cauſes poſſeſſoires beneficiales*.artic.12.quia acceſſorium ſequi debet naturam principalis,per regulam iuris.& ſcripſi in tracta.de lite.ciuil.lib.gl.6.in fin.

Reſcriptum differens areſti executionem non ualet.

41 Item non valere reſcriptum aſſerunt doct.ſi princeps mandat,vt areſti executio differatur:& hoc eſt,propter curiæ ſupremæ authoritatem, nec illi reſcripto ſtari debet de ſtylo parlamentorum:vt firmat Guido Papæ.in deciſ.Delphi.q.420.in hac curia.dicens reſcriptum non valere, vt ſententia non mandetur executioni,donec de meritis cauſſæ reuiſionis fuerit cognitum,quia eſt contra cõſuetudinem,& ſtylum ipſius curiæ:& pro hoc facit lex probatorias. C.de diuer. offic. lib.12.& nunquam talibus reſcriptis obtemperatum fuit ſecundum eundem. { Et ſtatuit Carolus ſextus,ne parlamẽta differãt areſtorum executionem,ſeu pronunciationem per quaſcunq; literas regias,ſeu mandata & hoc anno 1389.die 15. Auguſti, vt patet in lib.antiq.ordi.curiæ,fol.134. ego tamen vidi per aliquot tempus differri.}

42 Tamen ego vidi literas ſtatus concedi tempore belli , in Senatu verificari in quibus mandabitur , quòd ſuperſedebat ab executione areſti , vſque ad tale tempus , & 15. dies poſt ſuum reditum à militia : ſed regulariter non ſolet ſcribi contra areſti executionem , ne illuſoria ſint per l.ſi prætor. ff. de iudi. niſi ex cauſis , quas ſcripſi in tract. de literis ciuilibus, & de literis ſtatus.

43 Octauo

Quoties erroris propoſitio recipitur.

43 Octauo quoties iſta erroris propoſitio recipi,& admitti debet? Reſpon. ſemel tantum, cùm ſit remedium gratioſum, & ſic extraordinarium. l. ſi quis. C. de precib. impera. offerē. docto. in c. ex literis. de in integ. reſtit. Aufre. in deciſ. Tholoſa. quæſtio. 479. quia error in prima receptione corrigi poteſt: & intelligitur de prima erroris reuocatione. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignifi. vbi abundè ſcripſi. licet contrarium teneat Tremol. in d. rubr. de impedi. executio. verſic. quinto ſi à ſententia. idem docet Guido Papæ conſil. 139. literæ. in reuiſione, quæ fiebat in Delphinatu, quia loco ſupplicationis huius cedebat, & ideo eiſdem regulis regi debebat, & ſemel tantum proponi: vt in tracta. de liter. ciuil. lib. dico in præfa.

44 Mihi autem videtur, quòd ſi eadem pars bis vellet ſupplicare, non reciperetur. per d. l. ſi quis. quia ſemel tantum hoc iudicatum retractari fas eſt. l. fin. ff. de colluſio. detegen. diuerſum eſt ſi pars aduerſa nunc vellet dicere errorem maximum interueniſſe in dicta ſupplicatione iudicata: tunc poſſet princeps hoc recipere: vt fuit viſum in parlamento Delphinali, teſte Guido. Papæ. q. 345. à ſententia. & conſil. 139. literæ. col. 2. nam in prima erroris pronunciatione magis fortè fuit per fauores errarum, quàm anteà eſſet: igitur de integro errore proponi poterit per alteram partem: quia nonnunquam ſuperiores bene latas ſententias in peius reformant. l. 1. ff. de appella. ſed (vt puto) ſine magnis fauoribus non obtineretur hæc ſecunda erroris propoſitio: quia magna inſurgit præſumptio pro iſto iudicato vltimo per l. Herennius. §. 1. ff. de euictio.

Quādo ſupplicatio cōcedatur.

45 Nono quando concedi poſsit, vel denegari? Reſpon. quoties princeps vult: quia hoc eſt voluntarium: & poteſt eam princeps recuſare. Bal. in l. fi. C. de leg. non debet tamen, ſi iuſtum ſit, alioqui iuſtitiam denegaret: quod non debet facere, cùm regum proprium ſit facere iudicium, & iuſtitiam. c. regum. 23. q. 5. & hoc docet Bal. in l. princeps. ff. de legib. & Prępoſit. in rub. de appella. col. 2. & dicit text. in cap. tum ex literis. de in integ. reſtitut. ibi nos ſupplicationem eiuſdem eccleſię admittere debebamus, præſertim quia ſententia Romanæ ſedis non denegatur poſſe in melius commutari, cum aut ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſi pro conſideratione ætatum, & temporum, ſeu grauium neceſsitatum diſpenſatiuè quicquam ordinare decreuit.

A principe denegante propoſitionem erroris an poſsit appellari ad futurū concilium.

46 Tamen ſi princeps eam recuſaret, etiam in caſu in quo obtineri debet de iure, non eſſet ad futurum cōcilium appellandum: nam ſicut qui à Papa talem interponit appellationem, non videtur ab hæreſi alienus eſſe, cùm non habeat ſuperiorem, nec ab aliquo iudicari poſsit, niſi in certis caſibus à concilio generali. ca. omnes qui. 22. diſ. & c. nemo aliorum. & ſeq. 9. q. 3. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. propoſuit. de conceſ. præbend. Floren. in ſua ſumma in tertia parte rubric. 23. c. 3. §. 3. ideo non licet ita appellare à pontifice Romano.

47 † Sic etiam non videtur alienus à quodam læſæ maieſtatis crimine, qui à Rege noſtro ſic appellat, cùm non habeat in temporalibus ſuperiorem: vt de eo teſtatur Papa in cap. per venerabilem. qui filij ſint legiti. ſic firmat Bald. & Iaſ. in l. fi. C. commu. de legat. Dec. in cap. in præſentia. col. 19. nu. 28 de probatio.

48 Ideo Pius Papa ſecundus prohibuit à Papa ad futurum appellari concilium: & qui ſic appellauerit, excommunicationem ipſo facto incurrit, à qua non poteſt ab alio, quàm à Papa, niſi in mortis articulo: vt voluit etiam ſic appellantes incurrere illas pœnas, & cenſuras, quas rei maieſtatis & hæreticæ prauitatis incurrere dignoſcuntur. Hoc ſtatutum fuit annò 1459. 4. calendas Februa. vt eſt ſcriptum in fine primi tomi conciliorum general. quod tamen reprobat Vgo in ſuo libr. ſynodia vgonica de conciliis, dicens eſſe contra rationem naturalem, vt grauato non liceat ſe defendere. ibi vide alia.

A principe ſupremo quando ſit appellandū.

49 Poterit tamen à principe appellari, quando ad relationem alterius ſententiam protulerit. per l. primam in princ. ff. quando appella. ſit. Roman. conſil. 521. circa. & Soci. conſil. 195. circa princ. verſ. poſtremò. in ſecundo volumi. vbi dicit ſe obtinuiſſe hoc in Papa Ferrariæ, idem tenet Paris de puteo in tracta. ſyndic. in prima parte verſi. ſubiicio. fol. 51. in paruo volu. & ſic hodie cùm principes ad relationem aliorum ſoleant ſemper ferè iudicare, ab illis appellare liceret: quod tamen non ſeruatur.

50 Item appellatur à principe malè informato, ad eundem bene informatum. l. 1. §. quæſitum. ff. de appell. l. 1. C. de relatio. Bald. in l. fi. illo titu. Marti. Lauden. in tractat. de princip. art. 42. facit c. ſententiam. 35. q. 9. c. cùm apud. 11. q. 3. glo. vlt. in rubr. de cauſsis in pragmat.

De Philippo Macedonum Rege.

51 Vnde cùm Philippus Macedo. Rex cuiuſdam Machetæ dormitabundus cauſſam audiſſet, illumq; condemnaſſet, & ab eo illum appellaſſe intelligeret, interrogauit, ad quem? reſpon. Machetes ad te ipſum, ô Rex, ſi expergiſcaris: qui poſtquam iterum cauſſam audiſſet, iniuriaque condemnatum eum cognouiſſet, iudicatum non reſcindit, ſed pecuniam ad quam primò Machetes condemnatus fuerat, perſoluit: vt eſt videre in apophthegma. Plutar. in vita Philippi.

52 Et peccaret princeps, aut Papa, ſi talem appellationem non admitteret, quia iuſtitiam denegaret, teſte Cardi. in cle. paſtoralis. de re iud. & Chaſſa. in catalog. gl. mundi in 4. parte cōſidera. 24. nu. 103. & an non ſubditus à Rege condemnatus ad Papam poſsit appellare. Bal. cōſi. 217. ego puto. in 3. vol. vbi concludit non eſſe appellandum, ſed ſupplicandum. per c. nouit. de iudic.

Ab ordinationibus nō eſt appellandum.

53 Hodie in hoc regno tenendum eſt, quòd nullus à Rege appellare poteſt. & ideo anno 1417. die 25. Februarij fuerunt à Senatu declarati rei læſæ maieſtatis hi, qui ab ordinationibus regiis, & eius reformationibus appellauerant. vide quæ ſcripſi in rubr. de conſtitu. in concorda.

54 Sed concludit Alexander conſil. 88. in cauſſa. in 4. volum. ſupplicationem principi fieri

poſſe, etiam ſi ſtatutum diceret non poſſe ad ſuperiorem haberi recurſum in aliquo caſu; quia debet intelligi de ſuperiore per appellationem, ſed non de principe, qui non poteſt ligari per illud ſtatutum.per l.digna vox.C.de legib.l.princeps.ff.eo.

Caſus in quibus ſupplicatio non conceditur.

55 Sunt tamen aliqui caſus,in quibus ſupplicatio iuſtè denegatur:primus eſt, quando illi quibus prius errores oſtenſi ſunt, dicunt nullum errorem interueniſſe:tunc princeps non concedet ſupplicationem,& ſi conceſſerit,parlamentum pronunciabit erratum non fuiſſe, ſi ita inuenerit, & condemnabit impetrantem ad expenſas,vt inferius dicetur.

56 Secundus eſt,vt ſi pars poſt biennium impetret,eidem recuſantur literæ , vt in l.vna. C. de ſenten.præfe.præt.& d.authen.quæ ſupplicatio quamuis olim vſque ad 30.annos reciperetur : vt dicit.gl.in verb.parlamentum.in tit.de concluſio.eccleſiæ Galli in prag.ſequitur Bened.in repe.c. Raynutius.in verb.mortuo.1.nu.273.de teſta.& infrà in literis Ludo.primis ſcribitur.

Poſt annum non recipetur ſupplicatio.

57 Et ſi pars poſt biennium impetraret,deberet condemnari in expenſis,damnis, & intereſſe, & in duplici emenda,& tamen non cognoſceretur de errore:vt inferius dicetur:niſi princeps di-dicitis & cõpertis rei meritis aduerſus huius temporis ſilentiũ reſtituat,teſte Imberto in li.2.pag. 246.quod non ſolet facere princeps,nec contra ordina.reſcribere.(alioqui nil certi haberemus.)

Hodie intra vnum annum per ordi. nouiſsimam arti.5. audi quid dicat. *Et au lieu de deux ans qu'ils auoyent par les anciennes ordonnances auront ſeulement vn an, pour ſatisfaire à ce qu'ilz eſtoyent tenuz fournir & ſatisfaire dedans les deux ans ordonnez par les dictes ordonnances.*

Si tamen pars proteſtata fuerit , & proſecuta fuerit intra tempus, tamen propter fauores non poterit literas obtinere,ſi tamen poſteà obtinuerit,valebunt:vt plenè probat Matthæ. de afflic.in deciſ.Neapo.q.78.in cauſſa.& dicit Archi.in ca.anteriorum.2.q.6.quod in conſiſtorio principis qualitercunque appellans ſit impeditus,non currunt ei tempora.idem tenent doct.in authen.ſed his.C.de temporib.appella.

58 Tertius caſus eſt,quando ſupplicans errorem allegatum non probat,condemnatur tunc ad mulctam ſex viginti librarũ Pariſ.& ad expẽſas,damna & intereſſe:vt eſt in ordi.reg. deſcriptum. & Ioan.Vauren.in tract.de ordi.iudicio.rubr.quomodo appellandum à ſententia parlamenti ſit. ſequitur Benedict.in repeti.c.Raynutius.in verbo & vxorem.num.480.de teſta.& in verbo,mortuo.1.num.272.ibid.vt ſuperius dictum fuit,in Hiſpania verò condemnatur ſupplicans ad mille quingentas duplas:vt vidi in conſti.Hiſpan.

Lex Hiſpanæ.

59 Hodie per ordina.reg.inferius deſcriptas tenetur impetrans deponere ducentas quadraginta libras,antequàm audiatur ad proſequendas literas impetratas.ne homines facilè contra areſta, quæ fixa ſicut polus arcticus eſſe debent , veniant , & illa ludibrio ſint.l.ſi prætor.ff. de iudic.vnde Franciſcus ſic ſtatuit , *que ceux qui voudront propoſer erreur , ſeront tenuz de conſigner la ſomme de vingtz liures pariſ.*& iſti legi tanquam nouiſsimæ ſtandum eſt.

Error in acceſſoriis nõ liberat ab emenda.

60 Quid ſi error fuit in aliquo acceſſorio probatus, an pars errorem proponẽs teneatur ſoluere dictam emendam?videtur quod non:quia bonum eſt argumentum totius ad partem.l.quæ de tota.ff.de re vendi.

In contrarium facit,quia opus eſt in cauſſa principali errorem probare : nam error in acceſſoriis non vitiat principale,ergo areſtum remanet ſine errore,& ſic validum : igitur pœna debebitur:hæc inuenio in l.Hiſpanis hominibus.conceſſa per conſtitutionem Ferdinãdi & Iſabellis anno 1489.die 4.Aprilis.nempe qui areſtum dicit latum ob errorem, hoc debet probare:licet probet in acceſſoriis,tamen hoc non proderit,nec quidem quoad expenſas : alioqui daretur quotidie materia proponendi errores,& omnia curiæ placita ſubuertere:& acceſſorium non regit principale,nec trahit,ſed econtrario.ſic l.cum principalis.ff.de reg.iur.

Hiſpaniæ conſtitute.

Nec obſtat c.Raynutius.de teſtamen.vbi in appellatione ſufficit aliquod grauamen probare Reſpon. verum in appellatione,quæ ſecundũ ius cõmune eſt,ſecus eſt in erroris propoſitione, quæ eſt extraordinaria,& exorbitans à regula iuris,ideo hæc non procedit:vt inferius dicetur.

Supplicatio an concedatur ſi appellatio denegetur.

61 Quartus caſus eſt,vt dicunt quidam,ſupplicationẽ repellendam quando quis de iure communi excluderetur ad appellandũ,vt pote,ne liceat tertio prouocare.l.vna.C.ne liceat tertio prouoca.ſic nec ſupplicare.Bar.Bal.& alij ibi,& Aufrer.in deciſ. Tholo.q.479.ſed hoc nõ ſeruatur: imo recipi ſolet ſupplicatio , etiam ſi appellatio non recipiatur , dum tamen error probetur.per gl.in c.ex literis in verb.ſupplicauit.extrà de in inte.reſtit.& Franciſ.Curti.in l.imperium.nu.108. ff.de iuriſd.omnium iudic.per glo.in l.fin.C.vt lite pendent.& in literis ſupplicationis debet exprimi tertia ſentẽtia,alioqui literæ erunt ſubreptitiæ,teſte Guido.Papæ conſ.139.literæ.quia ex ſolo iuris rigore procedit,vt non liceat tertiò appellare:ergo princeps ex æquitate poterit iſtam recipere ſupplicationem,& prouidere ſupplicanti,& contra ius diſpenſare,cùm ſit legibus ſolutus. l.princeps.ff.de legibus.Franciſ.Marc.in deciſ.Delphinal.q.55.in ſecunda parte.

62 Quintus ſi areſtum ſit confirmatorium duarum ſententiarum, non licebat ab eo ſupplicare teſte Henric.bouer.in ſuis ſingul.in rubr.in integrum reſtitutio. in verb.minor.in fine. plenè Ioan.de Imol.conſil.142.& contrarium vidi in hoc ſeruari.

63 Sextus poſt decem dies non admittendam ſupplicationem , niſi ſaltem intra decem dies fuerit proteſtatus,dicunt docto. in dicta authent. quæ ſupplicatio. ſed in hoc regno ſupplicatio adiectio errore impetratur intra annum.

Poſt appel-

64 Septimus,caſus eſt,in quo ſupplicatio non recipitur,quando renunciatum appellationi eſſet vt

ſet vt firmat Cy.in l.ſi.C.vt lite pendente.Imol.l.1.§.ſi.ff.à quibus appella.non licet. & præpoſi.in c.ex ratione col.penul.de appellat.Corſe.in ſing.incipiente, querela.in ſecundo Aufrer.in deciſ. Tholoſ.quæſt.479.item certum eſt.Calca.conſil.16. viſis. numero 88.verſi.& quia diuerſum eſt quando non poteſt haberi recurſus ad arbitrium boni viri. iuxta l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.& ibi Bart. quia tunc ſupplicari poterit propter enormem læſionem : vt conſuluit Paul.conſil.70.quia fruſtra.col.ſecunda. in primo volumi. vide tamen Iaſ. in dicta authent. quæ ſupplicatio col.ſecunda.& Hipol.de Marſil.in prac.ſua.§.oportune.nu. 68.ſed in hoc caſu etiam ſupplicatio recipitur:quia renuncians vni remedio, non perdit aliud.l. de pecoribus.C.ad legem Aquil. vnde licet pars acquieſcat, vel renunciet appellationi interpoſitæ in parlamento, poterit tamen ſupplicationem ciuilem impetrare,vel reſtitutionem,ſi dolum partis,vel circũuentionem alleget.Panor.& alij in dicto cap.ex literis.de in integr.reſtitut.Franciſ. Marc. in deciſ. Gratiano, quæſtio.55. in ſecunda parte. ideo quando remouetur appellatio propter contumaciam, vel culpam partis:tunc non poteſt impetrari ſupplicatio, alioqui contra.gloſ.in cap. ex literis. de in integr.reſtit.ſic conſuluit Carol.Ruinus conſil.157.de tribus.ſecunda quæſt.num.17.& ſequenti.in quinto volumi.ſed qui licitam prouocationem omiſit, perpetuò ſilere debebit: nec à nobis imprudens petere per ſupplicationem tentet.l.ſi.C.vt lite pendent.

latiouem renunciatā an ſuſ pli cari poſsit.

65 Octauus in poſſeſſorio etiam non admittitur erroris propoſitio.artic.2.infrà eo. vbi abundantius traditur.

66 Nonus non admittitur ſupplicatio,quando parlamentum pronunciauit appellationem recipiendam,vel reſpuendam:ſuper iſta autem interlocutoria,vel alia etiam habẽte vim diffinitiuę, non recipietur ſupplicatio:teſte Specul.in titul.de ſupplic.§.primo.verſi.quod autem & §.differt per l.ſi quis.C.de precib.Imperato.offerend. & in l. vna.ne liceat tertiò prouocare. ſed tunc demum quando agitur ſuper cauſſa principali:& ita ſcribitur inferius in ordinatio.& in ſtylo Parlament.rubric.de ſentent.& areſtis ordinat. quarta.vbi ſic ſtatuitur, vt nulli de cætero concedatur gratia proponendi errores contra areſtum interlocutorium : quod ſi ſecus actum fuerit, nullum eſſe decernimus,& etiam quòd non valeat,facit cap.ſecundo.vt lite pendente. & præpoſi. in cap. ex ratione de appellat.quia grauamen in diffinitiua reparari poteſt.cap. cum ceſſante de appella. Aufrer.deciſ. Tholoſa. quæſtione 479. & licet non poſsit reparari, tamen ſupplicatio non admittetur.

Supplicatio contra ſententiā interlocutoriam non recipitur.

67 Quamuis aliàs ſi ſtatuto vel conſuetudine prohibita ſit appellatio ab interlocutoria, ſupplicatio tamen admitti debet:vt notat Petr.ferra.in ſua practi.in forma ſenten.interlocuto. ſuper incompeten.iudicis,verſ.ſed quæreret aliquis. Panor.& alij in d. c.ex literis. ſed loquitur de alia ſupplicatione,& non de iſta,quam practici propoſitionem erroris vocant:ideo in hoc regno eſt prohibita ſupplicatio ab interlocutoria per legem regiam,igitur recipi non debet.

68 Decimus caſus pro re vili & modica non debet recipi erroris propoſitio.l.ſcio.ff. de in integr.reſtituti.modicam ſummam vel magnam arbitrio principis relinquo.argument.l.penult.ff. de iure deliber. & cap. ſtatutum. §. inſuper de reſcript. in ſexto. & bonum eſſet legem ſuper hoc fieri, quæ ſummam taxaret, quia non eſt id faciendum, in quo plus expenditur, quàm lucri percipitur.Bart.per illum tex.in l.mediteraneæ.C.de anno.& tribut.lib.10.Feli.in c. nonnulli.col.1.de reſcrip.

Pro modicis non datur ſupplicatio.

69 Vndecimus caſus vltra ſemel recipi non ſolet, ne in infinitum protendatur.c.2.de reſcrip. in 6.vt ſuperius abundè ſcripſi in 8.quæſtio.

Semel erroris propoſitio recipitur.

70 Duodecimus ſupplicatio non petitur ad errorem iuris proponendum,ſed facti ſic:hoc Aufrer.firmat in deciſ.Tholo.quæſt.472.quia in iure ſenatores & alij nominati ſuperius in 6.quęſt. non ſolẽt errare.Nam ſicut omnia iura in ſcrinio pectoris habet princeps.l.omnium.C. de teſta. cap.1.de conſt.in 6.quod eſt intelligendum per ſuos conſiliarios,doctores,& licentiatos, illi adſiſtentes,ſed non in capite ſuo,teſte Cy.in dicta.l.omnium.gloſſ.in l.ſecunda.C. ſi contra ius.Barba.in rubric.de teſta.col.35.& Feli.in cap.nonnulli.col. 24. de reſcrip. ideo in iure iſti conſiliarij Franciæ non præſumuntur errare:vt etiam ſcribit Cotereau in ſuo tractat.de magiſtra.Galliæ rubric.de præfect.prætorio:quia non ambigitur ſenatum ius facere poſſe l.non ambigitur.ff.de legibus.quod non poſſent,ſi iuris ignari eſſent:& ſacratiſsimum Regis Franciæ conſiſtorium omnem iuſtitiam colit,& mirum immodum obſeruat.teſte Barba.cõſil.71.illud in princ.volu. quarto.licet ex facto oriatur ius.l.ſi ex plagis.§.tabernarius,ff.ad leg. Aqui.& per conſequẽs ignorato facto error iudicis facilè ſequitur : ſed hoc quod principaliter agitur,reſpicit iuriſconſult. in l. ſi quis nec cauſſam.ff.de reb.credi.& in erroribus propoſitis à domino de Monmorenci Conneſtabili multi proponebantur & allegabantur errores iuris à domino præſide Liſeto, qui illos errores conſcripſit, ſed expreſsè non dicebatur erratum in intellectu talis legis, ſed per talem legem conſignatio & depoſitio fieri debet,non eſt facta,ideo erratum,ideo ſi parlamẽtum iudicat contra ius,& poſteà impetretur ſupplicatio,iudicabitur erratum eſſe:ſed vt iudices non notentur allegatur error facti,ob quem error iuris ſecutus eſt.

Error iuris non allegatur in ſupplicatione.

71 Decimustertius non ſolet ſupplicatio in criminalibus recipi, ſed poſt condemnationem à ſenatu,ſeruatur.l.non tantùm.ff.de appellat.in hoc,vt ſtatim executio fieri ſoleat.illo die,vel alio ſequen.quo profertur iudicatum:ideo ante iudicatum poterat delinquens gratiam obtinere,non verò ſupplicationem,maximè in horrendis criminibus ſupplicatio,& ſic gratia denegatur, vt in

In criminalibus error non proponitur.

Gratia quado denegetur. crimine læſæ maieſtatis.l.quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſta. prohibetur etiam ſupplicatio. in.l. prima.C.de Nili aggerib.non rūpend.& in l.mancipia.in fi.C.de ſer.fugiti.l.quoties.C.de precib. Imperat.offerend.gloſſ.in verb.ſupplicatum.cap.fin.qui cleric. vel vouent. ſed in illis ferè caſibus ſupplicatio ad gratiam reſpicit, non verò ad errorem: ſed quòd in criminalibus non recipiatur hæc ſupplicatio, firmat Imbert.in inſtitu.foren.lib.2.§.ſed ſi appellationem.fol.245.

Ego tamen vidi hæredes poſt executionem factam ſupplicare principi,& admitti ſupplicationem:& poſſe fieri etiam ſcribit Benedic.in repetitio.cap. Raynutius. in verb. mortuo in primo. num.271.de teſta.& nu.ſequent.vbi dicit ibi liberos alicuius admiſſos fuiſſe poſt patris executionem,& ego ſæpius obſeruari vidi,ſed hoc magis ex gratia quàm ob errorem.

Supplicare uolens acta ab actuario non repetit. 72 Decimus quartus caſus eſt, qui vult ſupplicare non debet acta ſeu inſtrumenta ab actuario ſeu graphario curiæ repetere,alioqui tacitè videtur renunciare erroris propoſitioni:vt eſt in conſuetudin. Norma.rubric.*de propoſition d'erreur.*& ſi victor velit acta habere, & ſua inſtrumēta fortè ad taxandum expenſas,debet reus proteſtari ſe velle proponere errorem: & tunc pars ſua inſtrumenta repetet: ſed retinebuntur inuentaria inſtrumentorum & actorum apud ſcribam ſiue actuarium,quem grapharium dicimus: & dicta proteſtatio etiam deſcribetur apud grapharium, & regiſtrabitur:& hoc eſt introductum,ne partes aliquid addere poſsint, vel diminuere: nam ſi illis liberum eſſet inſtrumēta,vel acta habere,poſſent vtique addere,& diminuere cauſſas,ex quibus error inſurgeret:ob id prohibitum eſſe cenſeo,cum ex eiſdem actis erroris propoſitio iudicati debeat:vt inferius dicam.

Acquieſcēs areſto non ſupplicat. 73 Decimusquintus eſt,ſi pars areſto ſemel acquieuerit,amplius ſupplicare non poterit:vt decidit Petr.Paul.Pariſienſ.conſil.118.domina.col.ſecunda.in primo volumi.per ea quæ not.docto. in l.ſupplicare.C.vt lite pendent.nam ſicut quis non poteſt appellare,poſtquam renunciauit appellationi expreſsè,vel tacitè:vt in c.quod ad conſultationem.& c.inter.de re iud.doc.in c.perſonas. in primo no.de appel.ita nec ſupplicare,imò dicūt doc.quòd ſi quis renunciauit appellationi,non poterit ſupplicare.per l.fin.C.vt lite pendent.niſi ex iuſtiſsima cauſſa:vt conſuluit Calca. conſil.16.in nomine &c.viſis.nu.66.& ſeq.tamen ſuperius contrarium tenui, ideo non repeto.

Areſtum nō prætextu iniquitatis damnatur. 74 Vltimus caſus eſt, non enim partes poſſunt in ſupplicatione dicere areſtum latum ob iniquitatem dominorum: quia lex de iniquitate tantorum conqueri abhorret, teſte Azo. in ſumma.de ſenten.præfect.præto.ſequitur Cy.& Sal.in l.ſi quis.C.de precib.Imperat.offeren.nec præſumit eos quicquam agere iniquè, nec dolo. itaque dolus aduerſus illos allegari prohibetur: ſed dolus aduerſarij ſic.l.præfecti.ff.de minorib.ſunt enim ſimplices ſicut columbæ,& prudentes ſicut ſerpentes:vt dicit ſacra ſcriptura Matthæi 10.& in cap.qui eccleſiaſticis. §. eccc.36. diſtinct. & cap.ſi cupis.16.quæſt.prima.& quales ſunt,& eſſe debeant,ſcripſi in proœmio concorda. in verb. ſummas curias.& in his caſibus ſolet concludi ad fines non recipiendi, videlicet quòd ſupplicatio recipi non debet: & poſteà(vt dicunt practici)ad omnes fines,videlicet quòd ſi admitti ſupplicatio debeat,erratum eſſe in facto,& non in iure &c.

Supplicationis inſtantia intra quod tempus finiri debeat. 75 Decimò quærendum eſt intra quod tempus ſupplicationis inſtantia finiri debeat?Reſpon. anno, aut ſaltem in ſtatu iudicandi eſſe debet: vt in ordi. Lu. 11.quia hoc facilè iudicari poteſt, cùm ex deductis in proceſſum iudicetur: nempe aliquis habet biennium ad impetrandum ſupplicationem,& poſtquam impetrauerit,annus datur ad eam proſequendam:hodie audi quid dicat ordinatio,ne in incertum procedatur,decidi debet ſupplicationis inſtantia intra quinquennium:vt ſtatuit Franciſcus primus artic. vlti. in hoc titul.ibi, *& ſeront tennes les parties de les faire iuger,& decider dedans cinq ans,autrement n'y ſeront plus receuz.*quod intelligitur quando per partes ſtaret,ſed debebat tempus iudicibus præſtitui,& Parlamentis: vt in l.properandum. C.de iudic. ſed dicam artic.vlti.

76 Idem dicitur in appellatione in authen.ei qui appellat,impertitur annus,intra quem ſecundum ſe, communitérue cum aduerſario litem exequatur: quo tranſacto, lite non completa rata maneat ſententia.C.de tempo.appella.c.cùm ſit Romana.de appella.

Cauſſa in cōſiſtorio principis mota nō capit deſertionem. 77 Quamuis lis quæ ſperatur in conſiſtorio principis inferri abſque damno moræ maneat intacta,donec ipſe faciat eam introduci,& à proceribus ſecundum morem dirimi.authen.ſed lis. C.de tempor.appella.

78 Idem in parlamento aſſerit Aufrer.in deciſ.Tholoſa.quæſt.479.in fi.& in curiis ſeneſchali Nemauſen.& Tholoſæ ſeruari ſcribit de Petruc.in tract.de virib.iura.in 2.remed.finiend.litium.

79 Tamen quando per principem committitur cauſſa decidēda intra annum, vel quinquennium,vt in hac ſuppplicatione,tunc parlamento currit illud tempus:quia voluntas principis pro lege habetur.l.prima. ff. de conſtit. princip. ob id intra illud tempus debet cauſſa decidi:alioqui puniri debent partes vel iudices,per quos ſteterit:vt in dicta l.properandum.C.de iudic.

Supplicatio ex eiſdem actis iudicatur. 80 Item hæc ſupplicatio ex eiſdem actis iudicari debet: nec recipiuntur partes ad producendum aliquid aliud,vt ex eiſdem actis iudicetur:ergo citò à iudicibus decidi poterit:niſi reperirentur quidam inflati iudices,qui ſuas opiniones protraherent ad montem ventoſum,vt ibi videantur docti in gloria,quibus debent capita reſiſtere.Nam plures cauſſæ deciderentur,ſi breui quilibet ſuam exprimeret ſententiam: vel ſi omnes ſequantur relatoris ſententiam, quòd omnes ſic acquieſcerent: ſi verò alterius ſententiæ eſſent, quòd illi contradicerent: & poſteà præſes hoc conciliaret,

81 Et

81 Et ſicut appellationis ſententia debet eſſe confirmatoria,vel infirmatoria.l.eos.C.de appella. ita & in cauſſa ſupplicationis debet dicere ſenatus erratum,vel non erratum,vel errorem eſſe,vel non eſſe,teſte Anto.Panor.& Imol.in c.ex literis.de in integr.reſtitu.& erratum fuiſſe pro do. de Monmorenſi pronunciatum fuit à do.præſide Montelonio,& ita fieri ſolet.

Sententia appellationis qualis eſſe debeat & ſupplicationis.

82 Item in deciſione errorum hodie non congregatur totum parlamentum ſicut olim, ſed pars conſiliariorum vocari ſolet pro arbitrio curiæ, atque pro qualitate cauſſæ: & ſic iſta cauſſa non eſt comitialis vt olim:vt dicit ordinatio his verbis,*que pour vuider leſdictes inſtances de propoſition d'erreur: ne ſeront aſſemblées les chambres, ainſi qu'il eſt contenu par leſdictes anciennes ordonnances: mais ſeront iugées les dictes propoſitions d'erreur en telle chambre de noſdictes cours, & en telle compaignie, & nombre des iuges, qu'il ſera ſur ce aduisé & arbitré par noſdictes cours, ſelon la grandeur, & qualité des matieres.*

Totum parlamētū in errorum deciſione an ſit congregandum.

83 Igitur primò intereſſe ſolent in iudicio illi conſiliarij, qui primò iudicarunt: vt errorem ſuum ipſi videant,& corrigant,quia illis dicitur,non pudeat vos veſtrum errorem corrigere,qui poſiti eſtis,vt aliorum corrigatis errores.cap.qualiter. primo de accuſa. poſtea Rex nominari poteſt alios plures,quàm ipſi ſint,qui prius iudicarunt:ſi tamen Rex eos non nominauerit,curia ſolet illos eligere,non tamen minus aſſumit,quàm eſſent in primo iudicato: nec eſſe debent primi ita pertinaces,vt ſi videantur erraſſe,vt eorum ſuſtineant errores,alioqui iuſtam poterunt defendere ſententiam.dicit autem ſapiens,Conſtans,& lenis,vt res expoſtulat,eſto.

Conſiliarij qui errarūt intereſſe in erroris iudicio debent.

84 Vndecimò videndæ ſunt differentiæ inter appellationem, & ſupplicationem, nam primò appellatio iuri communi innititur.l.prima.& per totum.ff.de appella.Supplicatio autem de gratia recipitur. d. authent. quæ ſupplicatio.& capitul. ex literis. de in integ.reſti.ibi de benignitate canonica.

Differentiæ inter appellationem & ſuplicationem.

85 Secunda eſt,quia appellatio intra decem dies emittitur.authent.hodie.C. de appel.glo. in d. cap.ex literis,qui à die notitiæ computantur.cap.concertationi de appellatio. in 6. ſed ſupplicatur de iure vſque ad biennium.d.authen.quæ ſupplicatio.& cap.anteriorum.ſecunda quęſt.6.ſuperius abundè ſcripſi.tamen hodie in Francia intra annum impetrari debet per leges regias.

86 Tertia in appellatione alius iudex ſuperior cognoſcit,quàm is,qui ſententiam protulit.c. 2. de conſuetu.in 6.nec valet conſuetudo,quòd ad parem appelletur,vel ad inferiorem.per gloſ.ibi diuerſum eſt in ſupplicatione.Nam ipſum parlamentum,qui prius iudicauit,poſteà de errore iudicabit.d.authen.quæ ſupplicatio.

87 Quarta,qui appellat de iniquitate iudicis, qui ſententiam protulit, quæritur.l. apertiſsimi. C.de iudic.l.1.ff.de appella. ſed qui ſupplicat, non de iniquitate conqueritur iudicum, vel Regis, ſed de errore.l.præfecti.ff. de minorib.ibi, hæc idcirco variè, quia appellatio quidem iniquitatis ſententiæ querelam,in integr.reſtitutio verò erroris proprij veniæ petitionem, vel aduerſarij circunuentionis allegationem continet.

88 Quinta,appellatur bis à diffinitiua in rubr.C.ne liceat tertiò prouocare.vt dixi in rubric.de friuolis appella.in concord.ſed ſupplicatio ſemel tātùm proponitur.in l.ſi quis.C.de preci.Impe. offeren.& ſuperius ſcripſi.q.8.

89 Sexta appellatio ſuſpendit iudicatum.l.1.in fi ff.ad turpilia.cap.venientes. de iureiurand. & ideo executionem impedit:quia nihil nouari debet appellatione pendente:vt in rubr.nihil noua. ff.& l.appellatione.C.de appellat.cap.an ſit.illo titul.dixi in rubr.de ſentent.executor. ſed ſupplicatio non, ideo ſi intra decem dies ſupplicetur, ſententia mandabitur executioni, nonobſtante ſupplicatione præſtita,tamen fideiuſſoria cautione.d.authent.quæ ſupplicatio: ſic conſuluit Carol.Ruinus conſil.34.viſis omnibus.col.2.vol.5. ſi verò poſt decem dies, & intra biennium fuerit ſupplicatum,iudicatum executioni mandabitur ſine cautione.Bal.in d.authen.ego non vidi cautionem dari:vt ſuperius dixi.& Matth.de afflictit in conſtitu.Neapol.in præfa.quæſt.10.col.2. vbi dicit quòd ſupplicatio eſt loco appellationis,& quibus caſibus differentiæ ſcriptæ non reperiuntur,à pari procedunt.appella.& ſupplicatio per glo.in l.vnic.C.de ſenten.præfect.prætorito.& in omnibus debet iudicari ſupplicatio ſicut appellatio, niſi in quibus differentiæ ſcriptæ reperiuntur.hodie cautio non datur,quando ſupplicatio expeditur,ſiue ante,ſiue poſt decē dies:& quamuis propoſitio ſupplicationis antequàm ſit à principe recepta non inducat litis pendentiam, tamen poſtquam eſt à principe recepta contra: vt docet Bald. in d.authent,quæ ſupplicatio.C. de precib.Imperat.offeren.refert Aufre.in deciſ. Tholoſa.quęſt.479.& Præpoſi.in cap.ex ratione. col.vlti.de appella.

Cautio in executione an dāda ſit.

90 Septima in criminalibus regulariter appellare licet.l.non tantum.ff.de appella.ſed ſupplicare non: quia ſententia executioni mandari ſolet. vt in d.l.non tantùm. ſed venia ſuper criminis pœna poteſt per ſupplicationem impetrari.l.reſcripta.C.de precib.Imperat.offer.& c.reſcripta.25. q.2.hoc firmat Specul.in tit.de ſupplicat.§. ſequitur.verſicul.primo. ſed iſtæ ſupplicationes, quæ in criminalibus dantur, tendunt ad gratiam delicti conſequendam, & regulariter ante condemnationem conceduntur:ſupplicatio verò de qua hîc tractamus,tendit ad iudicium & iuſtitiam:& ſemper iſta ſupplicatio datur poſt iudicatum,altera non:& in hac error allegatur: in alia ſupplicatione venia petitur.& ſic hæc ſupplicatio non proponitur in criminalibus.

Supplicatio in criminalibus an admittatur.

91 Octaua non licet appellare ab his quibus commiſſum eſt vt iudicent appellatione remota:& ita ſeruatur per c.paſtoralis.de app.tamē ſupplicare pars adhuc poterit.per c.ex literis. de in inte. reſt.Imo

A commiſſarijs regijs an ſit appellandum.

reſt.Imo.in l.ex.conſenſu.§.fi.ff.de appe.aſſerens iſtam quęſtionem diu fuiſſe tractatã in aula Regis Aragonum:quia iſta duo remedia ſunt ſeparata, quorum vnum eſt ordinarium, aliud extraordinarium:ideo ad remotionem vnius,non ſequitur remotio alterius. teſte Panor. in d.cap. ex literis.col.2.

92 Nona ante ſententiam appellare licet,tàm de iure ciuili.l.2.ff. de appella.recipiend. quàm de iure canonico.in cap.primo.de appel.in 6.& vbicunque grauamen infertur. c. vt debitus. de appella.Specul.eo.titu.§.differt. verſi.item ante. ſupplicare tamen non licet, niſi poſt areſtum, & iudicatum dictæ authen.quæ ſupplicatio.

Sententia in ſupplicatione & appellatione.

93 Decima in cauſſa appellationis pronunciatur bene iudicatum,aut malè.l.eos.C.de appella. ſed in ſupplicatione pronunciatur erratum fuiſſe,vel non erratum:vt audiui pronũciari in cauſſa de Monmoranci conneſtabilis contra Rouille.quamuis Panor.in d.c.ex literis.in vltim.no.dicat in cauſſa ſupplicationis procedi ad confirmandum, vel infirmandum ſententiam, ſicut in cauſſa appellationis:quod non eſt verum,niſi quoad effectum.nam ſi pronũcietur errorem interueniſſe,infirmatur ſententia:ſi pronuncietur non erratum,confirmatur tacitè areſtum.

94 Vndecima ſolius principis eſt admittere ſupplicationem contra iudicatum:& cùm per ſupplicationem retractetur areſtum,præiudicatur iuri alterius: quod inferior à principe facere non poteſt.l.2.& 3.C.ſenten.reſcindi non poſſe.l.moris.ff.de pœnis.Innoc.& Ioan. Andr.in c. ex literis.de in integr.reſtitu. Sed appellatio à quolibet iudice ſuperiore illius, qui iudicauit, impetrari poteſt,per totum titu.de appella.

Iura loquentia in cauſſa appellationis an locũ habeant in ſupplicatione.

95 Alioqui extra differentias à iure ſcriptas ſtatuta in cauſſa appellationis locum habebunt in cauſſa ſupplicationis,per tex.in l.fi.§.pen.C.de tempor.appella. & ibi hoc tenent Ange. & Salic. gl.in l.vna.C.de ſenten.præfect.prætor.& idem in cauſſa recurſus tenet Franciſc.Marc.in ſecunda parte deciſ.q.141.vt ſuperius dixi.

Effectus ſupplicationis.

96 Duodecimò quis ſit ſupplicationis effectus? Spec. in eo titulo duos tantùm deſcribit. Primus eſt:quòd ſi princeps reſcribat ad partis ſupplicationem,obtinet vicem litis cõteſtatæ, quantum ad hoc,vt perpetuetur vſque ad triginta,vel quadraginta annos.l.1.C.de annal.excep.ſed ibi de alia ſupplicatione loquitur,quàm de erroris propoſitione, quæ intra quinquennium finiri debet,per legem regiàm de qua inferius patet.

97 Secundus eſt,quia ſupplicatio tranſit ad hęredes,& contra hæredes,C.quando libel.principi datus.l.1.l.conſtitutionibus.ff.de actio.& oblig.etiam loquitur ibi generaliter, non tantùm de erroris propoſitione,ſed fortè de omni ſupplicatione,quæ ſuperiori porrigitur.

98 Tertius,quia pendente ſupplicatione executio areſti & iudicati non eſt impedienda. dicta authen.quæ ſupplicatio.ſic conſuluit Calca.conſi.16.in nomine viſis.nume.66.& ſeq. & ſuperius dixi data cautione.

99 Quartus,quòd qui non auditur ſupplicando,multò minus opponendo,vel excipiendo coram executore,quia & à iure & à gratia excluſus cenſetur : & ſic duo vincula ſunt diſſoluta,quæ vno ſunt fortiora.c.1.de treuga.hoc expreſsè dicit idem Calca.dicto conſil.16.nu.67. ego arbitror contrarium eſſe verum ſaltem in acceſſoriis, in quibus quis in executione audiri poteſt, quamuis repulſus ſit à ſupplicatione de qua hîc:vt docent interpre.in l.1.C.de iuris & fac.igno.& ego plenè in tract.de excep.

100 Quintus effectus,quòd recepta ſupplicatione à principe nullus inferior poterit de ea re cognoſcere,nec agẽdo,nec excipiendo.per cap.vt noſtrũ.de app.& ita dico plenè in tract.de euoca.

101 Sextus, quòd ſi inueniatur error in ſententia prima, vel placito:tunc areſtum reſcinditur per hanc ſupplicationem.d.authent.quæ ſupplicatio:vel per ſupplicationem ciuilem:vt dico inferius in tractat.de ſupplicationi.ciuilib.

102 Septimus eſt,quòd victus in cauſſa ſupplicationis non poteſt iterum ſupplicare.l.ſi quis.C. de precib.Impera.offerend.ſuperius dixi.

105 Octauus,ſententia ſuper ſupplicatione reſcindit areſtum,& omnia in contrarium acta : vt ſuperius ſcripſi,alij effectus elici ex prædictis poterunt:aſſumam nunc text.legum regiarum.

Articulus primus.

LOYS par la grace de Dieu Roy de France,ſçauoir faiſons à tous preſens & aduenir.

1 HAEC lex regia edita fuit à Ludouico vndecimo, vt ſequitur:cuius vitam ſcribunt Gaguinus & Aemilius Galliæ hiſtoriographi:eos,ſi non grauemini,videto, quia per hæc non deciduntur cauſſæ,ob id non deſcribo.

Comme pour le bien de nous & de noz ſubiectz.

GLOSSA PRIMA.

Curia ſuprema quare inſtituta.

2 HIC deſcribuntur rationes,propter quas fuit inſtituta curia ſuprema : prima proper Regis,& ſuditorum vtilitatem,ibi, *pour le bien de nous & noz ſubiectz.* probatur in l. pupillus.§. munus publicum eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos, vniuerſoſque ciues, remque eorum, imperio magiſtratus extra ordinem perueniit:vbi abundè ſcribo.ff.de verbo.ſig.

Et mettre fin es proces, qui de iour en iour viennent en noſtre Royaume.

GLOSSA SECVNDA.

3 SEcunda inſtitutionis ratio eſt, vt finis litibus per eam imponatur. l. properandum. C. de iudic. c. finem. de dolo. l. litibus. vbi Lucas de penna. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & ſic curiæ ſupremæ debent finem litibus imponere, ſuam ſequentes inſtitutionem: licet aliquando ex reſeruationibus, quæ in areſtis ponuntur, vel ex obſcuris verbis, plures in executione & duriores interueniant lites, quàm ſuper principali. Nam vno capite exciſo, inſtar hydræ aliud durius inſurgit, & dicit Budæus in foren. quod liſè lite oritur, & litium ſeries ſic nectitur, quaſi reſtis quædam è moleſtiis, & angoribus apta, atque conſerta, & interdum partes ita litem ordiuntur, vt Penelopes telam texturi videantur: hoc eſt nunquam litem cœptam ad finem perſecuturi: quod tamen reprobat text. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. *Finis litibus per curiam ſupremã imponi debet.*

Touchant les queſtions des droictz, terres, ſeigneuries, crimes & delictz, & autres pluſieurs matieres, qui ſe meuuent les vnes contre les aultres.

GLOSSA TERTIA.

4 NVnc declarat ex quibus proceſſus oriantur. Primò, ex rebus. Secundò, ex iuribus. Tertiò, ex criminibus, & ſic tripliciter. Nam vulgò dicitur, *qui ha terre, ſi ha guerre*: Nam inanis eſt actio, quam debitoris inopia excludit. l. nam is. ff. de dolo. & quod controuerſia ſit de rebus, patet in l. de rebus. ff. de arbitr. de iuribus in rubric. ff. de ſeruituti. de delictis in rubr. de accuſa. ad legem Iuliam maieſta. de adulteriis. de falſis. & per totum illum librum, ſed nonne & de infamia, & iniuria, lites naſcuntur, vt in rub. ff. de his qui no. infamia. & in rubr. de iniur. ſed iſta non iure fiunt, & inter delicta continentur, & vocantur delicta priuata, vt in rubr. ff. de priua. delic. ſed quæ ſint aliæ materiæ, quæ ſub his non comprehendantur? reſpon. omnes regulariter ſub his continentur, tamen iſte tex. dicit plures alias eſſe, quàm ſint hîc annumeratæ, ſi ad ſpecies referas: nam hîc refert iura, terras, & dominia, & delicta: tamen de domibus quæſtio eſſe poteſt. l. ædem. C. loca. de pratis. l. pratum. ff. de verbo. ſigni. & de aliis multis, quæ in ſpecie hîc non exprimuntur: tamen ſi nos referamus ad tria in genere expreſſa, vt de rebus, iuribus, & delictis, iſta etiam comprehendentur. imò Cicero in ora. pro A. Cecina ait, omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſſa, reperta eſſe: & ſic in genere complectitur omnia iſta membra. alia dixi in proœ. concorda. & in præfat. ſuprà. *Proceſſus ex quibus oriantur.*

A eſté inſtituee & eſtablie noſtre cour de parlement ſouueraine.

GLOSSA QVARTA.

5 CVriam ſupremam hîc vocat omne parlamentum, quaſi ſummam & ſupereminentem, cuius priuilegia ſcripſi in proœmio concorda. in verb. ſummas.

Et capitale.

GLOSSA QVINTA.

6 ITem hîc dicit inuentam & inſtitutam parlamẽti curiam ſupremam & capitalem, non quòd de capite hominis tãtùm cognoſcat, ſed eam capitalem vocat, id eſt principalem, tãquam caput aliarum curiarum, ſic Ouid. libr. Faſto. 3. capitale ingenium pro ſolerte exponit ſic: Nominis in dubio cauſſa eſt, capitale vocamus, Ingenium ſolers, ingenioſa dea eſt. de capitali pœna ſcribam in l. aliud eſt fraus. §. 1. ff. de verb. ſignifi. *Capitalis curia quæ dicatur.*

Pour faire & adminiſtrer iuſtice, & iuger en dernier reſſort.

GLOSSA SEXTA.

7 VIdes inſtitutam parlamenti curiam, vt iuſtitiam adminiſtret omnibus. Nam dicit Dauid, iuſtitia ante eam ambulabit. & alibi, iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ: & in abundanti iuſtitia virtus magna eſt. prouer. c. 15. & illis dicitur diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sapien. 1. c. & ſi iuſtitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes. Sapien. 8. & iſti curiæ dicitur, pro iuſticia agoniſare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia. Eccleſiaſt. 4. c. eſt enim eligibilior mors, quàm iuſtitiæ tranſgreſsio cap. ita ne. 32. quæſt. 4. cap. ſacris. de his quæ vi metúſue cauſſa fiunt. *Curia parlamenti inſtituta vt iuſtitiam adminiſtret.*

8 Sed hodie oportet clamare curiis ſupremis, aperite mihi portas iuſtitiæ: quia per varios caſus, per tot diſcrimina rerum vix peruenimus ad areſtum: vt ſcripſi in proœ. concorda.

9 Et ſic ſimpliciter non eſt inuenta curia vt iudicet, ſed vt iudicet vltimo in loco poſt alios iudices, quippe cùm iniquitates iudicantium, vel imperitiam corrigat. l. 1. ff. de appella. & honor eſt in fine. l. 2. ff. de albo ſcrib. per quem tex. dicit Gaſpar valac. in repetitio. l. imperium. col. 3. ff. de iuriſdi. omnium iudic. quòd iuuenes primò ſententias ſuas proferunt, poſteà ſenes: tum quia

honor eſt in fine tum etiam, vt iuuenes liberè loquantur: quippe ſi poſt ſententias ſeniorum iuuenes dicerent, timerent fortè à ſeniorum diſcere ſententiis: ſed hodie arrogantia quorundam iuuenum tanta eſt, vt ſeniores aſpernentur, & ſententias eorum nihili faciant: quibus dici poteſt: quis vos faſcinauit miſeri?

Conſiliarij iuuenes cur prius ſuam dicant ſententiam.

Soit en cauſe d'appel ou aultres que en premiere inſtance ſeront introduictes en icelle cour.

GLOSSA SEPTIMA.

10 ET ſic introducta ſuprema curia eſt, vt iudicet de cauſsis appel. ſi ad illam eſt appellatum: ſed ab illa nemo eſt appellare permiſſus: vt in ſimili habetur in c. cuncta. 9. q. 3. etiam in prima inſtantia iudicare, in quibus cognoſcere poteſt. vt in rubri. *quelles cauſes peuuent eſtre introduictes en premiere inſtance à la cour de parlement.* etiam datur facultas iſtis curiis retinendi cauſſas, & cognoſcendi: vt in ord. reg. patet in rub. *de la cour de parlement.* & ſcripſi in rubr. de friuol. appella. in concorda.

Pour les terminer, & y donner iugement final & arreſt.

GLOSSA OCTAVA.

11 INſtituta autem eſt curia ſuprema, vt decidat, & terminet cauſſas in ea introductas: ſed non dicit quando terminabit, ob id ad calendas græcas aliquando differuntur: vt quamuis iuſtitia regnet maximè in Francia, eſt tamen clauda: quæ non poteſt citò ambulare: ob id longi ſunt proceſſus: & in longum differuntur exitus proceſſuum: vt dicitur Ezechiel. 12. c. vnde dicebat quidam quartum eſſe flagellum in Francia, inuentum ad torquendos diuites, & magnos dominos, qui peſte, fame, & bello domari non poſſunt, vt proceſsibus infirmi, & debiles fiant, ac quandoque à dignitatibus deſtituantur: vt quilibet intueri poteſt: & ſunt quidam ſuperbi, qui nunquam domarentur, niſi per proceſſus, illis igitur neceſſarij ſunt: ſed ab his Deus nos alienos faciat, pacemque conferat in æternum.

Quartum Dei flagellum.

Sans ce que apres ailleurs lon puiſſe reclamer ne venir à l'encontre de ce qui eſt finablement decidé, ne le retracter ne plus en cognoiſtre ne remettre en autre iugement par quelque voye ou maniere.

GLOSSA NONA.

12 ISta ſuprema eſt tantæ authoritatis curia, vt poſt eam ad alium non ſit recurrẽdum, nec ab ea reclamandum, nec retractandum quod ab ea iudicatum fuerit, etiam per viam nullitatis, aut aliam. ibi, *par quelque voye ou maniere:* credidit enim princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. l. 1. in fi. ff. de offic. præfe. præto.

A curia ſuprema non eſt reclamandum.

Sinon que de grace ſpeciale, & de certaine ſcience par lettres ſoit ou ait eſté ottroyé par nous, ou noz predeceſſeurs.

GLOSSA DECIMA.

13 HIC ponit limitationem ad prædictam regulam, quòd nullo modo poſsit quis venire contra iudicatum curiæ ſupremæ: hoc non procedit, quando princeps concedit, vt proponatur error, & hoc duobus interuenientibus, primò quando hoc facit ex gratia ſpeciali, ibi, *de grace ſpeciale,* ſed obſtat: quia de iure princeps hoc poteſt. Reſpon. de gratia ſpeciali concedit, quia non tenetur: vt ſuperius dixi: ſed verum eſt à iure concedi, vt ipſe princeps indulgere poſsit. dicta authen. quæ ſupplicatio. facit gloſ. in c. relatum. de præbend.

De gratia ſupplicatio conceditur.

14 Item ex certa ſcientia, de qua Feli. & doct. in c. cum inter. de excep. & hæ clauſulæ tantum operantur, quantum motus proprius. teſte Alexan. conſil. 33. in 5. volu. & Barba. conſil. 27. in 2. vol. & conſil. 13. col. 8. in 3. vol. & Hippoly. in l. de vno. nu. 24. ff. de re iudic. & effectus quinquaginta motus proprij ſcripſi in forma mandati, in verbo motu proprio. in concorda. Franciæ.

15 Præterea per literas propoſitio erroris conceditur: & ſic non ſufficeret, ſi ſolo verbo princeps vellet: vt poſt areſtum aliqui cognoſcerent, quia literæ requiruntur hîc: quãuis tãtùm valeat actus ſine ſcriptura, quantum cum ſcriptura. l. pactum bona fide. C. de pact. & literæ debent eſſe patentes, & authent. l. vna. C. de manda. princi. ſcripſi in §. præterea de colla. in cõcorda. & ſic non valerent literæ non patentes, vel epiſtolæ, ad hoc vt per eas derogaretur iudicatis ſupremę curiæ.

Literæ patentes in erroris propoſitione requiruntur.

16 Ad hæc iſtæ literæ concedi debent à principe ibi, *par nous.* & hoc ſcribitur in rubr. *du droict royal.* artic. 1. & 2. vnde per ſolum cancellarium concedi non poſſent: & conceſſæ non valerent: vt ſuperius ſcripſi.

A noz

A noz ſubiectz les vns contre les autres.

GLOSSA VNDECIMA.

17 ERGO ſubiectis tantùm prouidere vult: ſed quia frequentius hoc eſt vt prouideat ſubiectis, tamen non excluditur quominus etiam poſsit extraneis in parlamento condemnatis prouidere per authen.caſſa.C.de ſacroſanct.eccleſ.& dixi q.5.in tracta. nomina.etiam ſuprà in q.quinta.

Eſtre receu à propoſer erreur, où il chet, & où telle voye doit auoir lieu & eſtre receu, & non autrement.

GLOSSA DVODECIMA.

18 HIC bene loquitur, quòd de gratia ſpeciali poteſt à principe pars recipi ad erroris propoſitionem, vbi cadit error, id eſt vbi error in proceſſu adeſt: nam vbi nullus eſt error, non debet proponi, nec peti ſupplicatio, & quando debet recipi: in quibuſdam enim caſibus non recipitur, videlicet in poſſeſſorio, in interlocutoria, & aliis caſibus ſuperius deſcriptis q.9.& ſic quando error eſt fortè iuris, adhuc ſupplicatio concedi non poteſt: & ſi princeps ſcriberet, non aprobarentur tales literæ: nec denuo videretur talis proceſſus: quod probari poteſt per verbum, *non autrement*: ergo ſi aliter concedatur non valebit per l.non aliter. ff.de leg.3.& l.non dubium.C.de legib. *Quãdo ſupplicatio concedi debeat.*

Et pour ce que pluſieurs par importunité du temps de noz predeceſſeurs s'efforçoyent de obtenir lettres pour re-uoir les proces, & remettre en queſtion & reiteratiue cognoiſſance.

GLOSSA DECIMATERTIA.

19 OLIM recitat hic conditor, partes per importunitatẽ obtinuiſſe literas à principibus prædeceſſoribus, vt iudicia ſupremæ curiæ reuiderentur: & ſic per reuiſionem areſta curiæ retractabantur, & non erant firma: ideo hîc prohibet, & hoc maximè exercebàtur in Delphinatu, vbi à ſeneſchallo concedebantur literæ reuiſionis areſti: quod hodie correctum eſt hîc, etiam in ſeneſchallia Bellicadri concedebantur iſtæ literæ à ſeneſchallo, vt reuideretur proceſſus poſt ſententiam, & interdum contrariæ proferebantur ſententiæ: quod etiam hodie per ſenatum Tholoſanum abrogatum eſt: cum iuſtum ſit primam definitionem in ſuis manere viribus, cum prouocatio nulla ablata fuerit.l.1.in princ.C. de aſſertio.tollend. & appellatio recipi poterat à dicto ſeneſchallo Nemauſi: ergo illa reuiſio fieri non poteſt: quia ſententia diffinitiua non poteſt reuocari ab eo, qui illam protulit.l.quod iuſsit.vbi abundè ſcripſi.& l. iudex.ff.de re iudic. *Reuiſio in curiis ſupremis locum non habet nec in inferioribus.*

Et ſur ce qu'auoit eſté terminé & arreſté ſe multiplioyent proces & ſuruenoient infinies queſtions.

GLOSSA DECIMAQVARTA.

20 ET ſic lites ex litibus orièbantur contra l.4.§.ait prætor.ff.de re iudic. Nam poſt abſolutum & dimiſſum iudicium nefas eſt litem alteram conſurgere ex litis primæ materia.l.terminato.C.de fruct.& litium expenſ.ideo iuſtè ſtatuitur quod ſequitur.

Dont les ſubiects eſtoyent en grand trouble, & fort trauaillez, & les iuges de noſtredicte cour tellement occupez, qu'ilz ne pouuoyent vacquer n'entendre à l'expedition des cauſes d'appel, & autres qui ſont de l'ordinaire cognoiſſance d'icelle cour, dont les cauſes demouroient immortelles.

GLOSSA DECIMAQVINTA.

21 EX hac facili literarũ conceſsione ad retractandum areſta, turbantur partes, & fatigantur.c.diſpẽdia.de reſcr.in 6.& iudices occupati circa iſtas reuiſiones, & ſupplicationes non poſſunt alias cauſſas ordinarias expedire: ob id fiunt lites immortales cõtra l.properandũ.in princ.C.de iud.& ex hac multiplici literarum impetratione turbatur totus penè Galliæ populus: quod non tam facilè fieret, ſi tot & tantæ literæ non impetrarentur: ſed iuxtà iuris deciſionem iudices partibus ex cauſſa ſuccurrerẽt: vt in l.1.ff.ex quib.cauſ.maiores. Nam ad comprobandum literas regias, & vt dicunt, ad verificandum, interdum proceſſus durabit ad decem annos, & vltra: quod non fieret, ſi multiplicatio literarum ceſſaret & idem dico, ſi diſpenſationes Ro.non tam facile concederentur, nam mundus bene haberet, & quietè viueret, ſi ſecundum ius concederentur tantùm & non vltra: & quòd Papa non derogaret ſtatutis *Ex multiplici literarum impetratione turbatur Franciæ populus.*

per concilia generalia, niſi ex maxima cauſſa, & non paſsim: & de illa cauſſa cognoſcerent epiſcopi in partibus: ecce quòd ſenatores & conſiliarij ſupremarum curiarum vocantur iudices ab effectu, quia iudicant, appellatione tamen iudicum non veniunt communi vſu loquendi conſiliarij, niſi materia aliter ſuaderet: vt hîc no. doct. in rubr. ff. de iuriſ. om. iudic.

Pour y obuier & releuer leſdicts ſubiects deſdicts trauaux, miſes, & deſpenſes, & pour y mettre deue fin.

GLOSSA DECIMASEXTA.

Ordinationes quare fiant.

22 HIC vides ordinationes fieri, vt lites tollantur: & vt lites finem accipiant, & ne immortales ſint. d. l. properandum. C. de iu. & vt releuentur partes ſumptibus & expenſis. c. finem. de dolo. alia dixi in præf. ſuprà.

Furent faictes pluſieurs ordonnances par noz predeceſſeurs en diuers temps.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.

Creditur conditori allegantiordinationem.

23 HAS ordinationes non habemus, ſed creditur conditori eas alleganti, per l. admonendi. ff. de iureiur. iuncta gloſ. 1. & doct. vbi tractant. & gloſ. in l. cùm Papinia. C. de ſenten. & interlocu. omni. iudic. gloſ. in l. 1. in verb. illis, de aſſertio. tollend. alia ſcripſi in rub. de ſublatio. cle. literis in concorda.

Par leſquelles entre autres choſes fut dict & ordonné que nul ſeroit receu à propoſer erreur.

GLOSSA DECIMAOCTAVA.

Regula prohibitiua propoſitionis erroris.

24 REgula eſt ergo prohibitiua, & negatiua, quòd contra iudicatum curiæ non admittitur propoſitio erroris, niſi ſequentia interueniant: & ſic ſufficit allegare regulam. nam qui adducit exceptionem, eam probare debet. l. 1. vbi Decius. ff. de reg. iur. & res dicitur certa pro eo, qui habet regulam. Bar. in l. quoties. ff. ſi quis cautio. quia regulæ inhærendum eſt gl. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur.

Contre tous iugemens & arreſts de noſtredicte cour.

GLOSSA DECIMANONA.

Iudicata & areſta quæ.

25 IVdicata ea vocant, quæ in cameris deciduntur inquiſitionum, vulgò *les iuges*, areſta verò ea, quæ in magna camera probata ſunt, latinè placita & decreta. vbicunque prolata ſunt, dum tamen in curia ſuprema: & areſta dicta ſunt ab ἀρέσκω, quod placeo ſignificat, & ἀρέσον, placitū. promiſcuè tamē ſolent dici areſta ex cōmuni loquēdi vſu.

Sinon que preallablement il euſt lettres de noſdicts predeceſſeurs.

GLOSSA VIGESIMA.

Requiſita ad impetrādum ſupplicationem.

26 PRimum requiſitum eſt antequam ſupplicationem quis obtinere poſſet, oportet literas impetrare à Rege. Secundo, etiam non ſufficiebat impetrare verbo, ſed oportebat literas habere, ibi, *il euſt lettres.* Tertiò oportet habere literas patentes: vt ſuperius dictum extitit. ſequentia vide.

De grace ſpeciale.

GLOSSA VIGESIMAPRIMA.

Clā de gratia ſcribi in literis ſupplicationis debet.

27 QVarto requirebatur, ꝙ de gratia ſpeciali tales literæ emanarent, vt hîc: alioqui niſi iſta clauſula in literis hodie inſit, non valent literæ propter iſtam ordinationem, & ſtylum communem Franciæ, qui eſt ſeruandus. c. quàm graui. de crimine falſi.

Et de certaine ſcience.

GLOSSA VIGESIMASECVNDA.

28 QVintum requiſitum erat, vt apponeretur hæc clauſula, ex certa ſcientia, quæ eſt magni effectus: vt alibi dicam & ſuperius dixi æquipollere clauſulæ motus proprij.

Et qu'apres icelle grace obtenue la partie qui auroit eu iugement contre elle ſeroit tenue de bailler caution de payer double amende.

GLOSSA

GLOSSA VIGESIMATERTIA.

29 ECce ſextum,quòd pars impetrans literas iſtas,cautionẽ præſtare debebat de ſoluendo duplicẽ emendam,videlicet ſexaginta librarum:quia emenda appellationis perperam interpoſitæ eſt ſexaginta librarum:& hic duplicem habebat mulctã:ſed iſtud hodie correctum eſt,nam oportet deponere mulctam,antequã audiantur:vt inferius dicetur: ideo non ſufficit cautio,imò quadruplex deponi debet hodie mulcta:vt inferius eſt videre artic.5. {Ratio eſt,quia partes poſt inchoatã ſupplicationis cauſſam conueniebant,& poſtea rex ſuo iure priuabatur:ideo hodie deponere debent hanc mulctam , & poſtea conuenire partes poterunt:ſed hoc iure non poterant non impetrata licentia,vt ſtatutum fuit in menſe Iulio,anno 1334. & omnes conuentiones quæ fiunt durante lite in parlamento debent contineri ſub beneplacito curiæ,ſicut conuentiones factæ inter partes ſuper beneficiis,vt ſcripſi in praxi benefic.}

Mulcta deponi debet, non verò caueri.

Et auſsi caution de refondre deſpens,dommages,& intereſtz à la partie qui auroit obtenu.

GLOSSA VIGESIMAQVARTA.

30 SEptimo cautionem etiam præſtabat de refundẽdo expenſas,damna,& intereſſe parti obtinenti in hac erroris propoſitione: ſi dictum eſſet errorem nullum interueniſſe: hodie iſta cautio etiam datur poſt conſignationem & depoſitionem mulctę vt d.art. 5. & ſic duplex datur cautio,vna ab eo qui areſti executionem obtinet, ſecundam ab eo qui literas ſupplicationis impetrat:de qua hîc.

Cautio an ſit danda pro mulctæ ſolutione & expẽſis.

Et encores par autres ordonnances furent introduictes pluſieurs autres ſolennitez eſtre gardees pour recepuoir les ſubiectz,& auant que leur octroyer grace à propoſer & faire iuger par noſtredicte court l'erreur ou erreurs par eux pretendus,& tout pour reſtreindre leſdicts ſubiectz par telles voyes de propoſition d'erreur , & de trauailler les vns & les autres apres les arreſts donnez par noſtredicte cour,& faire ceſſer telles reiterations de querelles & pourſuictes.

GLOSSA VIGESIMAQVINTA.

31 HIC recitantur alia fuiſſe ſolennia ad obtinendam ſupplicationem,quæ poſtquàm ſpeciatim non exprimuntur , non ſunt ſeruanda , quæ omnia ſtatuta erant vt facilè partes impetrare non procurarent hanc erroris propoſitionem.

ET outre fut ſtatué & ordonné , que quelconques iugemens interlocutoires aucun par quelque grace qu'il obtint ne fut receu à propoſer erreur,pour auſsi obuier à ce que les cauſes ne fuſſent immortelles.

GLOSSA VIGESIMASEXTA.

32 QVæri hîc poteſt,in quibus caſibus non debeat recipi ſupplicatio?Reſpon.à ſententia interlocutoria,ne lites immortales fierent:& quia grauamen in diffinitiua regulariter reparari poteſt,vt ſuperius dixi q.9. vbi alios ſcripſi caſus, & hodie hîc caſus ſeruari vſu ſolet,quia hîc recitatur:& quos noluit ſeruari,dimiſit:etiã de iure ciuili non recipiatur appellatio ab interlocutoria , niſi in quibuſdam caſibus.l.2.ff.de ap.recipien. ſic multominus reciperetur erroris propoſitio.†
33 Et ſic loquitur hîc etiam de interlocutoria habente vim diffinitiuæ, per hæc verba *quelconques iugemens interlocutoires* : nec ab eis ſupplicari ſolet:quamuis interdum hæ interlocutoriæ vim diffinitiuæ habentes , regantur ſicut diffinitiuæ , quando illis magis conueniunt,quàm ſimplici interlocutoriæ : vt doct.ſcribunt.in c.peruenit.in 2. de appel. Fely.in rub.de re iudi.col.3.& ſcripſi in præfatio.ad l.quod iuſsit.nu.3.cum ſeq.7.de re iud.

In interlocutoriis non proponitur error.

Mais depuis ſoubz couleur queſdictes ordonnances n'y ha temps limité de propoſer erreur,& d'obtenir:pource leſdictes lettres de grace & de garder les ſolennitez,faire & accomplir ce qui eſt contenu en ceſdictes ordonnances pluſieurs ſe ſont efforcez le temps paſſé, & s'efforçoyent chacun iour faire arreſter les pieces de proces , ſur leſquelz deſdicts arreſts & iugement ont eſté donnez contre eux ſoubz couleur qu'ilz dient auoir intention de propoſer erreur , auant qu'ilz ayent obtenu lettres de nous , ou de noz predeceſſeurs commandées de grace ſpeciale,& certeine ſcience de faire ladicte propoſition d'erreur , & n'en font pour-

GLOSSA VIGESIMASEPTIMA.

Executio areſti qualiter impediebatur.

34 INcontinentia adducit:nã qui ſuccubuerat in parlamento,antequàm impetraſſet ſupplicationis literas,ſiſtere ſeu areſtare faciebat iudicatũ, & omnia cauſſæ documenta, dicens ſe velle proponere errorẽ, ob id areſtum executioni demandari non poterat: & ſic erat eluſoriũ,contra id quod diſponitur in l. ſi prætor.ff.de iud. (& l.ſeruo.§. cum prætor.ad Trebel.) & ſuperius dictum extitit.Item ipſe victus expectabat labi longum tempus,ſperans intra triginta annos recipi,quia actiones ſaltem perſonales regulariter triginta annis durant.l.omnes.& l.ſicut.C.de præſcript.30.anno.vt ſequitur.

Eſperans d'y eſtre receuz, iuſques à trente ans,dedans lequel temps aucuns veulent dire ladicte propoſition d'erreur auoir lieu.

GLOSSA VIGESIMAOCTAVA.

35 HOC dicit Chaſſaneus in conſuetut. Burgund. in proœ. in verb. *de noz parlemens.* poſt gl.prag. ſanctio. quam allegat.

ET attendans ſouuentesfois qu'il y ait mutation de parties,de iuges,greffiers, aduocatz,& procureurs par mort,ou autrement,& qu'il y ha nouuelles parties, que ſouuẽt ne ſont & ne peuuent eſtre inſtruictes des matieres qui ont eſté vuidées par arreſts de leurs predeceſſeurs,et qu'il n'y ayt eu conſeil,qui les puiſſe cõſeiller ne aduertir du demené des cauſes & proces vuidez par arreſt,que les pieces qui ont eſté laiſſees au greffe ſoyent adirées & perdues, & qu'il y ayt tous nouueaux conſeilliers en noſtredicte cour,qui n'ayent ouy n'entendu les motifz de ceux qui ont donné leſdicts arreſts & iugemens.

GLOSSA VIGESIMANONA.

36 HIC ponit malitiam partium procurantium, vt acta retinerentur, & poſteà omitterentur per lapſum temporis:& quòd partes aduocati,& conſiliarij interim morerentur, & demum pars de nouo veniens neſciret merita cauſſæ: ob id non obſtantè areſto,res in qua ſuccubuerat poſsidebat: & hæc poſſe euenire dicit hic textus.

Leſquelles choſes peuuent aduenir en ſi long temps comme en trente ans, & en moindre,dont s'en pourroyent enſuyuir pluſieurs pertes a noſdicts ſubiectz:& les iugemens & arreſts qui ſont ordonnez pour donner fin, pleine ſeureté,& certeineté,eſtre ſubuertiz & changez:& par telz laps de temps demourer les faictz & droictz d'vn chacun en incertaineté,qui pourroit eſtre cauſe de mettre la choſe publique de noſtredict royaume en grande confuſion, dont à nous & à noſdicts ſubiectz pourroyent aduenir pluſieurs grands & irreuocables dommages, & inconueniens,ſi par nous n'y eſtoit ſur ce pourueu de bon & conuenable remede & par bonne & meure deliberation ſur ce euenue.

GLOSSA TRIGESIMA.

Mala que veniunt ex dilata areſtorũ executione.

37 HIC enumerat mala,quæ ex hoc ſequũtur:primo quòd areſta,quæ finem litibus imponere debent, pereunt, & mutantur: & tamen poſt areſta, vel iudicata non debet iterum cognoſci.l.1.quando prouoca.non eſt neceſſe.C.

Secundò per lapſum tanti temporis iura alicuius & facta incerta remanent contra legem primam.ff.de vſucap. Tertiò confuſio oriri in repu.poſſet,quia dominia remanerent incerta:ex quo poſſent ſubiectis multa euenire mala,vt non eueniant ſtatuit,vt ſequitur.

Parquoy nous ces choſes conſiderées,voulans obuier et pourueoir audicts incõueniens releuer noſdicts ſubiectz de vexatiõs, miſes et deſpens abreger les queſtiõs et proces,et les faire mettre à bõne et briefue fin en maniere que par longueur de temps noſdicts ſubiectz ne ſoyent tenuz en ſuſpent,et ne demeurent incerteins de leurs droictz,ſeigneuries,queſtions & querelles ainſi vuidees par arreſt & dernier reſſort:& auſſi pourueoir aux ſuperfluz delaiz & longueurs, ou par ladicte voye de propoſitiõ d'erreur aduiendroient & pourroyent aduenir de iour en iour ſoubz vmbre que temps limité n'eſt exprimé es dictes ordonnãces de noſdicts predeceſſeurs,en ſuyuant leur vray ſemblable intention, qui touſiours a eſté de faire ceſſer multiplication de queſtions,& proces,& reſequer toute longueur ſuperflue, & les terminer & limiter à temps ſuffiſant par droit & raiſon.

GLOSSA TRIGESIMAPRIMA.

RATIONES huius deſcribendæ legis text. ponit multas & verboſas, eas ſi non graueris, vide.

Par l'aduis & deliberation de pluſieurs des ſeigneurs de noſtre ſang & lignage & autres granſz & notables perſonnages tant de noſtre grand conſeil de noſtre cour de parlement, qu'autres, auons declaré, decerné & ordonné, voulons, declarons & ordonnons par ordonnance, loy, & edict general & irreuocable de noſtre certaine ſcience, pleine puiſſance, & authorité royal.

GLOSSA TRIGESIMASECVNDA.

ET ſic conſilium obtinere debet Rex in lege condenda l. penul. C. de leg. ibi, bene enim cognouimus, quod cum veſtro conſilio fuerat ordinatum, ad beatitudinem noſtri imperij, & ad noſtram gloriam redundare, & alibi dicit: dubium non eſt omnia omnino, quæ conſilio rectè gerentur, iure meritoque effectu, & firmitate niti. C. de repud. multos effectus conſilij ſcripſi in interpretatione authen. habita, C. ne filius pro patre, & bonum eſſet ſi nunquam lex promulgaretur, antequam ab omnibus eſſet approbata parlamentis: ſed hodie leges momentaneæ fiunt, & momento quo factæ ſunt recedunt: omnis enim res per quaſcunque cauſſas naſcitur, per eaſdem & diſſoluitur. c. 1. de reg. iur. Leges cum conſilio faciendæ.

Que le temps d'impetrer lettres de grace pour eſtre receu à propoſer erreur.

GLOSSA TRIGESIMATERTIA.

NOTA quod intra biennium impetrari debet ſupplicatio, & obtineri, & ſic non ſufficeret petere, niſi obtineretur: vt ſequitur.

ET les obtenir de nous, & de noz ſucceſſeurs de grace ſpeciale & certeine ſcience, ainſy que faire ſe doit, & de faire faire, & acomplir les ſolennitez, & ce qui eſt contenu & declairé es ordonnances de noſdictz predeceſſeurs requiſes à propoſition d'erreur, ſoit de deux ans continuelz & prochains.

GLOSSA TRIGESIMAQVARTA.

38 SOlennitates ſuperius annotatas approbat, nec ſufficeret poſt biennium impetrare: nam dicitur ibi, *dedans lequel temps* intra tempus biennij hoc fieri præcipit, de hac dictione infra ſcripſi in l. ſi quis ſic dixerit. ff. de verb. ſigni.

Enſuiuant les arreſtz prononcés à noſtredicte cour, dedans lequel temps les parties qui voudroient propoſer erreur ſoyent tenuz d'imprimer leſdictes lettres de nous, ou de noſdictz ſucceſſeurs cõmandées de grace ſpeciale & certaine ſciẽce, pour eſtre receuz à propoſer erreur de faire et accõplir le cõtenu eſdictes ordõnãces.

GLOSSA TRIGESIMAQVINTA.

39 ERGO cõputatur biennium à die pronunciationis areſti, & non à die quo cõcluſum fuit: quia etiam appellationis tempus à die latæ ſentẽtiæ computandũ de iure erat. l. 1. §. biduum. ff. quando appe. ſit. hodie à die notitiæ illius c. concertationi. de appel. in 6. Biennium à quo tempore computetur.

Introduire la matiere & cognoiſſance deſdictz erreurs en noſtredicte cour.

GLOSSA TRIGESIMASEXTA.

40 ET ſic non ſolùm pars debet impetraſſe ſupplicationem intra biennium: ſed etiam requiritur, vt illas literas curiæ præſentauerit: & cauſſa fuerit introducta intra annum proximum poſt bienniũ vt ſequitur.

ET dedans vng an prochain enſuyuant faire en icelle cour toute diligence &

E T ſi par importunité ou aultrement, lettres eſtoyent obtenues de nous, ou de noz ſucceſſeurs, pour auoir oultre ledict temps lettres de grace, pour eſtre receu à propoſer erreur, & plus long delay, pour faire & accomplir leſdictes ſolennitez requiſes, & tout ce que dict eſt: Nous icelles lettres & toutes graces depuis obtenues en quelque forme, & ſoubz quelque couleur que ce ſoit, auons declairé & declairons nulles, & de nul effect, & valeur: voulons qu'il n'y ſoit aucunement obtemperé, & toute pourſuite par ladicte voye d'erreur eſtre deſerte: & celuy qui ainſi ſe ſeroit efforcé de propoſer erreur & d'obtenir les lettres, & intenter ladicte voye de propoſition d'erreur, aprés ledict temps, ſoit condemné à ladicte amende, & à refondre tous domages & intereſts de la partie, qui auroit obtenu ledict Arreſt.

GLOSSA TRIGESIMA OCTAVA.

Litera propoſitionis erroris poſt bienniũ impetratæ non valent.

42 HIC ſtatuit, quod ſi literæ ſupplicationis poſt biennium per importunitatem conceſſæ fuerint, vt non valeant: multa enim conceduntur per importunitatem, quę alias non concederentur, l. 1. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10. idem tamen dicit tex. ſi concedantur poſt biennium ſiue importunitate ſupplicationis literæ: quia per hunc tex. *ou autrement*, etiam nullo modo valebunt etiam ſi motu proprio: quod non ſolet fieri: quia ſupplicatio requiritur vt dixi.

Idem etiam ſcribit tex. ſi concedantur literæ, vt proponens errorem habeat longius tempus ad proponendum: etiam literæ non valerent: ſed hic nullæ & nullius effectus & valoris declarantur.

Prætereà vult etiam vt nullo modo iſtis literis poſt biennium ſic impetratis obtemperetur: imò deſerta ſit omnis erroris propoſitio, & ſic declarabunt etiam conſiliarij deſertam, nec cognoſcent de errore.

Imò condemnabitur pars ad duplicem emendam, & hodie ad ducentas quadraginta libras, & ad intereſſe, damna, & expenſas.

Nec valerent literæ etiam ſi huic ordinationi derogaretur: quia cautum eſt lege regia literas non valere contra ordinationes regias impetratas: nec vult Rex vt illis literis obtemperetur: vt eſt apud Aufre. in areſto 84. & per Ioannem Gallum q. 115. verſicu. item fuit publicata, niſi curia videret æquum eſſe concedi.

S I donnons en mandemẽt à noſtre amé & feal chancellier & à noz amez & feaulx les gens tenans, & qui tiendront noz parlements preſens & à venir, que noſdicts preſents ordonnance, loy et edict general, ilz facẽt lire, publier & enregiſtrer en noſtre chancellerie & en noſtre dicte cour de Parlemẽt, enteriner, garder, & entretenir de poinct en poinct: ſans enfraindre, ſelon leur forme & teneur. Et à fin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, nous auons faict mettre noſtre ſeel à ces preſentes. Donné à Pleſis du parc, au moys de Nouẽbre, l'an de grace mil. 479. & de noſtre regne, le dixneufuieme. Sic ſignatũ ſupra Plicam, par le Roy en ſon cõſeil du Roy, à Tours. le 26. iour de Nouembre, l'an mil. 479. Sic ſignatum. I. de Molins. Lecta, publicata & regiſtrata Pariſiis, in parlamento decimaſeptima die Ianuarij, anno milleſimo. 479. Sic ſignatum. Chartelier.

GLOSSA VLTIMA.

HIC mandat publicari, quia lex ante publicationem non ligat. tex. in authen. vt factæ no. conſtitu. ſcripſi in §. præfatique ordinarij de colla. in concord.

Loys XII. artic. LXXXIX. *des premieres.*

Articulus ſecundus.

IT E M ordonnons que l'ordonnance faicte par feu noſtre treſcher Seigneur & couſin Loys vnzieſme de ce nom, en nouembre mil quatre cens ſeptante neuf, leuë publiée, & enregiſtrée en noſtredicte cour de parlement, touſchant les propoſitions d'erreur, & determination d'iceulx, ſera entretenue, obſeruée, et gardée, ſelon la teneur dicelle; & ſortira ſon plain & entier effect.

GLOSSA VNICA.

HIC Ludouicus vult ordinationem præcedentem ſeruari, & effectũ habere: & nihil aliud dicit, ſed præcedentem ordinationem confirmat.

Idem artic. LXXXVIII. ibidem.

Articulus tertius.

ITEM & combien que apres que le poſſeſſoire eſt vuidé, ſoit en matiere beneficiale, ou prophane, les parties puiſſent auoir leur recours en matiere petitoire: toutesfoys au temps paſſé ilz ſont venus par propoſition d'erreur, dont noſdictes cours ont eſté moult trauaillées & ſont demourées les choſes contentieuſes longuement en proces dont pluſieurs inconuenientz ſont aduenus, pour auſquelz obuier, auons ordonné & ordonnons: que en matiere poſſeſſoire prophane, ou eccleſiaſtique, aucun doreſnauant ne ſera receu à propoſer erreur, toutes autres ordonnance concernant leſdictz poſſeſſoires demeurent en leur force & vertu.

GLOSSA VNICA.

Supplicatio reijcitur poſt arreſtũ in poſſeſſorio latum.

HIC prohibetur ſupplicatio poſt areſtum in poſſeſſorio latum, ſiue ſuper recredentia, ſiue ſuper pleno poſſeſſorio latum ſit, ſiue in materia beneficiali, vel alia eccleſiaſtica ſiue prophana. Ratio ponitur hic: quia poteſt haberi recurſus ad petitoriũ, & ſic ad ordinarium remedium: & ideo ceſſabit ſupplicatio, quæ eſt remedium extraordinarium. l. in cauſſæ. ff. de minorib. & poſſeſſorio finito petitorium eſt accipiẽdum, non erroris propoſitio, c. cum dilectus. & c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ.

Item ratio etiam dari poteſt: quia cauſa poſſeſſorij eſt parui momenti & præiudicij. cap. 1. de cauſa poſſe. l. fi. C. qui legi. perſonam ſtandi in iudicio habent, & poteſt in petitorio reuocari, ob id ſtatuitur, vt nullus in poſſeſſorio ſupplicationem impetret: quia ſi in poſſeſſorio erratum fuerit, petitorij iudicatum reuocabit.

Nec me mouet, quòd interim is, qui poſſeſsionem obtinuit, poſſidebit, verum eſt: ſed in mora modici temporis non erit magnum præiudicium. l. ſi debitori, vbi dixi. ff. de iudic. l. quotiens. C. de precib. imp. offer. quia in petitorio cõdemnabitur ad fructus perceptos à tempore litis conteſtatæ ſuper petitorio, ideo ſuper hoc prouidebitur: alia in præfatione ſuperius examinata ſunt.

François artic. 135. des publ. 1539.

Articulus quartus.

QVE au parauant que receuoir les articles d'erreur par noz amez & feaux les maiſtres des requeſtes de noſtre hoſtel, ilz verront les faictz auecques les inuentaires des productions des parties.

GLOSSA VNICA.

SVperius quæſt. 4. vidimus formam impetrandæ, & proſequendæ ſupplicationis, ibi videri poteſt abundantius, & per hanc conſtitutionem magiſtri libellorum debent videre facta partium: tamen ſi pars cancellario ſupplicauerit, is poterit conſiliario, vel alteri dare factum referendum.

Idem artic. ſeq. 136.

Articulus quintus.

QVE ceux qui vouldront propoſer erreur, ſeront tenuz de conſigner la ſomme de douze vingt liures pariſis: & au lieu des deux ans, qu'ilz auoient par les anciennes ordonnances, auront ſeulement vn an, pour ſatisfaire à ce qu'ils eſtoiẽt tenus fournir et ſatisfaire, dedans les deux ans ordõnez par leſdictes ordonnãces.

GLOSSA VNICA.

DVo dicta habet hæc lex, quæ duo dicta corrigunt articulum primum ſuprà eo. nam in primo art. dicitur quòd proponens errorem tenetur cauere de ſoluendo duplicẽ emendam; hic tenetur deponere & conſignare. Philippus Valeſ. ſtatuit anno 1331. errorem proponere volentes, teneri conſignare duplicem appellantium emendam, & præſtare de ſoluendo impenſas & id quod intereſt.

Reus uolēs proſequi an deponere teneatur.

Item hic volens proſequi ſupplicationem debet deponere ducentas quadraginta libras antequàm audiatur:ponamus quòd non curat vt audiatur, poſtquàm literas obtinuit ſupplicationis: ſed pars, qui obtinuit areſtum, vult proſequi, an teneatur conſignare, videbatur quòd ſic, vt æqualitas in iudiciis ſeruetur.per regul.iur.in 6. in iudiciis. & priuilegium conceſſum vni litigantium extenditur ad aduerſarium.l.fi.C.de fruct.& litium expenſ.c.1.de iudic.in 6. & iſti ſunt correlatiui:ergo quod in vno ſtatuitur, habebit locum in alio.per l.fin.C.de indic.viduita.tollend.l.1. C.de cupreſsis.lib.11.Bar.in l.fin.ff.de acceptila.

Contrarium tamen concludit Franci.Marc.in ſuis deciſio.q. 164. quia hæc pœna eſt impoſita ſupplicāti,non aduerſario:& pœna non eſt extendenda.reg.odia.de reg.iur. in 6. nam appellatus proſequi poteſt appellationem, quam emiſit appellans ſine metu mulctæ, licet appellans non proſequatur.tex.in c.ex parte ſuprà in fi. de reſcrip. & diuerſa eſt ratio in ſupplicante, & in aduerſario : quia ſupplicanti imponitur propter temeritatem, & audaciam, eo quòd areſtum quod firmum eſſe debet, velit retractare & inutile eſſe, ac eluſorium: quia præſumit lex pro ſententia, ergo & fortius pro areſto.l.Herennius.§.Caia.ff.de euictio.

Supplicans...

Sed pars aduerſa tendit ad areſti confirmationem, petit enim pronunciari non fuiſſe erratum, & areſtum vtile declarari, etiam quia coactè proſequitur, cùm ſit prouocatus: & ideo illi non imputatur.per l.primam.§.cùm arietes.ff.ſi quadrup.pauper.fecíſ.dica.quia iudicium in inuito redditur.l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb.obli. & ſi fuerit dictum non fuiſſe erratum, condemnatur impetrans ad mulctam arbitrio vltimorum iudicum, alioqui quilibet impetrare vellet, & nō proſequeretur contra.l.conſentaneum.& authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. ¶Etiam hæc emenda conſignari debet, quamuis in literis ſupplicationis nil dictum fuerit, quia huic legi pars ſatisfacere debet, & iſta cenſuit Senatus anno 1332.

Areſtum.

Secunda pars videtur obſcura, in qua dicitur, quòd intra annum pars tenebitur facere ea, quæ per ordinationes intra biennium olim facere tenebatur: ſed quæ ſint illa, ſuperius vidimus. in q. decima.& in arti.1.circa finem, vbi ſufficiebat intra biennium impetrare literas ſupplicationis, & intra annum proximum *faire bailler defenſes, & replicques, & duplicques, & faire faire tout ce qu'il apartiendra, en telle maniere, que les proces deſdictz erreurs ſoient en eſtat de iuger dedās ledict temps & c.*

Idem artic. CXXXVII.

Articulus ſextus.

QVE pour vuider leſdictes inſtances de propoſition d'erreur, ne ſera beſoing aſſembler les chambres, ainſi qu'il eſt contenu par leſdictes anciennes ordonnāces: mais ſeront iugees leſdictes propoſitions d'erreur, en telle chābre de noſdictes cours, & en telle compaignie & nombre de iuges, qu'il ſera ſur ce aduiſe & arbitre par noſdictes cours, ſelon la grandeur & qualité des matieres.

GLOSSA VNICA.

Olim ad iudicandum erroris propoſitionem vocabatur totus ordo curiæ : ſed hic ſtatuitur ne hoc fiat nam vna pars & camera interim poterit alias cauſſas decidere : ideò dicitur vt vocentur pro arbitrio curiæ, pro quantitate, & qualitate cauſſæ.

In magna camera erroris propoſitio iudicatur.

Sed in qua camera hæc cauſſa decidi debet ? Reſpon. arbitrio curiæ relinquitur: ſed hoc ſolet communiter in magna camera terminari quando Rex non eligit : quia tunc relinquitur electio curiæ, ſed in literis vidi ſæpius exprimi, & eligi conſiliarios, qui intereſſe debeant, & decidere hanc erroris propoſitionem. Et illi qui iudicarunt, intereſſe ſolent, vt noſcant eorum corrigere errorem: nam melius eſt ſeipſos corrigere, quàm ab aliis corrigi expectare : vt dictum extitit: & ipſi ſolent primum ſuum impartiri ſuffragium.vide Feli.in c.literas.col.2.de præſumpt. dixi ſuprà.q.10. nec debent grauatè ferre, ſi error illorum corrigatur, exemplo diui Petri, qui à ſancto Paulo reprehenſus benignè & gratanter accepit: vt ſcribitur ad Galat.3.c.

Sed quot conſiliarij iudicare hos errores debeant, curiæ arbitrio relinquitur, ſi Rex hos non expreſſerit: & quales etiam eligi debeant, certè iudicio præſidis, & curiæ relinquitur, vt eligantur experti, & doctores, ſi materia hoc exigat: & quot debeant eligi dicit conſiderandam eſſe quantitatem, & cauſſæ qualitatem, non dicit perſonas reſpiciendas: vt in l.2.ff.de re iudic.quia totum hoc eſt in arbitrio curiæ poſitum. Alia multa hic eſſent addenda : ſed his nunc contentus ero, ratus hæc ſufficere.

Idem artic. CXXXVIII.

Et ſeront tenues les parties de les faire iuger dedans cinq ans: autrement n'y ſeront plus receuz.

GLOSSA VNICA.

Erroris propoſitio intra quinquennium iudicari debet.

Partes intra quinque annos curare debent, vt hi errores iudicētur, & proceſſus decidatur, alioqui poſtea non recipientur. Et hoc eſt ſtatutum, ne in ſuſpenſo areſta curiæ longo tempore ſint, & ne in infinitum retractentur.l.fin.C.de fide inſtrumen.

Qui

Qui tamen poſt impetrationem non potuerunt, variis præſidum occupationibus, vel etiam ciuilium officiorum neceſsitatibus diſtricti, in ſenatuſconſultum non incident. dicit text. in l. in ſenatuſcon. §. pen. ff. ad Turpi.

Ideo ſi non ſteterit per partes, ſed per iudices & curiam, non imputabitur parti. per l. properandum. §. ſinautem vtraque parte. & §. ſeq. C. de iudi. & debebat conditor potius curiæ quàm partibus præſtituere hoc tempus: quia magis ſolet per iudices, quàm per partes ſtare. videte per Bald. & Iaſ. in d. l. properandum in fi.

Aduertendum eſt quod in rub. *des euocations*. ordi. 3. in fi. habetur materia huic conſona & neceſſaria, ob id eam hîc adiungendam putaui: quæ nobis pro art. 8. ſeruiet hîc vt ſequitur.

Et outre attendu que les moyens de nullité & contrarieté d'arreſts peuuent eſtre comprins ſoubz la propoſition d'erreur, auons auſſi par edict, ſtatutz, & ordonnances perpetuelz & irreuocables de noſtredicte certaine ſcience, pleine puiſſance, & authorité [illegible]alle, ſtatué, declairé, & ordonné, ſtatuons, declairons, et ordonnons, que à l'aduenir nul ne ſera receu à contreuenir aux arreſts de noſdictes cours de parlement, & autres cours ſouueraines par voye de nullité & contrarietez d'arreſtz. Articulus octauus.

GLOSSA PRIMA.

1 HIC videmus ſub propoſitione erroris nullitatem areſtorum comprehendi, & contrarietatem, adeò quòd iſta debent iudicari ſub erroris propoſitione: ideo prohibetur hîc cognoſci contra areſta per viam nullitatis, & contrarietatis: ratio eſſe poteſt: quia ad proponendum nullitatem & contrarietatem nulla emenda deponebatur, quam oportet in erroris propoſitione deponere, ideo Rex illam amittebat: vnde voluit ſibi fauere, vel quia faciles erant homines ad proponendam iſtam viam: quia per eam non puniebantur: & nulla areſta erant fixa, ſed ratione nullitatis & contrarietatis impugnabantur, ob id voluit audaciam & temeritatem illorum refrenare: & ideo iſta nullitas non impedit executionem: vt concludit Guido Papæ in deciſ. delphi. q. 50. quia hæc curia. *Arreſta an per uiā nullitatis reſcindatur.*

2 Præterea dicit Innoc. in c. cum ex literis. & c. ſuſcitata. de in integr. reſti. quòd contra ſententiam principis non poteſt quis venire per viam nullitatis, quando talis nullitas eſt de iure poſitiuo: quia princeps videtur illam ſolennitatem ſuppleuiſſe, & ſuper ea diſpenſaſſe, argu. l. quidam. ff. de regul. iur. ita Angel. decidit in l. falſa. C. de fid. inſtru. Phili. Peruſ. in c. dilecto. col. 65. de appel. faciunt quæ ſcribit Feli. in c. eccleſia. col. 10. de conſtitut. nu. 89. & Georg. Nat. in repetitio. clem. ſæpe. §. & quia col. 29. cum ſeq. de verb. ſig. ſic fuit iudicatum in magno Neapol. concilio: vt refert Matthæ. de afflictis in deciſ. Neapol. 283. diu eſt. vbi cōcluſum fuit aduerſus principis ſententiam non poſſe dici, nec de nullitate, nec de omiſsione ſolennitatis: omnes enim ſolennitates & nullitates omitti ſolent, quando per ſupremum principem proceditur, & per eundem cauſſa terminatur: vt conſuluit Petr. Paul. Pariſ. conſil. 218. domina. col. 2. in primo volu. *Contra ſententiā principis nullitas an proponatur.*

3 Et ideo nullitas inſurgens ex omiſsione ordinis iudiciarij, & ſolennitas, non reddit ſententiam principis nullam, nec aduerſus eam de nullitate agi poteſt. teſte Innoc. in c. in cauſsis. de re iudic. & Fel. ibi. Bal. & Pau. l. fi. C. de legib. & ibi Alex. in addi. ad Bart.

4 Idem in iudicatis à ſenatu, cùm nomine principis iudicent, & in areſtis eorum diffinitiuis exprimi ſolet nomen principis: & quia aliter princeps non fuiſſet iudicaturus, quàm ſenatus iudicat. l. 1. ff. de offi. præfe. præto. ideo ſequitur:

Ains ſe pouruoyeront par propoſition d'erreur, en gardant les ſolennitez requiſes par noz ordonnances, & de noz predeceſſeurs & dedans le temps à ce prefix es cas ou par noz ordonnances y ha lieu de propoſition d'erreur.

GLOSSA SECVNDA.

VLT hic tex. quòd ſi quis nullitatem, aut areſtorum contrarietatem prætendat, poterit impetrare ſupplicationem, & erroris propoſitionem, quia in eis erratum eſt, ſed hoc debet impetrari intra annum hodie, ſicut in aliis erroris caſibus. item ſolennitates re- *Nullitas & arreſtorū intra quod tē...*

ties pretendent eſtre contraire, ſera executé faire droict ſur la nullité, & autrement pourueoir par la dicte cour, comme il appartiendra.

GLOSSA TERTIA.

Quando ſupplicatio proponi nõ poteſt, quomodo prouidẽdum partibus ſit.

STatuit quòd in quibus caſibus error proponi non poteſt, vt in poſſeſſoriis beneficiorum, & in caſibus ſuperius deſcriptis q. 9. quòd tũc detur ſupplicatio illi curię, in qua latum areſtum fuit, in qua narretur nullitas, vel areſtorum contrarietas: & tunc ſi curia hæc videat, vel illorum alterum, declarabit quod areſtum erit executorium, vel corriget nullitatem, hic duos tantum caſus exprimit, an in aliis locum habeat, putarem ferè in aliis locum habere: verumenimuero ſi quis ſupplicationem curiæ offerat ad corrigendum areſtum per has vias propoſitas: & curia dicat correctioni locum non eſſe, condemnabitur pars ad mulctam, & ad expenſas, damna, & intereſſe: vt eſt in rub. *des arreſtz* artic. 2. in ordina. cautum.

Et neantmoins ordonnons que où en noſtredict grand conſeil y auroyent aucuns proces pendans & indecis pour raiſon de nullité, ou contrarieté d'arreſts, pretendue par les parties, qu'ilz ſoyent renuoyez en icelles noſdictes cours où ilz auront eſté iugez, & leſquelz deſapreſent nous y auons renuoyé, & renuoyons: & en auons interdict, & defendu, interdiſons & defendons à noſtre dict grand conſeil toute cour, iuriſdiction, & cognoiſſance. Si donnons en mãdement a noz amez & feaulx conſeilliers les gens tenans noz cours et parlemens, grand conſeil, Baillifz, Seneſchaulx, & à tous noz autres iuſticiers, officiers, ou leurs lieutenants, et chacun d'eux ſi comme à luy appartiendra, que iceux noſdictz edict, ſtatut, & ordonnance ilz facent lire, publier & enregiſtrer, garder, obſeruer, & entretenir de poinct en poinct ſelon leur forme & teneur, ſans faire ne ſouffrir eſtre fait aucune choſe directement ou indirectement au contraire en quelque maniere que ce ſoit. Car tel eſt noſtre plaiſir & vouloir, nonobſtants quelzconques edicts, ordonnances, reſtrictions, mandemens, defenſes, & lettres à ce contraires, à quoy quant à ce, nous auons derogué & deroguons. Et affin que ce ſoit choſe ferme et ſtable à touſiours, nous auons fait mettre noſtre ſéel à ceſdictes preſentes, ſauf en autre choſe noſtre droict, & l'autruy en toutes. Donne à Chantelou au mois de Mars, l'an de grace 1545. & de noſtre regne le 39. Ainſi ſigne ſur le reply, Par le Roy en ſon cõſeil. De Neufuille. Lecta publicatã, & regiſtrata audito procuratore generali Regis hoc requirente Pariſiis, in parlamẽto prima die April. Anno domini 1545. ante Paſcha. ainſi ſigné, du Tillet. Collation eſt faicte a l'original, rendu à M. Geffroy de la Chaſſaigne, preſident au parlemẽt de Bourdeaux. Du Tillet.

GLOSSA QVARTA.

REMITTIT cauſſas ad ſuos iudices, vt cuilibet ſua ſeruetur iuriſdictio: de quo alibi ſcripſi.

Donné à Chantelou, au mois de Mars, &c.

GLOSSA VLTIMA.

Lex ſine die & conſule non valet.

ET ſicut non valet inſtrumentum ſine die & conſule. l. generali. C. de tabula. lib. 10. Bal. & alij in l. ſi quis. §. ſi initium. ff. de edend. Barba. plenè in rub. de fide inſtrument. in decretalib. idem in reſcripto. l. ſi qua. C. de diuerſ. reſcript. dixi in tractatu meo de reſcript. in 3. tomo conſti. reg. idem eſt dicendum in edictis & conſtitutionibus, vt eſt ſcriptum in Theodoſiano Cod. rubr. de conſtit. l. 1. in hæc verba, ſi qua poſt hæc edicta ſiue conſtitutiones ſine die & conſule fuerint deprehenſa, authoritate careant. datum. 8. calen. Auguſti Sabariæ. Idem in ordinationibus & mandatis, ſcripſi in forma manda. in fi. in concorda. multa alia hic eſſent dicenda: ſed à muſa paupere opus non poteſt egredi ſplendidum. hæc tamen, ſi lubet, boni interim conſules, reliqua tuo ex ſplendido ſupplebis ingenio lector beneuole, quod autem ad me attinet, de his agam gratias Deo omnipotenti per ſecula ſeculorum. Amen.

Spes mea Chriſtus.

FINIS.

AN
131877